foriudicationis, qa lata cõtra clericũ, & quia lata per erro-

 rem,

rem, dummodo nullitas allegetur per ipſum principalem
& non per aliquem ſuum procuratorem, vel coniunctam
perſona. Sextò quæro, ecce ꝙ aliquis eſt forindicatus, & ſic
datur liccoria cuilibet cum occidendi, aliquis habens noti-
tiam de iſta forindicatione vadit, & eum occidit, cõſangui
nei foriudicati & occiſi accuſant occiſorẽ de homicidio, il
le occiſor dicit, ꝙ de iure licito vigore ſententiæ foriudica-
tionis occidit. Illi conſanguinei dicunt, ꝙ ſententia foriu-
dicationis eſt nulla, & in vero eſt nulla, vtrum occidens te-
neatur de occiſo? Bal. in auth. quæ ſupplicatio. C. de preci.
imper. offe. tangere videtur iſtam quæſtionem, & dicit, ꝙ ſi
bannum, quod dedit licentiam cuilibet occidendi bannitũ
erat nullum, occidens talem bannitum punitur de homi-
cidio. ff. de iniu. teſt. l. ſi quis filio. §. ꝙ ſi quis. ſed Bart. in l.
56 fin. ff. de adulter. dicit, ꝙ non † punitur de homicidio tan-
quã ſit dolo factum, ſed punitur vt homicida tanquam fa-
ctum ex culpa, quia antequam occideret, debuit ſe infor-
mare de validitate banni. ibi vide vnam bonam apoſtillam
Alex. & idem dicit Bart. in l. genero. ff. de his qui not. in fa.
& in l. non ſolum. §. morte. verſic. an autem puniatur. ff. de
oper. nou. nun. 7. colũ. & ſic non punitur pœna l. Corneliç
de ſicar. ſed arbitrariè, de quo in l. aut facta. §. delinquunt.
ff. de pœ. & ſi culpa eſt leuiſſima, non punitur criminaliter
ſecundùm Bald. in ca. 1. §. iniuria. in 2. col. de pace iura. fir.
Et hanc quæſtionem vide optimè diſputatam per Io. And.
in mercur. in regum, quod quis. lib. 6. & in addit. Specu. in
tertia parte, in tit. de accuſat. §. fina. & vide dominum Nel-
lum in ſuo tract. de bannitis. ſub rub. de quæſtionibus oc-
curentibus poſt finitum bannum. in verſi. ſecundò quæ-
ro. char. 55. & Alex. in 3. vol. conſi. 65. & conſ. 77. Septimò
quæro, quid ſi allegatur nullitas ſententię foriudicationis,
fortè quia lata fuit contra clericum, vel aliter dicitur nulla
& lite pendente aliquis occidit illum foriudicatum, vtrũ
57 teneatur pœna homicidij? Dic, ꝙ ſicut † officialis, pendente
cauſa nullitatis, non poteſt exequi ſantentiam, quando exe
cutio eſt irrectabilis, ut dicunt ſcribentes in clemen. 1. de
re iud & Bal. in l. ſi feriatis. ff. de ferijs. Ioan. de Imo. & Ale-
xand. in l. 3. §. ſi ſeruus quem. ff. de acqui poſſ. ita priuatus
vigore ſententiæ foriudicationis non poteſt foriudicatum
occidere pendente cauſa nullitatis dictæ foriudicationis
niſi conſtaſſet, ꝙ allegatio nullitatis eſſet ſine veritate, ita
determinauit dom. Nellus in d. tract. ſub rub. an à tali ban
no poſit appellari. verſi. quintò quæro. char 9. vide tamen
de hoc per ſcribentes in d. l. 3. §. ſi ſeruus quẽ. Octauò quę-
ro, vtrum ille, qui occidit foriudicatum, in foro conſcien-
tiæ ſit in peccato mortali? Reſpõdeo, ſi reſpectu ſolius vin
dictæ publicæ occidit, credit Albe. de Roſ. in quarta parte
ſtatutorum. q 19. ꝙ non peccat, & allegat Summam Frat.
Raymundi de Pennaforti. in tit. de homicid. Domi. Nellus
in d. tract. de his, quæ per alios fiunt in præiudicium ban-
niti. verſ. vndecimo quæro. char. 27. refert ſolum Alber. &
nihil dicit de ſuo, ſed vltimò remittit ſe theologis. Quib.
addo id, quod dicit beatus Tho. de Aqu. in 1. par. 2. q. char.
8. in reſpon. ad tertium argumentum, ꝙ licet occiſio homi
58 nis prohibeatur † à lege diuina, tamen lex humana poteſt
licitè legẽ facere, ꝙ maleſactores poſſint occidi, vel hoſtes
reipub. hoc non eſt iniuſtum, nec contrarium pręcepto di
uino, nec talis occiſio eſt homicidium. & refert ibi tenere
beatum Augu. in tit. de lib. arbit. & ſimiliter, ſi quis auſert,
quod ſuum eſt, non eſt furtum. ſic etiam non fuit homici-
dium in Abraham, qui ex pręcepto Dei voluit occidere fi-
lium, quia Deus eſt dominus vitæ & mortis, & in aliis exẽ
plis ibi per eum poſitis. ſicq; ille, qui ex permiſſione legis
occidit, nõ peccat. 23. q. 5. c. reos. Nonò quæro, pone, ꝙ for
iudicatus habuit gratiam a Rege, qui pepercit ei, & eum re
ſtituit in integrum, & antequam iſta gratia fuiſſet publica
ta, fuit occiſus, vtrum occidens ſit in pœna? Iſtam quęſtio
nem tangit Alex. in 1. vol. conſil. 114. incipiente, pondera-
59 tis bis. Cui addo id, quod dicitur, ꝙ gratia † principis, ſicut
eſt indulgere & reſtituere priuatum in priſtinum ſtatum,
quæritur abſenti & ignoranti. dixit Ang. in l. fin. C. de ſen-
ten. paſſis, dum allegat l. Labeo. ff. de iureiur. & talis gratia
principis eſt, ꝙ ſicut legatum factum in teſtamento, quod
debetur poſt mortem legantis legatario ignoranti & abſen
ti, vt in l. cum pater. §. ſurdo. ff. de leg. 2. & ff. de pec. l. ſed ſi
damnum. vt dicunt Pet. de Bellapertica. Cy. & Alb. de Ro.
in l. fi. ff. de conſtit. princ. & Arch. in c. propoſuiſti. 86. diſt.
vlt. col. & Paul. de Leaza. in procem. clem. in §. decreto. &
Bald. in l. falſus. 10. colũ. verſ. nunc videndum econtra. C.
de furtis. Bene facit l. apud eum. in fi. ff. de manumiſ. vbi
Rex ſolo verbo ſine vlla ſolennitate facit quodlibet, & ſic
habetur gratia ſine acceptione. Et dicit Luc. de Penna in
l. fin. C. de loca. prædict. ciu. lib. 11. quòd id, quòd princeps
vult fieri, habetur pro facto. & quod mandat dari, habe-
tur pro dato. C. de annot. ciui. l. fin. lib. 11. & quod dicit ſe
daturum, habetur pro dato. 21. diſt. in nouo. in priu. Et li-
60 cet dicta † indulgentia, & reſtitutio proſit abſenti, & igno-
ranti, tamen non debet nocere tertio, per ea, quæ habentur
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth & in l. fi.
C. de ſenten. paſſis. maximè abſenti & igoranti dictam in-
dulgentiam & reſtitutionem, occidendo eum lege permit
tente ob publicam vindictam. & hoc per tex. in c. excellen
tiſſimus. 11. q 3. ibi, qui ex neceſſitate, aut ignorantia delin
quũt, auctoritate noſtra per te abſoluantur. Bene facit tex.
in l. 2. C. ne ſanctum bapti. reite. & in l. inter omnes. §. 1. ff.
de ſurt. & regula, ignorantia. de reg. iur. lib. 6. & quod no.
Io. And. in mercu. in regula, cum ſint. Decimò & vlt. quæ-
ro de vna quęſtione, de qua fui, ſunt plures anni, cõſultus.
quidam fuit foriudicatus per contumaciam cauſæ grauio
ris delicti. Et quia prætendebat ſe poſſe oſtendere de ſui in
nocentia, tãtum fecit per interpoſitas perſonas, ꝙ obtinuit
à Rege ſecuritatem pro vno anno, & ſaluum cõductum, vt
ſtet ſecurus in prouincia, & habilitatus fuit, vt ſine metu
carceris, vel alterius læſionis in perſona, vel in bonis poſſit
in iudicio oſtendere de ſua allegata innocẽtia. vigore iſtius
ſaluiconductus venit coram iuſtitiario illius prouinciæ, à
quo fuit foriudicatus, & præſentat ſuas defenſiones, quib.
pręſentatis, cum ſuis inimicis contendit, & ſic iſte aſſecura
tus interfecit ſuum inimicũ. Deinde poſt aliquos dies vnus
ex conſanguineis interfecti occidit illum aſſecuratum, in-
quiritur, ſiue accuſatur iſte occidens de homicidio. Repli-
catur, ꝙ iure licito eum occidit, quia erat foriudicatus. di-
citur in contrarium, ꝙ fuerat aſſecuratus. Reſpondi, ꝙ iſte
occidens illum foriudicatum tenetur pęna legis Corneliæ
de ſicarijs: & ſic pœna homicidij, ſecundùm cõſt. terminũ
vitæ. quia licet iſte foriudicatus fuiſſet aſſecuratus à Rege,
61 tamen † illo tunc ꝙ ipſe offendit ſuum inimicum, & eum
occidit, incontinenti perdidit beneficium ſaluiconductus
qui habet in ſe tacitam cõdictionem, ſi durãte tempore ſe-
curitatis ipſe nõ offendat alium, vt in l. qui ſeruum. de ver.
obl. & ibi gl. allegat pro concordantijs l. quid ergo. §. ſi hæ
res. ff. de leg. 3. & alia iura, vt ibi per eam, & videtur tex. in l.
quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Vbi promiſſio de non ex-
pellendo colonum intelligitur, niſi ſubſit iuſta cauſa: & ſic
cõditionaliter, niſi cauſam expulſionis expulſus præſtaret.
& ideo dicebat ibi Bal. ꝙ in conuentione intelligitur exce-
ptus caſus à lege permiſſus, allegat Old. ſic decidentem iſtã
quæſtionem. Item quia ex offenſione facta per iſtũ aſſecu-
ratum ſubdito & vaſallo Regis, qui conceſſeſſit ſecuritatẽ,
dicitur offenſus ipſe Rex, qui repræſentat rempublicam re
gni, quia dicit Luc. in l. quicunque. in 3. col. C. de om. agro
deſer. l. 11. ꝙ princeps eſt in repub. & reſpu. in principe. &
62 † pro hoc l. ita vulneratus. ff. ad leg. aqui. & ad l. ſi quis in-
genuam, §. in ciuilibus. ff. de capti. & poſtli. Et pro hoc ẽt
facit, quia qui legẽ offendit, nõ gaudet legis beneficio. l. au
xilium. §. fi. ff. de minor. C. de iure delib. l. fin. §. pen. & di-
cit Bald. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtil. publ. &
in l. cum proponas. C. de pac. ꝙ nunquam intelligitur pro
eo ſcriptum, qui facit contra id, quod eſt ſcriptum, & qui
negat acta iudicij, non poteſt ex eis ſe fundare, vt dicit Bal.
in l. vnic. in fi. C. de confeſ. & per conſequens propter di-
ctam offenſionem tacitè fuit reuocata ſecuritas, & remãſit
foriudicatio in ſuo robore, bene facit in ratione ſui. l. ſi cũ
Cornelius. & l. cum quis. ff. de ſolu. Præſtitit mihi aditum

ad

ad ſcidicendũm id, quod dixit dom. Nellus in dicto tract.
in char. 58. in 56. q. & pro iſta ſententia facit, quia talis ſe
curitas conceſſa foriudicatis, & malefactoribus ex grauib.
delictis, non eſt eis ſeruanda, vt dicit text. in auth. de man.
princ. §. neque autem. Faciunt ea, quę allegat Bart. in queſ.
quæ incipit, Lucanę ciuitatis. in verbo, contra. & in eius ſo
lutione vide alias quæſtiones in materia bannitorum per
dictum dom. Nellum. Tertiò no. ex tex. ibi, nulla omnino
63 licentia. ꝙ in † iſto regno per hanc conſt. poſtquam lata eſt
ſententia foriudicationis, denegatur ſibi omnis defenſio, et
ſic non licet eis oſtendere aliquo modo de eius innocentia
immo nec allegare ſe non fuiſſe contumacem, nec allegare
iuſtã cauſam abſentiæ, vt hic, ibi, iudicij limina percludan
tur &c. & per cõſequẽs denegatur ſibi a iudice ſemper om
nis audientia. Et ſic iſtæ duæ dictiones vniuerſales coniun
ctę nullam omnino operantur excluſionem omnium exce
ptionũ & defenſionum cum geminatione illorum verbo-
rum, omnem aditum iudicij pręcludant, ſic etiam inſti. de
Attil. tut. in princ. ibi, ſi cui nullus omnino. quæ dictio eſt
excluſiua omni tempore, vt in l. 1. C. quomodo & quando
index. iuncta l. græcè. ff. de fideiuſ. & l. in naue Saufelli. ff.
locati. Sed de iure communi, ceſſante ſtatuto, ſemper ban-
nitus debet audiri in ſuis defenſionibus, vt in l. diuus. ff. de
cuſtod. reor. & Bar. in l. 2. de requir. reis. Et ſic patet, ꝙ an-
te ſentẽtiam foriudicationis contumax bannitus poteſt ſe
defendere, & etiã opponere, ꝙ accuſatio, vel inquiſitio nõ
procedit. Et ſic poteſt opponere dictas exceptiones, quę im-
pediunt proceſſum ad vlteriora, ſecundũm Bar. in l. elegan
ter. §. ſi quis poſt. de condi. indeb. & in l. nam & poſtea. ff. de
iureiur. & Bal. in l. exceptionem. C. de probat. vel proba-
re eius innocentiam, & iſto modo poterit impedire, ꝙ non
procedatur ad foriudicationem, imò ſi iudex facit proceſ-
ſum informatiuum, & ex proceſſu informatiuo conſtat, ꝙ
cõtumax, & bannitus eſt innocens, nõ debet procedere ad
ſniam foriudicationis; quia ad iudicẽ ſpectat et inquirere
defenſiones rei per iura, quæ ad hoc allegat Bar. in l. abſen-
tem. in 2. col. ff. de pę. & allegat etiam Inno. in cap. ueniens.
64 de accuſ. Et ſubdit Bar. vnũ verbum aureum, ꝙ † ubi iudex
habet veritatem, ꝙ quis non eſt delinquens, licet habeat cõ
feſsionem fictam ex contumacia. vigore ſtatuti non debet
ipſum condẽnare, & ſic nec foriudicare. & Alex. in d. l. ab-
ſentem. allegat Bal. idem dicentem in l. 2. §. pen. C. de iura.
calum. & ibi etiam allegat ad hoc optimum conſ. Bar. 120.
quod incipit, à domino Cyn. verſicu. econtra videtur &c.
& iſta eſſet vna bona cautela ad impediendum foriudica-
tionem. Quartò no. ex tex. ibi, ac ſi confeſſus eſſet de crimi
ne. ꝙ ex ſentenia foriudicationis reſultat probatio crimi-
nis ex ficta cõfeſsione. quia iſte contumax, & bannitus nõ
verè confeſſus fuit delictum, ſed in pœnam contumaciæ
vult iſta conſtitutio, ꝙ habeatur, ac ſi crimen, de quo fuit
citatus, & bannitus, fuiſſet confeſſus eo tempore, quo eſt
foriudicatus. Sed hic quæro pro declaratione, utrum ante-
65 quam † feratur ſententia foriudicationis, requiratur, ꝙ iu-
dex prius declaret per interlocutoriam, ipſum contumacẽ
haberi pro confeſſo ipſum crimen, de quo fuit inculpatus.
Reſpondetur, quòd Bartol. in l. eius qui delatorem. ff. de iu
re fiſci. tangit hanc dubitationem, & dicit, quòd iſta verba
quòd habeatur pro confeſſo, non intelliguntur ipſo iure,
ſed quòd per ſententiam declaretur haberi pro confeſſo.
& hoc idem videtur probari in authen. principales, in fi.
C. de iuramen. calum. & idem dicunt Ion. Andr. & domi-
nic. in c. & ſi poſt præſtitum. de confeſsis. lib. 6. & glo. in c.
fin. de iuram. calum. vide concordantias per Alex. in l. ma
nifeſtę. ff. de iureiur. Veritas eſt, quòd iſtud procedit in ci-
uilibus, ſed vbi lex dicit, ꝙ ex contumacia quis habeatur
pro confeſſo, ſufficit, ꝙ in diffinitiua ſententia declaretur,
ꝙ habeatur pro confeſſo, quia idem eſt dicere, quòd habea
tur pro confeſſo, vel, quòd ſit confeſſus, ſecundùm Domi-
nicum in dicto cap. & ſi poſt præſtitum. vlti. colum. & fir-
mat Salyc. in d. l. manifeſtæ. iterum quæro dicit Bald. in l.
pen. in fi. C. de conſtit. pec. ꝙ ſi ſtatutum dicat, ꝙ cõtumax
habeatur pro confeſſo, ꝙ requiritur trina citatio, nec ſuf-
ficit vna pro omnibus propter magnum præiudicium,
quod inde ſequitur. ff. de iure fiſc. l. 2. §. quoties. an hoc pro-
cedat, vt requirantur tres citationes, antequam feratur ſen-
tentia foriudicationis? Dic ꝙ nõ, ſed ſufficit, ꝙ fuit citatus,
66 & poſtea † bannitus, & iterum citatus ad ſe excuſandum le
gitimè, vt ſupra dixi ex auctoritate gl. & hic. Et hoc verum,
ſi prima citatio contineat peremptorium, tunc illa opera-
tur, ac ſi eſſent factæ tres citationes, vt dicit tex. in conſtit.
edictorum. ibi, dum dicit, ꝙ citatio fiet vna pro omnibus,
quæ peremptorium continebit, & terminum 30. dierũ ad
plus a die citationis, & ſi aliter fieret citatio, nulla eſſet, &
ſententia condemnationis, vt dicit gl. in verbo, continebit.
Et de iſta ficta confeſſione, quæ reſultat ex contumacia, vi
de per ſcribentes in l. 2. §. fi. C. de iur. cal. & in d. l. eius qui
delatorem. & Alex. in l. abſentẽ. ff. de pę. & in d. c. & ſi poſt
pręſtitum. Et eſt ſciendum, ꝙ plus punitur quis ex ficta cõ
feſſione, quàm vera. nam ille, qui verè confeſſus eſt, poteſt
probare contrarium eius, quod eſt cõfeſſus in poſitionib.
allegando confeſſionem erroneã, & ideo illam reuocat, vt
no. Sal. in l. a. C. de cuſto. reo. & in c. fi. de confeſ. & ibi per
67 Ant. in fi. ſed † confeſſio ficta, quę oritur ex iſta contuma-
cia poſt iſtam ſentẽtiam, nullo modo poteſt reuocari, ſecũ
dùm Bart. in l. abſentem. de pę. & Bal. in l. 1. 2. col. C. ne ex
delict. defunct. Bal. in l. error. circa fi. C. de iur. & fac. igno.
Et hoc maximè, quia hęc conſtitutio expreſsè vetat. An au
tem poſt ſcientiam ficta confeſſio poſſit reuocari, vide per
Ant. de But. in d. c. fi. & Io. And. in add. Spe. in ti. de poſitio
nib. §. 9. verbo, veruntamen. & ſcribentes in d. c. a. de conſ.
lib. 6. item confeſſus crimen in iudicio requiritur, ꝙ con-
demnetur per ſententiam, vt ff. de cuſt. reor. l. ſi confeſſus.
& tenet hic And. cui adde, ꝙ ex tali confeſsione facta in iu
dicio, etiam ꝙ proceſſus ſit inordinatus, poteſt condemna
ri, ſecundùm Inn. in c. qualiter & quando. de accuſ. & Bal.
in d. l. ſi confeſſus. & ibi uide multas concord. per Alex. in
apoſtillis ſuis impreſsis. Sed fictè cõfitens, & foriudicatus
ſi venit in fortiam iudicis, ſine alia ſententia mittitur ad
ſupplicium, ſecundùm And. hic, & ita pridie fecit regens
magnę curię uicariæ. Item quia verè confeſſus, & cõuictus
poteſt appellare, vt habetur in l. 2. C. quorum appel. ſed fi-
ctus contumax bannitus & foriudicatus non appellat, vt
hic. Quintò no. ex ea. litera, ꝙ iſta conſtitutio inquantum
dicit, citatum pro cauſa criminali contumacem, bannitum,
& foriudicatum haberi pro confeſſo ipſum crimen, eſt ius
nouum, quia de iure cõi hoc non reperitur niſi in certis
caſibus, vt no. Alex. in d. l. manifeſtæ. ff. de iureiu. ſecũdum
Bar. in l. abſentem. ff. de pœ. & in l. quæſtionis. la ſeconda.
ff. de adulte. Abb. in c. veritatis. 6. col. de dolo & contume.
Oldra. conſi. 64. & ſine dubio valẽt ſtatuta: quòd cõtumax
habeatur pro confeſſo, vt dicit Bald. in l. 1. verſicu. ſed hic
quæritur. in 1. col. C. quomodo & quando iudex. Sextò no
ta ex tex. ibi. perinde habetur, ac ſi per diffinitiuam ſenten
68 tiam. quod ſentẽtia † foriudicationis operatur effectũ, ac ſi
per diffinitiuam ſententiam fuiſſet condemnatus de crimi
ne, de quo fuit citatus: & hoc ideo eſt, quia hæc conſtitu-
tio fingit eum fuiſſe confeſſum crimen: & ſic iſta conſtitu-
tio inducit duas fictiones. primam quia fingit illum con-
feſſum crimen. ſecundam, quia fingit ſententiam latam cõ
tra eum. Nam illud verbum, habeatur, inducit fictionem,
vt dicit Barto. in repet. l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſuca-
pion. in 17. col. dum dicit, aliud eſt eſſe ciuem, aliud habe-
ri pro ciue, vt probatur in l. iure ciuili. ff. de regul. iur. & l.
iure ciuil. ff. de conditionib. & demonſt. & de iure commu
ni in idem non concurrunt duæ fictiones, vt in l. prima. C.
de dotis promiſsio. Sed hic ideo concurrunt iſtæ duæ fi-
ctiones, quia ſunt ſubordinatæ ratione publicæ vtilitatis,
& expreſsè inductæ ab Imperatore, ſicut dicimus, ꝙ hęres
fingitur vna perſona cum defuncto, & fingitur à tempore
mortis teſtatoris, ut in l. hæres quandoque. ff. de acquiren.
hære. vt not. dicit Bald. in d. l. 2. in fi. C. de fructi. & lit. exp.
item quia ad vnum effectum cauſandum poſſunt concur-
rere plures fictiones, vt in l. ſingularia. ff. ſi certum petatur.
69 & l. licet. §. quoties. ff. de iure dotium. † Septimò nota ex

tex. ibi, quaſi foris eſſe aditum iudicij. etymologiam huius
vocabuli, foriudicatus, quia dicitur ꝙ eſt foris ab omni adi
tu iudicij, hoc eſt, ꝙ ſibi ex cõtumacia denegatur omnis au
dientia in iudicio ab habentibus iudicare, de iure verò Ro
mano non reperitur hoc vocabulum, ſed bene reperitur, ꝙ
ex cõtumacia denegat præſes audientiam, vt in l. ſed ſi per
prætorem. §. ſed & ſi dum. ff. quib. ex cau. maio. & in l. con-
tumacia. ff. de re iud. In iure. n. ſunt expreſſi multi caſus, in
quibus iudex de iuſtitia poteſt denegare audientiam, quos
enumerat glo. in c. in nomine domini. in verbo, audientia.
18. diſt. & Spec. in tit. de peti. & poſſeſ. §. 2. verſ. ſed quæri-
tur. Alium caſum habes, vbi denegatur à iure audientia, in
l. veluti. ff. de verb. obl. Alium caſum habes in l. bene à Ze-
none. C. de quadr. præſcrip. Alium habes 11. q. 3. c. rurſus.
Alios caſus poſuit Io. de Ana. in c. ad abolendam. 9. col. de
hæret. & Iaſ. in l. in operis. §. ſed ſi is cui. ff. de ope. no. nun.
Et ſic patet, ꝙ foriudicato denegatur audientia per iſtam
conſtitu. Quid autem ſi bannito, cui denegatur audientia
per ſtatuta Italiæ, vel foriudicato daretur audientia, & fa-
ctus eſſet proceſſus, vtrum nullo opponente, proceſſus iſte
ſit ipſo iure nullus? Vide multùm egregiè per Bald. in repe
ti. l. 2. in 24. & ſequen. col. ff. de iureiur. & Pet. de Ancha. in
regula, ea quę li. 6. char. 51. & Ale. in l. 1. §. 1. ff. ad Treb. Io.
de Ana. in c. quia fruſtra. 1 & 2. col. de vſur. & Bald. in di-
ſputatione ſua incipiente, ſtatuto ciuitatis cauetur, ꝙ fœ-
nerator. apoſtillam Alex. in l. vir bonus. ff. iudicatum ſolui
Fran. de Are. in conſi. 85. incipiente, conſiderata diligenter
conſultatione. 2. col. verſic. & præmitto &c. Paul. de Caſt.
70 conſi 130. † Octauò nota ex tex ibi, legitimam cauſam ab-
ſentiæ. ꝙ nullus poſt ſententiam foriudicationis poteſt al-
legare iuſtam cauſam abſentiæ ipſius, vt hic. & ſic limita-
tur l. ſeruum quoq;. §. publicè. ff. de procuratoribus, vt non
poſſit allegari iuſta cauſa abſentiæ poſt ſententiam foriudi
cationis, nec etiam competet ſibi remedium etiã per viam
reſtitutionis in integrum, quia iſte textus denegat ſibi om-
nem audientiam, regulariter contra, per l. ab eo. C. quomo
do & quando iudex. & ff. de reſtitu. in integr. l. fin. accedant
ad hæc ea, quæ ſcribit And. ſupra in conſtit. edictorum. &
quæ ibi ſcripſi. Nonò nota ex textu ibi, nulla ſibi appella-
tionis, ſeu ſupplicationis, ꝙ foriudicatus non poteſt nec
appellare, nec ſupplicare à ſententia foriudicationis: ſi. n.
hæc verba non fuiſſent appoſita, ſine dubio condemnatus
ad pœnam mortis poſſe appellare, vt in l. addictos. C. de epi
ſcopali audientia. & ff. de appellat. l. non tantum. maximè
quia licet habeatur pro confeſſo, nõ eſt conuictus: & ideo
potuiſſet appellare, iuxta not. in l. 2. C. quorum appellatio-
nes non recip. & ideo infero, quòd ſi foriudicatus ſuppli-
caſſet Regi per viam ſupplicationis & querelæ, vt poſſit do
cere de iuſto ſuo impedimento, & fuiſſet conceſſum reſcri
ptum, & non eſſet dictum, non obſtante conſtitut. regni in
contrarium, tale reſcriptum & proceſſus inde cõfectus eſ-
ſet ipſo iure nullus, quia ſi prohibetur ſupplicari, & appel-
lari, & ſi concedatur, non valet conceſſio, vt dicit textus
iuncta glo. C. de petitio. bonorum ſublata. l. 1. lib. decimo.
Decimò nota ex textu ibi, pro mortuo habetur. quòd vigo-
71 re huius † conſtitutionis viuens foriudicatus habetur pro
mortuo, & ſic non poteſt facere aliquem actum, quem fa-
cere poſſet viuens: & ſic foriudicato ſuccedũt agnati, ſicut
ſi eſſet mortuus. idem dixit Bald. in authen. & omnino. C.
ne filius pro patre. & Innocen. in cap. grauem. de ſententia
excommunicat. & dixi in cap. 1. §. ſi quis hominem. in 12.
not. de pace tenenda. ſic etiam & hypocrita viuens mor-
tuus eſt. 12. quæſt. 1. c. nolò. circa finem. ſic etiam mona-
cus viuens mortuus eſt mundo, vt in l. fin. & ibi per Albe.
de Roſat. C. de epiſcop. & clerici. Et ſic infertur, quòd ille,
qui poteſt à quocunque occidi, habetur pro mortuo, quia
idem eſt eſſe in habitu, vel in actu, quãdo lex expreſsè hoc
dicit, vt hic. idem dicit Domin. in cap. licet. in 4. colum. de
electio. libro ſexto. vbi ponit aliqua exempla. & ideo quo-
cunque tempore occidetur foriudicatus à quocunque di-
cetur occiſus à tempore dictæ ſententiæ, & non nunc de
nouo, fictione iuris, quia quando potentia deducitur ad
actum, non dicitur quid nouum, vt dicunt Bald. & Paulus
de Caſtro in l. fina. ff. ſi ex noxali cauſa agatur. licet dicat
Bald. in l. 1. in 8. q. C. de inſtitu. & ſubſtitutio. quòd actus
actum ſignificat, & potentia potentiam, vt in iuribus ibi
per eum allegatis. ponderat ergo iſta conſtitutio habitum
& potentiam cuilibet datam occidendi foriudicatum, &
iſta potentia morti æquiparatur, licet non ſit mortuus. &
pro hoc facit bonus textus. ff. de his qui deiecerunt vel ef-
fuder. l. ſi verò §. prætor ait. Vndecimò nota ex textu ibi, &
72 hoſtis publicus. quòd † foriudicatus legitimè dicitur hoſtis
publicus, & ideo poteſt impunè occidi, & offendi, vt in l. 3.
§. fi. ff. ad legem Corneliam de ſicar. & in l. amiſſione. §. qui
deficiunt. & ibi per Bartol. ff. de capti. An autem iſtis ho-
ſtibus ſit ſeruanda ſecuritas, vel aliquod eis promiſſum?
Bald. in capi. primo, de treuga & pace. dicit, quòd ſic. ſed
aliud dicit idem Bald. in l. prima. ff. de dolo. tu vide diſtin-
ctionem Iacobi de Beluiſio in authent. de mandatis princi-
pum. §. Reges. & Nicolaum de Lyra ſuper Geneſi, cap. 34.
Cynum in l. eos. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. Bal
dum in l. accuſationis. C. quod met. cauſa. & in capit. 1. §.
item ſacramenta. de pace iuram. firman. Bart. in l. conuen-
tionum. ff. de pactis. & in l. 1. C. de vetera. lib. 12. Nam pa-
rum homini priuato intereſt vincere hoſtem. in, aut dolo.
22. quæſt. 2. cap. dominus noſter. & l. nihil. ff. de captiuis &
73 poſtlimio. reuer. non tamen licitum † eſt priuato hoſtem
exiſtentem in fortia iudicis interficere, vt dicit Angel. in
l. 3. §. transfugas. ff. de lica. & infra dicam. Et ſcias, quòd eſt
magna differentia inter inimicos Imperatoris, & hoſtes, vt
in l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. & nota. in l. hoſtes. ff.
de captiuis & poſtlimin. reuer. & voluit Bald. in d. ca. 1. de
treuga & pace. Et pondera bene iuſtum textum, quia pro-
bat quòd cauſatur iuſtũ bellum inter ſubditum & ipſum
Regem ratione contumaciæ commiſſæ contra Regem, vel
eius officialem, cui conceſſit merum imperium, maximè
ex cauſa capitali. Duodecimò no. ex textu ibi, ab omnibus
offendatur impune. foriudicatum poſſe ab omnibus impu
nè offendi, & occidi, qui text. præbet omnibus hominibus
prima facie admirationem, ſed ſi conſideretur publica vti-
litas, quæ ſequitur ex hac graui pœna, non præſtat admi-
rationem, cùm multa permittantur ratione publicæ vtili-
tatis, quæ aliàs denegantur, vt dixi ſupra in procem. poſt
mundi machinam. in princ. in 10. notab. Quibus adde, ꝙ
74 ratione † publicæ vtilitatis poteſt fieri reuocatio priuile-
giorum, vt probat Alexand. in 1. volum. in conſi. 101. inci-
piente, viſis inſtrumentis &c. in 6. colum. Item ex cauſa
publicæ vtilitatis, puta propter pacem habendam, vel vt
euitetur ſcandalum, poteſt Rex tollere dominium rei pri-
uati hominis, vt ibidem dixi. & Alexand. idem probat in 1.
volumine. conſil. 136. vlti. colum. & in conſilio 189. 2. vo-
lumi. & conſilio 215. & etiam dixi ſupra in præludiis, in
quarta quæſtio. Item ratione publicæ vtilitatis verba gene
raliter dicta referuntur ad habiles, vt dicit Alexand. in l. ro
gaſti. in princip. ff. ſi certum petatur. vnde ſi Rex facit præ-
conium, quòd quicunque cęperit vnum talem malefacto-
rem, habeat tale caſtrum in feudum, ſi inhabilis ad feudum
eum cęperit, debet habere feudum, non obſtante eius inha
bilitate, vt in l. 3. §. verũ. ff. ad Syl. Idem dicunt Gul. de Cu.
Bal. & Alex. in l. ſi filius. 1. col. ff. ſi cer. per. Iaſ. in l. in prouin
ciali. §. ſi in publico. ff. de ope. no. nun. & in l. 1. in 3. colum.
C. de ſacroſan. eccle. Sed iuxta hoc quæro de tribus quæ-
75 ſtionibus. Et primò, ecce aliqui ſciunt, vbi moram trahit
foriudicatus, & vadunt, & capiunt eum, & ipſum ſuſpen
dunt in quadam arbore, an incidant in pœnam homicidij
& vſurpatæ iuriſdictionis. Andr. hic in 5. col. tangit iſtud
paſſetum, & determinat, ꝙ ſuſpendere eſt occidere, & con-
ſtitutio iſta permittit eius occiſionem, ergo & per omnem
modum, per quem poteſt fieri occiſio, ſed ſi conſtaret,
quòd dictam ſuſpenſionem fecerunt, quia dicebant habe-
re merum imperium, & illud non habebant, tunc puniren
tur pœna vſurpatæ iuriſdictionis, de qua dictum fuit ſu-
pra in conſtitutione ea quæ ad decus. in fine. Secunda
quæſtio eſt, quid ſi foriudicatus fuit captus per familiam
iuſti-

iuſtitiarij, & dum per iter portaretur ligatus, vt duceretur
ad carceres, vel vt ſuſpenderetur ad furcas, quidam in itine
re dictum foriudicatum occiderunt, vtrum teneantur pœ
na homicidij? Et quid ſi eum exiſtentem in carceribus pu
blicis occiderunt, an teneantur pœna homicidij, vel iure
licito per iſtam cõſtitutionem ſit factum homicidium im-
punè? And. hic in vlti. col. videtur tenere, ꝙ ſint punien-
76 di pœna mortis. † quia ille, qui eſt condemnatus à iudice
ad mortem, & ducitur ad locum ſupplicij, debet ire ſecu-
rus, vt in l. addictos. C. de appellatio. & firmat Bar. in l. 3. §.
trãsfugas. ff. ad legem Corneliam de ſicar. vbi dicit etiam,
ꝙ hoſtis poſt quàm eſt captus non poteſt occidi; ſed debet
ſeruari. vt in l. & ſeruorum. ff. de ſtatu homi. Item quia ho-
mines poſitos in carceribus non licet occidere, vt in l. fi. ff.
de cuſto. reorum. Secundò pro hoc allegat And. text. in ſe-
cundo lib. regum c. 1. vbi Saul. ad mortem vulneratum ſer-
uus eo mandãte occidit. & nunciauit regi Dauid, ob quod
rex Dauid mandauit eum occidi. hanc opinionem ſequu-
tus fuit Bart. in d. §. transfugas. & in l. in laqueum. ff. de ac-
quiren. rerum dominio. Ioann. de Imo. in l. publicis. ff. de
conditionibus & demonſtra. & Ioann. Andr. in addi. Spec.
in tit. de accuſatio. §. ſequitur, in additione magna, quæ in-
cipit, quod hic dicitur. in 1. colum. verſi. 3. membrum fuit.
Idem firmat Cyn. in libertas. ff. de ſtatu hom. Iac. de Aret.
diſputauit iſtam quæſtionem per multa argumenta pro &
contra, vt refert Ioan. And. in loco prææallega. & eius argu-
menta refert etiam do. Nel. in allegato tractatu de bannitis
in ſecunda parta ſecundi temporis q. 18. char. 29. & quęſt.
32. cha. 30. & videtur inclinare in iſtam partem. Licet Dy.
in d. l. in laqueum. teneat contrarium, & Ange. in d. l. publi
cis. pro quibus facit l. ſi aliter. §. eſt & aliũ. ff. quod vi aut
clam. vbi perituris ædibus non videtur dari damnum. Sed
non obſtat, quia iſte foriudicatus exiſtens in fortia iudicis
debet mori auctoritate iudiciaria, & non per manus pri-
uatorum, cum licentia occidendi cuicunque data intelli-
gatur, niſi ſit in fortia iudicis, & ſic limitatur communiter
77 iſta conſtitutio. tene menti iſtam limitat. † Tertia quæſtio
eſt, quidam fuit citatus criminaliter de periurio, in quo
crimine venit imponenda pœna manus per conſtitutio-
nem regni, eos qui ſciuit. fuit contumax, condemnatus &
bãnitus, vtrum elapſo anno poſſit foriudicari. Tu diceres,
quòd ſic, quia ſuprà dictum fuit per c. Regis Caroli ſecun
di, ꝙ vbi venit imponenda pœna abſciſionis membri, po-
teſt quis foriudicari, vt dixi ſuprà in 2. no. in 14. requiſito.
dic, ꝙ cõtrarium ſeruatur, & hoc per quendam ritum ma-
gnæ curiæ, qui incipit. Item ſeruat dicta curia. char. 20. te-
ne menti, quia hoc eſt in viridi obſeruantia. Tertiodecimò
no. ex tex. ibi, ſed præmium. ꝙ ſi foriudicatus occiderit for
c iudicatum [c], aut ipſum latitantem detexerit; iudici ſubau
di, & per talem manifeſtationem ille ſit poſitus in fortiam
iudicis, ꝙ ex hoc conſequitur præmium ſuæ liberationis.
Secus ſi detexerit, & non venerit in fortiam iudicis, quia
non conſequitur liberationem, vt firmat hic And. & pro
hoc facit, quia verba huius conſtitutionis, videlicet, aut
latitantem detexerit. intelligũtur cum effectu, vt dicit Bal.
in l. ſancimus. §. omnem. C. de admi. tu. & l. 1. §. hæc verba.
ff. quod quiſque iur. cum concor. ſuis. Et idem dicendum
eſt ſecundum And. ſi bannitus cœperit bannitum, conſe-
quetur liberationem à banno, & ſibi eſt remiſſa infamia fa
cti. l. fi. C. de requi. re. & idem And. ſuprà in conſti. grandis.
78 † Et intellige hoc præmium habere illum qui occidit for-
iudicatum, ſi ſciebat illum fuiſſe foriudicatũ, aliàs ſi igno-
raſſet, non conſequentur dictum præmium liberationis
per id, quod dixit Bart. in l. 3. §. vtrum. ff. ad Syllan. & in l.
genero. ff. de his qui not. infa. Et dixit Ange. in l. inter om-
nes. §. rectè. ff. de fur. ꝙ ita vidit iudicari in ciuitate Peruſij
licet in contrarium allegabatur, ꝙ etiam ad ignorantes tra
hitur præmium propter generalitatem literæ. Tamen iſta
conſti. communiter limitatur, niſi foriudicatus ignoran-
ter occidiſſet foriudicatum, tunc non conſequitur pręmiũ
ſuæ liberationis. Secus ſi ignoraſſet iſtam conſtitutionem,
& ſciuiſſet illum foriudicatum, quia tunc gaudebit dicto

præmio, vt ſentit Bart. in repeti. l. omnes populi. in 5. quę-
ſtio. princip. ff. de iuſtitia & iure. & firmat Nellus prædi-
ctus prima parte ſecundi temporis. qõ. 24. char 19. Et pon
dera iſtud, ꝙ ad euitationem pœnæ non licet allegare igno
rantiam conſtitutionis, ſed ad conſequendum præmium
ignorantia conſtitutionis non pręſtat impedimentum. Sed
de hoc articulo, an conſtitutio, quæ dat præmium, porri-
gat effectum ſuum ignoranti dictam conſtitutionem, re-
mitto me ad plenè ſcripta per Fel. in c. cognoſcentes. in 3.
char. verſi. tertiò limita. de conſtitutionibus. Quid autem,
ſi foriudicatus occidit foriudicatum non offendendo, ſed
defendendo ſe, an conſequetur liberationem? Alex. tangit
iſtum paſſum in d. §. vtrum. & fortiori ratione debet con
79 ſequi liberationem. † XIIII. not. ex text. ibi, ſecus autem,
ſi foriudicatus bannitum tantum. ꝙ foriudicatus non con
ſequetur præmium liberationis. ſi occidit tantum banni-
tum, & non foriudicatum, imò punietur pœna conſtitut.
terminum vitæ. & eſt ratio expreſſa hic in tex. quia maiori
pœna eſt ligatus ipſe forbannitus, quàm bannitus tantùm.
& ad hoc bene faciunt iura, quæ allegat glo. hic, & gl. 9. in
verbo, ſimili. & ſic patet, ꝙ ſicut datur maioritas & mino-
ritas in dignitatibus 21. diſtin. c. denique. cum multis ſimi.
& etiam in meritis, vt 2. q. 7. ca. Paulus. & in iudicus, vt in
l. per minorem. ff. de iudi. Ita in præmiis concedendis re-
ſpectu remiſſionis pœnæ conſideratur grauitas, & maio-
ritas delicti, & perſonæ delinquẽtis. ſic etiam de iure com
muni quando opponitur exceptio præiudicialis ad actio-
nem petitorij intentatam, prius cognoſcitur de exceptio-
ne tanquam maiori, & præiudiciali, quàm de ipſa actio-
ne vt plenè not. in c. 1. & 2. de ordi. cogni. & in Specu. in tit.
de incidentibus quæſtio. verſi. vidimus quid iuris. Et hoc
facit ad limitationem conſtitu. ciuiliter agens, vbi videtur,
80 quòd ſint in regno ſublata præiudicialia. † Decimoquin-
tò no. ex tex. ibi, pro comite, ꝙ illis, qui ceperint aliquem
comitem forbannitum, datur præmium centum auguſta-
lium à regia curia. Et ſic patet, ꝙ præmio incitantur homi
nes ad homicidium foriudicati. bene facit tex. in l. lex. Cor
nelia. vbi ſunt concordan. in glo. ff. ad Sylla. quod intellige,
ſi ipſum conſignauerit in fortiam eius, qui eum foriudica-
uit. Sed quæro, quis teneatur ſoluere iſtud præmium, hæc
litera dicit, de liberalitate noſtri culminis, & ſic de bonis
fiſci. tex. eſt in l. lege Cornelia. ff. ad Sylla. ubi dicit Bald. ꝙ
primò ſit diſcuſſio, ſi ſunt bona delinquentis, & de illis fiat
ſolutio pręmij, & ſi non ſunt, tunc ſoluitur pręmium de
bonis fiſci. Item intellige; dummodo ipſe non ſit foriudica
tus, nec bãnitus, ſed ſi eſſet foriudicatus, vel bannitus, ſuf-
ficit ſibi pręmium liberationis, & ſic non habebit duplex
pręmium. Et idem ſi eum occiderit, quia non habebit prę-
mium centum auguſtalium, ſed erit homicidium impuni-
tum, quia legis auctoritate factum, vt dicit illa conſtitutio.
Nec eſt facienda differentia, ſi potuit capere, & non occi-
dere, quia etiam ſi potuiſſet capere, & non occidere, ſed cę
pit, & occidit, non imputabitur ſibi in culpam, nec in do-
lum, quia iure licito occidit, vt hic. ſecus in aliis criminali-
81 bus, quia ſi quis poteſt capere delinquentem † & non occi-
dere, non debet occidere, vt bene dicit hic And. in pen. col.
per l. ſi quęcunque. ff. ad legem Aquil. Sed pro intelligentia
quæro, quid ſi vnus comes, qui fuit foriudicatus occiderit
vnum alium foriudicatum, qui non eſt comes, vel nobilis
ſed fuit vnus ruſticus villanus, verum conſequatur iſte co-
mes liberationem à foriudicatione? Andreas hic in 5. col.
tangit iſtam quæſti. & arguit ad partes, finaliter concludit
ꝙ iſte comes conſequetur liberationem, nec requiritur, ꝙ
ille foriudicatus, qui occiditur, ſit paris conditionis, quia
hęc conſtitutio hoc non dicit, ideo nec nos dicere debe-
mus. l. de precio. ff. de public. & pro hoc facit, quia vbi tra-
ctatur de fauore publico, non attenditur qualitas offenſo-
ris & offenſi, ſicut non attenditur inhabilitas perſonæ, vt
dixi ſuprà in 3. notab. Decimoſextò no. ex tex. ibi, iuſtitia-
rio, qui ipſum banniuerit. ꝙ ſi pietate ductus non occidi-
tur foriudicatus ab eo, qui illum ceperit, & duxerit ſub fi-
da cuſtodia in fortiam iudicis, qui eum foriudicauit, con-
ſequitur

ſequitur præmium iuxta iſtam conſtitut. prout dixi in di-
uiſione huius cõſtitutionis. Idem ſi duxerit in fortiam ſuc-
ceſſoris in officio, quia idem eſt officium, vt decit Innoc.
in c. cum M. de conſtitutio. Et hac de cauſa gl. 1. hic, ꝙ co-
ram ſucceſſori officiali debet fieri id, quod coram præde-
ceſſore erat faciendum, vt in iuribus in ea allegatis, & patet
82 hic in textu ibi, vel etiam coram ſucceſſore eiuſdem. † De-
cimoſeptimò no. ex tex. ibi, puniendum. ꝙ quandocunque
foriudicatus venerit in fortiam iudicis, non requiritur alia
ſententia condemnatoria ad mortem, niſi quod mittitur
ad furcas, vel inciditur caput à ſpatulis vigore ſentẽtiæ for
iud. & ita tenet etiam hic Andr. & dixi ſuprà in 4. not. De-
cimooctauò not. ex tex. ex locorum forte diſtantia. ꝙ data
difficultate implendi pręceptum ſuperioris, debet reſcribe
re ſuperiori. Et ex hoc infero, quòd iſte, qui capit foriudi-
catum, poteſt ipſum tenere ligatum in carcere priuato,
donec ipſum aſſignet iuſtitiario, qui eũ foriudicauit, etiam
vltra xx. horas, ſi aſſignatio infrà 20. horas fieri non potuit
propter locorum diſtantiam: & ſi commodè non poteſt
fieri conſignatio iuſtiõario, qui eum foriudicauit, debet de
hoc dare notitiam regi, ſi eſt in regno, vel eius viceregi, &
expectabit declarationem ſuæ voluntatis, & non incidit in
pœnam priuati carceris, quia ſi potuit occidere, poteſt reti
nere in carcere priuato, donec ſtatim & ſine mora conſi-
gnet iuſtiõario, vel faciat voluntatem regis, vel viceregis,
quia carceratio ad capturam venit in conſequentiam. Be-
ne facit ad hoc id, quod dicit Bar. in l. indebitam. ff. de con-
dictione indebiti. vbi dicit, ꝙ ſi datur mandatum ſpeciale
ad aliquid faciendum, & in conſequentiam illius mandati
requiritur pro eius executione aliquid, in quo requiritur
ſpeciale mandatum in conſequentiam primi mandati, ve-
nit iſtud, in quo requiritur ſpeciale mandatum, vt ibi, &
83 in l. 2. ff. de iuriſ. omn. iud. cum ſim. ſuam procurator vide-
tur etiam habere mandatum promittẽdi, quicquid eſt con
ſuetum promitti in contractu; licet in procuratorio nihil
ſit ſcriptum de eo, quod eſt conſuetum promitti, vt not. l. ſi
pignore. §. ſi creditor. ff. de pignor. actione. & ibi per Are-
tinum. Ex his ſequitur ſingularis limitatio ad id, quod di-
cit Bar. in l. capite quinto. ff. de adulteriis. vbi dicit, quòd
ille, qui poteſt capere delinquentem, poteſt vſque ad xx.
horas retinere, & non plus. & idem dicit gloſ. in cap. cum
non ab homine. de iudiciis. & Bart. in l. cum eo. ff. ad legem
Iuliam maieſtatis. & dixi in l. nemo carcerẽ. C. de exacto.
trib. Hodie autem in regno prouiſum eſt, ꝙ vſque ad duos
dies poteſt retinere captum licitè in priuam carcere abſq;
pœna priuati carceris, vt in c. regis Caroli ſecundi, quod
incipit. amplius. char. 25. Item eſt prouiſum per cap. regis
Caroli primi, quod incipit, mandamus, char. 7. quòd de
ſententia foriudicationis fiant quatuor ſcripta authen. quę
cõtineant nomen, & cognomen foriudicati, & tempus for
iudicationis, & vna mittatur ad regiam curiam, alia ad ma
gnam curiam vicarię, alia ad magiſtratos rationales, aliam
iuſtitiarius retineat pro ſua curia ſub pęna centum vncia-
84 rum, & aliis pœnis ibi contentis, ſi ſic non fecerit. † Deci-
monono not. ex tex. ibi, ſententiam impartiri. ꝙ quia Rex
commiſit, vt alius inſtitutus, vel alius, cui Rex commiſit
ſententiam foriudicationis per alium latam exequatur, di-
citur ille, cui Rex cõmiſit, habere partes illius iudicis, qui
illum foriudicauit, & ſic non dicitur executor ex mandato
regis, ſed ſubrogatus, ſubrogatus enim habet iuriſdictio-
nem, & imperium, ſicut ille, in cuius locum eſt ſubſtitutus
ſecundùm Barto. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de
officio proconſ. in penultima colum. Et ex hoc ſequitur, ꝙ
poterit cognoſcere, ſi allegetur nullitas ſententiæ foriudi-
cationis, ſicut poſſet ille iudex ordinarius, in cuius locum
eſt ipſe ſubrogatus, ſecus ſi eſſet executor regis, quia execu
tor ſententiæ non cognoſcit de eius nullitate, vt voluit Bar
to. in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iudica. & Ant. de But. in
ca. de cætero. eodem titu. Vigeſimò no. ex tex. ibi, recepta-
85 tores, aut, occultatores &c. † ꝙ receptatores, & occultato-
res foriudicatorum non puniuntur ex receptatione, vel oc
cultatione eorum, ſicut puniuntur receptatores hæretico-
rum, vt dicitur in conſti. pactarenorum. ſed puniuntur ſi-
mili pœna, quando fuerit requiſiti illos exhibere, & non ex-
hibent officiali requirenti. Sed per capi. regis Caroli primi
punitur ſolùm pœna centum vnciarum, reſeruato regio
arbitrio, quod incipit, dudum, char. 7. aliàs ſi non eſſet iſtud
c. punirentur pœna, de qua in l. 1. & 2. C. de his qui latro-
nes &c. Et intellige ſanè iſtum textum procedere, niſi aliàs
ſe haberet prohibitio pœnalis iuſtitiarij contra iſtos rece-
ptatores, cuius officium latiſſimum eſt, vt in l. 1. ff. de iu-
riſdictione omnium iudicum. nam receptatores tunc in-
ciderent in pœnam contentam in prohibitione abſque alia
requiſitione, dũmodo talis prohibitio fuerit publicata per
loca ſolita, & conſueta, aliàs non ligaret ignorantem, argu-
mento l. ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtito. & eorum,
quæ notat Felyn. in ca. 2. de conſtitu. & And. in cap. 1. in 1.
char. quę ſint regalia. Et hęc prohibitio durat eatenus, qua
tenus durat officium illius iudicis, quę prohibuit, & non
vltrà, vt in l. puto. §. fina. ff. de poſtula. & in l. fina. ff. de pœ-
nis. & Inſtitutio. de perpe. & tempo. action. in princip. &
Bal. in l. 1. C. de poſtula. Patet ergo ex præmiſſis, quòd rece
ptantes bannitos, & foriudicatos nõ puniuntur ex recepta
tione, ſi neſciunt ipſos fuiſſe bannitos. & pro hoc l. 1. ff. de
receptat. ſecundùm Andream hic, dictum fuit in dicta con
86 ſtitutione pactarenorum. † Sed pro declaratione quæro;
vtrum quilibet de regno teneatur capere foriudicatum, vel
hoſtem regis, & ſi non capit eum, & poteſt capere, ſit in
aliqua pœna? Andr. hic tangit iſtud dubium, & diſtinguit
inter ius commune & capitula regni. Nam de iure com-
muni, qui eſt in negligentia capiendi malefactorem, quem
commodè capere poteſt, & non capit, punitur pœna rele-
gationis, vt in l. Metrodorum. ff. de pœnis. ſed per capitu-
lum regis Caroli primi, quod incipit, ad vindictam, aliàs
incipit, nuper apud Tranum. cha. 3. dicitur, ꝙ punitur gra
uiſſimis pœnis. Et ſi non potuit capere, debet clamare, &
vociferare contra dictum hoſtem, ecce hoſtis, adiutorium
vt capiatur, ſi commodè poteſt hoc facere ſine ſui pericu-
lo, argumento not. in l. nepos Proculo. in fine. ff. de uerbo-
rum ſignificatio. & habetur per Andr. ſuprà in conſtitu.
iuſtitiarij non per calendas. Et ſic attenta qualitate perſo-
næ moderabitur pœna, argumen. l. Pomponius. ff. de nego-
tiis geſtis. cum ſimil. alleg. per me poſt Bal. in c. 1. ex quibus
cauſis feud. amitt. An autem dictum cap. regis Caroli pri-
mi, fuerit iuſtè factum. diſputat hic in fine And. & in c. 1.
§. ſi quis hominem. in ſua additione, de pa. iur. firm. Et ad-
uerte, quia ego nõ credo, ꝙ dictum capitulum nuper apud
Tranum debeat extendi ad foriudicatos, ſed tantùm loqui
tur in rebellibus, & proditoribus regis, & non de iſtis ban-
nitis, & foriudicatis per iuſtitiarios. & hoc ſentit hic And.
in ulti. colum. dum dicit, ſed ſic non eſt animari contra
principem, quia ad mandatum principis non uenit ad iu-
dicium, cum frequenter non ex contemptu, ſed timore po-
tentię aduerſarij, uel irę iudicis latitat. Sed aduerte, quia
Rex Robertus in capitulo, quod incipit, receptatores ma-
lefi. char. 33. quando fuit uicarius Regis Caroli ſecundi ſui
patris fecit legem ad beneplacitum duraturam, ꝙ ſi quis
poſt ſemeſtre tempus à die banni receptauerit bannitum
uel occultauerit, puniri debet pœna, qua ipſe receptatus,
uel occultatus deberet puniri. ſed baro & nobilis aliter pu-
nitur ex receptatione bannitorum, & aliter puniretur uni-
87 uerſitas receptans malefactores, ut ibidem dicitur. † Vigeſi-
moprimò, & ultimò no. ex tex. ibi, noſtro iudicio ſeruetur
quòd arbitrio regis ſeruatur pœna inferenda uniuerſitati,
quę receptauit forbãnitum, uel eum celauit, ſubaudi poſt
quam fuerit requiſita, ut exhibeat. & non curauit exhibere
quia hic clauſula pręcedens refertur etiam ad ſequentia.
imò maioris efficacię eſt clauſula poſita in pręcedentibus
ut referatur ad ſequentia, quàm clauſula poſita in ſequen-
tibus, ut referatur ad pręcedentia, ſecundùm Bar. in l. auia.
ff. de conditionibus & demonſtrationibus. & in l. ſi quis ex
argentarijs. §. ſi initium. ff. de edendo. & Alexan. in 4. uolu.
conſi. 52. incip. uiſo themate. Cętera de materia receptan-
tium malefactores, bannitos, & foriudic. uide in conſtitu.
pacta-

pacte renorum. in 2. notabili. in 2.q & ſequenti. & in conſtitutio. patres pro filiis. in 5. notab. Et aduerte, quia ſi magna curia vic. vel iuſtitiarius ponit in banno ex contumacia vaſallum alicuius baronis, non poteſt baro ipſum receptare in terra ſua, ſed tantùm debet ipſum expellere, & nõ tenetur capere, & ponere ipſum in manibus iudicis, quia non debet eſſe beccharius ſui ſubditi, vt inquit Bal. in c. 1. §. ſi iudex de pace tenenda. In glo. 1. dic, vt dixi in expoſitione literæ. Et inquantum dicit, ꝙ ad forũ delicti debet fieri remiſſio, per l. his qui. ff. de accuſationibus. adde text. in auth. vt nulli iudi. §. ſi quis verò comprehenſorum. Dicit tamen Odoffr. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine
88 agi oportet. † ꝙ hodie non fit iſta remiſſio, niſi in his iudicibus, qui ſunt ſub vno ſuperiore, puta, vno rege, non autem in his, qui ſunt ſub diuerſis ſuperioribus. Et dicit Bal. in l. 1. C. eo. tit. ꝙ iſta opinio Odoffr. eſt approbata de generali conſuetudine. In glo. 2. tota. iſta magna gl. probat multùm egregiè, quòd antequam procedatur ad ſententiam foriudicationis contra contumacem bannitum, requiritur citatio iuxta formam, quam ponit glo. hic. Poſtea dicit, ꝙ iudices magnæ curiæ ſeruant contrarium, ſ. quòd non citant vlterius elapſo anno, niſi quòd in curia requiritur ꝑ edicta tribus vicibus, ſi talis bannitus ſit in curia, & nemine reſpondente, fertur ſentẽtia foriudicationis, & probat iſtam
a practicam iuribus, & rationibus. Et poſtea dicit, ꝙ prima opinio procedit de æquitate. ſecunda procedit de veritate. Dic, ꝙ poſt iſtam glo. ſemper magna curia vicariæ ſeruauit, ꝙ ante ſententiam foriudicationis citas iuxta formam hic traditam ſecũdum primam opi. & iſtam practicam approbauit hic And. Et inquantum gl. hic dicit, ꝙ magis conſulendum eſt, vbi maius periculum intenditur &c. Adda tex. in c. vbi periculum. de elec. li. 6. & ibi glo. alleg. concor. In eadem, ibi quia ipſa dies, id eſt, annus elapſus interpel-
89 las pro homine. Mihi videt, ꝙ iſtud arg. gl. nihil valet, † quia ſumus in iudicio, vbi ante litem conteſtatam citatio, & libelli oblatio non habetur pro interpellatione, ſecundùm Ang. & Alex. in l. vinum. 2. colum. ff. ſi certum petatur. dicentes, ꝙ licèt aliàs vna ſola requiſitio ſufficiat ad conſtituendum in mora. l. mora. in princi. ff. de vſur. & in l. Titia Seio. §. vſuras. ff. de legatis 2. tamen in iudicio non dicitur reus conſtitutus in mora, niſi cum peruentum fuit ad litis conteſtationem, quia ante litis conteſtationem non dicitur de iure ciuili cœptum iudicium, vt in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. & in l. 1. C. de iudic. Et ſic cum ſimus ante litem conteſtatam, illa prima citatio, & contumacia, & lapſus anni non habetur pro interpellatione ad ſententiam foriudica. & ideo requiritur alia citatio ad ſententiam foriudic. vt ſuprà dixi in 11. requiſito. & firmat hic alia glo. in verbo, aſſignet. & in verbo, impartiri, & glo. in verſi. ſimili pœna. In glo. 4. no. iſtam glo. quæ expreſſe dicit, quòd bannitum tantùm, & non foriudicatum non licet occidere, ſed tantùm capere, & ducere ad iudicem. In gl. 4. eſt expoſitiua. In gl. 5. dum gl. allega. l. non omnes. §. ſi. de re militari. Adde, ꝙ per iſtum textum dicit Alex. in l. relega-
90 ti. ff. de pœnis. † quòd ſi bannitus alios bannitos ducit in fortiam iudicis, qui eos banniuit, conſequitur liberationem à banno ſibi illato per id, quod dicit ibi Barto. & in l. ambitioſa. in 2. col. verbo, ſciendum. ff. de decr. ab ordine facien. & Bar. in l. 1. §. de qua re. ff. de poſtu. Item l. 1. quam alle. gl. ff. ad leg. Iul. de ambi. cum gl. ſua. allegaui ſemel in conſilio, quòd quidam aſſeſſor fuit condemnatus per ſentẽtiam de quadam corruptione, & fuit declaratus infamis, poſtea ipſe detexit, & probauit, regium capitaneum fuiſſe corruptum in quadam cauſa, ꝙ ille aſſeſſor debet conſequi integram reſtitutionem à dicta infamia. & bene faciunt leges, quas ibi gl. alleg. In gl. 6. hæc gl. dat conſilium, vt qui poteſt occidere foriudicatũ, vel eum capere, debet magis capere, quàm occidere, licet vtrumque ſit permiſſum. In gl. 7. in verbo, aſſignet. hæc glo. ponit duo requiſita in foriudicatione. primum, vt requiratur accuſatio contumaciæ banniti. Secundò requiritur ſententia, vide de aliis requiſitis ſuprà in 2. nota. In glo. in verbo impartiri. quæ ſtat in correcta vitio ſcriptoris. & dicit impetrari. Et ſtante dicto
91 vitio, quærit glo. à quo debet impetrari. vide eam. † Ex qua nota, quòd qui poteſt plus, poteſt minus, vt in iuribus in ea allegatis, Quibus adde no. in c. ex parte tua. de decimis, & in l. relegatorum. ff. de interdic. & relega. Item, quòd cui non permittitur, de quo magis, multò minus permittitur ei, de quo minus. ita dicit Bal. in l. ſi. §. cum igitur. verſicu. Item quæro. C. de iure deliberandi. & Alber. de Roſa. in l. 1. C. de negot. geſtis. & vide Abb. in d. c. ex parte tua. Item ex ea habes, ꝙ facilius permittitur alicui aliquem in ius vocare verbo, quàm vt perſonaliter capiatur, vt in iuribus in ea allegatis, & firmat Andr. infrà in conſtit. ſequen. vltima col. Sic etiã dicimus, ꝙ maior eſt offenſio perſonalis, quam verbalis, vt in l. lex Cornelia. ff. de iniur. Sic etiam, qui offendit perſonam clerici, eſt excommunicatus, ſecus ſi eius res. c. nuper. in verſi. violentia. per Inno. de ſentent. excom. Sic etiam plus eſt opponere contra perſonam, quàm contra formam electionis. c. 1. de elect. lib. 6. & ſic de ſimilibus. In gl. 9. in uerbo, ſimili. no. iſtam glo. ꝙ ſi quis receptauerit bannitum, & non foriudicatum, & fuit requiſitus, ut illum exhibeat, & noluit exhibere, ipſe debet bãniri. Et ſi receptauerit foriudicatum, & requiſitus non exhibuerit, debet ipſe per ſententiam foriudicari. ſed de hoc dixi ſuprà in a 1.
92 no. In gl. 10. in verſ. occultatores. † Quærit glo. utrum receptatores furum, latronum, uel homicidarum, & aliorum criminoſorum, poſtquam fuerint requiſiti, ut exhibeant, & non exhibent, teneatur ſimili pœna, ſicut hic dicitur in receptatoribus bannitorum, uel foriudicatorum? Hæc gl. bene concludit, quòd non, ſed ſeruabitur ius commune, ſ. quod dicitur. ff. de recepta. in regno puniuntur pœna contenta in allegato. C. dudum. charta ſeptima. Et tene menti iſtam gloſſam quæ ſolet allegari à doctoribus regni, quòd conſtitutiones regni non extenduntur extra ſuos caſus, quia ſunt ſtricti iuris. Idem dicit Andr. infrà in conſtitu. proſequentes. In glo. penul. not. quòd receptans foriudicatum non eſt in pœna, nec debet ultra offerre iuſtitiario, niſi ſit requiſitus, & hoc eſt ſpeciale in hoc caſu, regulariter contrà, ut in l. 1. & 2. C. de his qui latrones. de quo, dic ut dixi ſuprà in ult. notab. In gl. ſi. dicitur hic, quòd rex puniet ſub arbitrio uniuerſitatem requiſitam, ut exhibeat foriudicatum, & non uult exhibere. Quærit glo. utrum iuſtitiarius poſſit de hoc cognoſcere uſque ad ſententiam excluſiuè, & poſtea remittat proceſſum ad regem, ut ipſe iudicet, & arbitretur. Et dicitur, quòd ſic, uide eam. Nam principi debet referri cauſa inſtructa, & non ſimpliciter factũ, quia dixit text. in l. 3. in fine C. de offic. præfecti orientis. non crimina, ſed uindicta potius ad nos debent peruenire. ad idem. ff. de appellation. l. conſtitutiones. & 27. q. 1. capit. ſi cuſtos, & cap. ſi homo. Et ideo dicebat Specu. in titu. de relatio. §. quando, quòd in criminali prius fertur ſententia, & poſtea fit relatio principi, puta, an ſit exequenda, ſed hic prohibetur ferri ſententia. Et nota iſtum caſum, cuius deciſio ſpectat ad regem, & non ad alium iudicem. Item ꝙ debet fieri relatio regi, tene menti.

ANNOTATIONES.

a Nota primò.] Quòd qui perſeuerat in contumacia in cauſa criminali, in qua venit irroganda pœna mortis, elapſo anno poteſt in eum ferri ſententia foriudicationis, vt in ca. regni, quod incipit, ſiue quis ſit forbannitus.

b De iure dotium.] Hoc loco pondera, quæ ſcripſit Ludouicus Roma. ſingulari ſuo 222. incipiẽte, Ita habes legem Vnicam. Bartolus quoque idem tractat in l. quis Romæ. §. duo fratres. quaſi 9. ff. de verbor. obligationibus.

c Foriudicatum.] Statuto permittente bannitum poſſe impune offendi, an bannitus poſſit ſe defendere? Vide Philipp. Decium in l. vt vim, ff. de iuſtitia & iure. & quid de vxore banniti, an poſſit adulterari? Vide Baldum in l. ſi. colum. 2. in verſicu. & ideo ſi ſtatuto caueatur. C. ſi contra ius vel vtil. pub. quem refert & ſequitur idem Deci. in d. l. vt vim. colum. 5. & an liceat foriudicatum veneno occidere, & quando, vide Marſilium in rubrica de ſicar. & an foriudicatus habeatur pro conuicto & confeſſo in aliis delictis, quàm in eo, in quo fuit citatus? Vide Ludouicum Carrerium in ſua practica criminali, numero 22. fol. 73.

Vt bannito liceat intra duos menſes redire, & ſe iuſtitiario aßignare. Rubrica IIII.

ALiqui libri habent rub. de redimendis captiuis, ſed melius eſt rubr. vt bannito liceat intra duos menſes redire, & ſe iuſtitiario aſſignare, & ita habebat Andr. de Iſer. in lib. ſuo, & in libris antiquis ſic erat. Et continuatio patet, quia dictum fuit prius de bannitis, & poſtea de foriudicatis, de differentijs inter bannitum & foriudicatum, quæ omnes differentiæ non erant ad plenum dictæ. Ideo continuando eaſdem differentias, ponitur hic rubr. vt liceat bannito intra duos menſes redire, &c.

SVMMARIVM.

1 *Imperator ſumma vti debet erga ſubditos clementiam.*
2 *Citatus ad domum non dicitur contumax non comparens, ſi ad eius notitiam non peruenerit citatio.*
3 *Lex generalis ad clementiam tendens latè debet intelligi.*
4 *Bannitus poſt duos menſes comparens, & contumaciam purgare volens, an debeat ſuas defenſiones facere in carcere.*
5 *Aufugiens & latitans, beneficium dandi fideiuſſores perdit.*
6 *Bannitus pro vno crimine, an poſſit pro eodem iterum banniri ad inſtantiam alterius accuſatoris.*
Iudex non poteſt bannito prorogare terminum duorum menſium ad comparendum.
7 *Bannitus per iuſtitiarium pro cauſa criminali, non poteſt contumaciam purgare coram magna curia vicariæ.*
Reſcriptum contra ius conſuetudinarium eſt inualidum.
8 *Citatus à iuſtitiario fugiens ad regem, an excuſetur à contumacia.*
9 *Seruus fugiens ad amicum domini ſui non dicitur fugitiuus.*
Bannitus per duos menſes non poteſt licitè offendi.
10 *Literæ aſſecurationis à bannito per medium officialis regis non habentis iuriſdictionem impetratæ, an ſint validæ.*
11 *Bannitus infra duos menſes in curia captus & carceratus an poſſit petere caſſari à banno.*
12 *Caſus aduerſus non eſt in conſideratione.*
13 *Familia iuſtitiarii bannitum poſt duos menſes repertum occidens, an teneatur de occiſo, etiam ſi aliter eum capere non poterit.*
14 *Officialis bannitus, an recuperet officium vel dignitatem, ſi à banno extrahatur.*
15 *Iudex quilibet, qui banniuit, an poſſit intra annum remittere bannum.*
16 *Bannitus infra annum an poſt duos menſes poſſit impune offendi.*
17 *Bannitus contumax pro cauſa inſtrumentaria, an poſt duos menſes efficiatur infamis infamia facti.*
Periurus dicitur infamis.
18 *Iuſtitiarius an poſſit extra ſuam iuriſdictionem capi facere bannitum duobus elapſis menſibus.*
19 *Bannitus an teneatur ad collectas ante ſententiam foriudicationis.*
20 *Bannitus pro crimine, pro quo forbanniri non poteſt, an poſt annum poſſit contumaciam purgare.*
Bannitus volens purgare contumaciam ad quas teneatur expenſas.
21 *Bannum per eum eſt remittendum, per quem fuit latum.*
22 *Bannitus contumaciam purgare volens carceratur, niſi fideiuſſores dederit.*
23 *Expenſæ factæ per accuſatorem in cauſa criminali per ipſius iuramentum probantur.*
24 *Bannitus præſtitis fideiuſſoribus à banno caſſatis, ſi non comparet in termino ſibi præfixo, an ſit iterum citandus.*
25 *Monitio vnica iudicis ſufficit per contumacia inducenda.*
Contractus in iudicio factus vim confeſſionis obtinet.

CLEMENTIAE. Diuido hanc conſtitu. in duas partes principales. In prima Imperator vtitur clementia contra bannitos, quæ quidem clementia reſpicit duo tempora. Primum tempus eſt intra duos menſes à tempore banni. Secundum tempus eſt poſt duos menſes per menſes decem ſequentes. Circa primum tempus ſtatuit hæc conſtitutio. quòd bannitus intra duos menſes à die banni non poteſt capi de perſona, nec à quocunque offendi in perſona, vel in rebus, & ſi contra fiat, contrafaciens punietur debita pœna, ac ſi ille non eſſet bannitus, ſed liberè poteſt ſe conſpectui iuſtitiarij, qui eum banniuit, præſentare: ſubaudi, pręſtando fideiuſſores idoneos de ſtando iuri, ſi captus erat, qui fideiuſſoribus ante bannum liberari debebat. Itē ſubaudi, refectis expenſis eius aduerſario, & durat vſque ibi, poſt prædictum temporis ſpacium. Hic eſt ſecunda pars, quæ reſpicit ſecundum tempus, quando bannitus non comparet coram iudice, qui eum banniuit intra duos menſes à die banni, an liceat ſibi comparere intra reliquos decem menſes. & quid habeat facere. Et dicitur hic, quòd licitum erit bannito in reliqua parte anni denunciare cuicunque officiali habenti iuriſdictionem, vel non habenti, dummodo officium habeat à regia curia, prout optauerit, quòd ipſe fuit bannitus per talem iuſtitiarium tali die, & menſe, & quòd cupit purgare ſuam contumaciam, & ſtare iuri cum ſuo accuſante. & iſte officialis per ſuas literas hoc nunciabit iuſtitiario, qui eum bāniuit, expenſis ipſius banniti, quibus receptis, dictus iuſtitiarius mittet literas ſecuritatis dicto iuſtitiario pro dicto bannito, quibus conſignatis ipſi bannito, dictus bannitus pręſtabit dicto officiali idoneos fideiuſſores de ſtando iuri cum dicto eius accuſatore coram dicto iuſtitiario, & dictam obligationem cum expreſſione nominum dictorum fideiuſſorum tranſmittet dicto iuſtitiario, & ſi idoneos fideiuſſores dare non poterit, ipſum ſub fida cuſtodia mittat ad dictum iuſtitiarium, qui eum banniuit, vt recipiat complementum iuſtitiæ, dum tamen antequam admittatur ad faciendū ſuas defenſiones, reficiat ſuo accuſatori expenſas, & damna quas, & quæ paſſus eſt propter ſuam contumaciam, taxādas per iuſtitiarium pręfatum pręuia præſtatione iuramenti ipſius accuſatoris, & durat vſque in finem. Et breuiter hoc dicit, bannitus intra duos menſes à die banni nō poteſt perſonaliter capi, ſed ſtat ſecurus per dictos duos mēſes, quibus elapſis, poteſt capi de perſona, & ſi capitur, non auditur in ſuis defenſionibus niſi refectis damnis, & expenſis ſuo aduerſario, taxādis per iudicē præſtito prius iuramento eius aduerſario, ſed ſi non capitur, & vult purgare ſuam contumaciam, faciat prout hic dicitur in text. hoc dicit in effectu. Nota primo ex tex. ibi, clementiæ imperialis veſtigiis inhærentes, quod † iſte Imperator fatetur
1
ſe veſtigiis inhærere aliorū Imperatorum, qui vſi ſunt clementia erga ſuos ſubditos, non ergo dixit ſe clementē, ſed inhærere ſignis clementiæ, quæ nihil aliud eſt niſi lenitas ſuperioris ad inferiorem, vt dicit Seneca ſecundo de clemētia. & beatus Tho. 2. 2. q6. 157. articu. 1. Et ideo bene dixit, veſtigiis, quia in ordinando iſtam conſtitu. minuendo pœnam banni de iure communi impoſitam, proceſſit ex amore ad homines regni, quod pertinet ad clementiam. non tamen ex hoc potuit dici clemens, quia homines regni multùm angariauit, vt patet in capit. ad apoſtolicę. de re iudica, libro 6. Secundo not. ex tex. ibi, abſque alicuius offenſione, quòd licet de iure communi bannitus, & annotatus in continenti amittebat bona ſua irrecuperabiliter, vt dixi ſupra in conſtitu. grandis in expoſitione literæ: tamen per iſtam conſtit. ſi intra duos menſes à die banni comparet in iudicio, nullam patitur læſionem in bonis, nec in perſona, niſi in illa tertia parte bonorum mobilium. Item conſiſtit benignitas huius conſtitutionis in alio, quia de iure communi
2
citatus

peruenerit ad eius notitiam, non conſtituitur contumax,
ſi non comparet, vt in l.1.§.1.quæ ſenten. ſine appellatio.
reſcinden.ſed per conſtitutionem regni,edictorum.citatio
facta domi ligat eum,& præſumitur, quòd citatio venerit
in eius notitiam,& propter hoc emanauit iſta conſtitutio,
quòd bannitus,qui fuit contumax reputatus, quia citatus
in domo,poſſet intra duos menſes,intra quos veriſimiliter
potuit ſcire ſe citatum, poſſe comparere & purgare ſuam
contumaciam, & interim ſit ſecurus.Sed quid ſi perſona-
liter ſit citatus pro cauſa criminali,& receſſit, an poſſit in-
tra duos menſes comparere,& purgare contumaciam, ſi-
cut ille, qui eſt domi citatus, qui datis fideiuſſoribus non
ſtabit carceratus? And.hic refert opinionem antiquorum,
& finaliter concludit, ꝙ ex quo generaliter loquitur hæc
conſtitutio de quolibet bannito, non diſtinguens, an fuit
in domo, vel pſonaliter citatus, generaliter debet intelligi.
3 † Item quia lex generaliter loquens tendẽs ad clementiam
debet latè intelligi,quia fauores ſunt ampliandi.l.cum qui
dam.ff.de lib.& poſthu. Et bene dicit, quia loquendo iſte
tex.generaliter de bannito, intelligitur de omni ſpecie ban
ni, ſecundum Barto.in rubri.& in l.1.ff.ſi certum petatur.
inquantum dicit, quòd genus includit omnem ſuam ſpe-
ciem,vt in l.ſi quid corum.§.inter emptum. ff.de lega.2.Et
aduerte,quia licet tex.iſte dicat,quòd non poteſt bannitus
intra duos menſes offendi, tamen illud verbum, offendi,
intelligitur, quòd etiam non poteſt capi de perſona per iu
ſtitiarium,qui eum banniuit, nec per aliam perſonam.Nã
offenſio eſſet,ſi poſſet capi,& carcerari ipſe bannitus intra
duos menſes. Et hoc bene firmat An.hic,qñ dicit,quia in-
tra duos mẽſes nullus poteſt eum capere, vel offendere de
benignitate huius conſtitutionis,& ſi caperetur intra duos
menſes,debet relaxari, præſtitis fideiuſſoribus,ſecundùm
An.hic. cui adde, ꝙ hoc dictum limitatur iuxta cõſti. hu-
manitatem.quia ſi conſtaret de crimine, non liberaretur fi
4 deiuſſoribus.ſed defendere ſe debet in carcere. †Sed quãdo
poſt duos menſes compareret, & vellet purgare contuma-
ciam,& præſtare fideiuſſores de ſtando iuri,& ſoluere ex-
penſas, an tunc faciet defenſiones ſuas in carcere? Dicit
hic And.& bene,ꝙ ſi ſumus in caſu,in quo à principio ci-
tatus criminaliter,ſi ſponte compareret, eſſet carcerandus
etiam quando offerret fideiuſſores, tunc comparendo ſiue
intra duos menſes, ſiue poſt duos menſes, tunc faciet de-
fenſionem in carceribus, quia bannum latum per contu-
maciam non debet præſtare ei immunitatem,arg.l.relega-
torum.§.fi.ff.de interdic.& relega.& de noxalib.l.non ſolũ.
& l.3.C. de patria poteſtate.ſed de hoc dic,vt dicam, infrà
5 in quinto no.in 11.quæſt. † Item quia qui fugit,& ſic eſt
contumax,perdit beneficium dandi fideiuſſores, ſecũdum
gl.& Bal.in l.lex Cornel.ff.ad Senatuſconſul.Syllanianum,
& ideo debet in carceribus ſe defendere, ſed ſi eſſemus in
caſu,in quo à prin.quando fuit citatus criminaliter, ſi cõ-
pareret,debebat fideiuſſoribus liberari,tũc ſi comparet in-
tra duos menſes,præſtitis fideiuſſoribus,faciet defenſiones
ſuas extra carceres, ſed ſi poſt duos menſes capitur de pſo
na propter ſuam contumaciam,tunc non liberabitur fide-
iuſſoribus, ſed faciet ſuas defenſiones in carceribus,& hoc
propter ſuam contumaciam, ſed ſi ſponte poſt duos men-
ſes præſtitit fideiuſſores de ſtando iuri, & de crimine non
conſtat, refectus expenſis, extra carceres debet admitti ad
faciendum ſuas defenſiones, per iſtam conſtit. Et ſcias, ꝙ
in ritibus magnę curię antiquus eſt ritus,qui incipit,quòd
ſi aliquis,vel aliqua bannitus &c. char.5. quæ vult, quòd
pro bannito, durante banno,nemo loquatur, niſi purgata
contumacia, & ſi ipſam infrà menſem non purgauerit,po
6 teſt capi de perſona & arreſtari in carceribus. † An autem
bannitus pro uno crimine ad inſtãtiam vnius accuſatoris
poſſit pro eodem crimine ad inſtantiam alterius iterum in
a domo citatus, & contumax reputatus iterum banniri? a
Ritus magnæ curiæ antiquus, qui incipit, Item ſi aliquis
bannitus,aut bannita &c. char.9.expreſsè dicit, quòd ſic.
Sed contrarium expreſsè ſtatuit Rex Robertus in capitu-
lo quod incipit, regenti curiam vicariæ &c. charta 34. Et
iterum ſcias, quòd licet nullus bannitus poſſit capi intra
duos menſes, tamen hoc eſt verum, niſi reperiatur in ip-
ſa curia, tunc poteſt capi, ita eſt ritus magnæ curiæ, qui
incipit, Item nota. quòd nullus. charta 20. Rurſus quæ-
ro, vtrum iudex poſſit prorogare bãnito iſtum terminum
duorum menſium? Dic quod non, vt voluit Bald.in l.fi-
7 nali. §. ſed hæc quidem. C. de iure deliberndi. † Ter-
tiò nota ex textu ibi, qui eum banniuerat.quòd banni-
tus per iuſtitiarium de cauſa criminali, non poteſt com-
parere coram magna curia vi. & purgare contumaciam,
& dare fideiuſſores intra duos menſes, & ſoluere expenſas
taxandas, iuxta l. ſancimus. C. de indi. cum concordan.
ſuis, ſed debet comparere coram illo iuſtitiario, qui eum
banniuit. Et non ſufficit bannito habere recurſum ad
ſuperiorem, etiam quòd ſuperior ipſum admiſiſſet ad
purgandam ſuam contumaciam, quia iuſtitiarius, qui
eum banniuit, poſſet elapſis duobus menſibus ipſum ca-
pere, & carcerare. Niſi eſſet rex, qui diſpenſaſſet contra
iſtam conſtitutionem cum clauſula, non obſt. quia ſicut
non valet reſcriptum contra ius conſuetudinarium, vel
municipale, niſi expreſsè fiat mentio de conſuetudine, vel
ſtatuto, ſecundùm Bald.in l.fina. C. ſi contra ius vel vtili-
tate publ. ita non valet diſpenſatio ſine clauſula derogato-
ria huic conſtitutio. Idem Alexan.in 2.volum. conſil.125.
in 3.colum.& Felyn.in ca. conſtitutus.in 5.limitatione,de
reſcriptis. Et ſi conſtitutio eſt confirmata, debet fieri men
tio de confirmatione,ut dicit Alex.in 4.volum.conſil.122.
ſecunda colum. Et an ſufficiat dicere, non obſtante quic-
quid ſit in contrarium ſtatutum. uide Bal.in d.l.fi.& Fely.
plenè poſt Abb.Sicu.in c.nonnulli.de reſcr.& per Io.And.
in c.vnico.de exceſ.prę́lato.lib.6.dixi in l.1.in 7. notab. C.
de petit.bono.ſublata.libro 10. Bartol. in extrauaganti ad
8 reprimendum.in verſi.legibus non obſtantibus. †Quid di-
cendum de citato pro cauſa criminali à iuſtitiario,qui ha-
bita citatione ſtatim receſſit ex aliqua probabili cauſa, &
acceſſit ad regem, & fuit bannitus, vtrum iſta fuga faciat
aliquam probationem,& vtrum iſte dicatur contumax, ſi
conſtat,quòd iuit ad regem, & poſtea rex remiſit eum ad
iuſtitiarium? De hoc non loquitur iſta conſtit. Ideo dic,
quòd fuga iſta facta ex probabili cauſa poſt citationem,pu
ta,timor partialitatis contrariæ, aut inimicitiæ, aut fauor
iudicis,vel partis contrarię, nullum facit indicium contra
eum,vt dicit Ludou. Roman.in l.admonendi. ff.de iureiu-
ran. per textum in l. quid ſit fugitiuus. §.apud Labeonem.
ff.de ędil. edict. Idem videtur tenere Lucas in l. ſi coloni.
12. quęſtione.C.de agrico.& cenſi. libro 11. aliàs ceſſante
cauſa probabili fugę, dic vt per Albericum de Roſ.in l.con
ſiliarios.C.de aſſeſſ. & per Bartol. & alios in dicta l.admo-
nendi. & per Bartol.& alios in l.lex Cornelia. ff.ad Syllan.
9 & ibi ſunt concordantię. †Item non poteſt dici contumax,
quia ſi ſeruus fugit, & vadit ad amicum domini ſui, non
dicitur fugitiuus, vt dicit textus in l. bonę. §.qui ad ami-
cum.ff.eo.titu.ſic ille,qui vadit ad regem, non dicitur fuge-
re. Et tantò magis, ſi fuiſſet iniuſtè captus, & carceratus,
& fugiſſet à carcere, tunc iſta fuga nullum facit indicium,
vt conſuluit Alexander de Imola in ſecundo uolumi. con-
ſi.144. Quartò nota ex tex.ibi,ac ſi quemlibet alium.quòd
bannitus per duos menſes non poteſt offendi à quocunq;,
& qui eum offendit,punitur pœna à iure ſtatuta, ac ſi non
bannitum offendiſſet. & ſic infrà dictum tempus iudicatur
de bannito, ſicut de non bannito. An autem incurrat,
durante dicto tempore aliquam infamiam facti? Dico
quòd ſic, per l. fina. C. de requiren. reis, & bene colligi-
tur in conſtituti. ſequenti, & firmat etiam hic Andreas.
Et ſic patet,quòd iſta fictio, quòd fingitur bannitus quan
tum ad prohibitionem offenſionis in eum, quòd non ſit
bannitus, durante tempore duorum menſium non ex-
tenditur ad aliud diuerſum, ut firmat Bald. in l. in actio-
nibus.ff.de infam.vbi dicit, quod fictio iuris non extendi-
tur de ſimilibus ad ſimilia, nec ad diſſimilia. Quintò nota
ex tex. ibi, poſt prædictum verò temporis ſpacium.ꝙ ban
nitus, elapſis duobus menſibus,per interpoſitas manus ali
cuius

cuius regij officialis à iuſtitiario, qui eum banniuit, pote-
rit obtinere literas aſſecurationis, vt ſi confidat de ſua iuſti
tia, compareat ad ſe defendendum, dummodo non ſit an-
nus elapſus à die banni interpoſiti, vt hic. Sed pro declara-
10 tione quæro de 12. q. † Et primum, vtrum ſufficiat impetra
re iſtas literas ſecuritatis per medium alicuius officialis re-
gij, qui non habet iuriſdictionem, puta, ſi ſit executor exa-
ctionis pecuniæ fiſcalis, etiam ad ſui commodum ex gra-
tia regis, qui nullam habet iuriſdictionem, vel ſit caſtella-
nus regius. Reſpondeo, ex quo iſta litera nõ diſtinguit, nec
ego diſtinguam, vt not. in l. de precio. ff. de publicia. & ſic
iſtud verbum, cuicunque officiali noſtræ curiæ, capitur
pro omni officiali, qui habet mandatum aliquod à rege
ad aliquid faciendum, vt not. in l. fœminæ. ff. de regulis iur.
& voluit Bart. in rubr. C. de operis liberto. Et maximè pro-
pter illam dictionem, cuicunque. quæ eſt vniuerſalis, quæ
de ſui natura non includit indignum, vel odioſum, vt in l.
cum quidam. & l. cum pater. §. peto. ff. ad Senatuſconſ. Tre
bellianum. Secundò quæro, pone, ꝙ bannitus poſt duos
menſes confiſus de iuſtitia ſua non vult recipere literas aſ-
ſecurationis per manus alicuius regij officialis, ſed vadit
ſpõte ad iuſtitiarium, qui eum banniuit, & ponit ſe in car-
ceribus, & petit, ꝙ extrahatur à banno, & caſſetur annota-
tio bonorum, an iuſtitiarius debeat hoc facere? Dicit hic
And. ꝙ ſic, quia plus facit ponendo ſe in carceribus publi-
cis, quàm dãdo fideiuſſores. Et qui plus facit, facit id, quod
facere debet, quod eſt minus. l. is cui. ff. quemadmodũ ſer-
uit. amitt. & l. cum furti. ff. de in lit. iuran. ſicut plus eſt per-
ſonaliter vocari, quàm verbaliter. ff. de in ius vocan. l. ſed
& is. Sic etiam qui dat pignora plus facit, quàm qui ſatiſd.
11 ff. de conſti. pecu. l. promiſſor. §. fin. † Tertiò quæro, quid ſi
bannitus repertus in curia capitur & carceratur intra duos
menſes, quod fieri poteſt, vt ſuprà, vel poſt duos menſes
per familiam iudicis capitur, & carceratur, & eo in carce-
ribus exiſtente petit, quod caſſetur à banno vnà cum anno-
tatione bonorum, an debeat caſſatio prædicta fieri? Vide-
tur prima facie ꝙ non, quia poſſet à carceribus fugere, &
ſic eſſet contumacia impunita. Interdum enim conſidera-
tur id, quod euenire poteſt. ff. de negotiis geſtis. l. diuortio.
ff. loca. l. ſi quis domum. §. 1. extra, de ſeruis non ordinan. c.
1. Item iſte ſic captus, & carceratus cõtra voluntatẽ ſuam
fuit captus, & carceratus, ideo debet ſuſtinere pœnam ſuę
contumaciæ, vt no. in §. ſi verò quidam. in auth. de exhiben
dis reis ad differentiam eius, qui ſponte venit, argumen. l.
ſeruus. ff. quod vi aut clam. & l. non ſolùm. ff. de noxali. In
contrarium tamen videtur veritas, ſcilicet quòd iſte carce-
ratus contra ſuam voluntatem, niſi petat extrahi à banno,
& caſſari annotatio bonorum, debet extrahi à banno, &
caſſari annotatio bonorum, quia plus eſt, quòd quis inui-
tus capiatur, quàm ſi per ſe iret, ſecũdùm And. hic. Nec de-
bet præſumi, ꝙ cuſtos carceris vtatur negligentia in cuſto
diendo carceratos, vt cogitandum ſit de fuga carcerati, vt
12 in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. † Item quia ca-
ſus aduerſus non eſt in conſideratione, vt in l. inter ſtipu-
lantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. Item quia ſic etiam poſ-
ſet fugere ſponte veniens ad carceres, ſicut inuitus, & ideo
quia eadem ratio, idem ius ſtatui debet. l. illud. ff. ad l. aqui.
Et de iſto articulo, an debeat inſpici, quod euenire poteſt,
vide per Bar. in d. §. ſacram. & in l. ſi idem cum eodẽ. & ibi
per Ang. ff. de iuriſd. omn. iudic. vbi dicit, quòd quando id,
quod euenire poteſt, eſt caſualiter, & ex ſui natura, vel ho-
minis diſpoſitione ad caſum contingentem in futurũ non
ordinatur de eo, quod contingere poteſt, non habetur con
ſideratio, vt in l. 1. ff. de in litem iurando. & d. §. ſacram. Fal-
lit odio moroſi, vt in l. cum res. ff. de legat. 1. & ff. ſolu. mat.
l. diuortio. §. quòd ſi quid. ideo dicebat Seneca, quæ ſunt ſa
tis remota, erunt & ſunt ac ſi non eſſent. & ideo non ſunt
in conſideratione, vt inquit Bald. in l. ædem. in quinta colum.
13 C. loca. & in l. ex placito. C. de rerum permutat. † Quartò
quæro, bannitus poſt duos menſes repertus eſt à familia
iuſtitiarij, quæ ſatagit ipſum capere, & non poteſt, niſi ip-
ſe occidatur, an familia teneatur de occiſo? Dic quòd non,
per tex. in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. confugi. niſi po-
tuiſſet capere, & potius voluiſſet occidere, per l. ſed & ſi quæ-
cunque ff. ad legem aquil. & firmat And. ſuprà in conſtitu-
tio præcedenti. in 5. colum. Quintò quæro, quidam regius
capitaneus, vel aſſeſſor per magnam curiam, præuia cita-
tione ſuper cauſa criminali, ſua exigente contumacia fuit
bannitus, vtrum intra annum, durante banno poſſit exer-
cere officium, vel iudicaturam? Dicit hic And. quòd non
quia, vt ſuprà dictum eſt, propter bãnum effectus eſt infa-
mis infamia facti, & hæc infamia facti repellit à dignitate.
C. ex quibus cauſ. infa. irro. l. nulla. C. de dign. l. 2. lib. 12. C.
de. decur. l. infamia. lib. 10. ff. ad leg. Iuliam de vi priua. l. 1.
Ita efficitur quis infamis infamia facti eoipſo, ꝙ quis accu
ſatur de crimine capitali, vt dicit glo. in cap. fi. de teſtibus.
14 † Sextò quæro, pone, ꝙ iſte capitaneus, vel aſſeſſor bannitus
intra annum extrahitur à banno, vtrum reaſſumpſit iudi-
caturam, & priſtinam dignitatem? An. hic arguit ad par-
tes, & finaliter tenet, ꝙ reaſſumit iudicaturam, quia illa in-
famia eſt facti, quæ ſublata fuit per remiſſionem banni, &
cauſa reducta fuit ad non cauſam. Et tantò magis, quia
non fuit citatus, & bannitus pro delicto cõmiſſo in officio,
ſed ex alia cauſa, ideo reaſſumit officium, vt ff. de iudic. l. ſi
longius. & erit antiquum & non nouum officium, per no.
in l. quod dicitur. ff. de impen. in rebus dotal. ff. de peculio.
l. peculium. §. ſi hæred & in l. imperialem. §. inſuper. & in
c. 1. de valal. decre. ætate nec aliquid conſtabat de delicto, vt
inquit hic And. in fine, ſecus ſi fuiſſet infamis infamia iu-
ris, tunc nõ reſtitueretur ad iudicaturam, vt in l. iudices. C.
de dignitatibus. lib. 12. cum ſimilib. hic allegatis per And.
15 † Septimò quæro, vtrum quilibet iudex, qui banniuit, poſ-
ſit intra annum remittere bannum? Bal. in l. 1. ff. de infam.
tangit iſtud dubium, & dicit, ꝙ hoc non poteſt aliqua lege
probari. & ſubdit, ꝙ licet tex. in l. rogati. ff. de pœnis. dicat,
ꝙ hoc pertinet ad principem, tamen ſi bannum eſt vigore
ſtatuti populi factum, & populus poteſt remittere bannũ
quia eius eſt ſoluere, qui poteſt condemnare, & ſic videtur
tenere Bal. ꝙ iuſtitiarius non remittit pœnam banni, cum
bannum fiat vigore conſtitutionis regni. In contrarium fa
cit, id quod dicit Bar. in l. illicitas. §. fi. ff. de off. præſi. quòd
bannum, & mulcta æquiparantur, quia bannum imponi-
tur pro contumacia, & mulcta pro contumacia, & tamen
præſes poteſt remittere mulctam, vt dicit ibi tex. ergo ſimi
liter poteſt remittere bannum, & iſtam vltimam partem,
ego teneo. Nec obſtat dictum Bal. in d. l. 1. quia in hoc re-
gno bannum permittitur vigore conſtitutionis regni iuſti-
tiario, ergo & eius remiſſio permittitur officiali, qui ban-
niuit, per iſtam conſti. inquantum dicit, literis ſecuritatis
obtentis à iuſtitiario. quæ verba important remiſſionem
banni, vt ſentit hic Andr. Et bene probat tex. in conſtit. ſe-
quenti. ibi dum dicitur, bannitos duxerint extrahendos &
non tam iſta remiſſio banni trahitur ad honores, & com-
moda pręteriti temporis, quàm pro futuro tempore. Sic
etiam dicit Ioannes de Pla. in l. cum allegas. C. de re milita.
16 lib. 12. poſt And. de Barulo ibi. † Octauo quæro, vtrũ ban-
nitus intra annum poſt duos menſes poſſit impunè offen-
di? Iſta conſtitu. probat à contrario ſenſu, ꝙ ſi intra duos
menſes non poteſt offendi, ergo poſt duos menſes poteſt
offendi, vt dicit hic prima gl. Dic contrarium, quòd nullus
priuatus à die banni intra annum poteſt offendere banni-
tum, imò nec poſt annum ante ſentẽtiam foriudicationis,
quia nulla conſtitutio hoc dicit. & ideo dicit hic Andr. in
princ. ꝙ poſt duos menſes tunc poteſt offendi bannitus, &
capi, ſi ſe defendat, poterit de facto offendi. ff. ad leg. Aqui-
liam. l. & ſi quicunque. ergo ſi ſe non defendat bannitus,
poſt duos menſes non poteſt de facto offendi. Et an ſi de-
negetur bannito audientia, & bannitus offendatur, poſſit
curia procedere ad inquiſitionem ex officio, vide apoſtil-
lam Alexan. in l. non ſolùm. §. quanquam. ff. de iniurijs. te-
17 ne hęc menti. † Nonò quæro, pone, quòd quis eſt bannitus,
quia fuit contumax pro cauſa inſtrumentaria, quia fuit ci-
tatus ſuper periurio, vel præſentatione inſtrumenti iux-
ta laudabilem ritum magnæ curiæ, vt pro qua cauſa non

poteſt

poteſt foriudicari,vt dixi ſupra in conſtitutio. pręcedenti.
an iſte bannitus poſt duos menſes efficiatur infamis infa-
mia facti? Dubium facit,ꝙ non,quia cōtumacia contracta
pro debito pecuniario cum admiſſione periurij , ꝙ eſt ne-
ceſſarium ad debitum pecuniarium, non fit annotatio bo-
norum, & ſic non interponitur bannum, & ſi dicatur per
bannitorem, quando regitur curia.ꝙ illum curia banniuit
non eſt proprię bannum, & ideo non contrahitur infamia
facti.In contrarium facit, quia licet pecuniariū ſit debitū,
tamen principaliter citatur pro periurio,& periurus dici-
tur infamis. l. ſi quis maior. C. de tranſac.Bal. in l. 5. C. de
fideic.liber.& in l.2.C. de rebus cred. & in auth. & ſi dica-
tur.vlti.col.C.de teſtibus. Lanfranc.in c. quoniam contra.
in uerſi.teſtes.extra,de probatio.6.q.1.c.infames.Præterea
contumacia eſt delictum.l.omne delictum.§.contumacia.
ff.de re milita. & ille, qui eſt verus contumax, dicitur eſſe
in dolo, vt in l.non poteſt uideri dolo carere.ff. de reg.iur.
Et ſic cum dolus ſit delictum , vt in l.item fugit. in fine. ff.
de dolo. & not.glo.in l. 1.§. apud ſeruum ff.depoſiti. & in
l.is quoque.ff.de actionib. & obligationib.ibi, doli crimen
inciderit . & ſic dicitur bannitus ex crimine periurij , pro
quo in regno eſt pœna manus, vt infrà in conſtit. eos qui
ſcienter. Es ſic fuit additum crimen crimini. ideſt, contu-
macia periurio,& ideo dicitur verè,& iuſtè bannitus,& de-
18 bet bonis annotari , ſicut alius bannitus. † Decimò quæri-
tur,aliquis iuſtitiarius prouincię banniuit,ex cauſa capita
li contumacem , vtrum elapſis duobus menſibus poterit
ipſum capi facere de perſona in loco, vbi moram trahit,
qui locus eſt extra ſuam iuriſdictionem ? Videtur dicen-
dum quòd non,per l.fi. de iuriſdi. omnium iud.Item quia
bannitus in uno loco,non eſt bannitus extra locum, niſi in
pertinentijs, vt in l.ex ea cauſa.ff. de poſtuland. vbi per il-
lum textum dicit ibi Albericus de Roſa. quòd exul ex con
tumacia in vno loco,non eſt infamis in alio loco,& ſic po-
teſt facere actus ciuiles. Idem firmas in quarta parte ſtatu
torum.quęſt.80.& Ioan. de Plat. in l.ne caſu.C.de diſcuſ-
ſoribus. lib. 10. Sed fortè in hoc regno iſta opinio non eſt
vera,quia omnes iuſtitiarij recipiunt poteſtatem bannien-
di à rege, qui eſt vniuerſalis dominus regni, & de bannitis
debet regiæ curiæ dari notitia, vt infrà in conſtitutione ſe-
quenti,& ideo bannitus per vnum iuſtitiarium erit banni-
tus in toto regno , ſicut dixi ſuprà de forindicato in con-
19 ſti.pœnam. † Vndecimò quæro,an iſte bannitus ante ſentē
tiam foriudicationis teneatur ſoluere collectas ? Videtur ꝙ
ſic , quia delictum non debet ſibi tribuere immunitatem.
l. damnato. circa medium. C. de hæreti.l.ſiue hæreditaria.
ff.de nego.geſt . Et dicit hic And.in princ. ꝙ bannum non
dabit ſibi immunitatem, per l. relegatorum.§. fi.ff.de inter
dict. & releg. cum alijs ſuprà allegatis in 2. not. Tu limita
illud dictum And.hic per id, quod dicit glo.& Bar.in l.ad
cognitionem. ff. quib. ex cauſis in poſſeſſionem eatur . ubi
dicit,ꝙ licet pœna non tribuat immunitatem, intelligitur
per delictum , ſed per obliquum ſic, per quandam conſe-
quentiam,vt in l.hæ enim cauſæ. §. decreto.ff. de ſuſpectis
tuto.hoc modo videlicet, citatus propter delictum fuit cō
tumax,& ſic incidit in delictum, ex delicto ſequitur pœna
banni,ex pœna ſequitur inhabilitas, ex inhabilitate ſequi-
tur immunitas , iſta immunitas dependet ex futuro euen-
tu , quia ſi ſequitur foriudicatio, groſſiori modo eſt ſoluta
collecta,quia bona deuenerunt in actum.Sed ſi non ſequi-
tur foriudicatio, bannitus,ſi habet bona annotata,ante la-
pſum anni nō debet conſequi immunitatem ex contuma-
cia,& per conſequens tenetur ad collectas,ſecundùm An.
hic. de iure verò communi bona contumacis , & banniti
cuius bona ſunt annotata, ſunt fiſci , vt dictum fuit ſuprà
in conſti.grandis.in princ. & ſic groſſiori modo eſt ſolutū
20 fiſco de collectis . † Duodecimò & vltimò quæro , aliquis
fuit bannitus,& annotatus pro minoribus criminibus,pro
quibus nō poteſt forbanniri,ſtetit in contumacia vltra an-
num,poſtea vult purgare ſuam contumaciam, & dare fide
iuſſores de ſtando iuri, & ſoluere expenſas, vtrum propter
tantam contumaciam debeat ſe defendere in vinculis? Dic

ꝙ ſic,id eſt,ꝙ in vinculis debet ſe defendere.& ſi de ſua op
tima iuſtitia conſtabit, ita ꝙ veniat abſoluendus, debet ſta
re tanto tēpore in carceribus,quantū durauit tēpus ſuę cō
tumacię . ita ſtatuit rex Carolus ſecundus in d.c . ſiue quis
char.27. & pro hoc bene facit, ſuprà in conſti. ſi quis poſt
litem.uerſi.captus autem.& ibi dixi in octauo not. Et in d.
c. dicitur,ꝙ perdidit propter dictam contumaciam omnia
bona ſua lacta diſtinctione liberorum iuxta conſti. regni
infrà,foriudicatorum bona.cum ſequenti. Sextò no.ex tex
ibi, ſub expenſis tamen banniti . ꝙ bannitus ex ſua contu-
macia non ſolùm quando vult purgare ſuā contumaciam
intra annum,& obtinere remiſſionem banni,debet refice-
re expenſas aduerſario ſuo , ſed etiam habet facere alias ex
penſas, quādo vult obtinere remiſſionem bāni,puta,in nū
cijs, & in literis , & in ſolutionibus faciendis illis, qui ha-
bent recipere obligationē cum fideiuſſorib. vt hic dicitur.
21 † Septimò no.ex tex.ibi, literis ſecuritatis obtētis.quod ille
iuſtitiarius,qui banniuit, concedit rebannitionem,quę hic
appellatur littera ſecuritatis,ideſt,remiſſionē banni, ſecun
dum Bar.in l.fi. C. de ſenten. paſſis.vbi dicit,ꝙ quando u-
num eſt præparatorium alterius diſpoſitio , quæ fit ſuper
præparatorio,porrigitur ad id, cuius eſt præparatorium.l.
clauibus. ff. de contrahenda emptione . cum ſimilibus ibi
allegatis per eum. Et ꝙ iſti iudices, qui banniuerunt, poſ-
ſunt bannum remittere , dixi ſuprà in 7.q . & hoc per tex-
tum expreſſum infrà in conſti.ſequenti. Dic,de iure cōmu
ni iudex inferior non dat iſtā ſecuritatē . vide Bal. in l.eos.
nona col.ver.quęro,an procurator. C.de accuſ.& Ale in l.
is qui reus.ff.de publicis iudicijs.Octauò no. ex tex.ibi,re
ſcribentur.ꝙ officialis optatus per bannitum tamen,vt ob
tineat literas ſecuritatis a iuſtitiario, qui eum bāniuit, de-
bet recipere obligationem banniti , de ſe præſentando di-
cto iuſtitiario vnà cum obligatione fideiuſſorum , & ipſas
obligationes receptas,ſubaudi taliter , ꝙ faciant publicam
22 fidem , debet tranſmittere dicto iuſtitiario. † Nonò no. ex
tex. ibi , vel in defectu fideiuſſorum. ꝙ bannitus, qui vult
purgare ſuā contumaciam. ſi non habet fideiuſſores etiam
ꝙ nihil conſtet de delicto, carceratur. Et antequam admit-
tatur ad ſe defendendum, debet prius reficere eſpenſas,&
damna aduerſario, & hoc habet concomitantiam cum iu-
re communi,vt in l.diuus.ff.de cuſtodia reorum . & latius
per Azo.in ſumma C. eodem tit.iuncta.l.ſancimus.C.. de
iudicijs.& in ca.venerabilibus.§.ſecus autem. de ſententia
excommunicationis.li.6.Et ſic officio iudicis peti poſſunt
Et ſic denegatur ei audientia , niſi reficiat expenſas factas
ratione contumacię , vt hic. & facit capitulū, quoniam .§.
in alijs.vt lite non conteſtata.& c.primum,de dolo & con-
tumacia.lib.6.Abb.Sicu.in c.finem litibus, uerſi. uenio ad
ſextam partem.de dolo & contumacia.Et ſecundū hoc nō
requiritur aliqua citatio ſuper iſta condemnatione expen-
ſarum, quia ipſo iure ſunt debitæ per iſtam conſtitutionē.
Facit,quod dicit Inno. in c.dilecti. de dolo & contumacia
ad hoc vide Abb.Sicu.in c.1.de iudicijs,& in c. finem liti-
bus.de dolo & contumacia,& Bal.in d.l.ſancimus.Alex.in
l.deſertorem.§. ſi ad diem. ff. de re militari. Bene ſuper ta-
xatione expenſarum debet citari, ſecundùm unam opinio
nem per l.de unoquoque.ff.de re iudi. Alij ſunt in alia opi
nione,ꝙ in iſta taxatione propter contumaciam non requi
ritur partis citatio,ut dicit Bal.in l.terminato.in 2. colum.
verſicu. ſed nunquid. C. de fructi.& litis expen. uide apo-
23 ſtillam Alex.in l.ab executore.ff.de appellationib. † Deci-
mò & vltimò nota,ꝙ in cauſa criminali expenſę factę per
accuſatorem ratione contumaciæ probantur per eius iura
mentum,per iſtū tex.& aduerte pro declaratione, ꝙ prius
iudex debet taxare iſtas expenſas,& poſtea recipiat iuramē
tū accuſatoris ſuper dictis expēſis,ut dicit gl.in d.c.finē li-
tibus & ibi uide Abb.ſi.circa finē.& de hoc eſt tex.in auth.
poſt iuſiurandū. C.de iudicijs.In glo. 1.hæc gl.ponit ſum-
marium huius conſtitutionis , & ſubdit , ꝙ bannitus poſt
duos mēſes impune offenditur,dic vt dixi ſuprà in 5.no.in
8.q. In eadem in fi.ibi,dum dicit , ꝙ iſta conſtitutio conti-
net ius nouum,deinde notat,ꝙ creſcente contumacia , de-
bet

bet creſcere pœna. alleg. l. 3. C. de patria poteſta. Cui adde
id, quod dicit tex. 2. quęſ. 4. c. quantò, quòd perſiſtẽtibus in
contumacia conuenit nos eſſe ſęueros. Ad idem in capi. ea
quæſ. de ſtatu monacorum. quæ iura ad hoc alleg. Spec. in
tit de contumacia. §. 4. Et ratio ſi aliquis eſt per contuma-
ciam excommunicatus, eo perſeuerante in excommunica-
tinne, poteſt fieri miſſio in poſſeſſionem petente actore, vt
no. in c. quoniam frequenter. in fi. vt lite non conteſt. & fir
mat Alex. in 4. volu. conſ. 130. vide Albe. de Roſ. in l. diuus.
ff. de off. præſi. in gl & quæ eſt fi. hęc glo. quęrit de vna vtili
24 q. †Quid ſi bannitus fuit caſſatus à banno, quia præſtitit fi-
deiuſſores de ſtãdo iuri, & ſoluit expenſas, & damna, & ſta
tutus fuit ſibi terminus ad reſpondendum capitulis, in ter-
mino ſtatuto non comparet iſte, qui fuit bannitus, accuſa-
tor multum inſiſtit, quomodo procedetur contra eum? Di
cit glo. no. quòd iudex iterum citabit eum, & ſi non compa
ret, condemnabitur ad tertiam partem bonorum ſuorum
mobilium, & iterum bannitur, & annotantur ſua bona, &
pro hoc allegat bonum tex. in l. 2. in princ. ff. ex quib. cauſis
in poſſeſ. eat. & dicit glo. quòd ſic ſeruatur in magna curia
vi. cui addo, quòd gl. ibi non dicit, ꝙ de neceſſitate debeat
fieri dicta citatio, ſed cautius eſt. Et ideo Bald. in auth. qui
ſemel. C. quomodo & quãdo iudex. dicit, ꝙ in criminalib.
ſi reus ſe abſentat, ita ꝙ poteſt ei culpa imputari ex abſen-
tia, non ſunt vocandi amici, & vicini. Et vide pro hoc id
quod ſcribit Alex. in l. hęc autem. §. non defendi. ff ex quib.
25 cauſis in poſſeſ. eat. †Item quia ad contumaciam inducen-
dum monitio iudicis vnica ſufficit, vt in l. 2. C. quomo. &
quan. iudex. & Bald. in l. qui crimen. in 3. col. C. qui accuſ.
non poſ. & ideo ſi iudex ſtatuit terminum ad comparendũ,
ſi non comparet, ſine alia citatione poteſt ipſum bannire
de nouo, tamen cautius eſt ipſum citare, vt dicit hic gl. Po-
terit etiam iudex requirere fideiuſſores, vt præſentẽt eum,
& ſi non præſentant, exigere pœnam ab eis, & pro hoc eſt
tex. in l. ſi pro eo. C. ad Senatuſc. turpi. & procedat iudex ad
exactionem pœnę ſine libello, & ſine ordine iuris, quia con
tractus factus in iudicio habet vim confeſſionis, vt dicit
Bal. in d. l. qui crimen. 2. col. C. qui accuſ. non poſſ.

ANNOTATIO.

a Iterum banniri.] An ſi quis pro eodem delicto fuit citatus coram duobus iudicibus, & in vtroque foro fuit contumax, ſi fuit condemnatus ad pœnam contumaciæ, per vtrunque iudicem, poſſit bis exigi dicta pœna, & ſic pro eodem delicto quis patiatur duas pœnas contumacię? Vide Bald. in l. ſepulchri. ff. de ſepulchro violato. & Bart. in l. vbi cœptum. ff. de iudic. Alex. in l. quamuis. ff. de in ius vocan. Contrariam firmat Bald. in l. ſi pluribus. ff. de leg. 1. vide Marantam in ſua practica iudiciaria, fol. 86. num. 87.

De notificandis bannitis & foriudicat. Rubrica V.

QVIA in titulo præcedenti facta fuit mentio de bannitis, ſtatuendo quædam iura noua, tunc proſequitur eandem materiam ſimiliter, ſtatuendo nouum ius in notificãdis bannitis per iuſtitiarios prouinciæ magnæ curiæ, vt ſint notari à viris bonæ opinionis, ideo ponitur hæc Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Rex regnum malis hominibus purgare debet.*
2 *Iuſtitiarii prouinciarum bannitos à banno extrahere poſſunt.*
3 *Rex notitiam virorum bonæ opinionis habere debet.*
4 *Officium regni eſt perſonarum infamium & notatarum notitiam habere.*
Infamia iuris eſt duplex.
5 *Conſtitutiones regiæ fieri ſolent cum interminatione gratiæ eas non obſeruantibus.*
6 *Denunciatio bannitorum per iuſtitiarios debet eſſe certa.*
7 *Clauſula, ceſſante mora & omni occaſione, qualiter ſit intelligenda.*
8 *Conſuetudo contra ſacram conſtitutionem dicitur transgreſſio.*
Iudex ordinarius bannitos per eius curiam poteſt à banno extrahere.
9 *Curia magna vicariæ abſque ſpeciali regis licentia non poteſt bannitum per aliquem iuſtitiarium à banno extrahere.*
10 *Infamia irrogatur per ſententiam diffinitiuam.*
11 *Curia magna vicariæ librum ſpecialem habere debet, vbi inſerat literas iuſtitiariorum.*
12 *Officiales debent magnæ curiæ omnes ſuſpectos de maleficio denunciare.*
Archiuus publicus quid ſit.
13 *Rex Siciliæ ſecundùm ſuam conſcientiam poteſt iudicare.*
14 *Rex an poſſit mandare, vt aliquis torqueatur nullis præcedentibus indiciis.*
15 *Probatio extrinſeca non excluditur per probationem, quæ habetur ex archiuo publico.*
16 *Confeſſus in iudicio quando quis dicatur.*
Acta iudicialia inter quos fidem faciant.
17 *Acta non præiudicant, nec nocent tertio.*
18 *Iudices ſecundùm acta iudicare debent.*
Iudici an credatur actis deperditis.
19 *Proceſſus duo ſi facti ſint ad idem, an debeat iudex iudicare ſecundùm primum, an ſecundùm ſecundum.*
Sententia non retractatur per inſtrumenta nouiter reperta.
20 *Acta iudicialia ſunt teſtibus potiora.*

CORDI nobis eſt. Dicit hic gloſ. quòd
hæc conſtitutio malè ſeruatur, ſed And.
dicit, quòd non ſeruatur. Ego dico,
quòd deberet ſeruari, quia eſt vna bo-
na conſtitutio, quia regia curia debet
habere notitiam per regiſtrum publi-
cum de omnibus hominibus bannitis, & foriudica. per
omnes, qui habent merum & miſtum imperium à rege
in toto regno. Et etiam de illis, qui per dictos officia-
les ſunt extracti à banno intra annum à die banni, & de
omnibus hominibus infamatis per ſententiam per infa-
miam facti, vel iuris, & de hominibus malefactoribus
inuentis per inquiſitionem, vel de eis ſit ſuſpicio de ipſis
1 maleficiis. †Quia ad regem ſpectat purgare totum regnum
malis hominibus, vt in l. 3. ff. de offic. præſid. & ipſum re-
gnum purgare non poſſet, niſi de ipſis hominibus malis
habeatur notitia per literas officialium regis: quia non eſt
veriſimile, quòd mentiantur, per quas habetur de ipſis ma
lis hominibus notitia, argumen. capit. 1. & 2. de poſtulat.
prælato. vt dicit Io. Monac. in c. cupientes. 6. colum. in ver-
bo. notitia. de electionibus. lib. 6. Et credo, quòd per incu-
riam regnantium, & officialium non fuit ſeruata hęc con-
ſtitutio generalis & iuſta. Hoc pręmiſſo, diuido hanc con-
ſtitutionem in quinque partes. In prima parte declarat, ꝙ
in corde regis eſt deſiderium in vniuerſo regno agnoſcere
viros bonę opinionis, & non ignorare viros notatos, ideſt,
inculpatos de criminibus & infamatos, & durat hęc prima
pars vſque ibi, ideoq;. Hęc eſt 2. pars, in qua ſtatuit, quòd
ſinguli iuſtitiarię, per totum regnum conſtituti ſub pœna
priuationis gratię regię, omnes banniendo & foriudican-
do, poſtquam erunt banniti, vel foriudicati per nomina,
& cognomina, vnà cum expreſſione cauſæ & formę, ſcili-
cet banni, & tẽporis banni per literas ſcribendas per acto-
rum notarium, & ſubſcribendas per ipſos iuſtitiarios, &
ſigillandas eorum ſigillis, ſine mora debeant magnę curię
2 vi. nuntiare, & durat vſque ibi, quòd ſi fortè. †Hic eſt tertia
pars, in qua permittit iuſtitiarios prouinciarum poſſe ban-
nitos extrahere à banno, & iubet, quòd ſub fama pręducta
ipſos extractos à banno debeant nunciare magnę curiæ vi.
& durat vſque ibi, ſimili forma. In hac quarta parte pręcipi, iuſtitiariis, quòd omnes infames per ſententiã condemnatos, vel declaratos, aut infamia facti, vel iuris, ſub ſimili forma denuntient dictę magnę curię. Et durat vſque ibi, nos etiam. Hic eſt quinta, & vltima pars, in qua ordinat, & mandat dictę magnę curię, quòd de omnibus bannitis, & foriudicatis ab hominibus repertis ꝑ inquiſitionẽ
ſuſpe-

ſuſpectis de criminibus, ſiue per iuſtitiarios prouinciarũ
ſiue per magnam curiam conficiant ſcripturam publicam
in actis, id eſt, librum iuxta formam præmiſſam, ſ. cum ex-
preſſione nominum, & cognominum, & cauſæ, & tempo-
ris, & librum illum faciat fideliter cuſtodiri in archiuo re-
gio, vt quoties dubitetˀ de alicuius viri infamia, ſine ſtrepi-
tu iudicij conſcientia regis ſit plenè informata ꝑ verã & di
lucidã probationẽ ꝑ acta publica, & durat vſq; in finẽ. Nõ
oportet ꝙ aliter ſummatur, qa in euidẽtiali præmiſſo ſum
3 matũ fuit. Nota primo †ex tex. ibi, viros bonę opi. agnoſce-
re. ꝙ rex huius regni dẽt habere notitiã de uiris bonæ opi-
nionis, & maximè de literatis, qui ſunt bonæ opinionis,
quia vt bene regatur regnum, indiget viris literatis. ſicut
dicit Papa in ca. cum ex eo. de electio. lib. ſexto. vbi etiam
dicit Ioan. Monacus Car. quòd eccleſiæ ſubueniẽdũ eſt de
viris litteratis, & non alinis ferratis. Et ſcio, ꝙ rex Ferdinan
dus primus habebat libellum nominum, & cognominum
virorum bonæ opinio. ſecundùm diuerſitatem officiorum
& ipſe ſibi viros ad officium eligebat, prævia ſecreta inqui-
ſitione. Ad officia enim ſunt proponẽdi & extollendi viri,
qui meritorum fulgent inſignijs, vt dicit tex. in l. j. C. de di-
uer. offic. lib. 12. & lege fin. C. de tironibus. & in l. 1. C. de
princ. agenti. in rebus. lib. vndecimo. Secundò nota ex tex.
4 ibi, non ignorare notatos, †ꝙ officium regis eſt habere noti
tiam de perſonis notatis, id eſt infamatis, vt in l. 1. & 2. ff. de
infam. ſiue ſint infames infamia facti, vel iuris. Et eſt ſcien
dum, ꝙ quidam ſunt infames ipſo facto, quidam per ſen-
tentiam, ut damnati publico iudicio, vt in lege, infamem.
ff. de publicis iudicijs. Quidam ipſo iure, & de iſtis permix
tim tractatur in toto titulo. ff. de his qui notãtur infamia.
Infamia iuris eſt duplex. vna, quæ infertur per ſententiam,
alia quando lex pronunciat illum infamem, ut eſt videre
exemplum in hæreticis, & eorum filijs, & fautoribus, vt ſu
prà in conſtit. pacterenorum. Et quot modis quis efficitur
infamis, uide per Azo. in ſumma. C. ex quib. cauſis infamia
irrogatur. Quia iõ Deus cõſtuit regẽ in ſuũ vicariũ, vt vi-
deat, & diſcernat, vt dicit textus in auth. de inſtru. cau. &
fide. in prin. & propterea bene dicit tex. iſte, ꝙ rex debet
vigilare, vt non ignoret notatos, quia poſtquam ſciuit ma-
leficos, non debet illos relinquere impunitos, vt nota. in c.
vt famæ. de ſententia excommunicationis. & eis debet ob-
uiare, de reſcriptis. capit. ſedes. Et non faciendo hoc bonũ,
diceretur malefacere, vt ff. de ritu nuptiarum. lege. qui libe
ros. in fi. Tertiò nota ex textu ibi, pragmatica. ꝙ iſta conſti.
facta fuit cum conſilio procerum, nam hoc importat hoc
nomen, vt exponit glo. in cap. peruenit 105. diſtin. & pro
hoc lex, iubemus nullam. C. de ſacroſanctis eccleſijs. & C.
de no. cod. compo. §. fina. Et ſic non ad ſupplicationem ſin-
gularis perſonæ, ſed vniuerſitatum, vt in l. finali. C. de di-
5 uerſis reſcript. †Quartò not. ex textu ibi, ſub interminatio
ne noſtræ gratiæ. ꝙ hic Imperator minatur magiſtro iuſti.
& iuſtitiarijs, ꝙ ſi huic conſtit. non ſint obedientes, eos fa-
ciet alienos à ſua gratia. In priuilegijs regijs ſolet dici, pro
quãto gratiã noſtram caram habes alibi dr̃, indignationem
noſtram non euitabit, vt in cap. j. §. receptatoribus. de pace
iuramen. fir. & in l. ſi vacãtia. & ibi dixi in 21. not. C. de bo-
nis vacan. libro 10. & in l. 2. in verſ. indignationem. C. de
petit. bono. ſubla. & omnia iſta verba important, ꝙ ſi con-
trafiat punietur arbitrariè. Quid de illis verbis, indigna-
tionem Domini non euitabit, uel indignationem beatorũ
Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. vide. Bal. in cap. 1. §.
porrò. quę ſit prima cauſa benefi. amit. Quid de clauſula,
in virtute ſanctæ obedientiæ, vide Cardi. in clementi. quia
6 contingit. in §. penult. de relig. domi. †Quintò nota ex tex-
tu ibi, cauſam, formam, & tempus &c. ꝙ denunciatio ban-
nitorum, vel foriudicatorum facienda per iuſtitiarios ma
gnæ curiæ vica. debet eſſe ita certa, ꝙ contineat nomen, &
cognomen banniti, cauſam quare fuit citatus, & fuit cõtu
max, & bannitus, & formam ipſius banni editi, quia in bã-
no ſolent iudices aliqua declarare, & tempus bannitionis.
Vnde non ſufficit dicere, ꝙ fuit bannitus ſecundum formã
banni, ſed debet bãnum mitti de verbo ad verbum cum ſu
prà dictis qualitatibus. & totum hoc debet continere lite-
ra iuſtitiarij, quæ debet eſſe ſcripta per manũ notarij acto-
rũ dicti iuſtitiarij, & cum ſubſcriptione ipſius iuſtitiarij,
& ſubſcriptione eius iudicis aſſiſtentis cum eo ad iudican
dum, & cum ſigillis ipſorum, & eorum ſubſcriptionib. cũ
appoſitione ſigilli eorum inducunt plenam fidem. De ſub-
ſcriptione dico, quę tantum operatur, quantum, ſi tota eſ-
ſet ſcripta dicta litera eorũ manibus, vt in lege, fideiuſſor. §.
finali. ff. de pigno. & not. in lege, ſi Caius. ff. de pignoratitia
actione. de quo per Angel. & Alexand. in lege, ſi ita ſtipula-
tus. §. Chryſogonus. ff. de verborum obligation. & Alex. in
ſecundo volu. conſi. 57. & in lege, quæ dotis. in fi. ff. ſolu-
to matrimonio, & ibi vide de fide ſigilli, & per ſcrib. in le
ge prima. C. de rebus alienis non alienan. & in capit. poſt
ceſſionem. de probationibus, Iacob. Butr. in l. ſi procurato-
rem. & Speculat. in titu. de probationib. §. videndum. ver-
ſicu. 50. Bar. in l. hæredes palam. §. & ſi quis. ff. de teſtamen.
7 †Sextò nota ex tex. ibi, mora qualibet, & occaſione ceſſanti
bus. ꝙ iſta clauſula, ceſſante mora, & omni occaſione, intel
ligitur, niſi rationabiliter mora eſſet committenda, quia il-
le, qui poteſt ſe legitima excuſatione tueri, nõ dr̃ eſſe in mo
ra, vt in c. nõ eſt ĩ mora. de regulis iuris. li. 6. & in lege, ſciẽ
dũ. in prin. ff. de vſu. Iuſta ergo ratione ſunt excuſati hodie
iuſtitiarij, & barones habentes merum imperium, ſi ſunt
in tã longa mora in non denunciando magnæ curiæ vica.
bannitos, & foriudicatos, & infames, & maleficos, ex quo
diu eſt, ꝙ hoc bonum non fuit ſeruatum, ideo excuſantur
à culpa & dolo. Et pro hoc alleg. id, qđ dicit dñs Car. Flor.
in c. 1. de treuga & pace. vbi dicit, ꝙ licet lex præceptiua in
ducat neceſſitatem ad eius obſeruantiam, vt 14. quæſt. 1. c.
quod pręcipitur. tamen ſi tranſgreditur, non punitur, qa
non ſeruatur, & ſuperior ſcit, & tolerat. Et hac ratione põt
ſe iuſtitiarius, qui hanc conſt. imperia. non ſeruauit, defen
dere. Et per hunc modum etiam diſpenſabitur contra ca-
nones, vt ipſe dicit ibi. & in c. fi. in repetitio. in vltimo con-
trario, & q. 5. de conſueudine. & videtur firmare hoc Bar.
in l. fi. in fine. C. de curã. furio. vbi alleg. gl. in d. c. 1. de treu-
ga, & pace. & in conſilio ſuo. 164. iudex criminis Aſſiſij.
8 †ſed contra, quia omnis conſuetudo contra iſtam ſacram
conſtit. dicitur tranſgreſſio, & non valet. 12. diſtinct. c. de
his. ſecundùm Archid. & Bal. in auth. omnes peregrini. C.
communia de ſucceſ. Et tãtò magis, quia in proœmio iſta-
rum conſtitu. in §. fin. tollitur expreſsè omnis conſuetudo
futura contra iſtas ſacri regni conſtitu. Solutio, vt dixi in
dicto § fina. non intelligitur de conſuetudine iſta tanti tẽ-
poris, in cuius contrarium memoria hominum non exi-
ſtit, q̃ eſt probata per autho. gl. & And. hic, vt dixi in prin.
huius conſtitutionis. Septimò no. ex tex. ibi, duxerũt extra
hendos. textum expreſſum, ꝙ iudex ordinarius, qui habet
merum & mixtum imperium, bannitos per eius curiã in-
tra annum põt aſſecurare, & concedere abolitionem bãni
& ipſo, extrahere à banno. Et dictam extractionem debet
etiam ſub forma prædicta denunciare magnæ curiæ vica.
Ideo facio feſtum de iſto textu, quia ſi iſte textus non eſſet
oporteret dicere, prout dicit Barto. in l. relegati. ff. de pœnis
ꝙ ſolus princeps põt hoc facere, & Alberic. de roſa. in 4.
parte ſtatuorum, quæſtione. 66. & d. Nellus in vltima par-
te ſui tractatus de bannitis. quæſtione 64. & ſequen. char.
9 49. †Et ſcias, ꝙ magna curia vica. ſine ſpeciali licẽtia regis
nõ poteſt bannitum per aliquem iuſtitiarium extrahere à
banno, quòd ſi faceret, eſt irritum, & inane, vt eſt capit. re-
gis Caroli II. quod incipit, idem magiſtro iuſtit. char. 30.
10 †Octauo nota ex. tex. ibi, per diffinitiuas ſentẽtias infamiæ
macula notauerit, quòd per diffinitiuam ſententiam irro-
gatur infamia, & non per interlocutoriam, ut in lege quid
ergo. §. expromiſſor inquantum. ff. de infa. Et ideo bene di-
cebat Baldus in lege prima. ff. de infam. quòd banniti non
ſunt infames infamia iuris, quia bannum eſt ſententia in-
terlocutoria, quæ non infamat, per gloſ. in l. j. C. de modo
mul. & in l. 1. C. de requirend. re. An autem quando infa-
mia irrogatur ipſo facto oporteat per iudicẽ declarari? Vi-
detur ꝙ ſic, per l. eius qui delatorem. ff. de iur. fiſ. contrariũ

icit Bal. in d.l.1.ff. de inſa. ſed mihi vr̃ dicẽdũ, ꝙ ſi irroge-
ur infamia ipſo iure, ſemper requiritur declinatoria iudi-
cis. Et hoc primò per id, quod dicit And. in c.1. de feu. ſine
culpa nõ amit. & per not. in c. cùm ſecundum. de hære. li.6.
Secũdò per illum tex. qui requirit pronunciationẽ iudicis
diffinitiuè, ẽt ſi infamia ipſo iure irrogetur ad effectum, vt
fiat denunciatio magnæ curię vica. ſed quantùm ad infa-
miã, quę ipſo facto irrogatur, non requiritur ſnĩa, vt vr̃ te-
nere gl. in l. liberorum. §. notantur. in verſ. non iuris. ſed fa-
cti. ff. de infam. fallit in caſu, quando mulier eſt accuſata de
adulterio, quæ non eſt infamis ipſo facto, niſi ſit contra eã
ſententiatum, aut deprehenſa eſt in adulterio, vel cõdẽna-
ta, ut in l. palam. §. quæ in adulterio. de ritu nup. & ſic de-
prehenſo in iſto caſu æquiparatur, ac ſi eſſet iudicata, & dr̃
11 notata. † Nonò not. ex tex ibi. ſpecialia acta cõſcribi faciat
ꝙ magna curia vic. debet tenere ſpecialẽ librũ, vbi ſcribat,
& regiſtret omnes literas iuſtitiariorum regni, in quibus
referuntur banniti, & forma banni, cum expreſſione quali
tatum, vt ſuprà declaratum eſt. Et qđ continetur ſcriptũ in
dicto ſpeciali libro dicũtur acta publica iudicij probatoria
quæ faciunt legitimã fidem, aliàs ſi fidem non facerent, nõ
dicerentur acta, vt dicit Bal. in l. hæc ſentẽtia. in prin. C. de
ſen. quæ ſine cer. quãti. Et iõ ſanctè, & iuſtè prouiſũ fuit p
ſacrum conſiliũ domini regis catholici, ꝙ præſentationes
inſtrumẽtorũ, & ſcripturarũ non fiant coram notario acto
rũ niſi citata parte coram iudice ad videndum præſentatio
nẽ ipſarum, & ſic ſublata fuit conſuetudo magiſtrorũ acto
rũ in contrariũ. Et pro hoc faciũt oĩa illa iura, quæ ad hoc
alleg. Luc. de Pen. in l.1. in 3. colum. de iur. fiſ. li. 10. Cui ad
do id, quod dicit Bal. ꝙ non valet præſentatio inſtrumenti
apud acta, niſi altera pars citetur ad uidendũ præſentatio-
nẽ inſtrumẽti, ſicut ad videndum iuramenta teſtiũ, ſecun-
dũ Bal. in l. iudices. C. de fide inſtrumento. bene tñ ſcriptu-
ræ, & inſtrumenta poſſunt produci corã notario actorũ, vt
dicit Bal. in l. eos. §. ſuper his. in fi. C. de appel. ſed nõ nocet
alteri parti, niſi ei ſit facta intimatio, vt dicit Bald. in lege
ſi quando. vlt. col. C. de teſtib. & idẽ dicit Abb. in c. quoniã
contra. de probatio. Fallit, niſi præſentatio inſtrumenti eſ-
ſet facta in fine termini dati ad producendum inſtrumen-
ta, & in fine termini eſſet producta, quia tunc præiudicant
alteri parti, licet non fuerint intimata, ſecũdùm Ang. in le-
ge, properandum. §. ſin autem. C. de iudic. & Bald. in l. fi. 2.
col. C. qui admitti. Bar. in lege, item illa. in 3. col. ff. de cõſti.
12 pecu † Decimò not. text. ibi, per inquiſitionem reos, aut
ſuſpectos inuenerit. ꝙ nedum omnes malefactores inuen-
tos per inquiſitionem, ſed etiam ſuſpectos omnes officia-
les debent denunciare magnæ curiæ. Et ſi hodie ſic fieret,
& habuiſſemus regem in regno vigilem in iuſtitia exhiben
da, mali homines nõ eſſent ſic prompti ad delinquendum,
prout hodie abundant delinquentes ſine timore Dei, & of-
ficialium regis. Vndecimò no. ex tex ibi, in archiuo noſtrę
curiæ. ꝙ reges huius regni habent archiuũ, vbi cuſtodiun
tur regiſtra priuilegiorum regiorum, literarum, & agendo
rum, & actorum magnæ curię vic. Sic etiam defenſores ci-
uitatum habent hodie archiuum, vt in authentico, de de-
ſen. ciui. §. præcepto not. faciat. & gl. in prin. dictæ auth. in
verbo, archiuũ. exponit, ꝙ eſt locus, vbi acta publica repo-
nuntur. & ibi gl. allegat concordantes. Et iſtud officium ar
chiuarij eſt bene antiquum in hoc regno, qđ fuit & eſt cõ
ceſſum iſtis nobilibus de Raymo, viris integerrimis, & op
timæ opinionis, in quo quidẽ archiuo nõ ſunt regiſtra re-
gũ de Aragonia, quia non fuerunt ibi repoſita, qđ nõ eſt ſi-
ne damno ſubditorum dñi regis, & in regia curia, & in iu-
re appellantur archarij, vt in l. hac lege. C. de aquęductu. &
patet in rubri. de ſuſceptoribus & archarijs. li. 11. vbi Luc.
de ciuitate Pennę ponit quatuor eſſe archas, vt ibi p eũ. Et
de fide archiui, ideſt, de ſcriptura, q̃ reperitur in archiuo, q̃
requirantur, vt fidẽ plenam faciat, vide in Spe. de inſtr. edi.
§. nunc dicendum. ver. 6. & copioſè per Fely. in c. ad audiẽ
tiam. in 4. col. & ſeq. de præſcrip. vbi ponit decẽ concluſio-
nes in hac materia, ſed ꝙ ſcriptura in archiuo regio faciat
13 plenã fidem, tex. eſt hic in fi. ibi, fide firmata. † Duodecimò

nota ex tex. ibi, conſcientia ſerenitatis noſtræ. ꝙ rex huius
regni iudicat ſecundùm ſuam conſcientiam, & coram eo
ſecundùm gl. hic non attenditur iudicij ordo, vel alia iuris
ciuilis ſolẽnitas in pręſentia principis, ideſt, qñ ipſe habet
iudicare, vt eſt hic gl. notabilis, & dicit hic And. quòd rex
põt eãm agitare, ſicut ſibi placet, & ſicut ſibi placet, põt al-
teri dare ordinẽ, quomodo procedere dẽt, qa iura poſitiua
tollit ſola voluntate, vt hic per eum. Cui adde id, quod di-
cit Angel. in l. princeps. ff. de legib. ꝙ in ſententia principis
non requiritur ordo iuris. allegat Inno. in c. in cauſis, de re
iudicata. Item adde id, quod dicit gl. infrà in conſtit. proſe-
quentes. in verbo, accuſatorum. ꝙ quando aliquis de con-
ſcientia principis tormentis ſubijcitur, non habetur conſi
deratio nobilitatis ſuæ perſonæ, per l. nullus. C. ad legem
Iuliam maieſtatis. Et dicit idem And. in conſtit. proſequẽ-
tes. in fine, ꝙ rex ſua ſola voluntate ex certa ſcientia tollit
14 legem poſitiuam, ſicut ſi diceret, non obſtante lege. † An au
tem rex poſſit mandare hominem torqueri, non præceden
a tibus iudicijs.[a] tangit And. in dicta conſt. proſequentes. &
dixi ſuprà in conſti. dura, & dira. in fi. Item rex põt manda
re ſuo iudici, ut ſic pnũciet, ut dixit Bal. in l. 5. in 4. col. ver.
extra quæro, nunquid ſuperior &c. C. quomodo & quãdo
iud. vt in l. 1. ff. de conſtit. prin. & in c. 1. 4. col. ſi de inueſti.
inter do. & uaſ. lis oriatur. Et ſcias id, qđ dicit Bal. in l. pro-
latã. in 2. col. C. de ſent. & interlo. om. iud. ꝙ rex poteſt fa-
cere, ꝙ ea, quæ non ſunt ordinis, ſint ordinis ſubſtantialis,
quia quicquid principi placet, ꝙ ſit ordo, eſt ordo. Verùm
princeps nũquam imponit ordinem niſi cum magno mi-
niſterio, & ratione, ut in c. cum dilecta. de reſcri. & de offi.
delegati. ca. cum venerabil. & Bal. in c. 1. in fi. de noua for-
ma fidelitatis. dicit, ꝙ rex ſola veritate inſpecta debet cau-
ſam decidere, etiam ſi iudiciarius ordo eſſet omiſſus, alleg.
c. ad petitionem. de accuſationibus. idem Bal. in l. fi. C. de
legi. & in l. ſi quis in aliquo. C. de teſtibus. & pro hoc tex. in
d. c. in cauſis. de re iudicata. & ibi uide Felynum, qui multa
dicit de hoc, & ſimiliter in d. c. ad petitionem. Et dicit Bar.
in l. 1. C. ut quæ deſunt. ꝙ tex. poteſt iudicare ſecundũ ſuã
conſcientiam. & dicit Abb. Siculus in c. cum inter. de ele-
ctionibus. ꝙ princeps cogit aliquem ad pacẽ propter mul-
ta, quæ ſciebat de eo, quæ probabant̃, ſecus in alio inferio-
re qui nõ poteſt procedere, niſi iuris ordine ſeruato, aliàs
dicitur ius partis auferre, ut not. in cap. ſtatutũ. de hæret. li.
6. & Baldus in cap. 1. §. iniuria. ſexta col. de pace iuramen-
to firmanda. & gloſſa magna in conſtitutione regni, circa
finem. & Baldus in capitu. 1. de milite uaſallo qui contũ-
15 max eſt. † Decimotertiò & ulti. not. ex tex. ibi,[b] non tam p
b probationes extrinſecas. ꝙ licet iudex habeat probationẽ
per ſcripturam ſumptam ex archiuo, quæ inducit plenam
probationem, concurrentibus requiſitis in d. ca. ad audien
tiam. de præſcript. Tamen non excluditur per hoc alia pro
batio extrinſeca, ſcilicet per teſtes, & alias ſpecies proba-
tionis, & ſic quod poteſt pluribus modis fieri, non infert
neceſſitatem ad unum modum, ut dicit Bal. in l. ad proba-
tionem. in fine. C. de probationibus. Et ideo dicitur, ꝙ pro-
bationes non ſunt reſtringẽdæ, ut in l. quoniam. & ibi Bar.
C. de hære. Item quia probationes diuerſi generis ad unũ
effectum ſunt admittendæ, ut dicit Barto. in l. admonendi
in 10. colum. verſi. aduerte, ueritas eſt. & ſic ſtante proba-
tione archiui, non dicitur impertinens probatio per teſtes
eius quod continetur in archiuo, ut probat iſta conſt. & in
quantum dicit, tanquã, eſt dictio copulatiua, ut C. de agri.
& cenſi. l. cum ſcimus. §. ſin autem. & in rubrica. C. ut om-
nes iudices tam ciuiles, quàm militares &c. cum ſimilibus.
In gloſ. 1. dic, ut dixi in princi. In glo. 2. dic, ut dixi ſuprà in
undecimo nota. In gloſſa tertia magna, quæ eſt fin. in prin.
dum dicit, ꝙ acta iudicij exhibentur uel condictione ex le
ge, uel officio iudicis, intellige, dicit glo. in fin. de actis, quę
16 fiunt coram iudice, † quia ille dicitur confeſſus in iudicio,
qui coram iudice eſt cõfeſſus, ut ff. de inter. actio. l. uoluit.
Et ideo obligatio penes acta ſine præſentia uel mandato iu
dicis, nõ dicitur obligatio penes acta, nec aliquid probat,
ut firmat Luc. de Pen. in l. 2. C. de iure fiſ. li. 10. & dictũ fuit
ſuprà

ſuprà in conſti.magiſtri came.in 13.no.In ea.ibi,his tamen
actis.No.iſtam gl. ꝙ acta iodicilia non facioot fidem, niſi
iuter eos,quia in iudicio interfuerunt,inter quos cauſa eſt
agitata,& inter eorum ſucceſſores.Cui adde id, quod dicit
Alexand.in 4.volu.conſi. 6. incipente. ponderatis his &c.
vbi dicit,ꝙ inſtrumentum regiſtratum in actis non facit fi
dem,niſi cootra præſentem tali productioni, ſeu regiſtra-
tioni,ſi nihil oppoſuit, alle.addi. Ioan. Andr. in Specu. de
inſtru. edi.& Specu. eodem tit.§.nūnc dicemus.ver. pe. &
pro hoc facit id,qđ ſupra dixi io nono not. Licet enim in-
ſtrumentū,poſtquam eſt pręſentatum in actis,ſit de actis,
vt dicit Inno.in c.quooiam contra.de proba.& Bal. in l.ſi.
10.col.5.q.in fi.C.de edic.diui.& Ale.in l.2.ff. de edeu. ta-
men intelligitur de actis ioter eos,qui ſunt citati ſuper prę
ſentatione ioſtrumenti.3.qō.3.c.literę.& Bald.In d.l.iudi-
ces.C.de fide inſtrumen. Et ideo bene coofului voi ſemel,
ꝙ quædam ioſtrumēta,& priuilegia præſentata inter duos
litigantes,in actis ſacri conſilij, & contra illa inſtrumenta
nihil pars citata oppoſuit,certè non nocēt, nec proſunt ter
tio, niſi originalia producantur, quia licet iſta productio
17 ſit de actis,vt ſuprà dixi, † tamen acta inter duos non præ-
iudicant nec nocent tertio, ſecundùm Bar. in l. admonen-
di.in vlō.col.verſi.quæro,ſi dictus teſtis. niſi quò ad aliqua
lem præſumptionem,iuxta l.ſententia.in prin.ff.de appel-
lationibus.& Alex.in 1.vol. conſi. 21.incipiente,viſo pro-
ceſſu. Itēq; cui non nocet ſententia,nō nocent acta ſecūdū
Inn.in c.cum cām.de teſtibus.& Bar.in l.ſi mater.§.fi.ff.de
except.rei iudica. & in l.ſi ſuperatus.de pig.& in l.ſæpe.in
fi.de re iudi.& Bal.in l.fi.quib.res iudi.non no.& in l.2. de
eden.vnde ſi tertio nō citato nō nocet ſnia, ergo nec acta.
Et ſic nec inſtrumēti ꝓductio,nec inſtrumētū,qđ nō pro-
bat pro tertio nō interueniēte, nec pro eo notario ſtipulan
te,niſi quò ad ſemiplenā probationē,vt dicit Ant. de Bu.in
c.fi.de iureiu.niſi fauore dotis,vt in cōſ.Bar.& Pau.de Ca.
relatis p Alex.in l.admonēdi 18.col.ff.de iureiu.Et ſcias il-
lud,qđ dicit Luc.de Pen.in l.3.C.de apo.pub.li.10 In verb.
acta,ꝙ acta,q̃ reſpiciunt factū,fidē.faciūt pro alijs,vel no-
cēt,alle.Inn.c.cām quæ.de teſti.& gl.2.in l.1. ff.de eden.&
ff.de appell.l.ſi quis ſeparatim.in eadē ibi, ſicut.n. iure Ro
18 mano ſtatur ſcripturę actorū.no.ex iſta gl.And.hic, † ꝙ iu
dices iudicāt ſecūdū acta,& non creditur iudici, niſi quate
nus conſtet ex actis,vt not.in l. ne in arbitris.C.de probat.
& in c.quoniā cōtra. de proba. ſecus de iure Longobardo
vt dicit hic gl. Quærit hic And. quid ſi acta ſunt deperdita
an credatur iudici? Dicit,ꝙ non creditur iudici, ſupple niſi
in caſibus notatis per Bar.in d.l.ne in arbitris. & per Fely.
i c.cū à nobis.de teſti.Et iō de neceſſitate ſi acta iudiicij sūt
perdita,oportet, ꝙ iterū de nouo conficiatur proceſſus, &
examinentur teſtes ad inſtar inſtrumenti amiſſi, vt in §.co
ges.in auth.de man.prin.& l.chirographis. ff. de adminiſt.
tut.& C.de diſcuſ.li.12.l.2.malè ſtaret ius illius,cuius in-
tentio eſſet fundata per teſtes, ſi poſtea tempore cōfectio-
nis noui ꝓceſſus illi teſtes eſſent mortui, & nō hēret alios,
qui interfuerūt curiæ, oporteret recurrere ad remediū ſcri
ptū in c.cùm.n.eſſemus apud Perulium. de priuilegiis.Sed
iuxta hoc quæro, quid ſi proceſſus eſſet deperditus nō cul-
pa iudicis,nec magiſtri actorū,& ſic oportuit iterū de no-
uo agere, & in iſto nouo ꝓceſſu multa hincinde ſont pro-
bata,demū ante ſententiam reperitur ille primos proceſſus
in quo nō ſunt factę probationes,vel diſcrepat à primo,an
iudex habebit iudicare ſecundū primū proceſſum,vel pro-
19 ut in ſecūdo proceſſu? † Andræas hic format hoc dubiū, &
determinat,ꝙ ſcđm primū proceſſum repertū dēt iudicari,
quia ſecundus fuit factus, quia nō erat primus, & ceſſante
cā,ceſſat effectus,vt in l.generaliter.C.de epiſc.& cleric.&
c.cùm ceſſante.de appella.cum ſimilibus. item quia vt ceſ-
ſet timor ſubornationis teſtium examinatorum in ſecūdo,
debet iudicari ſecundùm primū proceſſum,vt in auth.qui
ſemel.C.de ꝓbationibus.&c. fraternitatis.de teſtibos.Ite-
rū,q̃rit hic Andræas, quid ſi nondū reperto primo proceſ-
ſu factus fuit ſecūdus proceſſus,& ſecūdum dictum ſcđm
proceſſum fuit iudicatum,deinde poſt ſententiam reperi-
tur primus proceſſus, ſecūdū quem deberet reuocari illa
ſnia an poterit reuocari? Dicit hic Andræas, ꝙ non, quia
non retractatur ſententia per inſtrumēta nouiter reperta,
vt in l.Imperatores.ff.de re iu.& no.in l.admonēdi.in prin.
ff.de iureiur. niſi in certis caſibus ibidem notatis.Cui adde
capitulum,ſuborta.de re iudi.& l.ſub prętextu.C.de tranſ.
& vide io.Andr.in addit.Specu.in tit.de inſtru.edi.§.poſt-
quam. in additione quæ incipit, hæc iura. Vbi dat reme-
dium debitori conuento,qui ſoluit,& non potuit oſtende-
re inſtrumentum quietationis, & habuit ſententiam con-
tra ſe, & poſtea inuenit inſtrumentum qoietationis,quo-
modo poterit id, quod ſoluit, iterum recuperare vnà cum
expenſis,vt ibi per eum.& vide ſcribentes in d.l.Imperato
res.ff.de re iudi.& Bart.in l.huiuſmodi.§.ſi ita. ff. de legat.
1.Item poterit agere ex regula,bona fides nō patitur,quòd
ſemel exactum iterum exigatur.de reg.iur.li.6.& ſic vigore
a constitutionis ſynodalis, prout in ſynodali archiepiſcopa-
tus Neapo. per quam communicatur omnes illi, qui debi-
tum ſolutum ſemel iterum exigunt. Vel vigore denuncia-
tionis euangelicæ coram eccleſiaſtico iudice,vt dicitur per
20 ſcribentes in c.nouit.de iudi.† Nunc vide glo.per te,quę di
cit,ꝙ acta potiora ſunt teſtib.de hoc vide in c.cum io.ere-
mia.de fide inſtru.& in l.In exercendis.C.eo.ti.& gl. in ter
tio loco.de probationibus.

ANNOTATIONES.

a Præcedentibus indiciis.] Iudex, qui hominem ſine indiciis tormētauit
mandato regis,an teneatur? Vide in l.item apud Labeonē.§ quęſtio-
nis.ff.de iniur.& an princeps poſſit hoc modo mandare. vide Andr.de
Iſer.in conſti.regni,proſequentes. Licet contrarium videatur tenere
in conſt.regni, in quęſtionibus. Hoc tamen eſt declaratum in c.regni,
quod incipit,accuſatus,vbi reſeruatur arbitrium regis,vel ſui vicarii,
& ſic ibi probatur, ꝙ rex,vel eius vicarius poſſent hoc mandare, tamē
vbi hoc faceret iudex regio mandato præcedente,excuſaretur, per no
tata p Bal.in l.ſeruos.C ad leg.Iul de vi,& aliquid per Andr. de Iſer.
in conſtitut.ſup. alleg. Et ideo iudex in delictis enormibus, quando
non habet indicia ſufficientia, & eſſet ingens ſuſpicio contra aliquē,
debet impetrare à principe,ꝙ cum illis ſuſpicionibus poſſit torquere,
licet raro concederet princeps dictum mandatum torquendi ſine in-
diciis,niſi in cauſa falſitatis,homicidii.veneuationis, & aliis criminib.
exceptuatis. Et quando tortura infertur de mandato regio, an man-
datum regis debet conſtare per ſcripturam, maxime quia videtur ir-
rationabile,vide in auth.liceat vni.vbi Bart & Doct.C.de ſuperindic.
lib.10.Thu.Gram.deci.36.col.6.circa fin.Et an & quādo tortura poſ-
ſit inferri de mandato regio,vide Par.de Puteo,in tract.ſyndicatus.in
verbo,de ſepe col. vlt.in prin.ibi. an iudex qui hominem ſine indiciis
tormentauit mandatu regio. Et an ex proceſſu informatiuo quis poſ-
ſit torqueri? Et videtur ꝙ ſic, ſecundum præeminentiam magnæ cu-
riæ,prout refert idem Par.de Puteo in d.trac.in verb & an ſi quis di-
xerit col.fi.ibi,tū magna curia.Et de iſta ꝑeminētia vide late per Tho.
Gram.in voto.30.& in voto 3.vbi dantur plures limitationes ad dictā
præeminentiam.Et an dicta præeminentia de torquendo aliquem ex
proceſſu informatiuo vendicet ſibi locum contra ciuem Neapolita-
num? Dic quod non,vt per Matthęum in deciſ.391.
b Nota ex tex.ibi.] Pōderandum hac parte tibi propone Glaudii Seieſ-
ſellani dictum notabile in l.1 de officio aſſeſſoris. itemque videre li-
cet circa id ſcripta Annib. Trohiſii in pragmat. diſpendia litiū.nu.19.

De fiſco ſuccedente foriudicatis. Rubrica VI.

QVONIAM facta annotatiooe bonorum
ob contumaciam rei citati criminaliter
ex cauſa capitali,quę durauit per aonum
& vltra de iore communi omnia bona ip
ſius banniti efficiontur fiſci, vt declarat
Bart.in l.1.ff.de req. reis.erat videndum,
an per iſtas ſacras regni conſtitutiones, poſtquam inducta
fuit ſententia foriudicationis contra dictum contumacem
poſt annum,ſit aliqua clementia inducta filijs, & parenti-
bus quò ad bona ſtabilia ipſius banniti, & foriudicati, &
quia imperator conditor iſtarū conſtitutionū vſus fuit cle
mentia filiis,& aſcendentibus, ut iſta bona ſtabilia,ſeu im
mobilia certo modo diuidantur inter fiſcum & filios, uel
aſcendentes uſq; ad tertium gradum, & non ſint totaliter
fiſci, prout erant de iure cōi, de quibus oon erat dictum
ideo ſequitur hęc Rubri. De fiſco ſuccedente foriudicatis.

tor conditor huius conſtõnis, ne videatur rapax, & fractor
alienæ fortunę, ſeu ſubſtantiæ, quod eſſet contra imperia-
lem modeſtiam. argu. C. de mune. patr. l. profeſſio. lib. 10.
6 †& per quandam humanitatem, quæ propriè dẽt inhęrere
principibus, vt C. de donation. inter virum & vxor. l. fin. in
fi. admittit parẽtes ad ſucceſſionem in feudalibus auitis, ſi-
ue antiquis, in quibus plus iuris habent ſucceſſores, quàm
in alijs, vt in l. 3. ff. de inter. & relega. qđ hoc iure cõi non
eſſet. Aliàs grauantur quidẽ ſucceſſores, quia in caſu foriu-
dicationis publicantur bona, quæ aliàs eſſent peruentura
ad eos, releuãtur in hoc, quia parentes ad ſucceſſionem ad-
mittuntur, qui aliàs non admitterentur, & ita qui in vno
grauatur, in alio releuatur. C. de cupreſſ. l. fi. in fi. lib. 11. Et
eadem ęquitate, & ratione admittit Imperator liberos for-
iudica. in viriles portiones cum fiſco, vt hac conſtitutione
dr̃, quod aliàs non eſſet, vbi publicantur bona propter cri-
men, quia in totum hæredibus auferuntur, vt in auth. de
inceſtis nuptijs. §. 1. & C. ad legem Iuliam maieſt. l. fi. licet
per leges veteres habetetur alia diſtinctio in diuidendis bo
nis damnatorum, vt ff. de bonis damnatorum l. 1. Non ob
7 ſtat conſti. pręallegata, vt de ſucceſſoribus. †quia qđ dici-
tur ibi, collaterales admitti excluſo communi patre, intel-
ligendum eſt ſanè qui de iure communi excluditur, ſiue re
pellitur, ſicut & dicitur aliquid deſinere, quod non incœ-
pit. ff. vſufr. quemadmodum caue. l. 3. §. deſinere. & aliquid
dicitur perdi, quod non habetur. 34. q. 2. ca. ex his. Sic & dr̃
ceſſare legitima ſucceſſio; ſcilicet quę de facto non eſt, vt.
C. qñ non peten. partes. l. 3. Niſi. n. ſic exponeretur dicta cõ-
ſtitutio, ſequerẽtur duo abſurda. Primum, quia tacitus in-
tellectus illius conſtitutionis. veniret contra communem
ſenſum iuris, qui eſt vt parentes non admittãtur ad ſucceſ-
ſionem feudorum, quod non eſſet admittendũ, arg. ff. ſi q̃s
omiſſa cauſa teſta. l. qui autẽ. in fi. primi reſponſi. & ſupra
dictũ eſt. Secundum eſt, quia in ordine ſuccedendi collate-
rales excluderent parentes, quibus plus debetur hæreditas
filiorum, quàm fratribus. & C. de inofficioſo teſtamento. l.
nam & ſi parentibus. & C. de inoffic. teſtamento. l. fratres.
8 †& in ordine graduum ſucceſſionis, quia prior gradus eſt
deſcendentium. Secundus aſcendẽtium. Tertius collatera
lium, in auth. de hæred. ab inteſt. ven. §. 1. coll. nona. ſi quę-
ras quare & de iure feud. & per has conſtõnes excluditur,
& collaterales admittuntur, vt in lib. feudorum, de his qui
feudum dare poſſunt. §. cum vero & in d. cõſti. vt de ſucceſ
ſionibus. verſ. ex collaterali. Ad hoc reſpõdetur, ꝙ cum feu
da de iure ciuili militia nuncupẽtur, & ab imperiali muni
ficentia habuerint initium. ſiue quæſtum, vt in auth. de ex-
hiben. reis. §. optimum ipſi Imperatores concedẽtes, & cõ-
dentes conſt. feudorum, potuerunt apponere conceſſioni-
bus eorum legem quam voluerunt. argu. ff. de pactis dota. l.
ob res. §. fi. & in tit. in quibus cauſis feud. amittatur in fi. Et
poteſt eſſe ratio, quia deſcendentes & collaterales habilio-
res ſunt ad ſeruiendum, quàm aſcendentes, in quibus plus
9 deficit ætas. †Et ꝙ aſcendentes non ſuccedant in feudis, di
cit ipſe Bartho. ꝙ vidit in conflictu ſapientum determinari
de facto. Hæc ſunt verb. domini Barth. de Capua. ex his ha
bes diuerſitates opi. ſuper hoc dubio. Sed ego vidi ſeruari
in practica id, quod ſuprà dixi, quia in feudo antiquo auus
eſt de deſcendentibus primi acquirentis feudum. & ideo
ſuccedit filio in illo feudo. Et ad hoc accedant oĩa illa argu
men. quæ allegantur in c. 1. Imperator Lotharius, quæ hic
non repeto. Sed an pater in iſto feudo auito ſuccedat cum
alio fratre ipſius foriudicati? And. in d. ca. 1. de natura ſuc-
ceſſionis feu. in 2. col. dicit, ꝙ in regno Siciliæ pater non ex
cluditur, niſi quando haberet filius mortuus fratrem, vel
ſororem in capillo ex vtroque vel altero parente, vt in con
ſtitutione, vt de ſucceſſionibus. in prin. ergo vbi eſt frater,
nõ ſuccedit aſcendens in feudo antiquo, & ſic ceſſat diſpo
ſitio dictę authenticæ, defuncto, in hoc regno per conſtitu
10 tionem illam, quæ dicit, excluſo communi patre &c. † Se-
cũdò no. ex tex. ibi, ſi aũt liberos. ꝙ in bonis ſtabilibus for-
iudicati benignitas huius cõſtõnis vult, ꝙ fiet diuiſio ęquis
portionibus inter fiſcũ & filios & deſcẽdẽtes ex foriudica-
to, vt fiſcus habeat tãtũ, quantũ haberet vnus filius. Iõ dixi
de bonis ſtabilibus tãtũ, & non de bonis mobilibus, q̃a bo
na oĩa mobilia ſtatim elapſo anno à die banni ſunt acquiſi
ta fiſco, vt patet infrà in cõſtõne ſeq. in fi. ibi quemadmodũ
alia bona mobilia dãnatorũ &c. & firmat hoc gl. i fi. Quid
aũt de bonis feudalibus, an filij ſuccedant in feudis patri
foriudicato? Dicetur infrà in conſtõne proximè ſequente.
Et pro declaratione quęro cũ Andrea, pone, ꝙ regius fiſcus
poſſideat bona oĩa ſtabilia foriudicati, quam actionẽ in-
tentabunt filij contra fiſcum pro recuperatione partis eos
11 cõtingentis? †Dicit hic And. ꝙ poterũt agere rei vẽdicatio-
ne, quia cõſtitutio iſta diuidit bona foriudicati inter fiſcũ
& filios. Et ſic ratione diuiſionis habent dominiũ, vt in tit.
de officio iudicis. §. 1. bene facit l. 1. ff. cõi diuidundo. & ſic
cũ fiſcus eorum partes poſſideat, optimè ageret rei vẽdica
tione, quæ præſupponit dominium ex parte agẽtis, & poſ-
ſeſſionem ex parte conuenti, vt in l. in rem. ff. de rei vendi-
catione, & l. officium. eo. ti. & l. 1. C. de alien. iud. mutan. cã
facta. Sic ecõtra fiſcus ageret rei vendicatione cõtra poſſi-
dẽtẽ bona foriudicati, vt dicit hic Andræas ꝑ tex. in l. fi. C.
de bonis damnatorum. non ergo aget filius contra fiſcũ pe
titione hęreditatis, quia foriudicatus non hẽt hęredem, q̃a
factus eſt ſeruus pœnę. ff. de pęnis. l. qui vltimo. & l. quidã.
ego credo, ꝙ filij ẽt poſſent agere contra fiſcũ ad petendum
eorũ portiones cõdictione ex hac conſtitutione, quia hæc
conſtitutio dat eis partem bonorum. quæ fuerunt patris
12 foriudicati. †Tertio no. ex tex. ibi electione noſtrę curiæ,
b ᵇ ꝙ vbi fiſcus habet partẽ in re, in qua priuatus habet etiã
partem, fiſcus habet electionem, an velit ipſam partem, vel
eius æſtimationem, vt hic, concordat textus ſuprà in cõſti-
tutione, ne quis hanc ſecre. in fine rub. 59. in 1. lib. imò plus
dico, ſi fiſcus habet partem in re, in qua priuatus habet par
tem, & vult vendere totam ipſam rẽ inuito priuato põt hoc
facere, dummodo ſoluet ſibi pretiũ partis venditæ illius pri
uati, ut in l. unica. C. de uenditione rerum fiſcaliũ cũ priua
to cõium. li. 10. ſecus ſi uult locare, ut C. de uectig. l. fi. & ra
tionẽ diuerſitatis tangit Luc. de Pen. in d. l. unica. In glo. 1.
ibi, & ſic no. quærit hic gloſſa, an hæc portio, quæ datur ꝑ.
iſtam cõſtitutionem filijs foriudicati, ſit loco legitimę de-
bitæ filijs, non decidit, ſed remittit ſe ad l. fi ff. de bonis dã-
natorum. Aduerte, ſi eſt uerum id, quod dicit And. ꝙ ex di-
uiſione inducta ab iſta conſtitutione, filij in parte. eis con-
tingente, habent dominium, non eſt tractandum, ſi habent
illam partem iure legitimè maximè quia ſecundùm §. fi. in
authen. ut nulli iudicum. & authẽ. bona damnatorũ. C. de
bonis damna. & proſcri. hodie pro criminibus capitalibus
nõ imponit pęna publicationis bonorũ, niſi ꝑ crimine hę-
reſis, & lęſæ maieſtatis, quo caſu filijs nihil debetur de bo-
nis patris, ut dicitur in d. auth. & in l. quiſquis. C. ad legem
13 Iuliam maieſ. †Et uidetur, ꝙ per ſententiam foriudicatio-
nis pater ſit in plus condemnatus, quàm ſit eſſet condemna
tur crimine læſæ maieſta. ut patet in effectibus politis in di
cta conſtõne pœnam, tamen foriudicatus cum illo, qui cõ
miſit crimen læſæ maieſtatis ſe habet, ſicut dicit gl. C. qđ
metus cauſa. l. 3. ꝙ foriudicatio excedit terminos condem-
nationis criminis læſæ maieſtatis. & cõdemnatio criminis
Læſæ maieſtatis excedit terminos foriudicationis quò ad fi
lios maſculos, ex benignitate iſtius cõſtõnis, quę diuidit bo
na patris foriudicati inter filios & regiũ fiſcũ pro uirili por
tione, & ſic filij foriudicati habent partem non iure ſucceſ
ſionis, ſed ex benignitate huius conſtitu. Et ex hoc reſultat
unus magnus effectus, ꝙ filij, qui ſuccedunt in feudo pa-
tri foriudicato, non dicentur habere feudum à patre, nec
ſunt eius hęredes, ſed ex prouidentia conſtitutionis proxi-
mè ſequentis, ita ꝙ non tenentur creditoribus paternis de
fructibus feudi ſatisfacere, niſi haberent aſſenſum regiũ ſu
per obligatione bonorũ feud. tunc poſſent agere hypothe-
caria ſuper corpore feudali, ut dixi ſuprà in conſtõne, ſi q̃s
poſt litẽ. Sed Bal. in l. 1. C. de fideiuſſ. dicit, ꝙ ſi filio rebel-
li reſeruatur ex ſtatuto certa pars bonorũ patris, rebellis, ꝙ
filij tenẽtur pro illa rata creditoribus paternis. Sed hoc eſt
iõ, quia ſtatutum admittit ad ſucceſſionem filios in certa

parte tanquam hæredes, ſecus eſt iſta cõſtitutione, vt bene
14 firmat hic Andr. † Sed quæro hic de vna noua quæſtione,
ecce ꝙ rex noſter catholicus conceſſit priuilegium huic no
c bili ciuitati Neapolitanæ. [c] ꝙ ſi contingat homines ciuitatis committere quodcunque crimen, pro quo de iure, vel per capitula regni veniret pœna publicationis bonorũ excepto crimine læſæ maieſtatis, ꝙ eius bona non publicentur, ſed reſeruentur filiis, vel agnatis pone, ꝙ aliquis Neapolitanus foriodicetur, vtrum fiet hęc diuiſio bonorum inter fiſcum & filios, prout dicit iſta conſtitutio? Vr̃ ꝙ ſic, quia dictum priuilegium reſeruat crimen læſæ maieſtatis, ſed per ſniam foriudicationis condemnatus efficitur hoſtis publicus, ergo habet locum diuiſio prædicta inter fiſcum & filios. Ego ſum in contraria opiniune, quia attenta originali cauſa huius forindicationis, quę ſemper debet eſſe in cõſideratione, ut in l. rogaſti. cum ſimil. ff. ſi cert. pet. fuit ipſa contumacia annalis, quæ eſt delictum, pro quo delicto remiſſa eſt pœna annotationis bonorum ex publicatione per dictum priuilegium, & licet ſequatur declaratio pęnarum per ſniam foriudicationis, non propterea bona publicãtur propter hoſtilitatem. Ad hoc bene facit id, quod dicit Bal. in l. 2. in antepenul. char. in ſua repetitione. ti. de iureiuran.
15 † quòd ſublato obſtaculo, qood eſt in medio, prima cauſa ſuum parit effectum per ſemet, non per mediam perſonã, vt. ff. de inoffi. teſtamento. l. poſthumos. §. ſi quis ex his. Accedant ad hoc, quæ dixi in cap. 1. in quęſt. magna, Imperator Lotharius. Item exceptio, quę continetur in priuilegio, ſ. excepto crimine lęſę maieſtatis, intelligitur de eo, qui verè commiſit crimen lęſę maieſtatis, non de eo, qui fictè effectus eſt hoſtis regis per ſententiam foriudicationis, per id quod dicit Bart. in l. 1. §. hoc interdictũ. ff. de fonte. & ibi vide apoſtillam Alexãdri, & vltra eum bene facit, quod voluit Barto. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. dum allegat legem tertiam. §. hęc verba. ff. de negot. geſtis. Item pro hoc facit illud, quod ſolet dici, quòd vbi verba diſponentis poſſunt capi in caſu uero, & in caſu ficto, debent intelligi in caſu uero. & pro hoc. l. filio quem pater. ff. de liberis & poſthumis. Item, ut dixi, magis priuantur filij maſculi in crimine læſę maieſtatis commiſſo per patrem, quia nihil debent habere de bonis patris, vt dicta l. quiſquis. C. ad leg. maieſtatis. & tamen in patre foriudicato habent partem, ut hic dicitur. Et propterea filij foriudicatorum in bonis patris foriudicati, virtute dicti priuilegij, neque in bonis mobilibus, neque in ſtabilibus fiſcus poterit habere manus iniectionem, niſi ſolùm in tertia parte mobilium rõne contumacię primę conſtitutionis. In eadem, ibi, vt in conſtitutione, baiulus ſi furem. dic ut ibi dixi. In gl. 2. dic vt dixi ſuprà in 1. gl. In gl. 3. in uerbo, aſcendentes. dic ut dixi ſu-
16 prà in primo no. In eadem ibi, Item colligitur, quòd mater
d ſuccedit in feudis filio. nimis generaliter loquitur [d] iſta gl. Et ideo eam intelligo procedere, ſi feudum eſt antiquum proueniens ex linea materna, in quo mater poterat ſuccedere, quando feudum perueniſſe ad eam mortuo filio ſine deſcendente, ut colligitur in cap. 1. de gradibus ſucceſſionis in feu. ſicut dictum fuit in feudo antiquo, in quo pater ſuccedit filio, licet And. aliud ſentiat hic, dum dicit, quòd conſtit. regni non ſequuntur uſus feudorum, ut patet in conſt. ut de ſucceſſionibus. Ego dico, quòd verum eſt, quòd in multis per iſtas ſacras cõſti. ſunt correcta iura feudorum, ſed vbi non ſunt expreſsè correcta, remanent iura feud. Et ubi in conſtitutionibus regni dicitur expreſsè, ꝙ parentes in feudis antiquis non ſuccedant filiis. dicat, & oſtendat ille, qui magis profundè laborauit in conſtit. regni, & acqui-
17 eſcam. † Quid autem [e] de fratre uterino, an ſuccedat fratri
e in feudo, quod fuit patris ſui, tangit hic Andr. ſed remittit ſe ad ea, quę dixit in dicta conſti. ut de ſucceſ. Ego dixi poſt And. in c. 1. de nat. ſucc. feu. vbi retuli regiſtra Imperatoris Federici, relata per And. ibi. In glo. fin. iſtam glo. ſigna pro intelligentia huius coſti. quia quò ad deſcendentes foriudicati in bonis feudalibus nihil dicit iſta conſtitutio, ſed ſequens proxima conſtit. & ſic tota iſta conſti. loquitur de bonis Burgenſaticis ſtabilibus.

ANNOTATIONES.

a Vtrum in feudalibus.] An aſcendentes in feudis ſuccedere poſſint, vide And. de Iſer. in conſtitutione. ſi quando. & Iac. in colum. penult. in verb. & vnum ex dictis capitulis; vide etiã Curtium limitantem hoc dictum in tertia parte 15. expedito Conſule etiam eundem Andr. in c. 1. § & iterum. col. fi. tit. de cap. Corradi. Bal. quoque videas in c. 1. de natu. ſucceſ. feud. Idem etiam And. de hoc ipſo loquitur clarè in c. 1. §. 1. colum. 6. titu. per quos fiat inueſtit. & in c. 1. ſexta colum. in titu. Imperator Lotharius.

b Tertio not. ex tex.] Hanc materiam expedit do. Cigauit in tracta. de fact. prin. cap. tertium regale. De qua etiam vide Phil. Dec. conſ. 233. nu. 7. Bald. item in 5. conſi. volu. conſi 332. Hoc idem tractat Do. Hyppoly. de Mar. ſingul. 655.

c Neapolis.] Vide cap. Regis Catholici conceſſum Neapolitanis, quod eſt 15. fol. 70. libro meo capitulorum ciuitatis Neapolitanæ, & aliud c. 2. loco conceſſum Neapolitanis, per quod fuit prouiſum, quod bona Neapolitanorum tam Burgenſatica, quàm feudalia non poſſint publicari pro quocunque crimine, niſi pro crimine læſæ maiſtatis in primo capite, & hæreſis. in quibus duobus caſibus reſeruantur, dotes, antefata, tertiariæ, & iura dotalia mulieribus, quod eſt ſextum capit. fo. 83. libro meo.

d Nimis generaliter loquitur.] An lex generaliter loquens, ſit generaliter intelligenda, adeundus eſt tibi text. & glo. in l. de pretio, ff. de publicia. in rem actione.

e Quid autem] De hac materia conſule Andr. in conſtitu. vt de ſucceſſionibus. nu. 14. & ſeq.

De pœna foriudicatorum, & baiulo dando filio eorum. Rub. VII.

CONTINVATIO patet, quia dictum eſt ſuprà quomodo bona Burgenſatica ſtabilia foriudicati diuiduntur inter fiſcum & filios foriudicati. erat videndum quomodo in feudalibus bonis filij foriudic. minores vel maiores tractentur, de quibus non erat dictum, ideo ſequitur hęc Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Agens poſſeſſorio in feudis contra fiſcum an debeat oſtendere de titulo poſſeſſionis ſuæ.*
2 *Filiis de baiulo quis prouidere teneatur, & quando.*
3 *Pupillo quando per regem detur baiulus.*
4 *Labor & pecunia diuiſionem recipiunt.*
5 *Adoba certo tempore debetur.*
6 *Tempore certo ſi quid fieri debeat, cenſetur illo factum tempore, etiam ſi immediatè ante vel poſt fiat.*
Releuium & adoha quo tempore ſolui debeant.
7 *Foriudicatus antequam occidatur, non dicitur mortuus.*
8 *Parentes quando ſuccedant in bonis feudalibus filii foriudicati.*
6. *Bona mobilia foriudicati ſunt in diſpoſitione regii fiſci.*
10 *Vaſallus comitis, vel baronis alium ſub ſe vaſallum habere poteſt.*
11 *Vaſallus alium vaſallum de eodem feudo ſibi facere poteſt.*
12 *Pupillo pubere effecto ceſſat baiulaticum & tutela.*

SI quando. Iſta conſtitutio dicit plus in ſenſu, quàm in uerbis. Et breuiter h. d. Si foriudicatus habeat bona feudalia, ſi quidem ſunt quaternata, quę tenentur à rege, & habeat filium, uel filios pupillos, qui omnes ſuccedunt in feudis, regia curia recipit dictos pupillos vnà cum dictis feudis, & prouidet eiſdem de baiulo, & uiriliter diuidentur fructus feudorum in fiſcum, & dictos pupillos, durante uita ipſius foriudicati. eo mortuo, omnes fructus percipientur per baiulum conſtitutum, & finito baiulatico, & mortuo dicto foriudicato naturaliter, omnes fructus reintegrabuntur dictis filijs. Si autem foriudicatus habeat feuda non quaternata, ſed quę tenentur à comite, uel barone, ſi quidem non habeat filios, neq; parentes, illa feuda reuertuntur baroni, uel comiti, à quo tenentur, & non regię curię. Si uerò habeat filios, fiſcus regius habebit ratam fructuum feudo-

rum

rũ prædictorum tanquam vnus filius, viuẽte tm̃ foriudica
to,quos quidem fructus habet,quẽadmodum hẽt oĩa mo-
bilia ipſius foriudicati ſiue habeat filios,ſiue non. Ei ſi ho-
mo feudatarij comitis,vel baronis,inciderit in ſnĩam capi-
talẽ,nullum dẽt comiti, vel baroni præiudicium generari,
à quo feudũ tenetur ex delicto ſui feudatarij, ſed percipiet
partẽ fructum, qñ ſunt filij,ſicut dicimus in feudo quater
1 nato in rege. †No. primò ex tex. ibi, feudale aliquid poſſi-
dere.quod non eſt verũ illud, quod quidã dicebãt,ꝙ agens
poſſeſſorio in feudis contra fiſcum dẽt oſtendere de titu-
lo ſuę poſſeſſionis,ª vt refert And.in l.imperialem.§.illud.
de prohi.feud. alien. per Federicũ. & ſuprà in cõſtõne vio-
lentias. Quia iſte textus tuetur ſolum poſſidẽtem feudum,
& ſic ratione ſuæ poſſeſſionis tantùm competit poſſeſſoriũ
tene menti,quia nunquam iſte textus fuit ad hoc pondera
tus,niſi per me in d.conſt.uiolentias.Secundò nota ex tex.
ibi,liberi eius.ꝙ rex dat baiulum non ſolùm filijs,ſeu ne-
potibus pupillis foriudicati habentis feuda quaternata,ſed
etiam filiæ fœminę, quæ ſuccedit in feudo, vt infrà in ter-
tio libro in conſti.minoribus.de iure baiuli, & omnibus il
lis, qui ſunt de numero liberorum , de quo in l.liberorum.
ff.de verbo. ſig. & ibi.per Bar. intellige, qñ ipſi ſuccedũt in
2 feudis. Sed ſi†viueretur iure Frãcorum,quo iure ſolus pri-
mogenitus ſuccedit,tunc ſolum primogenito rex prouidet
de baiulo,alijs verò filijs pater ꝓuidet,ſi habilis eſt.Vel iu-
dex ordinarius prouidet de tutore filijs,vt eſt de mẽte tex-
tus in dicta conſtit. minoribus. Et ſic patet,ꝙ pupillis ſuc-
cedentibus in feudis non quaternatis rex non ſe intromit-
tit de dando baiulo eis, quod tene mẽti per iſtum textum.
& ſcias, ꝙ nulla eſt differentia inter baiulum & tutorem,
niſi in nomine, & quia baiulus eſt tutor in feudis quatena
tis, tutor in rebus burgenſaticis,& in feudis non quaterna
tis.Et ſic patet,ꝙ baiulus datur pupillo in feudis quaterna
tis ſuccedenti,& à rege, & non à teſtatore,vel à iudice, niſi
rex cõmitteret ſpecialiter iudici, ꝙ ꝓuideret de baiulo ipſi
pupillo.Et ſic patet,ꝙ in oĩbus in quib. tutor eſt obligatus
pupillo, ita baiulus ipſi pupillo habẽti feuda,vt in dicta cõ
3 ſtõne,minoribus.†Tertiò not.ex tex.ibi,quẽadmodum in
caſu mortis.ꝙ nõ ſolùm qñ pater mortuus eſt morte natu
rali,ſed ẽt qñ pater viuit, & eſt maxima capitis minutione
minutus,datur filio pupillo baiulus ꝑ regẽ & pondera iſtũ
tex. ad id quod dicit Bal.in l.1.C.de fideiuſ. vbi dicit,ꝙ eſt
dare caſum,in quo quis reputatur viuẽs, & pro parte mor
tuus.nam quatenus fiſcus ſuccedit foriudicato cũ filijs pro
virili,reputatur mortuus.ff.pro ſocio.l. actione. §. publica
tione.ſed quatenus fiſcus percipit partem fructuum feudo
rum,viuo ipſo foriudicato, viuit naturaliter, & ẽt ciuiliter
& eo naturaliter mortuo, nõ ꝑcipit fructus fiſcus vlterius,
ſed ſunt illi fructus futuri ipſius filij.facit ad hoc,quod di-
cimus de monaco,q eſt viuẽs ĩ monaſterio,& mortuus mũ
do,vt in l.Deo nobis.& ibi ꝑ Baldũ.C.de epiſcopis,& cle-
ricis.Quartò nota ex tex.ibi.patre adhuc ipſo ſuperſtite.ꝙ
ſi feudum per delictũ tenentis feudum dẽt venire ad filios,
vel agnatos,qui ſi non exſterent, perueniret ad regiũ fiſcũ,
ꝙ nihilominus, viuente ipſo delinquẽte,fiſcus tenebit feu-
dum pro illa parte , prout dicit hęc cõſtitutio. Et pro hoc
bene facit textus.quem hic allegat glo.in l.peto. §. prædiũ.
ff.de legatis ſecundo.ſed melior textus eſt in l. Statius.§.fi.
ff.de iure fiſci.quem glo. quarta hic allegat, & Spec. in tit.
de feudis.§. quoniam.verſi.40.& And.in c. 1.§.ſi quis ho-
minem.de pace tenẽ.& in c.1.ſi vaſallus feudo priuetur. &
Doc. in l.ſi finita.§.ſi de uectigalibus.ff.de damno infecto.
Accedat ad hoc id,quod dicebat Bal.in ca. nulla.per quos
fiat inueſtitura.circa fi.vbi dicit, ꝙ ſi vaſallus cõmiſerit ta-
lem ingratitudinem , ex qua ueniunt bona publicanda, &
dominus nolit feudum uendicare,quòd feudũ confiſcabi-
tur, ita ꝙ donec delinquens uiuit, feudum erit apud fiſcũ,
alle.tex.in d.l.Statius.§.fi.& tex.in auth. de alie. & emphy.
4 §.1.†Quintò not.ex text.ibi,pro ea tantũ parte de ſeruitio.
ꝙ quando diuiduntur fructus feudi inter fiſcum & pupil-
los foriu.& contingat imponi adoha, ideſt, ſeruitium mili
tare comitibus , baronibus , & feudatarijs in regno, dimi-
nuitur adoha pro ea parte,quã percipit regia curia de fru-
ctibus ipſius feudi. Quia labore & pecunia recipiunt diui
ſionem.ff.de annuis legatis.l.Scio amico.cũ concord. & ſic
adoha,ideſt, ſeruitium militare ſoluetur reſpectu fructuũ
feudi.Et ideo vidi dubitare in regia camera ſummariæ, ꝙ
ſi in vno anno cõtingat ſolui releuiũ, & imponi adoham,
quę ſoluitur de medietate fructuũ feudi illius anni, an oẽs
fructus vnius anni recipiet fiſcus? Videtur ꝙ non,quia ſo-
lutio adhoę pręſupponit,ꝙ alia medietas fructuũ ſit feuda
tarij & eodẽ modo ſolutio releuij pręſupponit, ꝙ alia me-
dietas fructuum ſit ſuccedentis in feudo, vt dr̃ per And.in
cap. 1. §. ſed & res. per quos fiat inueſtitura. quia tempus
anni ad percipiẽdum fructus datum à natura,vt fiſcus ha-
beat medietatem illius anni,quo imponitur adhoa,vel de-
bet pręſtari releuium,eſt de forma præſtationis,& ſi præ-
ſtari nõ põt, quia nõ remaneret alia medietas feudatario.
& ſic cùm tempus dat eſſe rei, non præſtabitur alio tempo
re,vt inquit Bal.in l.liberti. 5.col.C.de operis libertorum.
5 † Item,quia adhoa certo tempore, debetur , ideſt ,quando
imponitur, & releuium certo tempore, i.quando moritur
in illo anno debet ſolui , & ſi non poteſt fieri præſtatio de
ambobus,fiet vna tãtùm pręſtatio , per id quod dicit Ant.
de But.& Abb.Sic. in c.ſi.2.col. de iudicijs.& ſi dicatur,ꝙ
fiſcus eſt deceptus in hoc. Reſpondetur , ꝙ hoc contingit
caſualiter,vt in l.1.C.de ſicarijs,l. 2. §. ſi eo tempore. ff. de
adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium.& quę
caſu contingunt, non imputantur debitori,vt in lege,ſi ex
legati cauſa.ff. de verborum obligationibus.& in lege, quę
fortuitis. C. de pignoratitia actione . & ſic fortuitum ca-
ſum debet ſibi fiſcus imputare , ſecundùm Baldum in di-
cta lege, liberti,quinta columna. alle.ff.de condictione ob
cauſam.lege, ſi pecuniam, in principio, & C.de re milita-
ri.l. 1.lib. 12. Quidam præſidentes dicebant, quòd rele-
uium ſoluitur vno anno, & alio anno ſoluitur adhoa , &
ſic remanebit medietas fructuum feudi feudatario , & ſic
6 non uiuet de uento,& pro eis facit, quia † quando aliquid
debet fieri certo tempore, ſi fiat ante, uel poſt immediatè,
intelligitur eo tempore factum , quia in iure noſtro idem
tempus accipitur pro toto tempore,quod eſt neceſſarium,
uel cohęrens.iſta ſunt uerba Bal. in l.ſi tempore. 2. col.C.
de ope.li.Illud ergo, ꝙ in uno tempore fieri non poteſt,de
bet alio tempore fieri, quia illud dicitur competẽs tempus
ut dicit Inno.in c.cùm in ueteri. in fi.de elect.Item pro eis
facit,ꝙ fit iſta prorogatio de uno anno in alium ex neceſſi
tate naturæ, ut inquit Bal.in l.aduerſus,in fi.2. col.C.loca.
& pro hoc bene facit diſtincte Bart. in l.ſi uno.§.cum qui-
dam.ff.loca. Quid fuit obſeruatum? Audio,ꝙ fuit obſerua
tum,ꝙ ſoluet in uno anno unum ius, quod primò fuit de-
bitũ. unde ſi primò fuit impoſita adoha pro illo anno, illã
præſtet,& releuium confunditur cum adoha.ſi primò fuit
mors feudatarij,& poſtea impoſita fuit adoha,ſoluat rele-
uiũ,& adoha cõfunditur cũ releuio.Nec obſtat, qđ in cõ-
trariũ fuit allegatum,quia iſta debita fiſcalia reſpectu tpis
ſunt debita,& uaſallus vtrumq; uno tpe ex difficultate prę
ſtare non poteſt, quia ſibi non remaneret alia medietas. ut
ſuprà dixi, ideo una tantùm fiet præſtatio,ut dicit Abb.in
7 d.c.fi.in 2.col.de iud.† Sextò nota ex text. ibi , foriudicato
naturæ debitum exſoluetur. ꝙ licet foriudicatus habeatur
pro mortuo, tamen antequam occidatur,uiuit. faciunt ad
hoc ea quæ dixi ſuprà in tertio notabili.Et ſic non eſt ſolu-
tum matrimonium inter eum & uxorẽ ſuã,nec uxor poſ-
ſet petere ante fatum per foriudicationem mariti, ut dice-
tur infrà in conſtitutione proximè ſequente. niſi per reme
dium.l.ubi adhuc.C.de iure dotium. Septimò nota ex tex.
ibi,à comite,uel barone feudum. ꝙ ꝑꝑ crimen feudatarij,
per quod debent eius bona publicari,ſi feudum tenebatur
à comite,uel barone,quia erat feudum ſolitum concedi ꝑ
baronem,non publicatur regi, ſed ipſi comiti, uel baroni,
per iſtum textum,qui uult,quòd patre foriudicato , ſi non
ſunt filij, comiti, uel baroni à quo tenebat feudũ, publica-
tur. Et pro hoc bene facit conſtitutio, poſt mortem, in ter
tio lib.& ibi latius dicetur.Si aũt ſunt filij,nõ ſuccedit ipſe

comes, vel baro in parte vnius filij, ſicut dicitur in feudo
quaternato, in quo ſuccedit regius fiſcus in fructibus vi-
uente foriudicato in parte tanquam vnus filius. Et ſic pa-
tet, ꝙ viuente foriudicato, ſiue feudum ſuum ſit quaterna-
tum, ſiue non, quia tenetur à comite, vel barone, ſi ſuper-
ſunt filij, & viuit foriudicatus, fiſcus regius habebit partem
fructuum illius feudi, tanquam, ſi eſſet vnus filius foriudi-
catus, quod tene menti. Fallit, niſi rex conceſſiſſet comiti
vel baroni ius publicandi bona, quia tunc ipſo iure ceſſo
haberet illã partem, ac ſi eſſet regius fiſcus. & hoc per text.
in l. 1. C. ne ſine iuſſu principis liceat confiſcare. Et hoc ex-
preſsè voluit And. in c. 1. §. ſi quis hominem. de pa. ten. ibi,
ad vtilitatem pupilli habentis ex priuilegio. & ita vidi ob-
ſeruatum fuiſſe per quondam regem Federicum de Arago
8 nia. †Octauò nota ex tex. ibi. parentes, vel liberos. ꝙ ſi foriu
dicatus habeat feuda non quaternata quæ tenentur à comi
te, vel barone, & habeat patrẽ vel matrem, ſi feuda ſunt an-
tiqua, pater, uel mater, vt vnus filius ſuccedit, & in alia par
te fructuũ ſuccedit regius fiſcus, viuo ipſo foriudicato, po-
ſtea eo mortuo conſolidãtur fructus cum reliqua parte di-
ctorum parentum, ad quos feudum dicitur reuerti, per ar-
gu. l. filio. ff. de lib. & poſthu. Ergo ſecus ſi ſit feudum nouũ,
quia in illo non ſuccedunt parentes, vt ſup. in conſtit. præ-
cedenti. & ita intelligunt petiti regni hanc conſtitutionẽ,
vt dicit hic Andreas. An etiam collaterales ſuccedant non
exiſtentibus liberis, vel parentibus, tangit hic And. Sed tex.
iſte nihil dicit de collateralibus, ſed de hoc dic, vt in conſti-
tutione, vt de ſucceſſio. per Andręam. Et quid de fratre vte
rino, an ſuccedat fratri in feudo paterno. Vide hic Andręã,
in c. 1. de natu. ſucceſ. feu. & in conſtit. prędicta, vt de ſuc-
9 ceſſionibus. & ibi dicetur †Nonò nota ex tex ibi quemad-
modũ alia bona mobilia. ꝙ ſiue foriudicatus habeat filios,
ſiue nõ omnia bona mobilia, aurum, argentum, & debito-
res ex cauſa pecuniæ, & quicquid veniet appellatione mo-
bilium, vt in l. bonorum. & l. meorum. ff. de verb. ſigni. ſunt
ad liberam diſpoſitionem regij fiſci, & ſic filij nullam par-
tem habẽt de iſtis mobilibus, & firmat hic gl. & ſup. dixi. &
quia text. iſte dicit, ſecundùm generalem Aſſiſiam, quæro
quomodo hic accipiantur iſta verba. dic alludendo voca-
bulo, ꝙ iſta verba ſecundùm generalem Aſſiſiam, exponã-
tur, ideſt, ſecundùm generalem & aſſiduam obſeruationẽ
huius regni, & ſic nõ accipitur, propter dictum fuit ſup. in
2. lib. de conſti. iuſtitiarijs. in 3. no. Et nota, ꝙ fructus æqui-
parantur bonis mobilibus, etiam cùm non ſunt ſeparati à
ſolo, vt dicit iſta glo. quod eſt mirabile, quia dicit l. fructus
pendentes. ff. de rei vendic. quòd fructus in ſolo exiſtentes
10 ſunt pars ſoli. †Decimò no. ex text. b autem homo alterius.
ꝙ vaſallus comitis, vel baronis poteſt ſub ſe habere alium
vaſallum, & ſi ille homo alterius, ſcilicet comitis vel baro-
nis delinquat, nullum ex delicto & ſententia capitali con-
tra eum ſit præiudicium comiti, vel baroni, quia illud ius,
quod habet feudatarius tantùm publicatur, vt dicit hic gl.
3. concordat ad hoc tex. in c. 1. §. rurſus. de contro. inueſti.
vbi primus vaſallus concedit inueſtituram ſecundo vaſal-
lo, & conuentio facta cum ſecundo non nocet domino, cu
ius conditionem vaſallus non poteſt facere deteriorem, vt
in c. 1. §. ſi verò. de inueſt. de re al. facta. Et iſte ſubuaſallus,
qui habet cauſam à uaſallo comitis, vel baronis, præſtabit
ſeruitia conſueta, vel ea quæ deducta ſunt in pactum, ſe-
cundùm Bal. in d. §. rurſus. 2. col. verſ. ſed oppono, vt vide-
tur &c. & comes uel baro poterit conſequi ſeruitium ſeu-
di ab iſto ſubfeudo tanquam contra debitorem debitoris,
11 ut dicit Bal. in fi. col. 1. in d. §. rurſus. †Et facit ad hoc, ꝙ ua-
ſallus poteſt alium uaſallum ſibi facere de eodem feu. text.
eſt in c. 1. de feu. datis minimis ualuaſoribus, & in c. 1. uer.
ſi non totum, uel partem. qualiter olim feu. alie. & in c. 1. §.
profecto de l. Corrad. & uide Iac. de Ardizo. in ſumma, in
rub. quãdo uaſallus feudum poteſt alteri concedere in feu
dum, niſi in fraudem. Sed an hodie hoc ſit uerũ in regno,
dicetur infrà in 3. lib. in conſti. diuæ memoriæ. In glo. 1. ibi
dum dicit, eis effectis puberibus. ꝙ patri foriudicato ſucce
dit filius, ſiue ſit pupillus, ſiue maior, unà cum regio fiſco,
tãquam ſi regius fiſcus eſſet unus filius quò ad fructus tan-
tùm ipſius feudi, uiuente ipſo foriudicato tantum. In gl. 2.
12 no. ꝙ finitur balıaticum, †eo ipſo ꝙ pupillus factus eſt pu
bes, ſic & tutelam, ut inſti. quib. mod. tute. fi. in prin. Et uer
ba huius tex. dum dicit, in tutelam propriam uenientibus
ſumpta fuerunt per iſtum Pet. de Vinea, qui fuit ſub utilis
doctor, ex l. cum filiorum. ff. de leg. 3. in prin. In gl. 3. dic, ut
dixi ſup. in 3. no. In eadem ibi, facit, quia ius, quod habet,
dic ut dixi ſuprà in nono not. gl. In 4. in uer. quemadmodũ.
ſigna iſtam gl. ꝙ fructus pendentes, & futuri rerum ſtabi-
lium æquiparantur reb. mobilibus. Sed aduerte, quia ego
non uideo, quomodo hoc, dicit gloſſ. probetur ex text.
quia iſtud uerbum, quemadmodum. trahitur, ut dixi, quò
ad acquiſitionem, ut quemadmodum mobilia bona foriu-
dicati ſunt fiſci, ita fructus feudi pro uirili acquiruntur fi-
ſco, durante uita foriudicati. & ſic non probat, ꝙ fructus
æquiparentur bonis mobilibus ſed acquiruntur iſto caſu,
ſicut bona mobilia. In eadem in fin. dum alleg. l. Statius. §.
Cornelio. dic, ut dixi ſuprà in 4. not.

ANNOTATIO.

a Suæ poſſeſſionis.] An rex, vel princeps poſſit conuenire, vel citari face
re baronem ſuum, vt ſibi oſtendat iura, quæ habet in caſtris, quę te-
net in feudum. alioquin quòd eum priuabit talibus caſtris. Vide ſin-
gulariter per Bartol. in l. 1. C. de conducto. & procu. prædiorum fiſca-
lium. lib. 11. & ibi etiam vide And. de Barulo, vbi firmat, quòd talis
citatio eſt iure ipſo nulla, cum nemo cogi debeat ad oſtendendum ti-
tulum ſuæ poſſeſſionis. l. cogi. C. de peti. hęre. vbi refert in facto ſe vi-
diſſe per illam legem caſſari & annullari quandam citationem & pro-
ceſſum factum per curiam Illuſtr. Dom. Manfredi, qui ita citari fece-
rat quendam ſuum nobilem ad oſtendendum, in quo iure tenebat ca
ſtra, quæ dicebantur ad curiam pertinere, aliàs priuaretur dictis ca-
ſtris. Ad idem vide Io. de Plat. in d. l. 1. de conduct. & procu. præd. fiſc.
lib. 11. Et an dominus feudi poſſit monere vaſallum, quod ſibi oſten-
dat inueſtituram feudi per chartam publicam, vel per breue teſtatũ?
Vide Bald. in l. 2. in 2. col. C. quomo. & quan. iudex. Adde gl. in c. ſoli-
tæ de maio. & obed. Inno. & Ioan. And. in c. nouit. de iud. & in c. appel
lationis, eſt gl. & ibi Doct. c. Romana. in § debet. de appel. & Doc. in c.
cæterum. de iudi. Spe. in tit. de app. in §. nunc tractemus, ad finem.

De vxoribus foriudic. ſeu condemna. Rubrica VIII.

NOn expedit continuare hanc rubricam,
quia tractatur hic de eadem materia bo
norum foriudicati. Cum in conſtitut.
præcedenti ſit dictum, an bona ſtabilia
& ſeuda foriudicati ſpectent ad fiſcum
regium, uel ad filios. Hic dicitur, an du
rei hypotheca pro dotibus matris & uxoris foriudicati ſu-
per bonis foriudicati, ita ꝙ delictum mariti nihil noceat
dotibus matris, & uxoris, ideo ſequitur hæc rubr. de uxo-
ribus foriudicatorum, & eorum parentibus.

SVMMARIVM.

1 *Puniri non debet, qui non deliquit.*
Uxor foriudicati dotes integras habet in bonis ipſius.
2 *Mater quando ſuccedat filio foriudicato, & in quo.*
3 *Vxor vel mater foriudicati non amittit dotem.*
Foriudicatis non ſubuenitur, vt per hoc cæteri terreantur.
4 *Vxor quando viro foriudicato, vel bannito ſubuenire poſſit, & de quibus bonis.*
5 *Vxor non tenetur virum proditorem denunciare.*
6 *Mulieribus de benignitate reſeruantur dotes & iura dotalia, maritis foriudicatis.*
7 *Vxor de bonis & iuribus dotalibus non debet virum foriudicatum ſuſtentare.*
8 *Ius poſitiuum quandoque reſtringit ius naturale.*
Gratia principis abutens, eadem priuari debet.
9 *Gratia limitata & conditionalis à principe dari poteſt.*
10 *Princeps conceſſionibus conditionem apponere poteſt.*
11 *Rex non poteſt limitare conceſſionem, quam per contractum fecit.*

POENA

PŒna carere. Vxor, vel mater for-
iudicati occaſione forindicationis nul-
lam moleſtiam pati debent à fiſcalibus
ſuper dotibus, & donationibus propter
nuptias, quarta, vel dotarijs conſtitutis,
& debitis ſed integrè habeant, dum-
modo ipſi foriudicato nullam præſtent ſubuentionem. Et
ſi contra fecerint, quia dicta gratia eis conceſſa videntur
abuti, dicta gratia priuabuntur per ſententiam, & bona
1 prædicta & eorum iura fiſco applicantur. h. d. † No. 1. ex tex
tu ibi, innoxios. quod non eſt iuſtum, vt ille, qui non deli-
quit, puniatur ex delicto alterius, vt hic, & in conſtitu. ſe
quenti & pro hoc facit. C. ne vxor pro marito l. ob marito
rum. & ibi concordantiæ in glo. & totus titu. C. ne filius
pro patre. ad hoc vide, quæ dixi ſuprà in ꝓœdijs in 9. quæ-
ſtio. Secundò not. ex textu ibi, vxore, quòd vxor viri foriu-
dica. habebit integrè dotem & antefatum ſuper bonis dicti
ſui viri, abſque aliqua moleſtia regij fiſci, etiam quòd ma-
ritus viuat, quia quantum ad iſtum effectum recuperandi
dotem & antefatum, habetur pro mortuo, vt dicit conſtit.
ſuprà pęnam. Item quia ſatis dicitur deterioraſſe ſuam con
ditionem propter ſententiam ſoriudicationis, & ſic pote-
rit recuperare dotes, per legem, ſi conſtante. in prin. ff. ſolu-
to matrimonio. & antefatum per legem, vbi adhuc. C. de iu
re dotium quia dicitur vergere ad inopiam. & per Bald. &
Bar. in d. l. ſi conſtante. in 3. colum. & in l. 1. C. de repudi. &
Bald. in l. permiſſa. C. de donationibus ante nuptias, & be-
ne facit tex. in authentica donationem. in gl. C. de iure do-
2 tium. † Tertiò nota. ex textu ibi, vxores & matres. quòd ſi
mater filij foriudica. poteſt oſtendere, quòd ille filius for-
iudicatus ſit hæres patris ſui, & pater eius habuit dotem in
pecunia, vel in rebus ſtabilibus, & conſtituit antefatum,
quòd fiſcus, qui ſuccedit in bonis foriudicati, nullam mo-
leſtiam debet inferre matri volenti recipere iura ſua dota-
lia, & antefati ſuper bonis ſtabilibus ipſius filij hæredis pa
tris ſui, ex quo ſunt obligata pro reſtitutione dotium ex-
preſſè, ſi habet inſtrumentū, & ſi non habet, ſunt obligata
tacitè à iure, vt in l. aſſiduis. C. qui potio. in pigno. habean-
tur. Et ſic debet pati fiſcus, ꝙ ſine eius moleſtia mater re-
cuperet ſuper bonis filij foriudica. dotem ſuam & antefa-
tum. Et aduerte, quia vltra dotem & antefatum iſta ma-
ter, ſi non ſunt liberi, habebit medietatem bonorum ſta-
bilium ipſius filij foriudicati, per conſtit. ſuprà foriudica-
torum bona, hoc modo videlicet, nam de omnibus bonis
primò deducitur dos, & antefatum matris, & poſtea reli-
qua bona ſtabilia diuidentur inter matrem, & fiſcum, nec
fiſcus poterit opponere contra inſtrumentum dotale, quòd
pater foriudicati confeſſus fuit ſe recepiſſe dotem, ſi non
appareret verè fuiſſe ſibi dotem ſolutam, per legem, ſi quis
poſt hac. C. de bonis proſcr. quia ſunt elapſa tempora op-
ponendi exceptionem dotis non numeratæ, vt latè hoc fir-
3 maui ſuprà in 1. lib. in conſt. cauſas. rubri. 40. † Quartò not.
ex textu ibi, ab omni inquietatione ſecuras. ꝙ vxor, vel ma
ter viri foriudica. vel rebellis regis, non ammittūt dotē, vel
antefatum propter crimen viri, ſed ſunt ſecuræ ab omni in
quietatione fiſcali in dictis earum iuribus per iſtam conſti
tutionem, & per cap. regis Caroli ſecundi, quod incipit, itē
ſtatuimus, ſi fortè cōtingat aliquos damnari. char. 23. facit
infrà in conſti. patris. & conſt. proxima ſeq. Quintò not. ex
tex. ibi, quem egere volumus, ꝙ foriudicatis non eſt danda
aliqua ſubuentio, neque per filios, neque per aſcendentes,
neque per vxorem de bonis eorum. Nam malè meritus de-
bet egeſtate laborare, quia publicè intereſt, vt alij malefici
terreantur, vt dicit tex. in l. bona fides. ff. depo. quem alleg.
hic And. cum alijs generalibus, vt hic per eum. Sed mirum
videtur, ꝙ vxor, quæ eſt vna caro cū viro, vt dicitur Gene-
ſis. c. 2. & in Euangelio Marci 2. ca. & l. 1. ff. de ritu nupt.
& multa ad hoc alleg. Luc. de Pen. in l. quicunque. C. de re
milita. li. 11. & in l. cùm ſcimus. §. illud. C. de agric. & cen-
ſi. lib. 13. & no. in c. debitum. de bigamis. non poſſit dare ali
menta, & ſubuentionem viro ſuo, vetante iſta conſtitutio.
4 † Dic ꝙ hoc procedit, quando maritus eſt foriudica. vel re-
bellis regis, & non habitat cum vxore ſua, tunc non poteſt
ipſi ſubuenire de dictis dotibus, & iuribus dotalibus ſuis
prædictis, nō tamen vetat iſta conſt. de alijs bonis, puta pa
raphernalibus vxoris. Sed ſi vxor habitaret cum viro ſuo
foriud. vel rebelli, & comederet, & biberat, & dormiret cū
eo, tunc non eſt in aliqua pœna, quia per crimen rebellio-
nis, vel ſententiā foriudicationis, non ſeparatur matrimo-
nium, vt bene dicit hic Andræas non ergo punitur vxor ſe
quendo virum rebellem, proditorem, & cohabitando cum
eo in terra rebelli, dummodo ipſa aliter non delinquat con
tra regem, ſecundum Andræam hic. & in c. 1. §. ſi quis ho-
minem. de pace tenenda, & in c. 1. §. porrò. quæ ſit prima
cauſa bene. ami. & ſuprà in 1. libr. in conſt. patres. ſub rub.
55. Et per conſequens nec tenetur vxo capere, vel denun-
ciare regi. virum ſuū rebellem, vt capiatur, prout iubet rex
Carolus primus, in c. qđ incipit, ad vindictā. & tex. in au-
5 thent. vt nulli iudicum. §. ſi verò contra imperium. † quia
tanta cōiunctio, quæ eſt inter virum & vxorem, ut patet in
diffinitione matrimonij. eam excuſat ab iſta denunciatio-
ne. Quia ſi de iure Romanorum conſanguinei excuſantur
à receptione malefactoris, vt in l. 2. ff. de recept. multò for
tius uxor, quæ debet ſequi uirum ſuum. Niſi eſſet uagabun
dus poſt contractum matrimonium, vt dicit Bar. in l. Mæ
uia. §. vxore. ff. de annu. lega. & ibi concordantiæ, per Ale-
xādrum in l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. ff. ſoluto matrimo
nio. Item uxor tenetur habitare cum uiro excommunicato
a ut in c. inter alia.[a] de ſententia excommunicationis, quod
ſumptum fuit ex conſtitutione Gregorij ſeptimi, in c. quo
niam multos. 11. q. 3. Item ſi hoſti ſeruanda eſt fides, ut 23.
q. 1. noli. & no. in c. 1. de tregua, & pace. quātò magis uxor
ſeruabit fidem uiro, ut non aſtringatur denūtiare eius infi
delitatem regi. ſecus in patre, ut dicit hic And. & dixi in l.
imperialem. §. inſuper. de probi. feu. alie. per Federicum. &
ita uidi iudicatum, ꝙ uxor non dicitur rebellis ex eo, ꝙ ſte
tit & habitauit cum uiro rebelle, non faciendo ipſa aliquē
actum proditionis contra regem, nec dando opem mari-
to contra regē, puta uendēdo bona ſua dotalia, vt adiuuet
maritum reblem, contra regem, quia dicitur opem, ferre,
qui ad peccandum iuuet. 14. q. 6. ca. ſi reus. facit l. qui opē.
6 C. de fur. cum concordantijs ſuis. † Sextò nota ex textu ibi
pietatis noſtræ leuitate. ꝙ iſte textu præſupponit, ꝙ de be-
gnitate & gratia huius conſtitutionis dotes, & iura dotalia
mulieribus reſeruantur, licet bona mariti, uel eius filij con
fiſcentur fiſco ob eius culpam, ſiue delictum. & hoc ſonāt
etiam illa uerba gratia, quia uidentur abuti. Et tamen hoc
non eſt uerum, quia iure communi cautū eſt, ꝙ ob culpā
mariti uxor non debet amittere iura dotalia, ut patet in to
to titulo, C. ne uxor pro marito. & in l. 1. C. de repud. & cō
tra naturalem rationem eſt, ꝙ alius pro alio damnum ſen-
tiat, ut in c. 1. de iniurijs. li. 6. & in auth. ut nō fiant pigno-
ra. & facit iſta conſtitutio proxima ſequens, & ſuprà in cō
ſtitutione, patres pro filijs, rub. 55. in 1. lib. & in eccleſiaſti
co, c. 18. dicitur, filius non portabit iniquitatem patris, &
in l. 1. C. ut nullus ex uicaneis & c. lib. 11. Volens Andreas
hic euitare iſtud cōtrarium dicebat, ꝙ officiales huius Im
peratoris tunc temporis de facto in publicatione bonorū
uiri confiſcabant in confuſo etiam dotes uxoris, & matris,
tollendo Imperator iſtum abuſum de facto appellat gratiā.
Hinc dicimus, ꝙ quando ſupplicatur principi, ut cōcedat
aliquid, quod eſt de iure, ꝙ reputabit ad gratiam ſingularē.
7 † Septimo nota ex tex. ibi, de bonis ipſius. ꝙ non licet uxo-
ri de bonis dotalibus, & iuribus dotalibus ſuſtentare uirū
foriudicatum, & ſi contrarium faceret, ipſa iura dotalia cō
fiſcātur regio fiſco. Et idem in matre, cui iura dotalia ſunt
reſtituta per fiſcum, ſi de illis ſuſtentat filium foriudicatū,
amittit ipſa iura, & applicantur fiſco. Quod nō eſt ſic, quā
uxor morā traheret cum uiro rebelle, uel foriudicato, uel
ſuſtentaretur foriudicatus maritus de alijs bonis uxoris,
uel mater de alijs bonis ſuſtentaret filium foriudicatum,
quia conſtitutio iſta, licet in reſtitutione iurium dotalium
utatur iure communi, tamen inquantum denegat matri,
uel uxori de dotibus, & antefato reſtitutis facultatē alimē

tandi

tandi virum, vel filiũ forindicatum, eſt ſatis contra naturalem rationem, quæ vult, parentes teneri ad filios pauperes alendum, vt ff. de alen. & agno. libe. l. ſi quis à liberis & coniuges eſſe vnum corpus, vt ſuprà dixi, & ideo non eſt extendenda, vt ſi de aliis bonis ſuſtententur, non loquatur iſta conſtitutio, ſed ſeruetur ius commune, videlicet l. s. ff. de

8 recep. † Octauò no. ex tex. in nullo penitus prouidere præſumant. mirabilem dacisionem, ꝙ ius poſitiuum reſtringit ius naturale, quod vult, ꝙ parentes alimentent filios. & iſte tex. vetat parentes dare ſubſidia alimentorum filijs foriudicatis. Et de hoc etiam miratur Bald. in ca. 1. §. ſi quis hominem de pace tenen. & hoc eſt propter vinculum iuramenti, quia promiſit pater non dare alimenta filio bannito, vt dixi in d. §. ſi quis hominem. Item quia bannitus eſt extra protectionem, vt in l. 1. per Cyn. de natu. lib. Et non ſolùm vetat eis dare alimẽta, ſed omne auxilium, quia hoc importat verbum, prǣſtolari, in tex. poſitum. Nonò no. ex tex. ibi, videtur abuti. quòd ille, qui abutitur gratia conceſſa à principe, debet gratiam principis amittere, vt hic. Ideo qui facit contra priuilegium, perdit priuilegium, etiam ex vnico actu 11. quæſt. 3. c. priuilegium. 74. diſtin. vbi iſta. Specu. in titu. de inſtru. edi. §. nunc autem videndum. per l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. 2. ff. de mino. auxilium. de prǣben. ca. pro illorum, & firmat Abb. ſicu. in c. cum acceſſiſſent. vlti. colum. de conſtitu. Bald. in l. ſi creditor. C. de iu. dot. impe. & Lucas de Penna in l. a. C. de his qui ſponte mu. ſu. li. 10. in l. voluntariæ. C. de excuſat. tuto. Inno. in c. accedentibus. de priuileg. Ideo dicit Bal. quòd nunquam intelligitur pro eo ſcriptum, qui facit cõtra ſcriptum, in l. cum proponas. C. de pac. l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtilitatem pu-

9 blic. † Decimò no. ex tex. ibi, & bona ipſa noſtro ærario. ꝙ gratia, de qua hic in tex. eſt limitata, & conditionalis, quod facere potuit ipſa lex animata, vbi gratia, nõ eſt gratia, ſed eſt debitum iuris. Quia licet vxor de iure communi non debeat puniri in dotibus, & donatione ꝓpter nuptias propter culpam viri, tamen poteſt rex imponere modum, vel conditionem, dummodo non alat virum delinquentem in perſonam regis etiam ex interuallo, & hoc per viam legis condendæ. Et ſic habetis hic tex. quòd princeps licet non poſſit de poteſtate ordinaria tollere ius alterius, vt per Bal. in procem. ff. & ibi concordantiæ, tamen poteſt apponere conditionem, vel modum per viam legis condendæ, vt hic. Et pro hoc facit, id quod dicebant And. de Barulo, & Nic. de Neapo. & Luc. de Pen. & Ioan. de Pla. in l. qui fundos. C. de omni agro deſer. & Fely. in c. quæ in eccleſiarum. de cõ-

10 ſti. vbi dicunt, † quòd princeps in cõceſſionibus ſuis etiam perfectis, etiam in alium iure priuato quæſitis, poteſt conditionem apponere, in cuius defectu perfecta conceſſio, & quæſitum dominium reuocantur, ad idem ſecundùm Lucam in l. 1. C. de indictionibus. lib. 10. Hoc ſanè intellige, ſecundùm Io. de Pla. in d. l. qui fundos. in donatione facta à principe ex mera liberalitate per viam priuilegij, ſecus in donatione facta à priuato priuatæ perſonæ, tũc poſt illam perfectam non poteſt apponi aliqua conditio, vel grauamen, vt in l. ſi repetendi. C. de condit. ob cauſ. & in l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub modo. Vnde cum dotes ſunt debitæ uxori, etiam uiro delinquente ex tali delicto, quòd eius bona publicantur, non publicantur dotes de iure communi, imò tranſit in fiſcum onus æris alieni, vt in l. ſi marito. in princ. ff. ſolut. matr. cum concord. alleg. ibi per Alex. in 2. col. & concordat glo. fin. in conſtit. proxima ſeq. quæ allegat ius Longobardum, non potuit fiſcus rationabiliter loquendo imponere hoc onus, vt perdat dotem, ſi alimentet maritum foriudicatum de bonis dotalibus, ſecus

11 quando eſſet gratia. † & ideo ſi per contractum facta eſt cõceſſio per regem, non poteſt rex, vel eius ſucceſſor limitare, & ponere modum, vel conditionem, per ea quæ dixi in ca. 1. de natu. feud. & ea quę ſcribunt Moderni in ca. 1. de probat. & hoc tene menti, quia nõ ſunt ponderata per aliquẽ. In glo. prima. ibi, & ſic nota caſum, ut dixi ſuprà in 6. & 7. not. In glo. 2. dic, ut dixi ſuprà in 4. not. In glo. fin. dic, vt dixi ſuprà in 5. not.

ANNOTATIO.

a Inter alia,] Maritus an licitè debitum coniugale ab excommunicata vxore exigere poſſit? Vide quæ ſcripſi de materia excommunicationis Roman. ſingulari ſuo 701. & adde Alex. conſ. 26. nu. 2. vol. 6. De eadem re vide Bald. conſi. 53, 5. vol. quod incipit, domina Richabella. Cotta etiam in memoralibus, in uerbo, maritus. Pondera item dicta gloſſæ 11. q. 3. c. quoniam multos. An autem debitor liberetur eo ipſo, quod creditor eſt excõmunicatus, & an vaſallus ſtatim ſit ſolutus à iuramento fidelitatis, ſicque feudum alienare poſſit, ſi dominus ſit excommunicatus, de his omnibus propono tibi videndum Curtium in quarta parte tractatus feudorum, verſi. 25.

Ut pater foriudicati in nihilo ex delicto filij poſſit condemnari. Rubr. IX.

EANDEM materiam foriudicatorum proſequitur, videlicet, vtrum filio forindicato pater in bonis ſuis ſuſtineat aliquod incommodum, propter filij foriudicationem. ideo ſequitur hæc Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus ſuccedit ex perſona filij foriudicati in bonis patris poſtea mortui.*
2 *Pater innocens nec ciuiliter, nec criminaliter pro filio delinquente, vel criminoſo debet in aliquo puniri.*
3 *Pater poteſt excludere filium foriudicatum in teſtamento ad excluſionem fiſci.*
4 *Legitima filio foriudicato, non debetur patre viuente.*
5 *Fiſcus regius etiam extantibus fratribus ipſius foriudicati ſuperſtitibus poſt mortem fratris ſuccedit in portione feudi, quæ tangebat ipſum foriudicatum, ſi non fuiſſet foriudicatus.*
6 *Feuda ſunt in regno, in quibus omnes filij ſuccedunt.*
7 *Soror in capillo foriudicati mortui viuo patre ſuccedit in bonis paternis excluſo fiſco.*
8 *Quid in filia maritata, quæ renunciauit bonis paternis.*
9 *Filia ad hoc, vt repellatur à ſucceſſione debet eſſe dotata de bonis de cuius ſucceſſione agitur.*
10 *Leges Imperatoriæ, qui non eſt Rex in regno, non ſeruantur.*
11 *Pater non debet portare pœnam pro delicto filij.*
12 *Libellus qualiter ſit formandus, quando filiusfami. eſt conueniendus in poteſtate patris exiſtens.*

OB filiorum culpas. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit exordium, ſcilicet quòd prohibendi ſunt iudices, ne patres innocentes ob filiorum culpas puniant, vel affligant, quia nedum iniuſtum eſt, quòd patres innocentes affligantur pro delictis filiorum, ſed etiam impium eſt, & durat uſque ibi, præſentis noſtræ pietatis. Hic eſt ſecunda pars, in qua ponitur regula generalis, quòd pro delictis filiorum patres innocentes nullam pœnam vel afflictionem debent à iudicibus ſuſtinere, & durat uſque ibi, mortuo verò patre. Hic deciditur unum dubium iuxta dictam regulam. Pone, quòd filiusfamilias fuit foriudicatus, demum pater eius qui habet multa bona ſtabilia, burgenſatica, & feudalia, moritur ab inteſtato, ſuperſtite filio foriudicato, utrum alij agnati ſuccedant in iſtis bonis paternis, uel ſuccedat regius fiſcus ex perſona filij forindi-

1 cati, & decidit iſte text. † quòd ſuccedit fiſcus ex perſona filij forindic. & ſic excluduntur agnati tranſuerſales, quia fiſcus intrat in locum illius filij foriudi. ut quemadmodum ſi non eſſet foriudicatus, excluderet omnes alios agnatos. Ita fiſcus propter eius foriudicationem intrat in eius locum, & excludit omnes alios agnatos, & ſic bona ipſa à poſſeſſoribus uendicabit, & durat uſque ibi, ſi autem liberos alios. Hic deciditur aliud dubium, quid ſi pater non ſolùm habebat filium foriudicatum, ſed habebat

bat alios, filios, & moritur ab inteſtato, ſuperſtitib. ipſis fi-
lijs, vnà cum dicto filio forind. vtrum in parte, quæ tange-
bat filium foriud. ſuccedant alij fratres, vel in alia parte ſuc
cedat fiſcus, & dicitur, ꝙ ſuccedit fiſcus in illa portione tã
gente foriudicatum, & cęteri filij ſuccedunt in viriles, &
appellatione fratris venit etiam ſoror in capillo, vt ſoror in
capillo ſuccedat in bonis patris vnà cum fiſco ſuccedente
ex perſona fratris foriudicati pro æquali portione. Sed ſi
tempore mortis patris ſoror fratris foriudicati fuiſſet ma-
ritata, & dotata à patre, nihil dicit expreſsè iſta conſtitutio
an ſuccedat vnà cum fiſco. & durat iſta pars vſque ibi, om
nibuſque. Hic eſt quarta & vltima pars, in qua dicitur, ꝙ ſi
filius familias committeret crimẽ læſæ maieſtatis, ꝙ ſeruẽ
tur iura communia. Et breuiter hoc intendit. Pater pro fi-
lio delinquente, eius uita durante, nullam debet ſuſtinere
pœnam, ſed poſt eius mortem ab inteſtato, ſuperſtite filio
foriudicato, ſuccedit fiſcus in eius portione, quam haberet
ſi non eſſet foriudicatus. Si verò filius delinquat in crimi-
2 ne læſæ maiaſtatis, ſeruetur ius commune.† Nota 1. ex tex.
ibi affligi vel puniri. ꝙ nec ciuiliter nec criminaliter pater
innocens pro filio delinquente, vel criminoſo debet in ali-
a quo puniri, [a] vt hic, & l. imperialem. §. ſuper. de prohibi.
ſeu alie. per Federicum, & ibi dixi. non ſic econtra. Nã ex
delictis parentum liberi puniuntur, vt patet in ca. 1. 24. q.
3. & titulus ille, ne filius pro patre intelligitur criminaliter
in perſona, vt ff. de pœnis. l. crimen. Secundò not. ex tex. ibi
ſi liberos alios, præter foriudicatum. ꝙ fiſcus viuo foriudi-
cato ſuccedit in bonis patris defuncti ab inteſtato in totũ,
ſi alios filios non habeat, ad idem ſuprà in conſtitutione,
b foriudicatorum bona. Et ſic patet, ꝙ filius familias [b] poteſt
foriudicari ſine conſenſu patris, quia contumacia non eſt
actus, ſed eſt quædam priuatio, cui non poteſt accedere ha
bitus, ideſt, conſenſus patris, ut inquit Bal. in l. cùm non ſo
lùm. §. neceſſitatem. 6. col. C. de bonis quæ liberis. Item qa
vbi filio venit imponenda pœna corporalis, nõ requiritur
conſenſus patris, vt in l. nam id quod. ff. ad trebe. & in l. fi-
lius. ff. de his qui ſunt ſui. ſecundùm Bald. & Ang. in d. §.
neceſſitatem. Et hoc eſt, quod dicit gl. 4. hic quæ dicit, ꝙ in
delictis, & ſic in cauſa criminali pater non conuenitur pro
filio, nec accuſatur, vt in l. quoties. ff. de nox. & l. ſi condem
3 natus. eod. tit. † Sed quid ſi pater fecit teſtamentum, & ex-
hæredauit ipſum filium foriud. Dicit hic And. ꝙ iſta eſt iu
ſta cauſa exhæredatinnis, quia eſt hoſtis publicus, vt patet
c in auth. vt cũ de appell. cog. §. cauſas. & [c] numerauit gl. 14.
cauſas, per quas pater poteſt filium exhærede, in ca. quin-
tauallis, de iureiurando. Et ideo fiſcus tunc nihil debet ha
bere de bonis patris foriudicati, quare ſint cauti patres, qũ
habent filium foriudicatum, & volunt excludere fiſcum,
ꝙ ipſum exhæredent ex cauſa, qua eſt foriudicatus. Et pon
dera iſtum textum, ꝙ filius foriu. qui habetur pro mortuo
qui nihil habet poſt mortem patris mortui ab inteſtato, eo
ſuperſtite, licet ipſe non ſuccedat, tamen pro eo immediate
ſuccedit fiſcus, exemplo deportati, qui hæres non poteſt in
ſtitui, & tamen eius portio datur fiſco, vt in l. 1. C. de hęre.
inſti. & l. ſi deportati. ff. de leg. 3. Secus ſi foriudicatus fuiſ-
ſet mortuus viuo patre, tunc fiſcus patri poſtea defuncto
in nihilum ſuccedit, ſed ſuccedunt alij agnati, vt bene fir-
mat hic And. Et ſic patet, ꝙ fiſcus non poterit petere legi-
d timam debitã filio, quia legitima [d] non debetur filio viuen
te patre, vt conſuluit Bal. in 1. vol. conſi. 206. quod incipit,
pater. Et tenet Ioan. de Imo. in l. cùm filius. ff. de verb. obli.
4 †Item quia filio foriudicato viuente patre non debetur le-
gitima, ut dixit Alex. in 1. vol. conſil. 75. in 4. col. & dicam
infrà in gl. 3. Item quæro, quid ſi pater non exhæredaſſet fi
lium foriudicatum, ſed eum inſtituiſſet tantùm in legiti-
ma, & ſic minuſcula parte, vt dicitur in l. ſi quis in ſuo. C.
de inoffi. teſta. utrum fiſcus ſuccederet tantùm in iſta legiti
ma, uel in uirili tangente ipſum filium. Dico, ꝙ ſuccederet
fiſcus ſolùm in illa legitima, in quo fuit filius foriudicatus
inſtitutus, quia tunc illa eſt eius portio. Nec obſtat iſte tex.
quì dicit, ꝙ in virilem ſuccedit, quia intelligitur ab inteſta
to, non ex teſtamẽto, quia iſta conſtitutio nihil dicit, quã-
do ex teſtamento minuſcula fuit relicta. tunc illam partem
tantùm habebit. Alia verò bona erunt iuxta teſtamentum
patris, quia diſponat teſtator, & erit lex, ut in auth. de nup.
in §. diſponat. Tertiò no. ex tex. ibi. vel feudalis in parte cõ
5 tingente foriudicatum, † ꝙ regius fiſcus, etiam extantibus
fratribus ipſius foriudicati ſuperſtitibus, poſt mortem pa-
tris ſuccedit in portione, quæ tangebat ipſum foriudicatũ,
ſi non fuiſſet foriudicatus, & ſic habet fiſcus partem illius
foriudicati, quando bona ſunt diuidẽda inter filios. Sed ſi
bona non eſſent diuidẽda, ſed fortè primogenitus eſſet for-
iudicatus, & ipſe ſolus deberet ſuccedere, tunc ſecundoge-
nitus ſuccederet excluſo fiſco, vt probat iſte tex. ibi. ſi qui-
dem res tales ſunt, quę diuidi poſſunt &c. Sicut dicimus,
quãdo primogenitus uiuo patre fuit rebellis, regi, mortuo
patre ſuperſtite ſecundogenito, ſuccedit ſecũdogenitus, &
non fiſcus, ut concludit And. in c. 1. §. præterea ſi uaſallus.
quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi, & quia ibi exami-
naui hanc quæſtionem, & tenui, ꝙ ſecundogenitus ſucce-
6 dit excluſo fiſco, ideo me remitto ad ibi dicta. † Quartò no.
ex eo tex. in regno ſunt feuda, in quibus omnes filij ſuc-
cedunt, & hoc eſt de iure communi feudorum, ut in cap.
omnes filij. ſi de feudo fue. contra. inter domi. & agna. &
ibi concordantiæ. Imò præſumitur in regno, ꝙ omnes filij
ſuccedant in feudis, niſi primogenitus probet, ꝙ in dicto
feudo uiuitur iure Francorum, & ſic onus feudi ſpectat ad
primogenitum, ut dixit And. & ibi latè dixi, quomodo pro
betur, ꝙ iure Francorum uiuitur in dicto feudo, in l. impe
rialem. §. præterea ducatus. de prohi. feu. alie. per Federic.
7 † Quintò not. ex tex. ibi, uel ſororem denique in capillo, à
contrario ſenſu, ꝙ ſi foriudicatus habeat ſororem in capil
lo, & mortuus ſit uiuo patre, eius ſoror in capillo ſuccedit
in bonis paternis, excluſo fiſco, & ſic in iſto caſu frater ex-
cludit fiſcum. Et ex hoc infertur, ꝙ ſoror in capillo tempo
re mortis patris non exiſtẽtibus fratribus maſculis, ſucce
dit patri, ac ſi eſſet filius maſculus. Et pro hoc eſt text. in 3.
lib. in conſt. ut de ſucceſſionibus. Quid autem ſi filius for-
iudicatus poſt mortem patris uiuat, & uiuat ſoror in capil
lo, an ipſa ſuccedat, vel regius fiſcus? Dicit hic Andręas in
fine poſt gl. finalem hic, ꝙ ſicut frater ſi non eſſet foriudica
tus, poſt mortem patris tenebatur dare dotem de paragio
ipſi ſorori in capillo, ut dicitur in conſtitutione, in aliqui-
bus, in 3. lib. Eadem ratione tenetur regius fiſcus, qui ſuc-
cedit fratri foriudicato, dare ſorori in capillo dotem de pa-
ragio, quia cum ſuo onere fiſcus habet bona, ut C. ad legem
Iuliam de ui publica & priuata. l. 2. & ff. ſoluto matrim. l. ſi
marito. in prin. ſubandi, quando habet fiſcus bona iure uni
uerſali miniſterio iuris, tunc habet deducto ære alieno, ue
in l. 1. C. de hæred. uel actio. uendi. de quo per Bald. in. d. l.
3. & in l. princeps. ff. de uerb. ſignifica. & in l. 3. in prin. ff. de
bonorum poſſeſſione. & Bald. & Ang. in d. l. ſi marito. Bo-
na enim dicuntur deducto ære alieno. l. mulier. de iure do-
tium. & l. obſignatum. §. bona. ff. de uerbo. ſigni. ſecundùm
8 Bal. in l. tutor filiorum. C. de ſententiam paſſ. † Quid ſi ui-
uo patre, mortuus ſit filius foriudicatus, & poſtea moritur
pater, ſuperſtita ſolùm filia maritata, quæ renuntiauit bo-
nis paternis, an ſuccedat fiſcus, uel ipſa filia, uel alij collate
rales? Dic, ꝙ hæc conſtitutio dependet ex deciſione c. 1. de
eo, qui finem fecit agnatis, & quando renuntiaſſet realiter,
ſuccederent alij agnati proximiores. Sed ſi pater mortuus
eſſet, uiuente filio foriudicato, & ſuperſtite ſorore marita-
ta, tunc fiſcus excludit ipſam ſororem per iſtum textũ uo-
lentem, ꝙ fiſcus tenetur ſolùm dotare filiam in capillo, & il
lam excludit per dotationem, quando frater foriudicatus
mortuus eſt poſt mortem patris, ergo ſi reperit ſororẽ do-
tatã de bonis patris, ipſam excludit. Et ex hoc infero, quòd
poſt mortem patris, ſuperſtite filio foriudicato, & ſorore
maritata, & ſufficiẽter dotata, fiſcus dicitur capere iſta bo
na tanquam bona patris foriudicati, & non tanquam bona
fratris foriudicati, quia ſi eſſent bona fratris, ſoror ſuccede
ret fratri, quia non fuit maritata de eius bonis, ſed de bonis
paternis, & multa perſona mutatur conditio reip. Paulus
ff. de acq. hære. & ideo non repelletur à ſucceſſione fratris,

ut

9 vt dicit Andreas in conſtitu. in aliquibus 10 3. col. †Quia ad hoc vt repellatur fęmina à ſucceſſione, debet eſſe dotata de bonis, de cuius ſucceſſione agitur, vt in l. quoniam nouella. C. de inoff. teſt. ſed quoniam dicta ſoror fuit maritata à patre, & bona paterna non ſunt filij foriudicati ſuperſlitis, poſt mortem patris, ſed fiſci, & de bonis paternis fuit maritata iſta ſoror, ideo fiſcus nihil ſibi debet de bonis patris. Sextò no. ex tex. ibi, ſuper crimitubus læſæ maieſ. quòd lex quiſquis. C. ad leg. Iuliam maieſtatis. eſt approbata, & confirmata per conſtitutiones regni, & etiam totus titu. ff. ad leg. Iuliam maieſtatis. Sed extrauagans Henrici ſeptimi Imperatoris, quæ incipit, ad reprimendum, quam gloſſauit Odoffr. & Bar. de Saxoferrato, non eſt approbata per iſtam conſtitu. quia fuit facta poſt illam conſtitu. ideo bene dicebat quidam doctor de conſilio regio, ꝙ in regno non de-
10 bet ſeruari iſta conſtitu. ad reprimendum. † quia leges Imperatoris, qui non eſt rex in regno iſto, nõ ſeruantur, vt dixit And. in prælud feud. hæc conſti. confirmat vetera iura, quæ loquuntur contra crimioſos crimine læſæ maieſtat. & eius ſucceſſores, & non iura, quæ facta fuerunt poſt iſtã conſtitutio. Nam iſte Imperator Henricus ſeptimus, ſecundùm aliquos fuit tempore Regis Roberti, & fuit reuocata ſententia Imperatoris prædicti lata contra eum, vt patet in clemen. paſtoralis. de re iudi. Alij verò dicunt, quòd dicta extrauagans, ad reprimendam. fuit Imperatoris Henrici quinti, qui fuit pater Imperatoris Federici, auctoris harum cõſtitutionum, & hoc verius, vt patet in chronica ſupplementi chronicarum, & ſic extrauagans, ad reprimendã. & approbata per iſtam conſtitutionem, quia fuit facta ante iſtam conſtitutionem, & ſic non fuit facta illa extrauagans per Imperatorem Henricum ſeptimum. In gloſ. prima, hæc gloſ. ponit ſummarium text. In gloſ. ſecunda, in
11 quantum gloſ. allegat legem Longobardam ad hoc † quòd pater non debet portare pœnam pro delicto filij. Dic, ꝗ illa lex Longobarda, quicunque. dicit, quòd pater tenetur pro filio, quando pater dedit filio fraudulenter rem alienã vt pater teneatur pro filio in iudicio reſpondere, quãdo pater viuit, ſed poſt mortem eius tutor debet eum defendere. Et de intellectu dictæ l. Longobardæ vide hic gloſ. quarta. In glo. tertia, in verſicu. ex delicto. dum allegat conſtitutionem nouam, quæ incipit, patres, dic, quòd iſta conſtitutio eſt ſuprà in primo libro ſub rubrica 5 t. & ibi eam legi. Et bene facit conſtitutio ſequens in finalibus verbis ſuis. In gloſ. quarta, in verſicu. prorſus affligi. nota. iſtam gloſſ. in prin. iuncto tex. quòd pater non tenetur pro filio condemnato ſoluere condemnationem, nec ei ſoluere legitimam, eius vita durante, vt hic. & no. in l. ſi filiofamiliàs. ff. ſol. matrimo. & ff. ad leg. Aquil. l. in l. & C. de bon. dam. l. tertia, & in Specul. de ſentent. excommun. §. ſequitur. verſicu. quid ſi filiusfamiliàs. Idem Baldus. in l. prima, C. de bonis quę liberis. per l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui. per Guil. de Cu. & Bald. in l. lex Cornelia. ff. de vulgari & pupilla. & notant Doctor. in l. cùm filius. ff. de verborum obliga. Bald. in l. quamuis. C. de fideicom. Abba. in cap. Raynutius. in fine. extra, de teſta. quia filius, uiuo patre, nullum ius habet in legitima, ſecundùm Bald. in d. l. lex Cornelia. per tex. in authen. de hære. & fal. §. ſi verò. & dixi ſuprà in ſecundo nota.
12 In eadem ibi, ſi tamen filios conueniatur. †Quærit hic glo. quando contingit, filiumſamilias in poteſtate patris eſſe cõuemendum in iudicio, qoaliter formatur libellus, an contra ipſum filiom, nel contra patrem? Et bene concludit, quòd formabitur contra filium, ſed pater debet comparere, & ipſum defendere. Dic quòd bene dicit gloſſ. quia pater in iudicio habetur loco filij ex legis diſpoſitione, vt dicit nota. Bald. in l. cùm non ſolùm. in quarta columna, C. de bonis quæ liber. Et dicit gloſſ. quòd pater eſt legitimus tutor filij, per text. inſtit. de leg. patron. tute. Et ſi filius eſt legitimæ ętatis, ſufficit ſolius patris auctoritas, ſed ſi eſt infans, requiritur etiam auctoritas curatoris dandi liti, non perſonę, ita quòd pater poterit dari curator, & tunc erit pater, & curator, ſecundùm Bald. in d. l. cùm non ſolùm. §. neceſſitatem. C. de bonis quæ liber. Et quidam doctor iuuenis, ipſum ſciens, iudicauit contrarium. In gloſ. fin. dic, vt dixi ſuprà in 5. notab.

ANNOTATIONES.

a In aliquo puniri.] Stante ſtatuto, ꝙ pater teneatur pro filii commiſſis de quibus intelligendum ſit delictis, conſule Felyn. in c. ius generale. de ſen. 1. col. 6. & eundem Fely. in c. vergentis nam 4. extra, de hæret. Hac de re vide ſcribentes in l. cum filius familias. ff. de verbo. obl. & in l. 1. C. nè filius pro patre. do. Ioannem de Anan. in cap. 2. extra, de delic. puerorum. De hoc etiam tractat Philip. Deci. in conſi. 410. nu. 17. quo loco etiam ample quid de crimine læſæ maieſta. An autem hoc extendatur ad peculium aduentitium & profectitiam, de quibus pater minime obligatur ob filii delictum, pondera. l. 3. C. de bonis damnato. Hac de re conſule. Bal. in l. executorem. col. 13. verſ. modò quæro. C. de execu. rei iud. & item in l. reos. col. 9. C. de accuſat. vbi tractat de omnibus peculiis. Vide eundem in Marga. ſua in verbo, Filius. verſ 30. Specu. quoque hoc idem tangit in titu. de ſententia. §. ſequitur. Vide etiam Petr. in tract de duob. frat. parte a. q. 28. vbi dicit, patrem non teneri legitimam filio delinquenti aſſignare, licet per ſtatutum delinquentis bona publicentur. Bal. etiam in l. quanquam. C. ad leg. Falcidiam, dicit patrem non obligari ad legitimam filio aſſignandam, de qua ſoluitur ſubſidiaria pœna. Quod tamen limitandum puto, niſi ex filii delicto pater locupletior effectus ſit. De hoc vide glo. & Doctores in l tam ex contractibus. ff. de iudi. ſicut etiam viciſſim pro delicto patris eatenus tenetur filius, quatenus per ipſum locupletior factus eſt. De quo vide Angel. in l. 1. de eo, per quem fact. fuer. & vide etiam not. in l. 1. C. ne ex delic. defunctorum.

b Pater, ꝙ filiusfamilias.] Hoc dictum limitatur per text. in l. ſi §. neceſſitatem. C. de bonis, quæ liberis. Limitat etiam Maria. Soc. repetens. l. ſi poteſt. nu. 9. ff. de acq. hære. Quid autem in patre & filio ſimul contra tertium litigantibus, conſule Bart. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de leg. 2. Vide etiam Corneum conſi. 55. vel 45. num. 10. volu. 1. Item per Aretinum. conſilio 170. colum. 10. Quid autem in filio beneficiato, vide eundem Aretinum in inſti. quib. mo. ius pat. pot ſol. §. filiusfamilias. Pondera etiam textum & gl in c ſi extra de iudi. in 6. Quid item ſi filius litiget patre ſciente, vide ſcripta per Bald. in l. filius. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

c Numerauit glo.] Quibus ex cauſis exhæredari filius poſſit, no. Fel. Sandeus in ca. paſtoralis na. 2. extra. de reſcri. do. Item Iaſon in auth non licet. C. de liber. præterit. Quibus autem ex cauſis alimenta filio per patrem negari valeant, not. glo. in l. ſi quis a liberis. §. ſi quis ex his. ff. de liberis agnoſcen. De quo etiam ample determinat Guil. Bened. in repet capi. Raynutius. in verſic. in eodem teſtamento, lo ſecundo. extra. de teſtamentis.

d Quia legitima.] Hoc ita intelligi debet, ſi pater ſua bona non diſſipet. De quo vide, quæ ſcribit Bar. in l. 2. §. quod ſi in patre. ff ſol. matrim. quæ refert do. Soc. in trac Fallentiarum, fallentia. 355. Conſule etiam Bal. in l. 2. ff. ſi quid in fraud. patr. & in l. 1. q. 4 C. de inoffi. dotibus.

De his, qui fideiuſſores dare poſſunt, ne carcerentur. Rubrica. X.

DICTVM eſt ſuprà proximo titu. de bonis foriudicatorum, & in præcedentibus de perſiſteotibus in contumacia in cauſis capitalibus, quomodo cõtra eos procederetur, verum quia citati pro cauſa capitali, ſi comparent in iudicio, & negant crimen capitale, de quo ſunt inculpati, & offeruot idoneos fideiuſſores de ſtando iuri, & dicunt, quòd volunt ſe defendere extra carceres, an ſint admittendi dare dictos fideiuſſores, vel debeant in carceribus ſe defendere, prout erat de iure communi, quando quis accuſatur de graui crimine, vt in l. prima. & l. diuus Pius. ff. de cuſtod. reorum. & in l. 1. C. eod. titu. de quibus non erat dictum. ideo ſequitur hęc rubrica, de his qui fideiuſſores dare poſſunt, ne carcerentur.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus de crimine, donec non conſtet de crimine, debet relaxari fideiuſſoribus.*
2 *Accuſatus de cauſa capitali quando debeat, & quando non carcerari.*
3 *Citatus pro cauſa capitali debet offerre fideiuſſores idoneos ad carceres euitandos.*

4 *Fide-*

4 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti idoneus eſſe debet.*
5 *Fideiuſſor in criminalibus non habet beneficium excuſſionis.*
6 *Remiſſio ab vno iudice ad alium an fiat in criminalibus.*
7 *Suſpectus de crimine offerens fideiuſſores non debet carcerari.*
Fideiuſſio morte ciuili finitur.
8 *Illuſtres de crimine accuſati, an teneantur fideiuſſores de iudicio ſiſti preſtare.*
9 *Clauſula generalis ad ea, de quibus ſpecialiter eſt prouiſum, non extendenda.*
10 *Fideiuſſor primus an liberetur per dationem ſecundi.*
11 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti vſque ad ſententiam præſentare tenetur.*
12 *Accuſatus crimen capitale in iudicio confeſſus non liberatur fideiuſſoribus de iudicio ſiſti.*
13 *Confeſſio criminis extra iudicium facta indicium ſufficiens præſtat ad torturam.*
14 *Confeſſio facta coram iudice incompetente, an faciat indicium coram competente.*
15 *Teſtes examinati ſine citatione accuſati nullum cõtra ipſum faciunt indicium.*
16 *Informatio capta à iudice non in figura iudici ſemiplenè conſtare dicitur iudici.*
Fama, teſtis eſt omnium deterrimus.
17 *Torturæ poteſt quis ſubiici ex dicto vnius teſtis de viſu.*
18 *Fideiuſſores non admittuntur, ſi delictum ſufficienter probetur.*
19 *Accuſatus de crimine iniuriarum an non publicato proceſſu poſſit carceri mancipari.*
20 *Accuſatus ante publicationem an poſſit detineri, ſi veniat imponenda relegationis pœna.*
21 *Delictum an dicatur conſtare ante publicationem ad effectum incarcerandi.*
22 *Notorium inducitur per delictum ex publicato proceſſu manifeſtum.*
23 *Probatio ſemiplena ſufficit ad capturam perſonalem.*
24 *Conſuetudo inferioris à principe an poſſit derogare legi regiæ.*
25 *Condemnatus ad mortem legitimè appellans, an poſſit remitti fideiuſſoribus.*
26 *Captus in crimine flagranti non poteſt fideiuſſoribus relaxari.*
27 *Proceſſus qualis fieri debeat aduerſus eum, qui in crimine flagranti capitur.*
28 *Conuictus & non confeſſus quando torturæ ſubiici poſſit.*
29 *Iudicia quando purgata dicantur, & quando non, & per quæ ad condemnationem deueniri poſſit.*
30 *Crimen non ſufficienter probatur per capientes ipſum criminoſum.*
31 *Crimen publicum quod, & quando eſſe dicatur.*
Publicum eſſe dicitur, quod in iudicio efficitur.
32 *Delictum notorium propriè loquendo eſt id, quod eſt notorium facti.*
Notorium facti triplex eſt.
33 *Delictum notorium dici poteſt, de quo in iudicio conſtat per indicia, aut argumenta.*
34 *Notorium dici poteſt, quod taliter probatum eſt, quòd inficiari non poteſt.*
35 *Notorium probari debet, vt procedi poſſit.*
36 *Accuſatus de crimine quando defenſiones ſuas teneatur facere in carcere.*
37 *Rex hoc potitur priuilegio, vt pro eo, quem de crimine læſæ maieſtatis ſuſpectum habet, non teneatur oblatos recipere fideiuſſores.*
38 *Crimen læſæ maieſtatis contra quas committatur perſonas.*
Patres qui olim dicebantur conſcripti.
39 *Chriſtum crucifigere dicuntur, qui ſacerdotes eius perſequuntur.*
40 *Fideiuſſor non admittitur pro inculpato de crimine læſæ maieſtatis.*
41 *Iudex ex qualitate perſonarum diuerſa penſare debet.*
42 *Mora ſemel contracta durat ſemper.*
43 *Extractio à banno æquiparatur reſtitutioni in integrum, quæ omnia reponit in ſtatum priſtinum.*
44 *Forbannitus an admittatur offerens fideiuſſores.*
Officiales omnes vnius principis vnam tantùm faciunt curiam.
45 *Bannitus ſponte comparens ante foriudicationem relaxari poteſt fideiuſſoribus.*
46 *Abſens ex cauſa legitima non dicitur eſſe in fuga.*
47 *Accuſatus de quocunque crimine, dando fideiuſſores de iudicio ſiſti non debet carcerari.*
48 *Accuſatus de capitali crimine & carceratus, in quacunque parte litis offerens fideiuſſores, liberari debet.*
Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.
49 *Accuſatus de crimine aliquando non comparet, timens carceres.*
50 *Accuſatus maceratur in carceribus propter abſentiam accuſatorum.*
51 *Reus ſine vinculis interrogatur coram iudice ſedente pro tribunali.*
Confeſſio facta in vinculis ſibi non præiudicat.
52 *Inſtantia iudicii dicitur ſolui, quando reus reſpondit capitulis ſibi oblatis.*
Accuſator non proſequens ſuam accuſationem poteſt in carceribus detineri.
Carcerati pro criminali expenſis ſuis debent ſeruari.
53 *Cuſtodes carcerum quot eſſe debeant, & quid ſingulis diebus pro ſingulo carcerato habere debeant.*
Officialis regius ſemper votum regis præ oculis habere debet.
Carcer aliquando de iure ciuili datur ad pœnam, ſicut de iure canonico.
54 *Experientia docere dicitur, tanquam rerum magiſtra.*
Carcerari non debet vnus pro alio.
55 *Accuſatus fideiuſſoribus relaxatus, quandocunque comminatur, poterit in carcerem detrudi.*
56 *Conuictus & confeſſus condemnatus ad mortem ſi appellauerit, an debeat in executione ſuperſederi.*
57 *Serui de crimine capitali accuſati debent in vinculis ſe defendere.*

HVMANITATE. Diuiditur hæc conſtitutio famoſa, & rationabilis in ſeptem partes. In prima parte ponit hanc regulam cum limitationibus. Regula eſt, quod accuſatus, vel delatus pro criminali, & capitali cauſa, citatus à iudice comparendo, & paratus ſit dare fideiuſſores de iudicio ſiſti idoneos, non debet tradi militibus, vt cuſtodiatur, vel nec debet poni in carceribus publicis, ſed præſtita dicta fideiuſſoria cautione non debet carcerari, ſed defendet ſe liberè extra carceres. Hæc regula fallit in decem caſibus. Et primò fallit, niſi citatus ſuper crimine capitali ſit confeſſus in iudicio. ſubaudi, vel conſtet curiæ de eius confeſſione de dicto crimine extra iudicium, ſaltem per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore legitimè examinatos, tunc poterit torqueri, ſcilicet data ſibi copia defenſionis, per gl. in l. capite quinto. ff. de adulter. & l. quoties. §. fina. ff. de ędi. edict. ſecundùm Andr. hic, de quo per Bartol. & Ludouic. in l. admonendi. ff. de iureiurando. & Luc. de Pen. in l. quoties. C. de digni. libro duodecimo. & infrà dicam in quinto not. Et ſic ſtante dicta confeſſione extra iudicium, quæ facit indicium ad torturam, licet contra illud indicium poſſit ſe defendere, repulſando teſtes. vel aliter ſe defendendo, dicet ſuam defenſionem in vinculis, & non liberabitur fideiuſſoribus. An idem ſit, vbi ſunt alia indicia, dicetur infrà. Secundò fallit, niſi inculpatus de crimine capitali fuit captus, ſcilicet per officiales deputatos in flagranti, ſecus ſi à priuatis, vt infrà dicetur in not. Tertiò fallit, niſi ex inquiſitione conſtet, crimen fuiſſe publicum. Quartò fallit, niſi crimen commiſſum per inculpatum ſit notorium taliter, quòd illud inficiare non poteſt. Quintò fallit, niſi inculpatus de crimine capitali ſit leuis vitæ, & infamatæ perſonæ. Sextò fallit, niſi quis ſit inculpatus de crimine læſæ maieſtatis, erga perſonam regis, aut alicuius regij conſiliarij, vel collateralis regis. Septimò fallit, niſi rex aliquem mandauerit, quòd caperetur

retur & carceretur, quia habet ipſum ſuſpectum. Idem
ſi aliquis iuſtitiarius aliquem leuis vitę detruſerit in carce
ribus, quia habet ipſum ſuſpectum, quòd aliquid atten-
tauit contra ſalutem domini regis. Et ratio, quia in iſtis
ſexta & ſeptima fallentia non eſt liberandus inculpatus à
carceribus ſub fideiuſſoribus ſtando iuri. Et quia ſi fide-
iuſſoribus liberaretur, poſſet aufugere, & euitara debitam
pœnam pro commiſſo crimine. & ſi dictum crimen non
cõmiſerunt, ſed ſolùm attentauerunt, poſſent poſtea acer-
bius conſumare. Octauò fallit, niſi inculpatus de crimi-
ne capitali ſit leuis conuerſationis, & vitæ per publicam
famam, vel per inquiſitionem aliàs factam de eo. Nonò
fallit, niſi inculpatus per aliquem officialem domini regis
fuit aliàs contumax, & forbannitus, tunc non liberatur à
carceribus, ſi paratus ſit dare fideiuſſores. Ceſſantibus di-
ctis nouem fallentiis, ſi citatus pro cauſa capitali compa-
ruerit, & paratus ſit dare idoneos fideiuſſores, de ſtando iu
ri, non debet carcerari ex eo, quòd ſit capitaliter accuſa-
tus. Et ſi fuerit carceratus, quia à principio non poterat
dare dictos fideiuſſores, datis ipſis fideiuſſoribus, debet libe
rari à carceribus. Decima fallentia ponitur infrà in ſexta
parte, in verſicu. eorum tamen cauſas. Et hæc eſt prima
pars, quæ durat vſque ibi, contingebat. Hic eſt ſecunda
pars, in qua aſſignantur rationes, quare Imperator conſti
tuit dictam regulam. Et prima ratio eſt, quia interdum in-
nocentes erãt accuſati de capitali crimine, & citati, & quia
ſciebant, quòd oportebat ſecundùm ius commune, cùm
comparebant, quòd debebant carcerari, & ſe in vinculis
defendere, vt euitarent carceres, non comparebant in iudi
cio, & ſic banniebantur. Interdum comparebant, & quia
carcerabantur, in vinculis ſe non defendebant. Interdum
accuſatores, poſtquam videbant accuſatos poſitos eſſe in
carceribus putabant eis ſufficere, quòd accuſati ſunt car-
cerati, & de hoc ſolùm erant contenti, & putabant ex hoc
victoriam obtinuiſſe. & durat iſta ſecunda pars vſque ibi,
illud etiam. Hic eſt tertia pars, in qua deciditur vnum du-
bium multum obſcurè videlicet, quòd ſi citatus, accuſa-
tus, vel delatus pro cauſa capitali comparuerit in iudicio,
& quia non habuit idoneos fideiuſſores de ſtando iuri, fuit
poſitus in carceribus, & ſic ſtat in carceribus, quia fideiuſ-
ſores prædictos dare non poteſt, & eſt paratus ſe defende-
re, quid debet facere iudex, dicitur hic, quòd iudex illum
carceratum, ſolutum vinculis, debet duci facere, quando
regitur curia pro tribunali, ſubaudi, & illi debet dare capi-
tula, ſuper quibus ipſe debet reſpõdere, ne ex vinculis cau-
ſam dicat, & deinde dare ſibi terminum, ad ſe defenden-
dum. Et poſt iſtam inſtantiam ſoluti iudicii, ideſt, poſt
iſtam aſſiduitatem, & diligentiam adhibitam in hoc iu-
dicio, ipſum accuſatum deduci faciat ad vincula, & du-
rat vſque ibi, accuſatores. Hic eſt quarta pars, in qua iubet
accuſatoribus, vt inſtanter accuſationem inſtitutam pro-
ſequantur, ita quòd ſi in odium carcerati deſiſtant, iubet
iudicibus, quòd in eorum pœnam ipſos capiant de perſo-
na, & detrudantur & affligantur in carceribus, & ipſos pu
niant pœna ſtatuta contra illos, qui deſiſtunt ab accuſatio-
nibus, de qua infrà in conſtitu. accuſatorum. Et durat vſ-
que ibi, cuſtodiantur. Hic eſt quinta pars, in qua ſtatuit, ꝙ
iſti carcerati pro cauſa capitali cuſtodiantur, & alimen-
tentur expenſis eorum, ſi habent & ſi nõ, expenſis regiæ cu
riæ. Et vtroque caſu cuilibet cuſtodi ſoluantur per diem
gra. 13. ſecundum aſſiſiam conſtitutam, & non vltrà, & du
rat vſque ibi, eorum tamen cauſas. Hic eſt 6. pars, in qua
ponitur decima fallentia ad regulam prædictam, quę vult,
ꝙ ſi rex mandauit aliquem capi, & carcerari, & ille petat
ſe liberari fideiuſſoribus de ſtando iuri, non debet recipi di
cta fideiuſſio, nec debet liberari inconſulto rege, nec de-
bet iudex cognoſcere, vel decidere inconſulto rege, qui in-
terdum aliquos mandat carcerari, & in carceribus perma-
nere, vt ipſos reddat bonos, cùm liberati fuerint & durat
vſque ibi, ab illo potiſſimè. Hic eſt 7. & vlti. pars, in qua iu-
bet, quòd iuſtitiarij abſtineant, vt vnum pro alio non car-
cerari faciant, puta patrem pro filio, vel econtra vel ali-

quam coniunctam perſonam pro coniuncta. & durat vſq;
in finem. Breuiter hoc intendit. Accuſatus, vel delatus pro
crimine capitali, dando fideiuſſores de ſtando iuri, non car
ceratur, & ſi eſt carceratus, debet liberari, & extra carceres
ſe defendere, per rõnes hic contentas. Fallit in 10. caſibus
hic contentis. & ſi non habet fideiuſſores ſuas defenſiones
faciat in carceribus. Et ſi accuſator deſiſtat, carcerabit, &
punietur pęna legitima. carcerati pro cauſa capitali eorum
expenſis cuſtodiuntur, & ſi ſunt pauperes, expenſis regiæ
curiæ, & pro qualibet die cuilibet cuſtodi ſoluantur gra.
13. & vnum pro alio iuſtitiarius non debet detinere in car
1 ceribus. †Not. 1. ex tex. ibi, humanitate, ꝙ ſatis rationabile
eſt, ꝙ accuſatus, vel delatus de crimine capitali, donec nõ
conſtet de ipſo crimine, ꝙ nõ ſtet incarceratus, ſed ſtet ſub
fideiuſſoribus de ſtando iuri. Nam humanitas exponitur. i.
rationabile. vt in l. non tñ. ff. de appellat. & in l. humanum
C. de legi. Et miror profecto, ꝙ iuriſconſulti, qui fuerunt
viri cum maxima ratione, non fuerunt vſi hac humanitate
ſed voluerunt, ꝙ donec cõficiatur proceſſus, accuſatus de
cauſa capitali carceretur, & ſit in carceribus, vt in l. diuus
pius. ff. de cuſto. reorum. Idem ſtatuerunt Imperatores, vt
patet in l. 1. C. eo. ti. licet diſtinguebant carcerem & vincu-
la, vt bene declarauit Salyc. in l. 2. C. de exhibend. reis. poſt
Bal. ibi. Alex. in l. ſi ſeruũ. ff. ſi ex noxali cauſa agatur. Et ſic
patet, ꝙ dicta iura cõia in hoc regnis vtriuſque Siciliæ
ſunt correcta, & iſte carcer de iure cõi eſt ad cuſtodiã, &
non ad pœnam, vt dicit Bal. in l. 1. C. de exhibẽ. reis. & Azo
2 in ſumma de requi. reis. †Secundò no. ex tex. ibi, ſuper cri-
minalibus, & capitalibus cauſis. ꝙ accuſatus de cauſa cri-
minali & capitali, qui dicitur de graui, & valde magno cri
mine, poſtquam in eo venit imponenda pœna mortis, vel
abſciſionis membri, poſt quam eſt citatus, ſi comparet cũ
fideiuſſoribus de ſtãdo iuri, non debet carcerari. ſed iudex
debet per magiſtrum actorum ſuæ curiæ recipere obliga-
tionem ipſius accuſati, ꝙ ſe obliget de ſtando iuri, & ſe prę
ſentare toties, quoties fuerit requiſitus, & dicti fideiuſſores
promittent ſub obligatione omnium bonorum &c. ſe cu-
raturos, & facturos, ꝙ ſiſtẽt ipſum principalem toties, quo
ties fuerit requiſitus, vt dicit Bar. in l. a. §. fi. & ibi per Alex.
qui ſatiſ. cog. & l. ſicut reus. ff. de fideiuſſo. & debet eſſe in
ſcriptis recepta, quia eſt vnus de caſibus, in quibus requiri
tur ſcriptura, vt in l. ſi fideiuſſor. C. de fideiuſſor. no. glo. in
c. 1. de cenſib. li. 6. ibi. decimuſnonus. & ſi non ſit dictum,
ſe curaturum, & facturum, dic, ꝙ in prætorija ſtipulationi
bus valet promiſſio facti alieni, ſecundùm Bar. in l. quoties
quis alium. ff. de verbo. oblig. Et tñ durat iſta fideiuſſio,
quantum durat ipſa cauſa, vt dicit Bal. in l. ſancimus. C. de
fideiuſſo. & intelligitur cauſa. ſ. in l. inſtantia. vnde in cauſa
appellationis non durat illa fideiuſſio, niſi de nouo detur,
vt l. græcè. §. fideiuſſio. ff. de fideiuſſo. & vide ad hoc Alex.
3 in l. fideiuſſit. §. fi. ff. qui ſatiſ. cogan. †Tertiò no. tex. ibi, da-
re paratus ſit. ꝙ citatus ꝓ cauſa capitali, vt euitet carceres
debet offerre iudici fideiuſſores idoneos, aliàs ſi ipſos non
offert, iudex nõ tenetur ei dicere, ſi non habes fideiuſſores,
ponam te in carceribus, ſed eo non offerente, ponet eum in
carceribus, vt probat iſta conſt. & probat tex. in d. l. diuus.
Et pro hoc facit l. fi. circa prin. C. de agẽtibus in reb. li. 12.
& l. ſi fundum, §. fi. de l. commiſſo. & ff. quorum leg. l. fi. §.
1. & qđ not. Io. And. in c. cupientes. §. ſi verò. de elec. lib. 6.
in ver. contempſerint. & gl. in cle. quia contingit. in ver. an
nis ſingulis. de relegio. do. Et ita vidi fuiſſe iudicatũ in ſyn-
dicatu cuiuſdam officialis, qui inculpabatur, ꝙ tenuit pro
quodam ſtupro quendam iuuenem abſque eo, ꝙ aliquid
eſſet probatum contra eum in carceribus per menſem, cũ
debuit eũ liberare fideiuſſoribus, & officialis ille ſe defen-
debat, & ꝙ non fuit oblata fideiuſſio, ille replicabat, ꝙ in
quadam ſua petitione obtulit fideiuſſores. replicabat offi-
cialis, ꝙ de iſta petitione nullam habuit notitiam. Itẽ quia
nõ ſufficit offerre fideiuſſorem, ſed debuit eum ducere ad
eum, vt dicit Bar. in l. prætor. §. ſi quis paratus. ff. de operis
noui nuncia. & quia illa petitio nõ fuit reperta in proceſ-
4 ſu, fuit abſolutus, tene menti. †Quartò no. ex tex. ibi facili-

tare conueniendi. ꝙ fideiuſſor de iudicio ſiſti, qui offertur,
vt accuſatus euadat carceres, debet eſſe idoneus, & q de fa
cili poſſit in iudicio conueniri. Et ſi non idoneum, & de fa
cili ad conueniendum offert, perinde eſt, ac ſi nullum obtu
liſſet fideiuſſorem, vt in l.3. quæ incipit, qui ſatiſdare. ff. de
fideiuſ. bonus eſt tex. in l.2. ff. qui ſatiſda. cog. Ideo dicebat
Bal. in l. ſententia. ꝙ fiſcus non intelligitur idoneus fideiuſ-
ſor, quia non poteſt conueniri, niſi cum difficultate. & di-
cit Bar. quòd fideiuſſor de iudicio ſiſti, oportet, ꝙ ſit talis,
ꝙ in eodem iudicio ſine exceptione cõueniri poſſit, d.l. qui
ſatiſdare. & ibi tangit Bart. quid ſi fideiuſſori de iudicio ſi-
ſti ſuperueniat paupertas, an pars teneatur alium fideiuſſo
rem dare, & dicit ꝙ non. Et vide ibi apoſtillã Alex. & Alex.
5 in d.l.2. qui ſatiſ. cogan. in deciſionib. meis, deciſ. 172. † Et
ſcias, ꝙ in cauſis criminalibus fideiuſſor non habet benefi
cium excuſſionis, ſed officio iudicis procedetur cõtra eum
executiuè, vt in l. ſi quis reum. ff. de cuſto. reor. per Bart. &
iudex poteſt incipere à fideiuſſore, vt reum ſiſtat, vt firmat
Alex. in d.l.2. §. ſi quis igitur. ff. qui ſatiſd. cog. Et vidi dubi-
tari, vtrum ille, qui non poteſt inuenire fideiuſſorem, quia
aduena, ſi dat pignora, vt ciuis idoneus fideiubeat pro eo,
poſſit dicere iudex, da pignora curiæ vſque ad tantã quan
titatem loco fideiuſſionis de iudicio ſiſti? Videtur ꝙ non,
quia ille, qui tenetur fideiubere, non ſatisfacit dando pi-
gnora, vt dicit glo. in authẽ. offeratur. C. de litis conteſta. &
Alex. in l.1. in 1. col. ff. qui ſatiſ. co. Sed dic, ꝙ ſi iudex con-
tentatur recipere pignora potius, quàm fideiuſſores, põt il
la recipere, quia iſti fauori curiæ iudex renunciare põt, ꝑ
l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. ſed ſi non vult recipe-
re, non tenetur, per l. non quicquid. ff. de iud. & vide gl. in l.
in eo. in verbo, nemo. ff. de reg. iur. Item vidi dubitari, qui-
dam Aquilanus fuit in magna curia vicariæ inculpatus de
homicidio, ille obtulit fideiuſſores idoneos in ciuitate Aq-
lę, petit, ꝙ ſcribatur capitaneo regio ciuitatis Aquilæ, ꝙ re
cipiat fideiuſſores de iudicio ſiſti in magna curia vica. vtrũ
magna curia debeat recipere dictam fideiuſſionem & libe
rare eum à carceribus? Sunt opi. inter Doct. pro & contrà,
vt refert Alex. in l. ſi fideiuſſor. §. neceſſaria. ff. qui ſatiſ. cog.
6 † & ipſe videtur tenere, ꝙ in criminalibus non fit dicta re-
miſſio, ſicut in ciuilibus. & ita vidi fuiſſe obſeruatum. Item
quæro, quid ſi fideiuſſor de iudicio ſiſti in cauſa criminali
qui offertur, non eſt idoneus facultatibus, ſed eſt frater, vel
cõiuncta perſona. An poſſit fiſcus, vel accuſator ipſum re-
futare? Dic ꝙ non, quia coniuncta perſona, licet ſit pau-
per, pro coniuncta non poteſt recuſari. l. edicto. ff. in ius
voc. vt eant. l. quoniam. ff. qui ſatiſd. cogan. Iterum quæro,
quidam multũ diues pro cauſa criminali citatus non offert
idoneos fideiuſſores, an iudex teneatur illos admittere, ex
quo principalis eſt multũ idoneus? Dic ꝙ ſic, vt dicit Bal.
in l.1. §. ſi magiſtratus. ff. de magiſt. conuenien. dummodo
ipſe ſe, & ſua bona obliget in forma curiæ conſueta, pro
7 quo eſt gl. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demõ. † Rurſus
a quæro, magna [a] curia vic. miſit quoſdam alguzerios ad ca
piendum certos ſuſpectos de robaria in ſtrata publica, illi
commiſſarij inuenerunt eos, illi obtulerunt fideiuſſores de
ſtando iuri, vtrum teneantur dicti commiſſarij recipere
dictos fideiuſſores idoneos? Alex. in rub. ff. in ius vocati vt
eant, aut ſatiſdent. & in l.1. ſi quis in ius voc. non ierit, di-
cit, ꝙ ſic. Imò dicit, executores ſi non admitterent dictos
fideiuſſores, tenerentur actione iniuriarũ, vt in l. ſi verò. §.
qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſ. cog. Iterũ quæro, quidã fi-
deiuſſit pro Titio accuſato de homicidio, vel alio capitali
delicto de ſtando iuri, poſtea ille principalis effectus eſt re
bellis regis, curia requirit illum fideiuſſorẽ, vt illum præ-
ſentet, fideiuſſor replicat, ꝙ principalis habetur pro mor-
tuo, quia eſt notoriè rebellis, & ideo finita eſt fideiuſſio, q̃-
ritur quid iuris. Certè morte ciuili ẽt finitur fideiuſſio de
iudicio ſiſti, ut dicunt Doc. in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſati. cog.
& not. in l. ſi arbitrio. in fi. eo. tit. & not. Alexan. in l. ſed & ſi
8 quis. in prin. ff. ſi quis cautio. † An illuſtres perſonæ citatæ
pro cauſa capitali in magna curia vicariæ, ut euitent car-
ceres, teneantur præſtare fideiuſſores, de iudicio ſiſti? Gl.
in l.1. ff. qui ſatiſd. cog. enumerat caſus, in quibus quis non
tenetur pręſtare fideiuſſores de iudicio ſiſti, & inter illos
ponit, ꝙ illuſtres, & ſuperilluſtres habẽt hoc priuilegium,
ꝙ releuátur à præſtatione fideiuſſorum de iudicio ſiſti, ſed
ſolum ſtatur iuratoriæ cautioni. & de hoc eſt tex. expreſ-
ſus in l. quoties. C. de dignit. lib. 12. Item habui de facto, ꝙ
quidam officialis, qui ſtabat in ſyndicatu, habuit duas, vel
tres accuſationes criminales, petebatur, ꝙ carceretur, vel
præſtaret fideiuſſores de iudicio ſiſti, ille dicebat, quòd de-
beat ſtari ſuæ iuratoriæ cautioni, accuſatores dicebant, ꝙ
carceretur, fuit mihi remiſſum dictum dubium. Ego fretus
auctoritate Domini Barth. de Capua in quadam ſua apo-
ſtilla, ſic determinaui, prout dicebat dicta apoſtilla, quæ
ſic dicit de uerbo ad verbum. An officialis tempore Syndi-
catus criminaliter accuſatus teneatur præſtare fideiuſſio-
nem ſecundùm formam huius conſtitutionis? Dicunt ali-
qui ꝙ ſic, dicentes, ꝙ hęc conſtitutio corrigit. l.1. C. vt om-
nes tam ciuiles quam criminales. Nam ſi aliud voluiſſet of-
ficiali, aliud dixiſſet. C. de cadu. tollen. l.1. dic contrarium.
nam hęc conſtitutio idem continet, quod ius vetus, vt pa-
tet in l.1. & l. diuus. ff. de cuſto. reor. & legum correctio eſt
euitanda. Præterea poſito, ꝙ corrigeret ius vetus, quod nõ
eſt verum, nõ corrigeret legem illam. C. vt oẽs & c. quæ ſpe
9 ciale priuilegium concedit officiali. † Nam generalis clauſu
la nõ extenditur ad ea, de quibus ſpecialiter eſt prouiſum.
ff de pęn. l. ſanctio legum. ff. de alimen. & cib. leg. l. alimen-
ta. §. baſilicę. Pręterea ius gentium, ſeu lex communis ſup-
uenientis tollit priuilegium, niſi de eo faciat ſpecialem men
tionem, extra de reſcr. c. cùm ordinem. de re iud. cap. cùm
inter monaſterium. Cùm ergo d.l.1. C. ut omnes dat priui
legium officiali, non tolletur illud per hanc cõſtitutionem
communem, ergo iuratorię cautioni committetur, & non
habebit neceſſe inuenire fideiuſſores. Hęc ſunt verba Bar-
thol. de Capua, de quo ſuper iſto dubio facit mentionem
Paris de Puteo in ſuo tract. de ſyndicato. in verſ. fideiuſſor.
& Luc. de Pen. in l. ordinariorum. C. de cohortalibus, libro
decimo. & in l. quoties. C. de dignitat. libro 12. ſecundùm
eum ibi. Et pro iſta deciſione vltra eum allegaui gloſ. ſu-
prà in conſti. regni, ea quę ad decus, in verſ. ad ſpeciale, &
ea, quę ibi allegaui, & hoc voluit Bart. in l. extrauaganti ad
reprimendã. in ver. non obſtantibus. verſ. 5. caſu & ſic fuit
executum. Item ſępius contingit, ꝙ accuſatus, uel inquiſi-
tus de crimine capitali, antequàm conſtet, dat fideiuſſores
de ſtando iuri, & ſe repręſentando toties, quoties ſub cer-
ta pœna, poſteà iudex requirit fideiuſſores, quòd illũ pre-
ſentent in iudicio, illi eũ pręſentant iudici, & carceratur,
ille aufugit à carceribus, an fideiuſſores ſint liberati. Vide
Io. And. in tit. de accuſatione. §. ſequitur in addit. quę inci-
pit, Odoff. ſuper l. ſed & ſi quis. & Luc. de Pen. in l. ſi quis
decurio. C. de decur. libro 10. Lud. conſi. 136. Ang. in l.3. §.
qui exhibendi. ff. de cuſto. reor. & plenius in deciſionibus
10 meis, deciſi. 130. † Item fui ſemel interrogatus à certis iudi-
cibus. quidam accuſatus de adulterio pręſtitit fideiuſſores
de ſtando iuri, dum curia examinaret teſtes, dixit huic ac-
cuſato, quòd reperiat filios fideiuſſores, ille timore, ne car-
ceretur, dedit alios fideiuſſores, qui ſunt poſtea mortui, ille
accuſatus receſſit, curia requirit primos fideiuſſores, illi
comparent, & dicunt, ꝙ per præſtationem ſecundorum fi
deiuſſorum ipſi fuerunt liberati, quæritur quid iuris. Di-
xi, quòd prima facie vr̃, ꝙ ſint liberati ope exceptionis, ꝑ
l. ſi Valerianus. ff. de præto. ſtipula. & not. in l. qui bis idem.
ff. de verb. obli. Sed in veritate non ſunt per not. in l.2. C. de
noua. & in l. fina. per Alber. de Roſa. C. de nouation. quia
hodie non fit nouatio, niſi expreſsè agatur, vt in d.l. fi. vide
ſcribentes in l.1. C. de iudic. Bene fateor, quòd ſi à princi-
pio cauſæ criminalis dati ſunt fideiuſſores, & poſtea quan
do conſtat de malefactore ante publicationem in cauſa ca
pitur malefactor, & ponitur in carcere, ſi poſtea iudex vi-
det, ꝙ per eius defenſionem apparet de eius innocẽtia, an-
te ſniam debet recipere alios fideiuſſores, vt dicitur in c. ab
illo inchoandum. quòd allegabo in 5. not. Et ſic vr̃, ꝙ pri-
mi fideiuſſores ſunt liberati ex diſpoſitione dicti capituli.

&

11 & hoc firmat Do. Barth. de Capua in d.c. †Et dicit, ꝙ hoc
eſt contra ius commune, quia fideiuſſor de iudicio ſiſti te-
netur præſentare vſq; ad ſñiam, vt in l. græcè. ff. de fideiuſ.
& in l. 4. ff. de cuſt. reor. Item ſemel conſului certis fideiuſ-
ſoribus de ſtando iuri pro certis, qui ſtabant carcerati, qui
fideiuſſores erant ſuſpecti, ꝙ illi principales aufugerent à
carceribus, ꝙ dicti fideiuſſores cum magiſtro actorũ irent
ad iudicem, & dicerent, ꝙ ipſi præſentant ei dictos carce-
ratos, & ꝙ nolunt amplius pro eis eſſe obligati, & quòd ip
ſos carceratos bene cuſtodiat, & hoc ſcribat magiſter acto
rum in actis, poſtea ſi illi aufugerunt, non poteſt iudex ve
xare illos fideiuſſores, per id quod dixit Ioan. And. in d. ad-
ditione, quæ incipit, Odoff. per l. Neſennius. ff. de neg. geſt.
12 & C. de epiſ. & cler. auth. ſi captiui & ita obtinui. †Quintò
no. ex tex. ibi, confeſſione ſua. quòd accuſatus, vel inquiſi-
tus de crimine capitali, ſi confeſſus eſt crimen in iudicio,
non liberatur fideiuſſoribus de iudicio ſiſti. Et eſt ratio,
quia contra confeſſum in iudicio nõ requiritur alius pro-
ceſſus, ſed ſtatim eſt diffinitiuè damnandus, ſecundùm In-
no. in c. cùm ſuper. de confeſſis. & in c. qualiter. de accu. &
Ange. in l. vulgaris. ff. de fur. & in l. ſi vacantia. 24. col. C. de
bo. vacan. lib. 10. facit, quod no. in c. Romana. de app. libro
6. & l. non ante. de confeſſis. quod eſt verum, ſecũdùm Bal.
in l. mercalem. C. de condict. ob turpem cauſam. quando
confeſſio facta fuit ſuper crimine, de quo agitur, ſecus ſi
iudicium non erat ordinatum ad illud delictum quod cõ-
fitetur. Et vide pro hoc, quod dixi in deciſionibus meis,
deciſio. 171. & ideo confeſſio delinquentis facta à princi-
pio ex abrupto coram iudice in iudicio ſufficit, vt dicit
Andr. ſuprà in conſti. pœnam eorum, ibi, ſi ex abrupto, &
Inn. in capit. qualiter & quando. de accuſa. Sed quid, ſi eſ-
ſet confeſſus extra iudicium, & in iudicio negaret ſe con-
feſſum fuiſſe extra iudicium, & probaretur de confeſſione
13 delicti extra iudicium, vtrũ liberaretur fideiuſſoribus? †Di
cit hic And. ꝙ non, quia hæc confeſſio extra iudicium fa-
cit indicium ſufficiens ad torturam, vt tenet glo. in d. l. ca-
pite quinto. & idem tenet Bart. per l. quæro. in fi. ff. de ędil.
edi. & Lucas de Penna in alleg. l. quoties. C. de dignit. & fir-
mant dom. de Rota in deciſi. ſuis, in titu. de confeſſis. 180.
incipit. Item ꝙ licet confeſſio extraiudicialis &c. & Alex.
in d. l. cap. quinto. allegat multas aliàs cotas, vt ibi per eum.
cui addo Io. de Anania in c. ſi conſtiterit. de accuſ. & Alex.
in conſil. 179. in 2. colum. inci. in cauſa Angelorum. Item
adde, quòd confeſſio in criminali delicto, extra iudicium,
& parte abſente, facit indicium ad torturam, vt dicit Bar.
in l. quoniam. C. de infamib. Idem firmat Fran. Brunus de
Sancto Seuerino in ſuo vtili tract. de indicijs, & tortura. co
lum. 9. incipit ille tractatus impreſſus, cum materia indi-
ciorum. Quid autem ſi accuſatus criminaliter fuit confeſ-
ſus crimen, de quo agitur coram magiſtro actorum, abſen
te iudice, vel coram iudice, abſente magiſtro actorum, &
poſtea negat, an poſſit torqueri ex dicta confeſſione? Glo.
eſt ſingularis, ſecundùm Bal. ibi in l. iubemus. C. de libera.
cauſa, quæ dicit, ꝙ ex iſta confeſſione poteſt torqueri. Tu
vide Bar. in l. ſi confeſſus. de cuſt. reo. & Saly. in l. 2. in fi. C.
14 de cuſto. reor. †Quid autem ſi confeſſio delicti facta fuit co
ram iudice incompetente, puta clericus fuit captus per iu-
dicẽ laicum, & coram iudice laico fuit cõfeſſus delictum,
remittitur ad iudicem eccleſiaſticum, coram quo ipſam
reuocat, an illa confeſſio faciat iudicium ad torturam. Iſta
quęſtio non eſt de materia huius cõſtitutionis, ideo remit
to me ad ſcribentes in c. at ſi clerici. de iudi. ad Io. Andr. in
addi. Spe. in tit. de confeſſis. §. ſequitur. verſi. 5. non valet. &
ad Ang. in l. 1. ff. de confeſſis. & ad Bald. in l. magiſtratib. ff.
de iur. omn. iud. & Bal. in l. 1. C. de confeſſis. penul. colum.
alleg. Inno. in c. per inquiſitionem. de elect. & vide Ange. in
§. ſi verò. in auth. de ſanct. epiſ. & gl. in l. nemo. ff. de reg. in.
& Bart. in l. diuus. la ſeconda. ff. de cuſtod. reor. Item quæ-
ro, vtrum teſtes, qui deponunt de confeſſione delicti ex-
tra iudicium, tunc faciant indicium ad torturam, quando
ſunt examinati ipſo accuſato citato ad videndum iuramen
ta teſtium, vel ſufficiat, quòd ſint examinati à princi-
pio ſine partis citatione ad effectum, vt accuſatus non au-
15 diatur, ſi offert dare fideiuſſores de ſtando iuri. †Dic, ꝙ te-
ſtes à principio examinati ſine citatione accuſati ad viden
dum iuramenta teſtium nullum indicium faciunt contra
eum, & ideo debet ſub fideiuſſoribus relaxari, vt firmat
Bart. & Angel. in l. fin. de quęſt. & Angelus in repetitione.
l. ſi vacantia. C. de bonis vacan. lib. 10. de quo late per An-
gel. de Aret. in tractatu maleficiorum, in verſi. fama publi-
ca, ſecunda colum. verſi. Et tene menti hoc, quod dixi, ꝙ
tunc confeſſio extra iudicium probata per duos teſtes fa-
cit indicium ad torturam, quãdo ſunt examinati parte vo-
cata ad videndum eorum iuramenta, vt in l. ſi quando. C.
de teſtib. & in c. in nomine domini. extrà de teſtib. & hoc
voluit Bar. in l. vnius. ff. de quæſt. & in l. cuſtodias, ff. de pu-
bli. iud. Bal. in l. ſi tibi. C. de condi. ob turpem cauſam. & Sa
ly. in l. fi. C. de quæſt. & non quando ſunt examinati ex offi
cio, parte non citata. Et intelligo etiam partem eſſe citatam
ſi iudex teſtes, quos examinauit parte nõ citata, repetit in
præſentia inculpati, faciendo affrontationem cum eo, & il
li teſtes affirmant ea, quę dixerunt in præſentia inculpati,
negantis, iſti teſtes tunc non dicuntur recepti, parte non
vocata, ſed vocata, & bene probant, quia habito effectu nõ
curamus de modo, vt dicit Bal. in d. l. ſi quando. in fine. &
ita practicatur. & dixi ſuprà in 2. libro in conſtit. ſi damna
clandeſtina. in 9. nota. licet quidam proterui iudices aliud
ſentiant, & malè. & firmat hoc Alex. in d. conſil. 179. in 3.
colum. Aduerte, quia dicit Salyc. in l. 2. C. de cuſtod. reor.
16 †ꝙ informatio capta à iudice non in figura indicij, dicitur
iudici ſemiplenè conſtare, per notata per Iacob. Butr. &
Iac. de Aret. in l. indices. C. de ind. ſ. ad affectum carceran-
di. Item vbi laborant præſumptiones, denũciatus ponitur
in carcere, vt in l. 2. C. de exhibend. reis. in glo. Sed intellige
ꝙ ſi petit, ꝙ fideiuſſoribus liberetur, iudex attenta qualita-
te perſonarum prouidebit per fideiuſſoriam cautionem de
ſecuro carcere, vel per totam ciuitatem, vel per palatium,
vt dicit Ang. in d. l. 2. An autem ſi de delicto conſtet per te
ſtes de fama, an ex iſta ſola fama probata debeat carcerari,
quando fuit fideiuſſoribus liberatus. Dic, quòd non, quia
deterior teſtis, qui poteſt haberi, eſt fama, quia populus
non cognoſcit veritatem per ſenſum corporis, vt inquit
Bal. in 1. vol. conſi. 276. inci. teſtis in quo debemus. fallit, ni
ſi concurreret aliud indicium. vide ad hoc Fran. Bru. in tra
ctatu de indicijs. 4. char. 1. col. vbi multa alleg. & vide infrà
in 6. not. Quæro pro declaratione, vtrum eoipſo, quòd ex
proceſſu apparet de indicijs ſufficientibus ad torturã con-
tra accuſatum, vel inquiſitum de crimine capitali, iudex
debeat ipſum carceribus mancipare, & non admittere fi-
deiuſſores de ſtando iuri. Luc. de Pen. in allegata l. quoties.
17 C. de dignitatibus tãgit hoc dubium. †vbi tenet, ꝙ ex dicto
vnius teſtis de viſu quis poteſt poni ad tormenta, vel per
indicia ſufficientia. Et vbi ſunt iſta, non liberatur ille, con
tra quẽ ſunt indicia, à carceribus, ſi affert fideiuſſores, vel
eſt incarcerandus ille, contra quem ſunt indicia, & nõ ad-
mitteretur oblatio fideiuſſorũ, per iura, & rationes ibi per
eum adductas. Cui addo, quòd unus teſtis de uiſu tunc fa-
cit indicium ad torturam, vt in l. maritus. ff. de q. & Bal. in
l. in bonę fidei. C. de iureiu. & Doc. in l. admonendi. ff. eo. ti.
& Bal. in l. fi. C. fam. erciſ. gl. in l. ſi quis. C. ad leg. Iul. maieſ.
quando ille vnus teſtis de viſu eſt omni exceptione maior.
Ita dicit Bart. in d. l. maritus. & in l. 1. §. idem Corne. eod. ti.
& aliæ circunſtantię non reſiſtunt, ſecundum Bald. in l. 2.
C. quorum appel. allegat Ioan. And. in nouella in cap. cum
in contemplatione. de regul. iur. Modicus ergo defectus in
iſto vno teſte de viſu facit, ꝙ non facit ſemiplenam proba-
tionem, nec indicium, vt dicit Bald. in c. ſacramentum. de
conſue. recti feud. firmat Alex. in 1. vol. conſil. 11. incipien.
circa 1. dub. & in 3. vol. conſi. 14. quod incipit, ponderatis.
Idem Ang. & Auguſtinus in tractatu maleficiorum in ver-
18 bo, fama publica. verſi. qualiter probetur indicium. †Item
ſemper quãdo incipit conſtare de maleficio. contra ipſum
delinquentem, non eſt admittenda oblatio fideiuſſorum,
ſed debet ipſe delinquens carcerari, quãdo venit imponen
da

da pœna capitalis, hoc expreſsè firmat Aud. hic in fi. 1. col.
dum dicit. Item ſi conſtaret per inquiſitionem, tunc etiam
ſi à principio dediſſet fideiuſſorem, incarcerabitur, quando
incipit conſtare, ne fugiat. C. de custo. reor. l. a. Et pro hoc
eſt cap. Regis Caroli II. quod incipit, ab illo inchoandum.
char. 26. quòd vult, quòd ſi contra inquiſitum, vel accuſa-
tum de delicto, in quo venit imponenda pœna mortis na-
turalis vel ciuilis, uel abſciſſionis membri, plenè conſtite-
rit, non expectata publicatione, aut non expectata proba-
tione ſuarum defenſionum, quia adhuc durat de termino
dato ſibi ad ſuas defenſiones faciendas capiatur de perſo-
na, & in vinculis ſe defendat, & ſic nõ admittetur oblatio,
q vult dare fideiuſſores. Bene tamen poterit opponere de
nullitate proceſſus etiam ſi de crimine conſtaret, & in hoc
concordat cum iure communi, vt in ca. inquiſitionis. §. ad
hoc. extra de accu. & in auth. de ſanct. epiſ. §. ſi verò. coll. 9.
ſi liqueat de eius innocentia, facta publicatione, iudices nõ
teneãt ipſum in carceribus, in quibus fuit poſitus, quia cõ
ſtabat contra eum, donec feratur ſententia, ſed ſtatim libe
rent eum à carceribus ſub fideiuſſoribus de ſtando iuri, &
ſe præſentando. Et pro intelligentia iſtius capituli, quod
ſemper allegatur p procuratores, & aduocatos in iudiciis,
quæro de aliquibus quæſtionibus. Et primò, ſi accuſatus
19 de crimine iniuriarum † criminaliter [b] & contra eum, non
b publicato proceſſu, conſtat de iniuriis, vtrum poſſit de per-
ſona capi, & detrudi in carceribus, & non admittatur obla
tio de fideiuſſoribus? Vr q ſic, quia iudex habet arbitrium
in iudicio iniuriarum, vt inſti. de iniur. §. in ſumma. & glo.
ibi dicit q poteſt iudex arbitrari vſq; ad mortem, & iſtud
capitulum dicit, q vbi venit imponenda pœna mortis, vel
abſciſionis membri, eo ipſo q conſtet ante publicationem,
debet detineri in carceribus, poteſt eſſe, q iudex velit im-
ponere pœnam abſciſionis membri pro iniuria, vel pęnam
aliam, ergo &c. In contrarium vr dicendum, q dictum ca-
pitulum non habet locum in hoc caſu, quia pro iniuriis nõ
fuit ſolitum iudicibus imponere, niſi pęnam pecuniariam,
& iudex non debet in arbitrarijs imponere, niſi pœnas ſo-
litas imponi in ſimilibus delictis, vt no. in l. quid ergo. §. pę-
na grauior. ff. de infam. Item illa gl. in §. in ſumma. commu-
niter per Doc. limitatur, vt procedat, vbi erant tales circun
ſtantiæ in ipſis iniuriis, quòd pro eis de iure communi, vel
de conſuetudine veniebat imponenda pœna mortis, aliàs
ſecus, vt dicit Ioan. de Imo. in c. inquiſitionis. in glo. in ver.
alioquin. de accuſ. & refert Alex. de Imo. in 1. volu. conſil.
11 1. incip. ponderatis verbis. vbi plenè de intellectu dictæ
gl. in §. in ſumma. & ibi etiam vide Ange. de Are. qui mul-
ta allegat pro intellectu dictæ glo. ſic intellectæ. Item quę-
20 ro, an ſi † pro delicto veniat imponenda pœna relegationis,
vel infra, ſi cõſtet de delicto ante publicationem, poſſit in-
culpatus detineri? Dic quòd non, quia dictum capitulum
vult, quòd detentio in carceribus ante publicationem, qñ
conſtat contra inculpatum, tunc habet locum, quando ve-
nit pro delicto imponenda pœna mortis naturalis, vel ciui
lis, vel abſciſionis membri. Item nec iſta conſtitutio, nec di
ctum capitulum, ab illo inchoandum. in leuibus delictis ni
hil loquuntur, meritò ſtat diſpoſitio iuris cõmunis, q pro
leuibus delictis, vbi non venit imponẽda pœna mortis, vel
abſciſionis membri, nunquam debet carcerari, ſi vult dare
fideiuſſores de ſtando iuri, vt bene declarat gl. in d. l. 1. ff. de
cuſtod. reor. & tex. in l. diuus Pius. eo. tit. Et pondera vnum
mirabile, quod dicit dictum capitulum, ab illo inchoan-
dum. videlicet, quòd ante publicationem in cauſa dicitur
conſtare, quod eſt expreſsè cõtra id, quod no. in ca. ſigni-
ficauerunt. de teſti. quod dicit, quòd nunquam dicitur ali-
quid conſtare, niſi poſt concluſum in cauſa. ad idem capi.
cùm dilectus. de fi. inſtr. de elect. c. dudum. Facit, quod no.
in l. ſi rem quam. §. fi. ff. de euict. Dicit Bartho. de Capua in
quadam apoſtilla ſuper d. c. quòd ibi dicitur cõſtare, quan
tum ad illum actum, vt ponatur in carceribus, non quan-
tùm ad hoc, vt poſſit pronunciari, quia pendet dilatio ad
faciendum ſuas defenſiones. Et pro iſto intellectu bene fa-
cit gl. in l. ſi quis in ea culpa. C. de cuſt. reor. quicquid ſit, vr
21 mihi, quòd dictum capitulum † in hoc, q vult, quòd ante
publicationem dicatur conſtare de delicto, ad effectũ in-
carcerandi, eſt contra ius commune, vt patet in l. ſi homi-
nem. ff. depoſiti. vbi dicitur intempeſtiuè actum, non di-
ſcuſſo negotio. & in l. lex Cornelia. §. præterea. ff. ad Syll. vbi
vt quis conſequatur præmium ex denunciatione maleſa-
ctoris, requiritur, q primò maleſactor ſit conuictus. Nec
obſtat gl. in d. l. ſi quis. quia ibi dicitur conſtare per confeſ-
ſionem, vt declarat ibi Saly. tunc in vinculis detinebitur, vt
in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reor. Et ideo dictum capitulum
non eſt extendẽdum, nec ampliandum, & propterea quę-
ro de vna quæſtione, quæ fuit de facto. Ecce accuſatus de
crimine capitali, & examinatis teſtibus, per eorum depoſi-
tionem conſtat de delicto, iudex ante publicationem, viſis
teſtibus, capit hunc accuſatum, & ponit in carceribus, fa-
cit, publicationem in cauſa, iſte carceratus petit repulſam
contra teſtes, & affert fideiuſſores de ſtando iuri, & ſe libe-
berari à carceribus. Vtrum ſit liberandus? Dicit quædã apo
ſtilla Lucæ de Penna, quòd non eſt liberandus, quia ſemel
22 † conſtat de delicto ex proceſſu publicato, per quod indu-
citur notorium, ſed ſi non fuiſſet poſitus in carceribus an-
te publicationem, & facta publicatione peteret repulſam,
& conceſſa fuit, pendente termino repulſæ non poſſet car-
cerari, quia repulſa eſt defenſio. vt dicit Bart. in extrauagan
ti, ad reprimendam. in verſ. figura iudicij. pendẽte ergo ter
mino ad repulſam, non poteſt dici plenè conſtare ad effe-
ctum capturæ, quia ſicut per appellationẽ ſuſpenditur ſen
tentia, ita per teſtium reprobationem illud iudicium ſu-
ſpenditur, arg. l. impetrata. C. ſent. reſcindi non poſſe. Bene
facit c. præſentium. de teſtib. lib. 6. Rurſus quæro, dicit di-
ctum c. vel cognitione plenè conſtiterit. & ſic requirit ple-
nam probationem de delicto. & iſta cõſtitutio, ſecundùm
intellectum And. dicit, quòd ſi conſtat per confeſſionem
extra iudicium, quæ ſolùm facit indicium ad torturam, iu-
dex poteſt carcerare, & non admittere oblationem fideiuſ-
ſorum, & ſic videtur, quòd iſta conſtit. requirit, q ſi ſuffi-
ciant indicia ad torturã, vt poſſit capi, ſed capitulum præ-
dictum requirit plenam probationem, & ſic videtur corri
23 gere iſtam conſtitutionẽ. Dic, q † ſapientes regni interpre-
tati ſunt dictum capitulum, etiam ſi nõ plenè, ſed ſemiple
nè, vel per iudicia cõſtiterit, per quæ poſſit deueniri ad tor
turam, vt patet in ritibus antiquis magnæ curiæ, qui inci-
pit, Item ſi accuſatur aliquis. char. 9. quo caſu non libera-
tur fideiuſſoribus, ſed aduerte, ne erres, quia illi ritus ſunt
caſſati, & annullati, vt patet in nouis ritibus reginę Ioannę
Secundæ. & ſic ceſſat nunc interpretatio illorum pruden-
tum antiquorum, ante reginam Ioannam Secundam. Ego
vidi quandam apoſtillam antiquam, in cõſtitutionibus D.
Ioan. Grilli ſuper d. c. quæ ſunt nunc D. Antonij de ſancto
Felice vtriuſq; iuris doctoris, quæ dicit, q fuit determina-
tum per Do. Barth. de Capua, q ſi ſemiplenè cõſtat, iudex
non debet capere delinquentem, tamen iudices magnæ cu
riæ tenuerunt contrarium. Et ideo ſi iudices hodierni ſer-
uarent dictum ritum, iudicarent per legem correctã con-
tra dictum capitulum, quod eis non licet, & tenerentur in
ſyndicatu, niſi probaretur, quòd poſt Reginam Ioannam
Secundam, fuit conſuetudine obſeruatum, & tũc illud ver
bum, plenè conſtiterit. exponeretur, ſcilicet ſemiplenè con
24 ſtiterit. ſed † hoc eſt uiolare literam, & non credo, q conſue
tudo inferioris à principe poſſit derogare legi regiæ. ideo
neſcio quo iure iudices regni ex indiciis, nõ publicato pro-
ceſſu, reos, qui ſunt ſub fideiuſſoribus, capiant, & detrudãt
in carceribus. ideo ipſi, qui viderunt, pluſquam ego, dicãt.
Et pro hoc facit id, quod dicit Abb. Sic. in c. cum cauſam.
de elect. quòd iudex non debet attendere ad id, quod fa-
ctum eſt in præterito, ſed ad id, quod eſt de iure: & dicit,
quòd hoc facit contra fundantes ſe ſuper obſeruantia. Ego
enim uidi iudices quoſdam magnæ curię uicariæ doctiſſi-
mos & magnæ reputationis apud Regem Ferdinandum
Primum, qui ex indiciis ante publicationem nunquam ca
piebant inculpatum de crimine capitali, ſtante ſub fideiuſ-
ſoribus, ſed poſt publicationẽ in cauſa repulſæ petitę cla-

ſo termino, ſi videbant, ꝙ repulſa non infringebat dicta te-
ſtium pro fiſco examinatorum, procedebant ad capturã, &
poſtea diſputabatur ſuper indicijs, & ita ego practicaui, qñ
25 fui iudex magnę curię vicar. Item quæro, pone, ꝙ † aliquis
exiſtens in carcerib. pro cauſa capitali fuit cõdemnatus ad
pęnã mortis, & iſte legitimè appellauit ad ſuperiorem, qa
non fuit confeſſus, & petit ſe remitti ad ſuperiorem, & of-
fert fideiuſſores, vtrum debeat remitti fideiuſſoribus? Bal.
in l. eos. §. ſuper his de appel. dicit, ꝙ ſi daret condemnatus
capitaliter mille fideiuſſores, non deberet credi fideiuſſor.
ſecundùm Petrum. Benè tenetur ſic carceratum mittere be
ne cuſtoditum iudici ad quẽ, per illum tex. Item quia tpe
appellationis reperitur carceratus, & ideo appellatione pẽ-
dente nihil debet innouari, ſecundùm Ang. ibi, per tex. in
authen. vt nulli iudicum. §. ſi quis verò comprehenſorum.
Item quia quicquid poteſt fieri pendente prima cã, poteſt
fieri pendente cã appellationis, vt in l. poſtquam. §. Impera
tor. ff. vt lega. no. caue. & dicit Ang. ꝙ ille tex. nõ reperitur
26 alibi. Sextò no. ex tex. ibi, vel ipſa flagrãti † deprehenſione,
ꝙ ſi aliquis repertus eſt in crimine, in quo venit imponẽda
pęna mortis, vel abſciſionis membri per officiales, & in ip-
ſo flagranti captus, & carceratus ſit, quantuncunq; afferat
fideiuſſores de præſentando, non debet liberari à carcerib.
facit ad hoc conſtit. ſupra in 1. lib quę incipit, iuſtitiarij nõ
per calendas. Iuxta hoc quærit hic And. qñ dicatur quis ca
ptus in flagranti. vide quæ dixi ſupra in conſti. rapinas. in
8. no. & in dicta conſt. iuſtitiarij non per calendas. in 4. no-
ta. & ea quæ ſcribit Fel. poſt Abb. Sic. in c. cum non ab ho-
mine. de iudi. Ang. in §. eminentiſſime. in auth. de ſan. epiſ.
Item quærit hic And. qualis proceſſus ſit habendus contra
delinquentem repertum in flagrãti crimine? And. hic mul-
ta verba effundit confundendo ſimul captum in flagranti,
& notorium delinquentem. Ego iſta ſeparabo, quia tex. hu
ius conſtit. eſt vt ſeparata pœna. Ideo dic, ꝙ qñ capitur ali-
27 quis in † ipſo flagranti delicto, ſiue capiatur per Alguzerios
& miniſtros curiæ iuſtitiarij, ſiue capiatur per conſangui-
neos, vicinos, & amicos illius, cõtra quem commiſſum eſt
crimen, & ducitur in fortiã iudicis, iudex debet ſtatim ip-
ſum in præſentia magiſtri actorum, eo præſente, interroga
re eum, quõ vocetur, & faciat ſcribere eius reſponſionem,
& poſtea interroget eũ, quare ſic captus venit in iudicio co
ram iudice, & ſi commiſit crimen, propter quod eſt captus
& ſibi præſentatus, & ſi confitetur ſe crimen cõmiſiſſe, ſcri
bat in actis, & non ſolùm cõfidat de ſua confeſſione, ſed ẽt
examinet teſtes, qui interfuerunt, qñ fuit captus in flagran-
ti, & ẽt ipſos, qui eum cęperunt in flagranti delicto, & du-
xerunt eum ad iudicem. ſubaudi, eo citato, ad vidẽdum iu-
ramẽta teſtium. Et ſi conſtat per teſtes, dicat ipſi carcerato
publicando teſtes, poſtea perducat eum curia, ſedente pro
tribunali, & legat ſibi ſuam confeſſionem, ſi illam ratifica-
bit, tunc procedetur contra eum ad condemnationem, tan
quam contra cõuictum, & confeſſum. Sic Intelligitur gl in
l. 1. C. de raptu virg. ſuper verſi. conuicti interficiantur. &
probatur in l. defenſores. C. de defen. ciui. Et pro hoc bene
facit l. ſi quis in hoc genus. C. de epi. & cler. nec requiritur
alius ordo iudicialis contra confeſſum. 2. q. 1. quæ Lotha-
rius. & in auth. vt iud. ſine quo. ſuffr. §. neceſſitatem. voluit
Inn. in c. qualiter & qñ. de accuſ. Si verò ipſe captus in fla-
granti examinatus neget ſe commiſiſſe delictum, tunc exa
minatis teſtibus, qui viderunt illum delinquentem in fla-
granti crimine, ipſe legat in eius præſentia, vt vix ipſe deli-
ctum, quod commiſit, negare poſſit, vt dicitur in l. qui ſen
28 tentiam. in fi. C. de pę. & ſi fiat induratus, ſacta † affrõtatio-
ne in negatione, iudex ipſum ponat in tormentis, & ſi po-
ſtea ſtaret induratus, & iã ſunt teſtes de viſu, poterit, data
prius ſibi dilatione ad ſe defendẽdũ, & in dicto termino ſi
nihil ad iuſtam ſuã defenſionẽ probauit, eum condemnare
tanquam conuictum & non confeſſum, vt dicit hic Andr.
& idem in c. 1. §. publici latrones. de pace tenẽ. licet poſſet
appellare, quia non eſt niſi conuictus, & non confeſſus, vt
no. in l. 2. C. quor. appell. non reci. & Bar. in l. qui vltimo.
ff. de pęnis. & Bal. in l. aditis. C. de appell. & in l. 2. C. ne ex
delic. defun. Si autem nõ haberet teſtes de viſu, ſed tantum
indicia, & præſumptiones, & fuiſſet totus, & ſemper nega-
ret, non poſſet eum condemnare ad mortem, vt dicit Ant.
de But. in c. afferre. de præſump. hoc etiam firmat Gand. in
tract. maleficiorum, ſub rubr. de q. & tormen. quem refert
etiam Ang. de Are. in tract. maleficiorum. in ver. fama. ch.
54. & firmat Abb. in c. auditis. de præſcr. vlt. col. Et hoc ve-
29 rum ſecundùm unam opin. indicijs arbitrarijs. ſed † ubi
ſunt indicia indubitata, multi Doct. tenent, ꝙ ſi tormenta
tus ſemper neget, poteſt deueniri ad condemnationem, &
non dicuntur purgata indicia per torturam, ut dicit Bald.
poſt Nic. de Matar. in l. fi. C. de probat. & in l. milites. C. de
q. & Bar. in l. 2. ff. de furt. & Io. And. in addit. Spec. in tit. de
prob. §. 4. referendo Thomam de Piper. & Bal. & Ioan. de
Imo. in l. fi. ff. de hær. inſt. Are. in d. tract. in uerbo, compa-
ruerunt. char. 166. & Bal. in add. Spe. in tit. de execu. ſent.
ult. char. ubi refert Dyn. in l. 2. ff. de excuſ. tut. dicentem, ꝙ
per indicia indubitata poteſt deueniri ad condemnationẽ.
Et firmat Abb. Sic. in c. tertio loco. de probat. & Tancre. de
Corneto in ſua compendioſa, q. 7. char. 19. & Bal. in l. exci-
piuntur. ff. ad Sylla. Amplius quæro pro declaratione, utrũ
iſti Alguzerij, & miniſtri curiæ, uel alij conſanguinei, &
amici, qui duxerunt in præſentia iudicis hunc captũ in fla
granti crimine, & teſtificatur de uiſu cõtra ipſum captum
negantem, faciant fidem? And. hic dicit, ꝙ non ſufficit pro-
30 bare crimen † per iſtos eum capientes, quia iſti ſunt loco ac
cuſatoris, qui non poſſunt eſſe teſtes. c. licet Hely. de ſimo.
Item quia deponere uidentur in cauſam ſuam, tñ eorum te
ſtificatio non eſt reſpuenda, quia interdum denũciator eſt
etiã teſtis, ut not. in c. licet Heli. §. cum aũt. de ſimo. & in ca.
in omni. de teſti. 4. q. 4. c. 1. in gl. Item quia nõn reperiũtur
prohibiti iſti capientes delinquentem in flagrãti, ferre teſti
monium contra eum, ergo ſunt habiles, & ex hac cã non in
fringitur eorum dictum. Cui addo, ꝙ licet quis non poſſet
in iudicio gerere perſonã accuſatoris, & teſtis, tñ põt gerere
perſonã informatoris & teſtis eorum, quæ conſiſtunt in fa
cto. tex. eſt. 4. q. 4. c. nullus. ut dicit Dom. de S. Gem. in c. cu
pientes. §. ſi uerò. de ele. li. 6. Et pro hoc facit, quia ſi alij te-
ſtes non reperiuntur contra delinquentem in flagrãti, niſi
illi, qui eum cęperunt, & duxerũt ad iudicem, data difficul
tate probationis, iſti teſtes ẽt ꝙ ex hoc non eſſent idonei, be
ne probant, per id quod dicit Io. An. in add. Spe. in ti. de te-
ſte §. 1. uerſ. item excipitur, ꝙ eſt impubes. Non tñ ſtaretur
dicto ipſorum, ꝙ alij teſtes non erãt, ad effectum ut eis det
fides, ut dicit no. Bar. in l. decem. 2. col. ff. de uer. obli. & A-
lex in 2. uol. conſ. 175. in c. uiſo themate. in fi. Septimò no.
ex tex. ibi, publicũ aut notorium. ꝙ ubi delictum cõmiſſum
per aliquem eſt publicum, aut notoriũ, ſi dictus delinquẽs
offerat fideiuſſores de ſtãdo iuri, non admittitur dicta obla
31 tio, ſed in uinculis debet ſe defendere. Dr̃ † aũt crimen eſſe
publicum, qñ corã populo, uel maiori parte populi factum
fuit, & teſtes examinati dicunt, ꝙ ipſi uiderunt talem delin
quentem multis præſentibus, ꝙ ſi dicant teſtes, ꝙ cõiter à
populo ſic æſtimatur & opinatur, an dicatur factũ eſſe no
torium, uide in l. 2. C. ad maced. & Abb. Sic. in c. cum dile-
cti. 2. col. de purg. can. bene ex hoc dr̃ probata fama, ut di-
cit Sal. in l. ea quidem. in col. 54. uer. quintò ad idem. C. de
accuſa. Ex hoc ſequitur, ꝙ ubi crimen contra aliquem pro
batum eſt uerè per famã, nõ debet iudex admittere obla-
tionem fideiuſſorũ de iudicio ſiſti, & ſic debet ſtare in car-
ceribus, & hoc per iſtam conſtit. quia tunc dicitur crimen
publicum. Idem dicit Anto. de Butr. in repetit. c. ueſtra. in
2 1. colum. extra de cohab. cler. & mulie. de iure uerò aliud
dicendum eſt, ut dixi ſupra in quinto notab. Similiter di-
citur publicum delictum, quod ſit in iudicio, ſicut dici-
tur publicè excommunicatus ille, qui in iudicio eſt excom
municatus, ut dicit Abb. Sicul. in clement. prima. de ſe-
pultur. quod dictum exclamat Felyn. in cap. exceptio-
nem. in penult. colum. in fi. uerſicu. item dum Abbas &c.
32 de exceptio. Delictum † autem notorium propriè, & ſtri-
ctè ſumendo, eſt illud, quod eſt notorium facti, alia, autem
notoria ſunt impropriè notoria, & artificio iuris, ſecun-
dùm

dùm Ant.de Bnt.in d.ca.veſtra.in 26.col.& Abb.Sic.in ca.
duduni.el 1.in 3.col.de elec. Et iſtud notorium facti eſt tri
plex, quoddam.ſ.actus tranſeuntis in præteritum, qui fuit
notorius. Item actus permanētis. Item actus interpolati, vt
dicit hic Andr.& Ant.de Bn.in d.c.veſtra. Bal. & Sali.in d.
l.ea quidem. And.in c.2.quo tpe miles. Spec.in tit.de noto.
crim.§.iam, & in dictis locis vide exemplū per Ant.& Ab.
Sicu. Item dr̄ delictum notorium omne delictum, de quo
conſtat in iudicio per teſtes vel inſtrumenta, & nihil cōtra
obſtat, & dr̄ iſtud notorium iudiciū, quia oritur in iure.i.
in iudicio, vt dicit Ant. de Bu.in d.c.veſtra.in 25.& 26.co.
per c.euidentia.de accuſ.& Inn.in c.ex inſinuatione.de ap-
pel.de conſue.c.cum dilectus.no.in c.per tuas.de teſtib. in
de dicimus, ꝙ id, quod per acta apparet, dr̄ notoriū, vt di-
cit Bar.in l.ſcriptus.ff.de relig.& ſump.fun. & Io.de Ana.
in d.ca.euidentiæ.& Alex.in multis conſilijs, videlicet in 2.
vol.conſi.77.in 6.col.& in 3.vol.conſ.108.6.col.& in 5.
vol.conſi.152.in 4.col. Intellige verum hoc eſſe, qn̄ eſſet in
cauſa concluſum, tunc dr̄ liquere, vt dicit Abb.Sic.in c.ſi-
gnificauerunt.de teſtib. Sed hoc eſt verum, vbi requiritur
concluſio, & renunciatio in cauſa. ſed in criminali, vbi nō
concluditur, hæc limitatio non procedit. Item dr̄ notoriū
33 delictum † de quo conſtat in iudicio per indicia, aut argu-
menta, facta publicatione in cauſa, ſecundùm Ioā.An.in c.
quàm pernicioſum.de vſur. & firmat Anto.de But.in d.c.
veſtra.in 23.col. Item ſcias, ꝙ notorium vt ſit iudici, opor-
tet, ꝙ conſtet iudici ex actis, vt concludit Cy.in d.l.ea qui-
dem.in 2.q.no gl.in c.ad noſtram.el 3.de iurein.Bal.in au-
then. at qui ſemel. in 2.& 4.col.C.qūo & qn̄ iudex. Ange.
in l.1.C.qui & aduer.quos. Et cōis opi.eſt, ꝙ iudex de no-
torio debet ſe informare, vt dicit Anto. de But. in d. c. ve-
ſtra.in 58.col.& Alex.in 4.volu.conſ.117.incip. viſo pro-
ceſſu. Sed limita, prout dicit Abb.Sic.in c. bonę memoriæ.
in ver.no.in verſi.ſicet.de elec. ſufficiunt autem duo teſtes
vt fiat fides iudici de notorio, vt dicit glo.2.q.ii.§.quando.
& Arch. in ca.1.de offi.del.lib.6.Ant.de But.in d.c.veſtra.
in 29.& 46.colū.nam & fama probatur etiam per duos te-
ſtes, vt in c.cum literis.de teſtib. de accuſa.c. inquiſitionis.
ſic etiam teſtm̄ factum coram ſeptem teſtibus, & ſolenni-
ter probatur per duos teſtes, vt no.in l.1.C.de bon.poſſ.ſe-
cundùm tab. De iſta materia notorii nolo hic amplius ſcri
bere, quia eſt materia multùm copioſa, & habet multa du-
bia noduſa, vt patet per repetentes dictum c.veſtra.& d.ca.
ea quidem.& per Arch.2.q.1.c. de manifeſta. Domin.de S.
Gemin.in c.Romana, §.ſin autem.de appel.lib.6.& Io.An.
in nouella, in d.c.dudum. de elect. Octauò not.ex text. ibi,
34 ad nihil aliud inficiari. ꝙ in † regno tunc dr̄ delictum no-
torium, qn̄ eſt taliter probatum, ꝙ illud inficiari non pōt,
niſi vt pęnam differat. Et ex hoc ſequitur, ꝙ licet delictum
ſit notorium, ſit tn̄ per delinquentem allegaẽ legitima ex-
ceptio, vel excuſatio, non debet cauſam dicere in vinculis,
ſed debet ſtare liber ſub fideiuſſorib. de ſtando iuri, quia,
vt dicit Ant.de But.in d.c.veſtra.in 23.col.in fi.ꝙ licet no
torium inducatur ex probatione, tn̄ hoc eſt verum. quādo
nihil. contra eum poteſt opponi. ſecus ſi opponitur, quia
tūc inducitur notorium. Similiter ſi negetur delictum eſſe
notorium ad effectum, vt procedatur iuris ordine non ſer-
uato, quia in notorijs criminibus proceditur iuris ordine
prætermiſſo, ſecundùm Inn.& Io. Cald.& Anto.de But. in
d.c.veſtra.& in c. ad noſtram. el 2.de iureiur.2.q.1.c. ma-
nifeſta.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi verò.§.1.& Io.Fab.in proœ.In-
ſti.& Inn.in c.Romana.§.præterea. de appell. tunc neceſſe
35 eſt, ꝙ antequā procedatur, probetur, ꝙ † crimen eſt noto-
rium, ex quo negatur eſſe notorium, vt dicit Io.And.in d.c.
veſtra. ꝙ hæc negatio eſſet maxima litium probatio. Fir-
mat idem Io.And.in addi.Spe.in tit.de not.crim. §. iam de
notorio.ver. teſtes.in fi.additionis. Et hoc procedit in no-
torio facti interpolati, vel tranſeuntis, ſecundùm quartam
opin.Inn.in c.tua.de cohab.cler.& muli. & Ant.de But. in
d.c. veſtra.in col.35. & vide ad hoc pulchrum conſi. Fran.
de Are.quod incipit, ſicut dixit Io.in Apoc.licet Bar.in au
thent.qui ſemel.C.qūo & qn̄ iud.tenuerit, ꝙ in facto mo-
mentaneo non eſt dare notorium, ad effectum, vt proceda
tur iuris ordine prętermiſſo: & ſic requiritur, ꝙ iuris ordo
ſeruetur in facto momentaneo, quod allegatur eſſe noto-
rium.l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.præſid.l.ciues. C.de ap-
pel.d.l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſda. cog. &
ſic requiritur citatio, qn̄ proceditur cōtra ſingularem per-
ſonam in notorio facti tranſeuntis, vt dicunt Hoſt.& Abb.
Sic.in c.cum ſit Romana.de appel.& Ant.de But.in d. c.ve
ſtra.vlt. char.& Sal.in l.ea quidē. & firmat copioſè pręfa-
tus Franc.de Are.in præall.conſi.copioſo in materia noto-
rij impreſſo.nu.145. Nonò no.ex tex.ibi, leuis, & inſamatę
36 perſonæ temeritas. ꝙ ad hoc † vt accuſatus, vel inquiſitus
de crimine capitali non admittatur ad faciēdas ſuas defen
ſiones extra carceres per oblationem fideiuſſorum, de ſtan
do iuri, pro eo, quia crimen eſt notorium, requiritur, ꝙ cū
iſta notorietate criminis concurrat leuitas, & inſamata vi
ta ipſius accuſati, vel inquiſiti, ergo ſi non concurrat cum
ipſa notorietate delicti leuitas & inſamata vita delinquen-
tis, ſed eſt homo bonæ famę. & vitę, quantūcunq; delictum
momentaneum ſit notorium, offerendo fideiuſſores de ſtā-
do iuri, non ſe defendet in carceribus, ſi dicat habere exce-
ptiones, vel defenſiones, vel negat delictum non eſſe noto-
rium, vt ſupra proximè dixi, tene menti, quia hoc non me-
mini me alibi legiſſe. Decimò no. ex tex.ibi, delatos crimi-
37 nis maieſtatis. vnum ſpeciale † priuilegium, quod habet rex
vel eius procurator fiſcalis, ꝙ eo ipſo, ꝙ rex habet aliquem
ſuſpectum de crimine læſæ maieſ. & ipſum mandat capi,
& carcerari, ēt ꝙ nihil conſtet de ipſo delicto, non tenetur
recipere oblatos fideiuſſores de ſtando iuri, quod ſecus eſ-
ſet ſi pro alio delicto capitali fuiſſet carceratus, & nihil le-
gitimè conſtaret, per iſtam conſt. licet de iure cōi in vtroq;
caſu in iſtis magnis criminib. non habeant locū iſti fideiuſ-
ſores, vt ſæpe in alleg.l.1.cū concord.ſuis.ff.de cuſt reo. Et
iſtud eſt vnum ſpeciale in crimine læſę maieſ. per iſtā con
ſti. aliud ſpāle eſt in crimine læſę mai. quia in hoc crimine
non datur copia repertorum ſine ſpāli conſultatione & rn̄
ſione Regis, vt ſupra in 1.li.in conſt.hi qui. Aliud ſpāle eſt,
quia in hoc crimine non editur nomen delatoris, vt dr̄ in
d.conſti.hi qui. Ego in repititione cap.1.quæ ſint regalia.in
uer.bona comittentium crimen læſę maie.collegi tringin-
ta alia ſpālia in crimine lęſæ maieſt. Ideo non poſui hic. in
eod.verbo, poſui 45.caſus, in quib.pōt committi crimē læ-
ſę maie.iō hic non repilogo. Vndecimò no.ex tex. ibi, ſeu
38 noſtrorum collateralium ſatagentes. ꝙ ita † cōmittitur cri-
men læſę maie.contra offendentem perſonam Regis, ſicut
cōtra offendentem perſonā alicuius collateralis, ſiue regij
conſiliarij dn̄i Regis. ad idem tex.in l.quiſquis.C.ad l.iul.
maieſ.& in c.fęlicis. de pę.li.7.Luc.de Pen.in l.nihil. C. de
palatinis ſacr.larg.li.12. Qui aūt veniant appellatione col-
lateralium. vide tex.& gl.in l.collegatum. ff.de verb.ſig. &
tex.in l.humanum.C.de legi.& C. de ca.tol.l.vna in princ.
in quib. fit mentio de patrib.conſcriptis.& C.de peti.hær.
l.fi.l.ſ dicebantur patres conſcripti eo ꝙ eorum noīa erant
deſcripta in corona Imperatoris, vt dicunt Odoſ.& Albe.
in l.humanū.ſed tex.in d.l.quiſquis. dicit de nece virorum
illuſtrium, qui conſilijs, & conſiſtorio noſtro interſunt, ſe
natorum ēt, nā ipſi pars corporis noſtri ſunt. & ego vidi re
ſcriptū reginæ Ioānę I. in quo cōdēnātur crimine lęſę ma.
illi ſceleratiſſimi, q interfecerūt virū inſontē, & reipublicæ
vtilē And.de Iſer.ſuū conſiliariū. Sic ēt legiẽ ꝙ Chriſtū dn̄r
39 crucifigere, q † ſuos ſacerdotes perſequunẽ, vt 3.q.1.c.nulli.
in fi. inde Deus p os Zacherię proph.in c.2. dicit, qui.n.te
tigit vos, tangit pupillā oculi mei.trāslatiuę.2.q.7.c.accuſa-
tio.& q ſacerdotes Chriſti ſpernit, aut recipit, Chriſtū ſper
nit & recipit.21.diſt.c.in nouo.8.q.1.c.qui vos.& cum illi
affliguntur, Chriſtus affligitur.16.q.1.c.reuertimini.vt la-
tius p Lucā in d.l.nihil.an aūt iſta cōſt.ſit extēdēda ad alios
caſus, in quib.eſt crimē lęſę maie.vt patet in l.1.2.& 3.ff.ad
l.iul.maie.Bar.de Cap.dicit, ꝙ nō extēdiẽ iſta cōſt.ad caſus
alios quā ī offenſione regis, vel ſuorū collateraliū, mihi vr̄
funditus cōſiderādo, dicēdū contra eum, quia iſta conſt.eſt
40 ſtricti iuris, quia licet hęc conſtitutio expreſsè dicat, † quòd

non admittitur oblatio fideiuſſoris per inculpatũ crimine
læſæ maieſ.contra perſonam Regis, vel eius collateralis,tñ
in alijs caſibus,in quib.conſiſtit crimen læſæ maieſ.idẽ di-
cendũ eſt quò ad fideiuſſores,quia in crimine,pro quò ve-
nit imponenda pœna capitis de iure cõi,prout eſt in crimi
ne maie.non admittuntur fideiuſſores,vt in l.1.ff.de cuſto.
reo.cum ſim.& ſic non valet arg.à contrario ſenſu cõtra iu
ris diſpoſitionem,vt no.in l. cum patrem. C. de cõd.inſer.
& ſic nõ militat rõ do.Bart.quia iſta conſt.eſt ſtricti iuris,
& in hoc eſt conformis cum iure cõi, nihilominus cogita,
quia magna eſt auctoritas tãti doctoris, cuius progenies ſa
tis hodie exaltata eſt. & quæ ſit ratio,ꝙ in crimine læſæ ma
ieſt.inculpatus non liberatur fideiuſſorib.à carceribus.rñ-
det hic litera,quia ſi fideiuſſorib. relaxarentur,aut pœnam
debitam euaderent, de facili crimen attentatum perficerẽt
& conſumarent. Duodecimò no.ex tex.ibi,vel niſi leuis cõ
41 uerſationis,& vitæ &c.ꝙ † iudex ex qualitate perſonarum
diuerſa penſare debet. nam vides hic,ꝙ ſi accuſatur leuis
perſona,& leuis conuerſationis & vitæ de crimine capitali
non relaxatur fideiuſſoribus, etiam ꝙ nihil conſtet, prout
ſtatuit ius cõe.Idem dicit hic And. in princ. huius conſtit.
ſecus ſi eſſet perſona grauis.nam debet fideiuſſorib.libera-
ri,vt hic facit l.1.C.ſi quis imper.male. & infra in conſtit.
qualitas & ea,quæ copioſè ſcripſi in c.1.in quib. cauſ.feu.
amit.Decimotertiò no.ex tex.ibi, forbanniti.ꝙ ſi quis fuit
citatus pro cauſa criminali,& fuit contumax,& pp eius cõ
tumaciam fuit condemnatus ad tertiam partem bonorum
ſuorum ſtabilium,& fuit inde bannitus,non tñ foriudica-
tus,ſi poſtea citetur pro alia cauſa criminali,pro qua pœna
eſt corporalis & comparet, & dicit, ꝙ vult dare fideiuſſo-
res de ſtãdo iuri,ſi replicetur,ꝙ debet dicere cauſam in vin
culis,quia pro alia cauſa eſt forbãnitus, non debent recipi
dicti fideiuſſores per iſtum tex.dicit Bartho.de Cap. in ſua
apoſtilla, ꝙ iſtud intelligi debet, quando talis forbannitus
non fuit à banno extractus ,ſed perſiſtit in cõtumacia,nam
42 mora† ſemel contracta ſemper durat.ff.de leg.2. l.Titia Sę-
io.§.vſuras.& ff. de vſu .l.cum pater. imò vbi nõ purgatur,
ſemper creſcit.ff.de pœ.l.relegati. & C. de patria poteſt.l. ſi
filius.& tantò ſunt grauiora peccata, quãtò diutius fuerũt
continuata.de ſimo.c.cum in eccleſia.& c.fi.de cõſue. Sed
vbi bannitus purgauit ſuam contumaciã, & extractus fuit
à bãno,tunc offerendo fideiuſſores de ſtando iuri, non de-
bet dicere cauſam in vinculis, quia tunc non dr̃ bannitus,
poſtquam extractus eſt à banno,arg.l.ꝙ ita. ff. de ędil. edi.
arg.l.& qui originem.§.ſi in metallum.ff.de mune.& hon.
C.de nup.l.imperialis. & de ſen.paſ. vlt. in fi.Item quia fi-
nita cauſa principali, nullũ ex ea debet ſequi veſtigium,ff.
de adopt.l.in omni. Item ſicut excõicatio ſeparat à cõione
fidelium.11.q.3.c.euidẽter.ſi poſtea abſoluitur, reducitur
in priſtinum ſtatum vnitatis eccleſiæ. 15.q.6.c.nos ſancto
rum.& c.iuratos.& 3.q.7.c.beatus.Ita liberatus à bãno hr̃,
ac ſi non fuiſſet bãnitus. Item eſt dare aliud ſimile.pone, ꝙ
dñs directus fuit excõicatus,eius,vaſalli ſunt abſoluti à iu-
ramento fidelitatis. vt habetur in c. 1. hic finitur lex Corr.
Si poſtea dñs abſoluitur, ſtatim vaſalli in priorẽ obligatio
nem ſunt reducti,vt no.11.q.3.c.Iulia. Item probatur hæc
ſententia alio ſimili.nam peccatum eſt, quod ſeparat hoĩes
à Deo,vt dr̃ Eſa.c.18. ibi,peccata veſtra diuiſerũt inter vos
& dñm.& in lib.Sapien.1. c.peruerſæ cogitationes ſeparãt
à Deo.& tñ peccator ſacerdoti confeſſus,contritus per ab-
ſolutionem ſacerdotis reducitur in priſtinum ſtatum.d.c.
43 ferrum. Præterea iſta † extractio banni, eſt ſicut reſtitutio
in integrum,quæ reducit omnia in priſtinum ſtatum,vt ff.
de min.l.quod ſi minor,§.reſtitutio.C.de reputa.quæ fiunt
in iudicio.l.vnica. & extinguit delictum præcedens.l.fi. in
fi.C.de ſent.paſ.& l.qui origine.§.qm̃ in metallũ.ff.de mu-
ne.& hon.& C.de nup.l.imperialis.Nec obſtat,ꝙ extractio
à bãno non operatur reſtitutionem tertiæ partis bonorum
mobilium, & ſic non vr̃ plenè reſtitutus,quia ad hoc reſpõ
detur, ꝙ illa tertia pars fuit fiſco iuſtè acquiſita propter ſuã
contumaciam, ſed bãnum prolatum eſt illud,quod extra-
hitur,& annullatur,& per ipſam exactionem inducitur,ac
ſi non eſſet bannitus.Sic etiam dicimus in excõicato abſo-
luto qui non recuperat prouentus perceptos, durante ex-
cõicatione,vt C. de re mil.l.ſtipendia.& l.cum allegas, niſi
ad illos prouentus eſſet reſtitutus,vt ff.de re mil.l.deſerto-
rem.§.his qui,no.Goffr.in ſum.de ſent.exc.§.tollitur excõ
municatio,Poſtea idem Bar.probant hanc ſnĩam per euita
tionem ab abſurdo,& ſi lex diceret cõtrarium,eſſet iniuſta
& non ſeruanda,vt planè patet in eius apoſtilla,quæ com-
muniter habetur in multis libris, ideo eam non regiſtraui
ad verbum,ſed retuli eius effectum. Ita firmat Andr.hic in
1.col.dum dicit, ſecus ſi de illo banno eſſet extractus. Sed
3 ciat, vt ff. de legatis ſecundo l. Titia. §. Imperator. † Secundò not. ex text. ibi, accuſationis ſolenniter impleturus. quod accuſans tenetur proſequi accuſationem eatenus quatenus durat inſtantia in cauſa criminali, quæ durat biennio, nam poſt biennium inſtantia eſt expirata. Ex finita inſtantia, non poteſt proſequi accuſationem, & illo caſu ceſſat pœna huius conſtit. & tunc haberet locũ pœna l. 1. C. vt intra certum tempus &c. quæ eſt amiſſio 4. partis bonorum ſuorum, & efficitur infamis. Et ex his collige differentias inter peremptionem inſtantiæ in cauſa criminali. & peremptionem inſtantię in cauſa ciui. nã in criminali perit inſtantia, elapſis duobus annis, vt d. l. 1. in ciuili perit elapſis tribus annis, vt in l. properandum. C. de iudi. item in criminali pereunt acta probatoria, in ciuili non vt infrà dicam, & parte ex no. in d. l. Fallit, niſi accuſatus cõfeſſus ſit delictum, vt dicam infrà in conſtit. ſæpe contin-
4 git. † An finita inſtantia volens reſarcire expenſas poſſit iterum accuſare? Dicit Salic. in d. l. 1. ꝙ non, per notata in l. fi. C. ad turp. ſed in ciuilibus finita inſtantia poterit cauſa reintegrari, vt in l. properandum. §. illo. C. de iudi. An autem inſtantia perempta iudex poſſit punire cõtumacẽ, qui nõ obtemperauit mandato iudicis facto durãte inſtantia. An dre. de Iſer. in conſti. in pecuniariis. tangit hoc dubium, & dicit ꝙ ſic, ex illo edicto, ſi quis ius dicenti non obtempe. allega. Roſ. Bene. in d. tit. quod tene menti. Scias etiam vnũ de quo Doct. non faciunt mentionem, ꝙ nunquam currat inſtantia in cauſa, de qua ſecundum iura, vel ſacras regni conſti. eſt rex conſuliandus, vt dicit Luc. de Pen. in l. 2. C. de naufra. Verum in regia camera ſummariæ currat inſtãtia taliter, vt poſſet allegari peremptio inſtantiæ? Ego dixi, ꝙ in regia camera nunquam perit inſtantia, ſicut eſt de iure cano. in c. pen. de iudi. duabus rationibus, prima, quia in cauſis fiſcalibus non eſt dare inſtantiam triennalem. vt dicit tex. in l. properandum C. de iudi. ſecunda, quia conſuetudo poteſt facere, ꝙ in cauſa non pereat inſtantia, vt eſt glo. fin. in l. præſcriptione. & ibi Bal. in 7. colum. C. ſi contra ius vel vti. pub. & in d. regia camera eſt conſuetum, ꝙ non perit inſtantia, igitur &c. Item quęro, poné, ꝙ eſt perempta inſtantia in actione reali, actor refectis expenſis iterum agit, an fructus hoc medio tempore recepti per eum veniant reſtituendi? Bald. in l. 2. C. de fru. & lit. expenſ. arguit pro & contra, & tandem concludit, ꝙ ueniont reſtituendi dicti fructus. Sic etiam non perit malafides inducta per litis conteſt. perempta inſtantia, ſecundùm Bal. ibi nec perit interruptio præſcriptionis ſecundùm eum ibi, nec peruenit acta probatoria in cauſa ciui. ſed tantum ordinatoria, ut in iuribus alleg. per Alc. in 2 uolum. conſi. 58. & per Fely. in c. cauſam col. 3. de teſti. & Docto. in l. is apud quem. C. de eden. & ibi concor. uide do. Mat. Socin. de iſta materia inſtantię, ubi multas poſnit q. in c. pe. de iud. quas
5 nó proſequor, quia iſte pes non eſt de iſta gamba. † Tertiò no. ex tex. ibi, & ſi edicto alio. ꝙ ſi poſtquam iudex condẽnauit accuſatorem ad 3. partem bonorum ſuorum mobilium, quia poſt litem conteſt. fuit contumax, iterum eum citari faciat, ut intra certum terminum præfixum ueniat proſecuturus accuſationem per ipſum inſtitutam, & ſi nõ uenerit, licet inſtantia ſuperſit, non auditur poſtea, vt uoluit gl. in l. fi. C. ad turpi. & non ſolùm non auditur, ſed iudex debet ipſum condemnare ad pœnam 100. auguſtalium, quæ pœna ſubrogata eſt loco pœnę quinque librarum auri, quæ imponitur à iure communi illi accuſatori, qui deſiſtit ab accuſatione poſt litem conteſ. ut in l. 3. in fi. ff. de præuari. Fallit in muliere, & in mino. accuſante, ut dicit

cit ibi gl. per l. 1. §. accuſationem. ff. ad turp. quibus remitti-
tur d. pęna quinque librarum auri, & per conſequens hæc
pœna. 100. auguſtaliũ, quæ eſt ſubrogata loco pœna quin-
6 que librarum auri, vt firmat hic And. † Qui iuxta hoc quę-
rit, an ſicut remittitur mulieri deſiſtenti ab accuſationo
poſt litem conteſta. pœna 100. auguſtalium, ita etiam ſit
ſibi remiſſa pœna tertiæ partis bonorum mobilium, ad
quam fuit condemnata, quia contumax. Et concludit
hic, quòd ex quo pœna tertiæ partis bonorum mobilium
non eſt ſubrogata loco pœnę turpiliani, ſed eſt pro contu-
macia, quòd non eſt ſublata. Et hic mulier, quæ accuſauit,
& eſt contumax poſt litem conteſt. ſolùm punitur pœna
tertiæ partis bonorum mobilium, & non pœna 100. augu-
ſtalium ſed ſi ante litem conteſt. deſiſtit, non punitur in 6.
parte bonorum mobilium, quia illa eſt ſubrogata loco pœ-
nę ſenatuſconſulti turpiliani, de qua mulier eſt immunis, ſi
deſiſtit tacitè, vel expreſsè. Sed quæro pro declaratione,
quidam accuſauit aliquem criminaliter, & ante lit. conteſ.
deſiſtit, & fuit condemnatus ad 6. partem bonorum ſuorũ
mobilium, demum proſequitur litem, & conteſtatur lis, &
datur terminus ad probandum, & defendendum, poſtea
citatur, vt certo die compareat ad publicandum teſtes, &
eſt contumax, & condemnatur ad tertiam partem bono-
rum mobilium, deinde iudex iterum eum citari facit, vt in
certo termino veniat ad proſequendum accuſationem per
eum inſtitutam, non comparet, & ſic fuit condemnatus ad
7 pœnam 100. auguſtalium. † Verum omnes iſtæ pœnę de-
beantur regio fiſco, vel 6. & 4. pars bonorum mobiliũ con-
fundatur cum pœna 100. auguſtalium? Dico, ꝙ ex quo il-
la pœna a. partis deſiſtentiæ, ante litem conteſ. eſt loco pę-
nę ſenatuſconſ. turp. vt dicit hic And. confunditur cum pę-
na 100. auguſtalium, quę eſt loco pęnę ſenatuſc. turp. ut di-
cit iſta conſti. ſed pęna 3. partis bonorum mobilium, quæ
infertur per iſtam conſti. accuſatori contumaci poſt litem
conteſt. non confunditur, quia, vt dicit Bal. in l. data opera.
C. qui accuſa. non poſſ. in 7. col. id, quod venit ex accidenti
per moram, dicitur venire ex contumacia, non ex priſtina
cauſa, vt in l. 1. ff. de in lit. iuran. & l. ſi quis rem. ff. de arbit.
Item quia pœna, quæ debetur propter non factum, dicitur
pęna contumaciæ, vt dicit ibidem Bald. alleg. ca. ex literis.
de conſti. & Innoc. in c. extirpandæ. de præbend. ſicut non
confunditur pœna 3. partis bonorum mobilium, quæ in-
fertur reo citato contumaci, pro cauſa criminali, vt ſuprà
in conſtit. grandis. cum pœna debita fiſco per eius forjudi-
cationem, quia diuerſa ſunt delicta, videlicet, cõtumaciæ,
& deſiſtentiæ. & ideo ſuffert duas pęnas, videlicet, pęnam
3. partis bonorum mobilium, & pœnam 100. auguſtaliũ.
Facit l. qui ſepulchri. C. de ſepul. violato. Faciunt ea, quæ
dixi in 1. lib. in conſtitu. pacterenorum. In glo. 1. Quid au-
tem ſi accuſator & accuſatus colludunt, & neuter venit co-
ram iudice, qualiter puniantur, vide infrà in conſtitut. ſæ-
8 pe contingit. † Quarto no. ex text. ibi, loco quinq; librarum
auri ſuccedere, quod quando per legem ſequentem poni-
tur alia pęna loco pęnę antiquæ, pœna impoſita per legem
poſteriorem dicitur ſubrogata loco pœnę antiquæ. Ideo
dicebat Bal. in d. l. data opera. in 7. colum. quòd pœna quæ
ſubrogatur loco alterius pœnę debitę, videtur eſſe in diſpo-
ſitione ab ipſo principio, & retro fingitur debita. Bene fa-
cit, quod dicit Bald. in l. cunctos populos. in 9. colum. C. de
ſum. Trin. quod ſi ſit diſpenſatum in pœna cauſa cognita,
talis diſpenſatio ſubrogatur loco talis pœnę, vt in l. quid er-
go. §. pœna. ff. de infa. Facit, quod dicit Io. And. in c. magnę.
in ver. cum igitur. de voto. quòd res, quæ ſuccedit loco al-
terius, eandem naturam ſequi debet. Vide ad hoc Ioan. Fa-
bri. inſtit. de act. in §. fuerat. & ibidem Iaſ. & in l. ſi eum. §.
9 qui iniuriatũ. ff. ſi quis cau. † Quintò no. ex tex. ibi, expreſ-
sè renunciauerit. quòd ſtatutum & ordinatum in tacita re-
nunciatione extenditur ad expreſſam renunciationem, tex.
eſt hic, qui dicit, ꝙ ſi tacitè accuſans poſt litem conteſt. in
termino ſibi præfixo à iudice non comparet. videtur tacitè
deſiſtere, & tacitè renũciare accuſationi inſtitutæ, & ideo
punitur in 100. auguſtalibus, multò fortius incidit in di-
ctam pœnam, ſi expreſsè renunciauit accuſationi per eum
factæ, quia in incertis & non certis locus eſt coniecturæ,
vt dicit Azo in ſum. C. quomodo & quando iudex. §. de hu-
iuſmodi autem citationibus. Et hoc verũ eſt ratione pro-
prij intereſſe, vt ſi tacitè deſiſtit, non poteſt iterum accu-
ſare, ſed ratione publicæ vtilitatis tanquam vnus de popu-
lo poteſt accuſare non ante deſiſtentiam. Sed ſi expreſsè
renunciauit, tunc nec tanquam vnus de populo poterit ac-
cuſare, vt inquit Bald. in l. accuſationem. 1. colum. C. qui
10 accuſa. non poſ. † Quærit hic gloſſ. fina. quia iſte text. dixit
multò fortius, & dicit, quia ille, qui tacitè deſiſtit, ſi alleg.
iuſtam cauſam, quia fuit contumax, poterit proſequi accu-
ſationem, & illam probare, vt in l. ſi accuſatoribus. C. de ac-
cuſa. & in l. ſed ſi tine §. fina. ff. de min. ſed ille, qui expreſsè
renunciat accuſationi, non poterit poſtea proſequi accu-
ſationem iam per eum inſtitutam, quia ad ius expreſsè re-
nunciatũ non datur regreſſus. l. ſi filius. ff. de minori. l. item
quæritur. §. ſi venditor. ff. de ędil. edic. & no. Bald. in l. poſt-
quam liti. C. de pactis. l. ſi quis iuſiurandum, de rebus cre-
ditis. & ſic eſt dare differentiam inter tacitum & expreſ-
ſum. Aliam differentiam vide per Alexand. in conſi. 117.
in 1. colum. in tertio volumi. & in 4. volumi. conſilio 52. in
quarta colum. Aliam dixi ſuprà proximè. Licet regulariter
taciti, & expreſſi eadem ſit ratio. l. cum quid. ff. ſi certum
petatur. l. inter veſtem. ff. de auro & argen. lega. Interdum
plus operatur tacitum, quàm expreſſum, vide Bald. in l. fi.
§. fi. C. de tempo. appell. & glo. fin. hic, quæ alleg. bona iura
11 pro & contra ad hoc. † In glo. 1. hęc glo. ponit ſummarium
ad hanc conſtitutio. In glo. in verbo, hactenus. nota, & te-
ne menti iſtam glo. quòd non habent locum pœnę ſena-
tuſconſ. turpiliani, nec pœna 100. auguſtalium per iſtam
conſtitutio. nec pœna ſextæ, vel tertię partis bonorum mo-
bilium contra deſiſtentem ab accuſatione criminis, pro
quo non venit imponenda pœna mortis, vel membri abſci-
ſio, ſed venit imponenda pœna arbitraria, & hoc per text.
expreſſum in l. ſi quis §. ſtellionatus. & in l. in priuato. ff. ad
turpi. habent ergo locum dictæ pœnę contra deſiſtentem
ab accuſatione criminis publici iudicij. In glo. fi. dic, vt di-
xi ſup. in 5. no. & lege ipſam gl.

De pœna calumniæ contra calumniantes. Rubrica XIII.

DICTVM eſt ſuprà proximè de illis, qui deſiſtunt ab accuſatione tacitè, vel expreſsè poſt lit. conteſta. erat videndum, vtrum iſti accuſatores debeant ſe inſcribere in hoc regno, ſicut cautum eſt de iure communi, quòd accuſatores debent ſe inſcribere, ideſt ſe obligare, de probando ad eandem pœnam, qua reus debet puniri, ſi probaſſet ipſe accuſator, niſi in certis caſibus notatis per glo. in verſi. oportet. inſcribi, in cap. ſuper his. de accuſa. & in Specu. de accuſa. §. viſo. & per Ange. in tracta. male. in verſi. nec non ad querelam. & glo. 2. q. 8. in ſumma. & idem dicitur de iure ciuili, in l. qui crimen. C. qui accu. non poſſunt. Item erat videndum, an accuſatores puniantur de calumnia, ſi non probent accuſationem, de quibus non erat dictum, ideo ſequitur hæc Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Lex antiqua in pœnis quando per nouam dicatur innouata.*
2 *Accuſator non probans non punitur pœna talionis, licet præſumatur calumniator.*
Accuſator quando in calumnia euidenti eſſe dicatur.
3 *Euidens dicitur, quod ex præſumptionibus & coniecturis monſtratur.*
4 *Iudex contra calumniatorem euidentem ex officio procedere poteſt.*

5 Oble-

5 *Oblatio de probando ad certam pœnam ſuccedit hodie in locum pœnæ talionis.*
6 *Accuſator non probans non præſumitur eſſe in calumnia.*
7 *Iuramentum de calumnia præſtitum an excuſet ab expenſis.*
8 *Accuſator non probans non præſumitur in calumnia, ſi motus fuit probabili cauſa.*

POENAM calumniç. Diuiditur in tres partes principaliter. In prima parte iubet iudicibus, vt non admittant accuſatores, vel denunciatores criminum, niſi illi ſe obligent ad certam pœnam de probando, id quod accuſatis imponunt, & durat vſque ibi, iudices autem. hic eſt. 2. pars, in qua ſtatuit, ꝙ tunc dicitur accuſator eſſe calumniator, quando cõſtat, ꝙ eſt in euidenti calumnia, vel quòd ſit temerarius accuſator, & non ex eo ꝙ non probauit accuſationẽ per eum inſtitutam, quia poteſt eſſe, quòd ex aliqua iuſta cauſa nõ probauit, & durat vſque ibi, quanto enim. Hic eſt 3. pars, in qua declarat mentem regnantis erga nocentes, & innocentes, nam nocentes intendit durius proſequi, innocentes liberius abſolui. Et breuiter hoc intendit? Dicitur iudex tranſgreſſor legis, ſi recipit accuſationem criminalem, vel denunciationem criminis ſine obligatione de probãdo, & licet accuſator poſtea non probet, non propterea præſumitur calumniaſſe, ſed tunc dicitur calumniaſſe, quando apparet, ꝙ ſit in euidenti calumnia, vel fuerit temerarius ac-
1 cuſator. †No j. ex tex. ibi, innocentes. ꝙ quando vnum delictum ex diſpoſitione temporis non erat punitum ſecundùm leges antiquas, poſtea prouiſione ſuperioris illud delictum mandatur puniri non ſecundùm veteres. ll. ſed minori pęna, dicitur, ꝙ lex antiqua eſt nouata per nouam, vt hic. nam ſecundùm iura vetera accuſator, qui non probabat accuſationem criminalem, vel denunciationem criminalem, quam inſtituit cuntra alium, ipſe veniebat per ſententiam condemnandus illamet pœna, qua debebat puniri accuſatus, ſi fuiſſet probatum contra eum, vt in l. fi. C. de accuſa. & ipſe accuſatus in eadem ſententia abſoluebatur. An autem poſt ſentẽtiam abſolutoriam poterit inquiri de calumnia, & ferri ſententia, vel ſit in eadem ſententia abſolutoria ferenda ſententia ſuper pœna iſta talionis. Remitto me ad gl. j. l. j. C. de calum & ad Bar. in l. 1. in verſi. venio ad 2. partem. ff. ad turpi. Sed ſecundùm iſtam conſti. eſt in-
2 nouatum, & correctum ius commune in duobus. †Primò quia accuſator non probans non punitur pœna talionis, ſed punitur pœna, ad quam ſe obligauit de probando. Secundò, quia de iure communi ille, qui non probat accuſationem, præſumitur eſſe calumniator, vt C. de aduo. di. iu. l. 1. & in l. fi. C. de calum. 2 q. 8. c. quiſquis. & c. qui crimen. & d. c. ſuper his. Sed per iſtam conſti. non præſumitur calumniator, niſi ſit in euidenti calum. Iuxta hoc quęro, quis dicitur eſſe in euidenti calumnia? Gl. fi. dicit, ꝙ tunc accuſator eſt in euidenti calum. qui accuſat ſuum accuſatorẽ, vt probatur infrà in conſti. ſi ciuiliter agens. & dicit glo. ꝙ eſt no. dignum, & alleg. in arg. l. j. §. cum quis. in fi. ff. de q͠o. Cui adde, ꝙ imò videtur, ꝙ non ſit ex hoc in euidenti calum. quia d. conſti. hoc non dicit. & contra gl. facit in arg. l. qui cum maior. §. ſi libertus. ff. de bon. lib. vbi indulgetur ei, qui prouocatus voluit vlciſci, quem tex. alleg. ad hoc cũ multis aliis iuribus Luc. de Pen. in l. extat. in 2. col. verſi. 5. quæritur. C. de caſtren. pec. mili. lib. 12. Faciunt ad hoc ea, quæ alleg. Fely. in c. cum dilecti. pen. col. de excep. dum loquitur de prouocato, ꝙ mitius punitur. Item adde, ꝙ ille dicitur in euidenti calumnia, quando appareat ex actis, ꝙ eſt in calũnia euidenti, vel appareat ex legitimis præſumptio-
3 nibus, probatur in l. licet. ff. de legat. j. †vbi dicitur euidens, quod apparet ex præſumptionibus, & coniecturis. Ita firmat Bart. in l. fi. ff. de publ. iudi. Item dicitur accuſator eſſe in euidenti calum. ſi accuſatus probet, ꝙ accuſator dixit, dabo ei magnam brigam, licèt nõ probet, ſecundum And. hic. ar. not. in l. Fulcinius. §. quid ſit latitate. ff. ex qui. cau. in poſſeatur. Item dicitur accuſator eſſe in euidenti calum. ſi cum non probatione accuſationis concurrat, probatio, ꝙ accuſator conuerſatur cum accuſato, per ea, quæ dicit Barto. in d. l. 2. §. prænaricatorem. ff. de præua. Vel concurrat prohibitio accuſationis à iure, iſta dicitur calumnia vera, & manifeſta. Et ab iſta euidenti calumnia nõ excuſat, nec fama, nec alia probatio, vt dicit Bal. in l. fi. C. de calum. Itẽ dicitur accuſans eſſe in euidenti calumnia in caſu poſito ſuprà in conſti. peſſima. ſub Rubr. 23. Item quæro de iure communi. quando accuſator nõ probat, præſumitur in calumnia ſecus per iſtam cõſti. vtrum de iure communi ſint aliqui caſus, in quibus, ſi non probetur accuſatio, nõ præſumetur in calumnia? Dic ꝙ ſic, vt eſt videre exemplum in patre vel matre, qui accuſat de morte filii, vt C. de calũ. l. mater. & l. calumniæ. & ff. de pub. iudi. l. fi. & econtrà, ſi filius accuſat de morte patris. Idem in tutore. C. qui accuſa. non poſ. l. 2. Idem in viro accuſante uxorem, ut C. de adult. l. j. Cæteros caſus uide per glo. in d. l. mater. & ibi vide Saly.
4 †Rurſus quæro, an contra calumniatorem euidentem iudex poſſit procedere ex officio abſque accuſatore. Bar. dicit, ꝙ ſic, in l. 1. in prin. ff. ad Senatuſc. tur. & idem dicit gl. in l. 1. C. de calum. Et debet ei dare terminum ad faciendum ſuas defenſiones, vt dicit Bart. in l. athletas. §. calumniator. ff. de inſa. Secũdò no. ex tex. ibi, vniuerſis iudicibus. quòd hæc conſtitutio iubet iudicibus, quòd non recipiant accuſationem, vel denunciationem ab accuſantibus, vel denunciantibus, niſi ſe obligent ad certam pœnam de probando accuſationem, vel denunciationem, & hoc idem cauetur in ritibus magnæ curiæ uicar. in ritu, qui incipit. Item quòd curiæ ipſæ. char. 3. & in alio ritu, qui incipit, Item curia ipſa cognoſcit. cha. 8. Et ideo intrepidè dico, quòd iudices, qui admittunt accuſationes, & denunciationes, ſine oblig. accuſatorum ad certam pœnam de probando, & abſoluunt accuſatum, uel denunciatum, quòd tenentur in ſyndicatu ſoluere illam pœnam, ad quam illi accuſatores eſſent obligati regio fiſco & poſſet hoc procurator fiſci licitè petere, & non petendo ipſam pœnam, quando iudices ſtarent in ſyndicatu, poſſet argui de negligentia à ſuperiore, & per conſequens priuari officio, ut ſuprà in conſti. officiales. & in conſti. ſi quis in poſterũ. Nec eos excuſat conſuetudo, quia eſt contra iſtam conſti. ut in
5 §. fi. ſup. in proę. quod tene mẽti. †Tertiò no. ex tex. ibi, cingulum inſcriptionis. ꝙ illa inſcriptio, quæ erat de iure cõmuni ad pœnam talionis, ut in d. c. ſuper his. & in c. tuæ. de procu. hodie in regno eſt ſublata, nam loco eius eſt obligatio ad pœnam de probando, ut ſupra proxi. dixi, & firmat And. infrà proximè, in conſti. poſt citationem. Ideo dicit Ang. in d. l. qui crimen. C. qui accuſ. non poſſ. quòd pœna talionis receſſit ab aula. Idem dicit Saly. in authẽ. ſed nouo iure. C. de adul & Spe. in 1. parte. in tit. de accuſ. §. vlt. uerſ. Item ꝙ non rectè. dicit, ꝙ hodie de conſuet. multarum regionum non fiunt inſcriptiones, & iſta conſuetudo ualet, ut dicit ibi Spe. & Io. And. in addi. & firmat Fely. in d. c. ſuper his. in 3. col. & firmat Bar. in l. ſi cui. ff. de acc. & Gan. in trac. maleſi. in rub. quis poſſit accuſare. & Are. in d. uerbo, necnon, & ibi uide apoſtil. Dom. Augu. Quartò no. ex tex. ibi, quis in euidenti calumnia, ꝙ illud, quod dicitur, quòd non probans præſumitur eſſe in calumnia, corrigitur per
6 iſtam conſtit. †Nunquam enim in hoc regno non probans accuſationem punitur de calumnia, ſed pœna pecuniaria, ad quam ſe obligauit ſed tunc punitur de calumnia, quando probatur, ꝙ fuit in euidenti calumnia, prout dixi ſuprà in j. no. Et plus dico, ꝙ ſi iudici conſtat de euidenti calumnia accuſatoris, uel denunciatoris, & ipſum non cõdemnauit pœna calumniæ, quæ eſt ſimilitudo ſupplicij certi à lege ſtatuti, ut dicit gl. in rub. C. de calum. & Bart. in d. §. calumniator. in fi. ipſe iudex punitur pęna infamię. & duarũ librarum auri puriſſimi, ut in c. regis Ruber. quod incipit, accuſatorum temeritas &c. cha. 56. & illud c. cõfirmat iſtã cõſti. Et addit iudicibus in hoc negligentibus ſup. iſtam pęnam. Item debet condemnare nictum uictori ad expenſas,
7 per tex. in conſti. diuorum noſtrorum. †An autẽ iuramentum de cal. non faciẽda pręſtitum excuſet ab expenſis. Tangit

git hic And.& primò dicit, ꝙ ſic,& all.gl.in auth.de iud.§. oportet.deinde ſe remittit ad dicta per eum in d.cōſt.duorum noſtrorum.& in vero ibi nihil dicit.Sed tu adde Bart. in l.properandum.§.ſinautem vtraque.C.de iudi.vbi concludit,ꝙ non excuſat ab expenſis,quando ex actis non apparet, ꝙ habuit iuſtam cauſam litigandi, & ſic temerariè proceſſit. Et iſta opi.eſt magis cōmunis,vt dicit Alex.ibi. & firmat Barto.in l.1.in 3.col.ff.ad turpi. & ibi vide apoſt. Alex.& melius in l.3.in prin.hoc firmat.ff.de iureiu. Licèt contrarium voluit gl.in d.§.oportet.& gloſ. etiam Inno.in cap.finem litibus.de dolo & contuma.& glo.2.qō.1. ca.in primis.& multi Doct.concurrunt cum iſtis gl.vt per Alex. in d.§.ſinautem vtraque.Et dicit Saly.in d.l.qui crimen.in fin.C.qui accuſare non poſſunt.quòd totus mundus tenet, quòd iuramentum calumniæ non excuſat ab expenſis, licet gloſſ.iuris ciuilis & canonici teneant contrarium,& firmant Ludonic.Alexand.& Iaſ.in d.l.3.in princip.ff.de iureiur. & in dictis locis allegantur multæ remiſſiones per
8 Alexand.maximè in dicta l.quarta. in principio. † Quintò not. ex text.ibi, cauſa probabilis. quòd tunc non probans non præſumitur in calumnia, quando apparet de cauſa probabili,per quam motus ſuit ad accuſandum, & poſteà deſecerunt in iudicio probationes,puta, audiuit à fide dignis perſonis. & idem de cæteris cauſis, puta, publica ſama, vt dicit Barto.in l.1.2.colum.ff.ad turpil.& in l.athletas.§.calumniator.ff.de inſam.& declarat Salyc.in d.l.mater.de calum.Et ſi de iſta iuſta cauſa nō apparet,niſi quòd non probauit,credo, quòd non obſtante iſta conſti. iudex poteſt inquirere de calumnia,vt dicit Bartol.in d.l.1. ff.ad turp.Sal.in d.l.mater.Vltimò no.iſta elegantia verba,quantò enim durius nocentes proſequimur, tantò liberius abſoluimus innocentes. In glo.1.& 2.dic, vt dixi in 1. not.In glo.fi.dic,vt dixi in 1.no.

De his, qui poſt citationem ſe abſentant ſine licentia curiæ. Rubr. XIIII.

PRIMO in conſtit.grandis quæ eſt prima conſtitu.huius ſecundi libri, tractauit Imperator de contumacia rei citati pro cauſa criminali & de pœna perſeuerantia in contumacia per anonm in conſtit. pœnam. Secundò loco tractauit de contumacia accuſatoris ante litem conteſt.vt ſuprà in conſtitu. accuſatorum. Tertiò loco tractauit de contumacia accuſatoris poſt litem conteſta. vt ſuprà in conſtitu.accuſatorem.Quartò erat videndum . quando accuſator & accuſatus poſt litem conteſta. in termino ſtatuto à iudice ad comparendum coram eo, non comparēt, qualiter puniantur, de quibus non erat dictum, ideo ponitur hæc Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator colludens cum accuſato ad differendum terminum à iudice datum, dicitur iudicem decipere.*
Colluſio quid propriè dicatur.
2 *Accuſator & accuſatus eo ipſo colludere præſumuntur, quòd non comparent in termino præfixo.*
3 *Terminus per iudicem ſtatutus non poteſt per partes prorogari.*
4 *Fideiuſſio de iudicio ſiſti in cauſa criminali an duret perempta inſtantia.*
5 *Fideiuſſor contrahens non cenſetur ſe obligare ad ea, quæ ſunt extra naturam contractus.*
6 *Iudex terminum partibus ſtatutum prolongare poteſt cum voluntate ipſarum.*
7 *Delictum æquale pœna æquali debet plecti.*

SAEPE contingit. Si accuſator & accuſatus poſt litem conteſtat. in termino ſtatuto à iudice non comparent adinuicem colludentes, & prorogantes terminum à iudice ſtatutum, iudice ignorante, & prolongentur lites, vtroſque iudex per ſententiam condemnet, ſubaudi præmiſſa citatione, quòd veniant ad dicendum cauſam, quare non inciderunt in pœnam 100. auguſtalium. Et dato eis termino ad ſe defendendum, ſi non allegent cauſam iuſtam,& probabilem, quia non comparuerunt in termino, & ſi nihil ſufficiens allegent, & probent, condemnet ad pœnā prædictam 100. auguſtalium, videlicet quinquaginta per vnum applicanda vtilitati regij fiſci, quam pœnam centum auguſtalium alter eorum, ſcilicet accuſator ſoluet,ſi poſt litem conteſta. in termino ſtatuto à iudice non comparuerit, & accuſatus ſic. hoc dicit. † Not.1.ex tex.ibi, colludere. ꝙ accuſator, qui colludit cum accuſato differentes terminum à iudice ſtatutum poſt lit. conteſt. dicitur decipere, & ſallere iudicem,& propterea ambo incidunt in pœnam centum auguſtalium.Et pro hoc bene ſacit text.in ca. crimina ſemel audita. extra de collu.de reg.& 2.q.3.§.prę-uaricator.& §.præuaricationem.Et ſic patet, ꝙ iudex non debet in iſtis iudicijs publicis poſt lit.conteſt.conſiderare, quòd accuſator & accuſatus ſacti ſunt amici, imò ambo incidunt in turpilianum, vt in l.prima. C.ad turpil. cuius pœna hodie in regno eſt centum auguſtalium, vt ſupra in conſtitu præced.& hic. colluſio enim nil aliud eſt, niſi latens & ſraudulenta conuentio in præiudicium regiæ curię. dicit glo.in c.audiuimus.de collu. dete. Quid de procuratoribus adinuicem colludentibus, vide tex.in l.elegan ter.§.ſi doln.ff.de dolo.Sed quæro, pro declaratione, quid ſi accuſatus non conueniat cum accuſatore, ſed non comparent in termino ſtatuto, nec ipſe,nec accuſator,an prę-ſumantur colludere, vel ſit neceſſe probare, quòd conuenerunt de non comparendo in termino ſtatuto à iudice,
2 vt puniantur pœna centum auguſtalium. † Dic, quòd eo ipſo, quòd ambo non comparent in termino ſtatuto à iudice poſt lit. conteſta. præſumuntur colludere, & iſtud in vero ſentit hæc conſtit.qnia difficile eſſet curiæ regiæ probare ſecretam conuentionem. Item quia in delictis negationis videtur fundata intentio iudicis, niſi contrarium probetur,ſecundum Bar.in l hoc iure.ff.de verbo.obli. & in §. ad diem, infrà alleg.niſi ipſe oſtendat de aliquo iuſto impedimento,& hoc per tex.in l.3.§.ad diem. ff. de re milita. & per conſequens antequam condemnentur ad pęnam 100. auguſtalium,debet præcedere citatio, & dari terminus ad ſe defendendum per rationem.d.§.ad diem.& ibi vide optimam Apoſt. Ale. An autem iſta conſtit.vendicet ſibi locum etiam in cauſa appel.And.infrà in conſtit.appellationum tempora.dicit,ꝙ ſic,quia nō diſtinguit in cauſa principali,vel appellationis, & ideo indiſtinctè debet intelligi, & quia eadem eſt ratio in cauſa app. ſicut in prima inſtan
3 tia.†Secundò no.ex tex.ibi,ſed vt terminum iudicij prorogent.quòd terminus, quem iudex ſtatuit partibus poſt litem conteſ.in cauſa criminali publici iudicij ad comparendum in iudicio non poteſt partes ipſas elongari ſine pęna ſine permiſſu iudicis. Sic etiam partes terminum inſtantię trium annorum etiam de uoluntate iudicis non poſſunt prorogare, ut not glo.& Doct.in l.properandum.in prin. C.de iudi.Et ideo dicebat D.Barthol. de Cap. quòd etiam quando iudex per viam inquiſitionis procedit cōtra delinquentes in caſibus,in quibus de iure pōt procedere per inquiſitionem, perit inſtantia ex lapſu duorum annorum,& incipiunt iſti duo anni à tempore reſponſionis ſactę ſuper capitulis, ita refert eum Bal.in d.l.properandum in princ. in 5.colum.Sed contrarium tenent Cy.in l.1.C.ut int.certem.& Gul. de Cu. in d.l.properandum.Bene tamen dicit Bal. ibi, quòd confeſſus crimen etiam perempta inſtantia poteſt condemnari,quia per confeſſionem delictū ſactum eſt notorium, & in notorijs perempta inſtantia poteſt ſerri ſententia,ſecundùm eum ibi,quē refert Abb.Sic.in c.pe.

4 col. de iudi. † An autem fideiuſſio de iudicio, ſiſti, præſtita
in cauſa criminali toties quoties, duret perempta inſtãtia
vel pereat, ſicut pereunt alia acta & probationes? Bart. in l.
cum lite mortua. iud. ſolui. apertè dicit, quòd in cauſa per-
empta inſtãtia pereunt fideiuſſores, de iudicio ſiſti, ſed du-
bium faciunt illa verba, toties quoties, quæ verba ſecundũ
vnam opi. important vſque in infinitum, de qua per Ange.
in l. ſi finita. in prin. ff. de dam. inſe. ſed ſecundùm aliã opi.
importãt per quatuor uices vel plures, ſecundùm gloſ. in l.
cum quæſt. C. de leg. ſecundùm Bal. in l. ſuperuacua. C. de
his quæ pœn. no. Sed ſecundùm aliam opi. non tenetur præ
ſentare niſi bis, vt dicit Angel. in d. l. ſi finita. & in l. 2. §. quę
ſunt de cuſto. reo. per l. fideicommiſ. §. ſi quis. ff. de leg. 3. de
qua per Alex. in d. l. ſi finita. in prin. & in 2. volum. conſilio
146. inci. quoniam abundè. qui tenet, quòd intelligitur in
infinitum. idem Alex. in l. 2. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſd.
cog. & vide Luc. de Pen. in l. ſi quis decurio. C. de decurio. li
bro decimo. & ſic videtur, quòd etiam perempta inſtantia
cauſę criminalis duret talis fideiuſſio, & tantò magis, quia
fideiuſſit de iudicio ſiſti, qui in cauſa criminali non habet
beneficium excuſſionis, ſecundùm Bald. & Alexand. in l. 2.
§. ſi quis igitur. ff. qui ſatiſda. cog. per tex. in l. ſi quis reum.
& ibi Bar. ff. de cuſtod. reor. Sed ego contrarium dicerem,
quia fideiuſſor prædictus videtur ſe obligaſſe toties quo-
ties &c. ſecundùm naturam ipſius iudicij. non autẽ ad ea,
5 quæ ſunt extra naturam iudici. † Sicut dicimus in fideiuſſo
re contractus, vt videatur ſe obligare ad omnia, quæ ſunt
de natura contractus, non autem ad ea, q̃ veniunt extra na
turam contractus. Alexan. in l. 2. §. in fideiuſſione. in quin-
ta colum. ff. qui ſatiſda. cogant. Sed fideiuſſio de iudi. ſiſti,
extinguitur lite mortua, vt in d. l. cum lite mortua. ſicut ex-
tinguitur per mortem principalis, vt in l. ſi deceſſerit. ff. qui
ſatiſ. cogan. niſi poſt moram eius deceſſiſſet, vt ibi dicitur.
Item extincta actione contra principalem, extinguitur &
fideiuſſio, vt in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. Et
voluit Pau. de Caſt. & Alexan. in l. fi. ff. de eo per quem fac.
eſt. & exceptio competens principali, reſpicit fideiuſ. l. exce
ptiones quæ. ff. de excep. Alexand. in l. ſi quis in iudicio. ff. ſi
quis cau. & ita reperio tenuiſſe Ioan. de Imo. in conſil. 65.
incip. in caſu præmiſſo. dicens, quòd fideiuſſio de iudició
ſiſti reſpicit inſtantiam iudicij. alleg. per hoc gl. in authen.
de his qui ingre. ad appellandum, circa prin. & no. per Bar
to. in l. cum apud. ff. de iud. ſolut. Benefacit ſecundùm eum
l. græcè. §. poſt litem. ff. de fideiuſſ. ergo finitur iſta fideiuſ-
6 ſio finita inſtantia, quod tene menti. † Tertiò no. ex text. ibi,
ſine licentia curiæ. quòd licèt iudex non poſſit prorogare
inſtantiam iudicij, tamen terminum ſtatutum partibus
à iudice de voluntate ipſarum partium, etiam in cauſa cri-
minali poteſt iudex prolongare. Sed an iudex ſine volunta
te partium terminum, quem dedit partibus de earum vo-
luntate, poſſit prorogare? Dic quòd non, vt dicit Bal. in l.
peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſ. Et an iudex poſſit ter
minum datum per eum partibus abbreuiare? Reſpondeo,
ſi videt iudex, ꝙ terminum non expedit expectare, quia cõ
pletum fuit id, propter quod datus fuit terminus. puta iu-
dex dat terminum trium dierum ad reſpondendum poſi-
tionibus, pars ſtatim reſpondet, certè poteſt iudex adulte-
riora procedere, etiam pendente d. termino, ita voluit Bar.
in l. ſi quis. ff. de acqui. hęre. Quartò no. ex tex. ibi, machina
tionibus immortales. ꝙ iudex non debet permittere cum
aſtutiis partium, quòd lites criminales prolongentur cum
ſuperfluis dilationibus, & fiant immortales, vt hic. Idem in
7 ciuilibus, vt in d. l. properandum. in prin. † Quintò not. ex
tex. ibi, æqualibus portioribus. id quod hic not. glo. æquale
delictum æqualem exigere pœnã, alle. text. in l. ſi quenquã.
in fi. C. de epiſ. & cle. vbi dicitur, vt eos quos par facinus co
inquinat, & ęquat vtroſque. ſimilis pœna comitetur. con-
cordantię ſunt in gl. in d. l. ſi quenquam. Et ſic ſtante. d. prę
ſumpta colluſione, quilibet eorũ ſoluet quinquaginta au-
guſtales de 100. auguſtalibus pro pœna regio fiſco, & hoc
etiam firmat hic And. Sextò no. ex tex. ibi, quàm alter eo-
rum. quòd ſi accuſator non comparet in termino ſtatuto
à iudice poſt lit. conte. & accuſatus comparet, punitur ac-
cuſator in 100. auguſtalibus. Et ſic non loquitur iſte tex. ſi
accuſatus non comparet in termino dato, licet glo. 1. hic te
neat contrarium. dicens, quòd ſi accuſatus nõ venit in ter-
mino, punitur in 500. auguſtalibus, vt in l. fi. huius conſtit.
& tamen ſecundùm Andr. hic non eſt verum pro eo, quia
iam prouiſum eſt ſuprà per conſti. grandis, cum ſeq. quan
do accuſatus eſt citatus, & non comparet in termino, con
demnatur ad tertiam partem bonorum mobilium, & ban-
nitur, & ſic non punitur pœna 100. auguſtalium. & ita te-
net hic And. & bene. In gloſellis tribus dic, vt dixi in nota.

Lite non conteſtata in criminali iudicio, vtrum poſſint actor, & reus inter ſe componere, non dato aliquo vel retento,
Rub. XV.

CONTINVATIO præſentis Rubricę ad proxima de facili poteſt fieri, quia dictum fuit ſuprà proximè, quando in termino præfixo à iudice poſt litem conteſtat. accuſatori, & accuſato neuter comparuit, qualiter puniatur. hic continuando eandem materiam ponit, quid ſi facta accuſatione, & impetrata citatione, & ea executa contra accuſatum accuſator ſe concordat gratis, vel aliquo dato ab ipſo accuſato ipſi accuſatori ſine licẽtia curiæ, antequam aliquis eorum veniat in iudicio, an liceat eis dicto tempore ſe concordare, & ſi non licet, an valeat concordia. Et an incidant in aliquam pœnam, de quo non erat dictum. ideo de hoc dicit, & ſubnectitur hæc Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator & accuſatus an poſſint paciſci ante citationem, vel poſt.*

2 *Compromiſſum de cauſa criminali non poteſt fieri ſine licentia regiæ curię, ſi denunciatio prius facta fuerit.*

3 *Accuſator, vel denunciator, qui regi denunciauit, non poteſt amplius deſiſtere.*

4 *Caſus in conſtitutione, ſeu ſtatuta omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

5 *Sapientes licitè poſſunt verba legis impropriare.*

6 *Verba ſtatutorum quando propriè, & quando impropriè accipi poſſint.*

7 *Tranſigere gratis licet partibus ante litem conteſtatam.*

8 *Accuſator quando gratis ſine licentia iudicis poſſit ab accuſatione deſiſtere.*

9 *Accuſans falsò calumnioſè de crimine, an poſſit licitè aliquid recipere ab accuſato, vt deſiſtat.*

10 *Accuſator & accuſatus nullo modo poſſunt ſine licentia curiæ inter ſe pacem componere.*

11 *Pactum ſuper delicto factum ab alio, quàm ab accuſato non præiudicat ipſi accuſato.*

POST citationem. Diuiditur præſens conſtitu. in quinque partes. In 1. ponit vnam regulam, ꝙ licitum eſt accuſatori ſe concordare cum accuſato à prin. ſine licentia iudicis, tam ante citationẽ impetratam à iudice contra accuſatum, quàm poſt citationẽ, dummodo non ſit lis conteſtata, nec aliqua partium comparuerit in curia ad citationem ipſam, & hęc eſt 1. pars, quę durat vſq; ibi, ꝙ ſi aliquis. Hic eſt 2. pars, in qua ponitur vna limitatio ad prędictam regulam, quæ regula fallit, niſi concordia inter accuſatorẽ, & accuſatũ poſt citationem ante lit. conteſ. facta fuit ſine licentia iudicis, aliquo dato per accuſatũ ipſi accuſatori, tunc ille, qui accuſa

uit,

uit tenetur ſoluere curiæ duplũ eius, qđ recipit ab accuſa-
to. Et ipſa cõcordia nihil valebit, ſi curia ipſam nõ acceptat
procedit ergo regula, qñ gratis accuſator, & accuſatus ſe
cõcordauerũt, & durat hęc 2. pars vſq; ibi, niſi ſortè. Hic
eſt 2. pars, in qua ponit̃ limitatio, ſeu declaratio, ad proxi-
mè pręcedẽtẽ limita. quia illud, ꝙ dicitur, ꝙ nõ licet accuſa
tori aliquid accipere ab accuſato, vt recedat, aliter non ha-
bet locũ, ſi accuſatus dedit aliquid accuſatori pro expenſis
& dãnis paſſis, & de ipſius expenſis & dãnis rei familiaris
conſtet, & durat vſq; ibi, ꝙ ſi vſq, adeo. Hic eſt 4. pars, in
qua imponitur pęna accuſatori & accuſato, qui poſt cita-
tionẽ cõparuerunt in iudicio, & ſine licẽtia iudicis ſe cõcor
dauerunt, qđ fieri nõ licet, & ideo cõdẽnantur ad ſoluẽdũ
regio fiſco pęnã 10. auguſtaliũ, & durat vſq; ibi poſt litem
non conteſ. Hic eſt 5. pars, in qua ponũtur duæ regulæ. Pri-
ma reg. eſt ꝙ poſt litẽ conte. nullo modo licet accuſatori,
& accuſato, ſe cõcordare, vel tranſigere ſuper criminibus,
in quibus venit imponẽda pęna ſanguinis. Et ſi ſuper iſtis
criminibus, in quibus venit imponẽda pęna ſanguinis, fiat
trãſactio inter partes, nõ valet, & põt curia procedere, tan
quã ſi non eſſet facta, & nihilominus poteſt ab accuſato &
accuſante exigere pęnã 24. auguſtaliũ, ſcilicet 12. auguſta-
les pro quolibet. Et p̃dicta procedũt, ſi curia incõtinẽti nõ
acceptat. ideo melius eſt, ꝙ nunquã curia acceptet cõcor-
diã accuſati & accuſatoris incõtinẽti, ſed ex interuallo, vt
dicit An. in fi. Et aduerte, q͂a An. dicit hic, ꝙ cõis litera eſt,
ꝙ accuſator puniatur in 10. auguſtalibus ante litẽ conteſt.
quia licet accuſato redimere ſanguinẽ ſuũ, vt in d. l. 1. ff. de
bonis eorũ. Ego vidi multas conſt. ſuper hoc, & omnes di-
cũt, cõponant, & non cõponat, vt dicit hic An. Et hęc re-
gula eſt cõtra eius cõmune. nã ius cõmune vult, ꝙ ſuper cri
minibus, in quibus venit imponenda pęna ſanguinis, per-
miſſa eſt trãſactio, quia cuilibet licet redimere ſanguinem
ſuũ, vt in l. 1. ff. de bonis eorum qui mor. ſibi conſci pręter-
quã in crimine adulterij. vt in l. tranſigere. C. de tranſac. Se-
cunda reg. eſt, ꝙ in illis criminibus publicis, in quibus de-
cuit eſſe imponẽdã pęnã ſanguinis, nõ licet trãſigere, exce-
pto crimine falſi. Et hæc ſecũda regula eſt conformis cũ iu
re cõi, vt patet in d. l. tranſigere. & ideo dicit, in ſuo robore
duraturis. Et durat uſq; in finẽ. Et nõ aliter ſummabo pro-
1 pter dictas diuerſas regulas, & limitationes. †No. primo ex
tex. ibi, poſt citationẽ emiſſam ꝙ ante citationem emiſſam,
vel poſt ipſam licet gratis paciſci inter accuſatorẽ & accu-
ſatũ abſque licentia iudicis, dũmodo aliqua ipſarũ partium
non cõparuerit in iudicio. Sed ſi cõparuerit in iudicio, nõ
licet facere pacẽ ſine licẽtia curiæ, ut hic. Aduerte, quia per
c. regis Caroli II. qđ incipit, ad audiẽtiam noſtrã, char. 21.
prouiſum fuit, ꝙ hæc conte. ſeruetur quò ad hoc, ſcilicet ꝙ
liceat, antequã partes cõpareant ad citationẽ emiſſam, ab
accuſatione, uel denunciatione impunè deſiſtere, niſi uer-
tatur pecunia in intereſſe curiæ, ut quia agitur de ſpreta de
fenſa, uel pœna pecuniaria debita curię. Et etiam prouide-
tur, an liceat iuſtitiario exigere iuramẽtum ab accuſatore,
uel denũciante, de nõ deſiſtẽdo ab accuſatione, uel denũcia
tione, & ſi deſiſtat, an poſſit puniri pęna periurij. Et eſt ſciẽ
dũ, ꝙ rex Rober. fecit capitulũ, qđ incipit, uniuerſis pręſen
2 tes literas inſpecturis. char. 51. in quo iubet, † ꝙ ubi prius
facta fuit denũciatio de cã criminali in aliqua curia regiæ
maie. nullũ dẽat fieri cõpromiſſum, niſi cõpromiſſum fiat
ſpeciali licẽtia regia, & ſi fiat, ſit nullius roboris, uel momẽ
ti, ut ꝓcedatur per iudices. & dicit procedere, qñ compro-
miſſum fieret poſt litem conteſt. Et idem declarauit idẽ rex
Robe. in alia ordinatione, quæ incipit, uniuerſas &c. char.
57. Item aduerte, quia dicit do. Bar. de Cap. in apoſtilla ſu-
per d. c. regis Caroli II. quod incipit, ad audientiã, ꝙ ſi ac-
cuſator denũciator, qñ accuſauit, uel denunciauit ad certã
pœnã de probãdo, ut dictũ fuit ſuprà in conſt. pęnã calum.
tũc poſt illã obli. nõ liceret etiã ante citationẽ, emiſſam de-
ſiſtere, uel pacẽ facere cũ patre ſine licentia iudicis. Nã iſta
obli. de probando hẽt uim inſcriptionis. & inſcriptione fa-
cta nõ licet deſiſtere, uel pacẽ facere, imò tũc habet locum
pœna turpiliani, per l. 1. C. de turpi. & l. 1. C. de calum. vt
dicit hic An. & bene, & dictũ fuit in ſup. d. cõſt. pęnã calũ.
3 †itẽ aduerte, quia ſi accuſator, uel denũciator denunciaſ-
ſet regi per ſupplicationẽ, uel libellũ, quẽ tunc uulgares ap-
pellant memoriale, ẽt ꝙ non eſſet emiſſa citatio, non lice-
ret accuſatori deſiſtere, & ſi deſiſteret, hẽret locũ pęna tur-
piliani, quæ eſt hodie mitigata per conſt. regni, ut in conſt.
accuſatorũ. & conſt. accuſatorẽ. quia pęna turpiliani habet
locum tam ante litem conte. quã poſt litẽ conte. quò ad ef-
fectum, licet nõ quo ad uerba, ut dixi ſuprà in conſt. accu-
ſatorũ. in 2. no. Et uide hic gl. magnã, quæ multum inſiſtit,
an pœna turpiliani habeat locum ante litẽ conte. Sed iux-
ta prędicta quęrit hic An. ecce hęc conſt. loquitur, qñ poſt
citatio. emiſſam non comparet nec accuſator, nec accuſa-
tus, tunc ante litẽ conte. licita eſt gratuita remiſſio, quid ſi
poſt citationẽ emiſſam accuſans cõparet in curia, ſed non
accuſatus, deinde receſſit idem accuſans, an accuſatus ipſe
erit ſine pœna, de qua hic, vr̃ prima facie, ꝙ erit ſine pęna,
quia conſtitutio iſta prohibet accuſatorem & accuſatum
componere poſt citationẽ emiſſam, & poſtquã partes com
paruerint in iudicio, tũc punitur accuſator in 10. auguſta-
libus, ſecundum literam, quam habebat An. uel ambo pu-
niuntur dicta pœna, ſecundùm aliam literam, ſed in quæ-
ſtione propoſita ſolùm accuſans comparuit, ergo non ha-
bet locum dicta pœna huius conſtitutionis, ſed habet lo-
cũ pęna turpiliani, quę hẽt locum etiam ante litem conte-
4 ſtatam, ut ſuprà dictum eſt. †& ideo caſus omiſſus à conſti
tutione regulatur ſecundum ius commune, arg. l. præcipi-
mus. in fin. C. de appellatio. Ego, dico, ꝙ licẽt iſta conſt. nõ
comprehendat hunc caſum, tñ iſte caſus deciditur per cõ-
ſtitutionem, accuſatorum temeritatẽ. per illa uerba, uideli
cet, accuſatore in accuſati diſpendium, & in deluſione no
ſtræ curiæ non comparente &c. intelligitur in ultimo per-
emptorio, quia non ur̃ ueniſſe ille, qui non ſtetit, in l. ſi
quis decurio. C. de decurio. li. 10. imò ſecundum Bart. de-
bet licentiatus a iudice recedere, aliàs non dr̃ ueniſſe. l. ſi fi-
nita. §. Iul. in 3. col. uerſ. ſed quid ſi actor comparuit, & con
tumaciã &c. ff. de dam. infec. per l. poſt edictum. ff. de iudi.
& ff. de re iudi. l. quæ litum. & Inn. in c. calum. de pœnis. Si
ergo hr̃, ac ſi non ueniſſet, quia non ſtetit, & illicentiatus re
ceſſit, & per conſequens ſi gratis conuenit cum accuſato,
non eſt in pœna, ut hic. Et ſi non conuenit, punit̃ ſolũ pęna
conſt. accuſatorũ. quæ eſt 6. pars bonorum ſuorum mobi-
lium, & illa ſexta pars eſt loco pœnę turpiliani, ut dixit ibi
An. & ſic intelligitur hic An. qui multum obſcurè dat ad
intelligendum iſtã ueram concluſionem. Et pro hoc facit,
quia ſi iſte accuſator comparuit in curia ante terminum
peremptorium, non dr̃ ueniſſe, quia quicquid ſit ante ter-
minum, eſt ipſo iure nullum, ut no. in c. ubi periculum. de
ele. li. 6. ſecundùm Bal. in l. 1. in fi. col. C. qui admit. & ideo
illa comparitio accuſatoris ante peremptorium nihil eſt,
& ſic hr̃, ac ſi non comparuiſſet. Igitur inter eum, & accuſa
tum poteſt eſſe, antequã partes ſint in iudicio, gratuita cõ-
uentio, & receſſus ab accuſatione, qua ceſſante accuſator
non comparens in die ſtatuta punietur in ſexta parte bo-
5 norum mobilium, ſecundùm dictã conſt. accuſatorẽ. † Se-
cundò no. ex tex. ibi, trãſigendi eis licentiã. ꝙ licitum eſt ſa
pientibus impropriare uerba legis. dummodo de eius men
te appareat, nã hic dicit, ꝙ ante litẽ conteſtatam licet accu-
ſatori, & accuſato trãſigere, antequã partes in curia com-
pareãt poſt citationẽ, & trãſactio praſupponit aliquid da-
tum uel retentum, ut in l. trãſactio. C. de tranſac. Et poſtea
dicit, dummodo nihil accuſator accipiat, ecce, ꝙ impro-
priè ſtat illud uerbum, trãſigere, & fir. hoc gl. 2. licet ergo
uerba legis impropriare, ut in l. 2. & ibi gl. quæ allegat con-
cordantias. ff. de offi. procon. & lega. ſicut etiã in l. 1. C. de
plus peti. dr̃, exegerit. i. acceperit, ut dicit ibi Odoſ. & ſic pa
tet, ꝙ pro declarando aliquo dubio, qđ oritur ex aliqua re-
gni conſti. potius inhærendum eſt menti, quã uerbis, gl. eſt
no. in c. paratus. 23. q. 1. Et pro hoc bene facit id, quod di-
cit Bar. in l. non dubium. C. de leg. & in l. omnes populi. in
6. q͂õ. principali. ff. de inſtit. & iure. ver. iuxta pręmiſſa quę-
ro, quid ſi in ſtatuto eſt aliquod verbum &c. vbi firmat.
quòd

6 † ꝙ ſi verba ſtatuti poſſunt accipi duobus modis, ſcilicet
propriè & impropriè, quãuis regulariter debeãt accipi ꝓ-
priè, vt in l. 1. §. is qui nauē. ff. de exerci. & l. nõ. aliter. ff. de
leg. 3. tñ fallit, ſi aliter appareat de mẽte ſtatuentis, vt in d.
l. nõ aliter. de qua mente diceretur apparere, vbi ſi aſſume-
remus verba ſecundùm propriã ſignificationẽ, ſtatutũ con
tineret abſurditatem, vel iniquitatem, tũc accipientur ver-
ba ſecundùm impropriam ſignificationem, per l. in ambi-
guo. ff. de legi & l. ſi ire. §. oportet. ff. de excuſ. tuto. vel quia
ratio ſtatuti repugnaret, quia ratio ſtatuti eſt mens ſtatuti,
l. cum mulier. la 1. ff. ſolu. matri. l. cum tale. §. falſam. ff. de
cond. & demon. Dyn. in c. fi. de reg. iur. li. 6. ita etiam dicit
Alc. in 1. vol. conſ. 52. inci. viſo themate. in 2. col. Item reſul
taret repugnãtia iuris cõis, vel læſionis iuris tertij, ſecũdùm
Ant. de But. in c. cum dilect. de conſue. Et firmat Alc. in 1.
vol. conſi. 50. inci. vilis, & opportunè ponderantis. in 5. col.
Item impropriãtur verba, vt actus valeat, vt no. in gl. in l. &
puto. in fi. principij. ff. famil. erciſc. & Alc. in l. eius qui. in
7 12. colu. ff. ſi cer. pet. † Tertiò no. ex tex. ibi, accepit, ꝙ licet
gratis tranſigere ante litem conte. qđ non licet aliquid dan-
do accuſatori, vt recedat ab accuſatione ſine licentia iudi-
cis. Facit. ff. de infam. l. furti. §. partus. & C. de prædijs cu-
rial. l. fi. li. 10. In cõtrariũ faciũt multa iura, ꝙ licet cũ pecu-
nia, quæ non licet gratis, & de iſto brocardo vide gl. & Iac.
de Bel. in c. 1. de benefi. frat. & qualiter frater fratri ſucce-
det. Quartò no. ex tex. ibi, duplũ eius. ꝙ accuſator, qui ali-
quid recipit, vt ante litem conte. deſiſtat, ſine licentia iudi-
cis, debet ſoluere regio fiſco pro pœna huius delicti duplũ
eius, quod accepit, vt hic. An in iſto duplo cõtineatur ſim-
plũ, qđ accepit, vel reſtituere habeat fiſco duplum, & ſim-
plum quod accepit? Bar. in l. hoc edicto. §. fi. ff. de publ. de-
terminat hoc dubium, & dicit, ꝙ ſemper, qñ dr̃ ſub pœna
dupli, continetur illud ſimplum acceptum, Idem dicit. l.
ſanctio legum. in 3. col. ff. de pœn. idem Bald. in c. ſi duo. de
pace tenen. idem Bar. in l. ab his. C. de nauicularijs lib. 11.
8 & in l. ſi. C. de ſponſalibus. † Quintò no. ex tex. ibi, niſi pro
æſtimatione dãni. ꝙ licet non ſit licitum accuſatori deſiſte-
re ab accuſatione ſine licentia iudicis, ſi tñ deſiſtat ante li-
tem conte. & poſt emiſſam citationem, & ante comparitio
nem partium gratis, ſed vult, ꝙ accuſatus reficiat ſibi ex-
penſas, & dãna, non dr̃ aliquid accepiſſe per deſiſtentiã, ſed
illam pecuniã recepit pro verè damnis, & expẽſis paſſis ab
ipſo accuſato, iſta reſtitutio dãni & intereſſe ſunt debita, vt
in l. 1. & 2. C. de ſenten. quę pro eo quod intereſt. & patet
ex his, quæ no. Spe. in tit. de fructibus, & intereſſe. §. 1. Sic
etiã dicimus, ꝙ qñ deducitur in pactum id, quod erat iam
debitum in conceſſione ſpiritualium, non dr̃ ſimonia, vt
dicit Ant. de But. in c. cum M. Ferrarienſis. col. 32. verſi. ve-
nio ad 6. no. de conſt. & in c. ſignificaſti. de præben. & Ioan.
And. in c. fi. de reſcri. Hoc verum, ſi iſtud damnum datum
ſit dolo, vel lata culpa, aliàs ſi leui, vel leuiſſima culpa, eſſet
datum, non eſt factum, quod reſarciatur, ſecundùm Inn. in
c. ſicut dignum. de homicidi. & no. Abb. ſi. in c. cauſam. in
3. col. de teſti. & vide ad hoc apoſtil. Alex. in l. quod Nerua,
pe. col. ff. depoſi. Et oportet, ꝙ verè probetur dãnum, licet
quãtitas damni poſſit probari per iuramentum paſſi dam-
num propter dolum uel latã culpam, per ea, quæ habentur
in l. ſi qñ. C. vnde vi. & per Inn. in c. ſuper eo, de his quæ vi
metuſue cauſa fiunt. & Ludo. in l. in actioni. ff. de in litem
9 iuran. † Sed iuxta hoc quæritur aliquis accuſauit me de
crimine magno, quod nunquam commiſi, ego vt redime-
rem vexationem, aliquid dedi illi accuſatori poſt citationẽ
& ante comparitionem, an iure licito ille potuit accipere,
& ego donare? Dic ꝙ non, quia iſta conſti. hoc vetat. Item
quia lis, quæ de facto, & calumnioſè mouetur, non ſufficit
ad validitatem talis tranſactio. l. in ſumma. ff. de condi. in-
debi. niſi ſubeſſet periculum, vt dicit Abb. ſi. in c. ad aures.
de ſimo. & Io. de Ana. in c. dilect. filius. en. tit. Sextò not. ex
tex. ibi, decem auguſtalibus. ꝙ incurrit pœnã 10. auguſta-
lium ſolus accuſator, ſi poſt citationem, & comparitionẽ
ipſarum partium, in iudicio ſine licentia curiæ partes ſe
concordãt. Alia litera eſt, ꝙ ambæ partes ſoluunt dictã pœ
nam. ſecundùm An. Prima litera verior eſt, vt ſuprà dixi in
expoſitione literæ, in 5. parte. Super hoc gl. magna hic fa-
cit quatuor oppoſitiones, & ſoluit, & quia ſunt parum vti
litatis, ideo nõ refero, quia dixi de quæſtione huius gl. vtrũ
pœna ſenatuſ. turpil. habeat locũ ante litem conteſt. ſuprà
in conſt. accuſatorum ſub rubr. 12. huius ſecundi lib. in 2.
10 no. † Septimò no. ex tex. ibi 24. auguſta. ꝙ nullo modo ſine
licentia curiæ licet accuſatori, & accuſato componere pa-
cem inter eos, & ſi contra factũ fuerit, vnuſquiſque eorum
debet ſoluere 12. augu. & nihilominus procur. fiſcalis pro-
ſequetur litem, ac ſi concordia, & pax nõ eſſet facta. Ceſſat
ergo in cauſa criminali illud, quod ſolent procuratores di-
cere, ꝙ conuentiones partiũ aſſumũt legem ex ipſa conuen-
tione. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti. quia tales concordiæ
ſunt contra iſtam conſti. & ſic contra ius, ideo non valent
vt in l. pacta quæ contra. C. de pac. cũ ſi. nec iſtæ concordię
poſſunt conſuetudine approbari, quia conſuetudo ipſa eſ-
ſet contra iſtam conſt. quę non valet, vt eſt in proœ. §. fi. li-
cèt conſuetudo poſſit approbare conuentionem à iure re-
probatum, vt dicit Pau. de Ca. in l. pactum qđ dotali. in fi.
C. de colla. & hoc perpetuò tene menti. Octauò & vlti. in
verbo, quę omnia. no. ꝙ l. tranſigere vel paciſci. C. de tran-
ſac. corrigitur ꝑ iſtam conſt. quia illa permittit tranſactio-
nem ſuper criminibus, vbi venit imponenda pęna ſangui-
nis, hęc conſt. expreſsè hoc vetat. vt dixi ſupra in expoſitio-
ne huius literę in vlti. parte. Sed quæro de vna quæſtione,
quam habui de facto. quidam accuſatus fuit de percuſſio-
ne cũ armis. & eſt citatus, & liberatus fideiuſſ. datis ſibi ca-
pitulis, accuſans cõuenit cum patre accuſati, vt à lite pecu
nia mediante deſiſtat, an habeat locum pęna huius conſt.
& an faciat indicium cõtra filium iſta conuentio? Videtur
11 ꝙ ſic. & l. qui̅ qui paciſcitur. ff. de inſa. † In contrarium eſt
veritas, ꝙ non facit indicium, ꝗa res inter alios acta & c. ca.
quamuis. de re iud. & ita tenuit conſulendo do. Pe. Philip.
Cor. de Peruſio, doctor perfectus in 3. vol. conſiliorum, cõ
ſi. 300. inci. in hac conſul. nec in pęna põt pater pręiudicaſ-
ſe filio per dictam conuentionem, per titu. C. ne filius pro
patre. Hic caderent examinanda oĩa illa quę tangunt ſcri-
bentes in d. l. tranſigere. ſed quia non eſt iuſtum, ꝙ dos il-
lius legis tradatur huic conſtitutioni, ideo remitto me ad
ibi ſcripta per docto. ſcribentes. De glo. quæ hic ſunt, iam
feci mentionem in notabilibus, propterea non aliter de eis
mentionem facio.

De Francorum in iudicio ſublato. Rubrica XVI.

POTEST ſic continuari, quoniam in
regnis vtriuſque Sicilię erant tempore
huius Imperatoris multi homines de re
gno Franciæ, & multi Longobardi, qui
tam in caſibus ciuilibus, quam crimina
libus, viuebant certis ſtatutis, vel cõſue-
tudinibus contrarijs, & refragantibus conſtitutionibus pręcedentibus. ideo ponitur hæc rubr. in qua caſſantur ſtatuta, & conſuetudines eorum, quæ ſunt contrarię iſtis conſtitionibus. Et ſignanter illa conſuetudo, ꝙ ſi Francus erat cõtumax ante litem conteſtatam, amittebat omnia bona mobilia, hodie ſolùm amittit tertiam partem bonorum mobilium, ſicut alij contumaces.

SVMMARIVM.

1 *Reges terrę in ſe & ſubditos libram iuſtitiæ debent tenere.*
2 *Iudices ius reddere debent ſine acceptione perſonarum.*
3 *Iudicium reddi debet vnicuique abſq; perſonarum diſcretione.*
4 *Ius Francorum qualiter in feudis probetur.*
5 *Conſuetudo loci iudicii ſeruatur, ſi actor & reus diuerſis conſuetudinibus vtantur.*
Deceptiones in iudicio fieri non debent.
6 *Temporum momenta in regno non attendenda.*

7 *Filius natus & ſubito mortuus excludit ſubſtitutum fideicommiſ-
ſarium.*
*Momentum dicitur horæ vnius pars quadrageſima, & an ſit
curandum.*
Subtilitas nimia non ſemper approbanda.
Homo non eſt, cui ratio deeſt.
9 *Contumax olim cauſam amittebat in contumaciæ pœnam.*
Iudex in quibus pro abſente poſſit ſupplere.
10 *Reo litem conteſtari nolente, poteſt iudex actorem ex primo decreto
in poſſeſſionem mittere.*
11 *Citatus peremptoriè ad ſententiam diffinitiuam, ſi fuerit contumax
non auditur appellans.*

SPECIALE. Quoddam. hodie in regno
iſto ius Francorum cõquieſcit, quia iſta
conſti. iubet, quòd omnes viuant æqua
lance, & æquale omnibus ſit idem ius,
ac tollitur illud ius Francorum, quod vo
lebat, quòd contumax ante litem conte
ſtatam puniretur pœna priuationis omniũ bonorum mo-
bilium, & priuabatur iactura cauſæ, etiam quòd habuiſ-
ſet bonum ius, & vult, quòd ſolùm in 3. parte bonorũ mo-
bilium puniantur contumaces Franci, vel Longobardi ſi-
cut alij de regno, & non puniantur iactura cauſæ. hoc di-
1 cit. †Nu. j. ex tex. ibi, iuſtitiæ libra. quòd reges terræ libram
iuſtitiæ debent tenere in ſe, & in ſubditos. & ſumitur libra
pro iuſto pondere iuſtitiæ, inde tex. in l. 1. in ver. liberatio-
ne. C. de excu. arti. li. 10. & in l. j. ibi, libramentis. C. de pon
dera. & auri illatio. eo. lib. 1. equilibris. ideſt, pendentibus,
vt dicit ibidem Luc. de Pen. referendo Papiam. Bene facit
tex. in l. cum anterioribus. in prin. C. de temp. appel. ibi, li-
bramentum iuſtum imponere. hic tex. & c. 1. de re iud. lib.
6. præcipit iudicib. vt ſtateram geſtent in manibus, lances
appendant æquo libramine & c. Secundò no. ex text. ibi, in
iudiciis aliquam diſcretionem haberi non volumus per-
2 ſonarum. †quòd iudices debent ius reddere ſine acceptio-
ne perſonarum, i. ꝙ ita iudicent paruum ſicut magnum,
quia in iudiciis nihil faciendum eſt, niſi quòd iuſtum eſt.
ad idem tex. in c. nouit. §. ſed forſan. de iud. vbi dicitur, ſcri
ptum nouimus in lege diuina, ita magnũ iudicabis vt par-
uum, nec erit apud te acceptio perſonarum. actuum apo-
ſtolorum c. 5. & prima Petri. j. c. bene tamen inter iudices
eſt diſcretio, quia ſunt in regno iuſtitiarij, item baiuli, &
de iure communi, maximi, medij, & infimi, de quo per Lu
3 do in rub. ff. de iuriſ. om. iud. †Tertiò no. ex tex ibi, ſiue ſit
Francus, ſiue Romanus, aut Longobardus. quòd ſine di-
ſcretione perſonarum erit iudicium, i. ꝙ ita iudicetur, ille,
qui eſt Francus, & viuit iure Francorũ, vel Longobardus,
viuens iure Longobardo, ſicut ille, qui eſt Romanus, & ſic
videtur per iſtum tex. ꝙ illud ius Francorum, quo cauetur
ꝙ ſolus primogenitus ſuccedat, non ſeruatur in regno, ſed
ſeruatur ius Romanũ, quod vult, ꝙ omnes filij ſuccedant.
ſed gl. hic dicit, ꝙ iura Francorum circa ordinationem iu
dicij nõ ſeruantur, ſed in ſucceſſionibus ſic, vt infrà in con
ſti. de ſucceſſio. ego dico, ꝙ iſta cõſti. nihil dicit de ſeudis,
& ideo nõ corrigit ius Francorum in feudis, imò per con-
ſti. infrà, vt de ſucceſſionibus. approbatur ius Francorũ in
ſucceſſionibus feudorum, ſcilicet vt viuentes iure Franco
rum in feudis ſuccedat ſolus primogenitus, debet tñ proba
ri ꝙ in illis feudis viuitur iure Francorum, nec illa conſti-
tutio habet locum in burgenſaticis, ſed tantum in feudis,
& ſic reſtringe gl. hic. & ſi non probetur hoc ſpeciale ius
Francorum, omnes filij de iure ſuccedunt, vt in d. conſtit.
4 vt de ſuc. †Qualiter autem probetur, ꝙ in feudis viuitur iu
re Francorum, dixi poſt And. in repet. l. imperialem. §. præ
terea ducatus. de prohi. feu. alie. per Federicũ. Et illud ius
Francorum, ꝙ primogenitus ſolus ſuccedat in feudis, ſer-
uatur de iure in ſucceſſione regnorum. vt in c. licèt. ext. de
voto & voti redem. & in feudis dignitatum, vt ſunt duca-
tus, marchionatus, comitatus, quia iſta ſunt indiuiſibilia,
vt in d. §. præterea ducatus. & in c. j. de feu. marchiæ. & in
c. 1. quis dicatur dux, comes, vel marchio. niſi aliud dicta-
ret conſuetudo, vt dicit egregiè do. Franc. de Curt. in con-
ſi. 66. incipiente, ſapienter. verſi. capio alium articulum. an
autem quando primogenitus ſuccedit in feudis dignitatũ,
ſuccedat vt hæres in ipſis feudis, ita ꝙ præiudicet ſibi alie-
natio facta per agnatum anteceſſorem, vel eius parentes,
magna eſt quæſtio. De quo per And. in c. 1. §. hoc quoque.
de ſucceſ. feud. & Alb. de Roſ. in proœ. ff. in §. diſcipuli igi-
tur. in 4. col. ver. & ex prædictis ſubiicio quæſtionem ma-
gnam, & ſubtilem & c. & ille per tres col. examinat hãc qõ.
5 †Quartò no. ex eo. text. ꝙ ſi in loco iudicij actor habet vnã
conſuetudinẽ, & reus habeat aliam contrariam, ꝙ ſerua-
tur conſuetudo loci iudicij, ſiue ſit ad litem ordinandam,
ſiue ad decidendam data iudicis competentia inter ipſas
partes, & de quo in Specu de fer. §. 1. ver. ſed pone, quòd
in loco. & per Alb. in l de quibus. col. 49. ff. de legi. & ibi ſe
remittit ad alia loca. iudex ergo primò habet iudicare ſe-
cundùm ſacras regni conſtitutiones, & deinde ſecundùm
rationabiles conſuetudines, & deinde ſecundùm ius Lon-
gobardorum, & poſtea ſecundùm ius Romanum, ſed de
hoc dic, vt dictum fuit ſuprà in 1. lib. in conſti. puritatem.
& idem dicit hic And. Quintò no ex tex. ibi, cauillationes,
captiones. quòd iudex non debet ſufferre deceptiones fie-
ri per aliquam partem in iudicio, & multò fortius nec ip-
ſe iudex debet vti deceptione in cauſis ciuilibus, nec quod
fiat calumnia in iudicio. Ad idem in l ſi calumnietur. ff. de
verb. ſign. facit l. 2. §. tractari. ff. ad Tertul. & ff. de condi. &
dem. l. Titia. vide quæ dixi ſup. in 1 lib. conſtitu. volumus.
6 in 7. not. †Sextò no. ex tex. ibi, momenta temporum; quòd
momenta temporum non conſiderantur in regno. Fallit
in his, in quibus de iure communi momentum eſt in con-
ſideratione, ut eſt videre in appellatione, quæ debet fieri
intra x. dies, qui currunt de momento ad momentum, vt
in auth. hodie. C. de app. notant Doc. in c ſuper eo. de app.
ſic etiam quinquaginta dies, qui dantur à die interpoſitæ
appellationis ad præſentandum proceſſum iudici ad quẽ,
currunt de momento ad momentum, vt dicit gloſ. 2. infrà
in conſti. appellationum tempora, ſic etiam in publiciana
ſufficit per momentum poſſediſſe, vt in l. ſi ſponſus. §. pro
parte. ff. de pub. & ibi vide Alb. de Roſ. Et dicit Bal. in c. 1.
§. quoniam etiã, epiſcopum uel abba. in his, quæ ſunt mo-
menti, momentum multum operatur, allegat l. ſed & par-
7 tes. §. fina. ff. quod metus cauſa. †Et ideo filius natus, & ſu-
bitò mortuus, operatur excluſionem ſubſtituti fideicom-
miſſarij, per l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. & ff. de rebus dubiis.
l. quod pariter. uide Pau. de Caſt. in l. 2. C. de poſtbu. hære-
di. inſti. & in multis de momento non eſt curandum, uide
Bal. in l. fi. in fi. C. de bon. quæ liber. & in l. ſi pater. in 8. q.
C. de inſti. & ſubſti. & Inn. in c. 3. ext de uerb ſign. Et dicit
Abb. Sicu. poſt Io. And. in c. 1. de cauſa poſſeſ. & propriet.
quòd momentum eſt 40. pars unius horæ, & una hora eſt
24. pars diei, punctum eſt 4. pars horæ, momentum eſt 10.
pars puncti, & ſic 40. pars horæ. Et pondera iſtam æqua-
litatem inter perſonas, ſicut in præſcriptionibus ſeruatur
8 æqualitas perſonarum, ut C. de temp. reſtit. l. fi. † Septimò
no. ex tex. ibi, ſubtiles obſeruationes. ꝙ ſubtilitas etiam ob
ſeruata reprobatur in regno, intellige de ſubtilitate irratio
nabili, ſecus de rationabili, nam non eſt homo, ubi deficit
ratio, ut no. in c. ſi homo. 27. q. 1. uel de ſubtilitate, quæ per-
uertit ueritatem, & rectũ iudicium, ut dicit egregiè Abb.
Sicu. in c. dilecti filij 3. col. uer. uenio nunc ad gl. ext. de iu-
di. Item ſubtilitas ſophiſtica, q̃ conſiſtit in fallendo, repro-
batur. tex. eſt in l. fi. §. ſeruo. ff. de leg. 2. & ibi Bal. Vide mul
tum copioſè de iſta ſubtilitate reprobata per Luc de Pen-
na in l. 1. in uer. ſubtilitatem. C. de profeſ. qui in urb. Con-
ſtan. lib. 12. & gl. in c. cum ſancti uiri. 24. q. 3. Octauò not.
ex tex. ibi, noſtra conſtitu. ꝙ pœna 3. partis bonorum mobi
lium, quam curia imponit cõtumacibus, citatis à iuſtitia-
rijs, eſt per binas conſtitut. ſtatuta, ſcilicèt hic & ſup. in 1.
lib. rub. 47. quæ incipit, pœnam 9. unc. Baiuli autem ali-
ter puniunt contumaces, ut patet ſuprà in dicta conſtitu.
9 pœnam 9. unc. in fi. †Nonò no. ex text. contumax cauſam
amittat. ꝙ olim reputabatur delictũ cõtumacia ita magnũ

quòd contumax ſiue habebat bonam cauſam.ſiue malam
ex contumacia ipſam cauſam perdebat. Hodie non in nul
lo caſu per contumaciam quis perdit cauſam ſuam, quia
non patitur hoc rectum iudicium, vt dicit hæc conſtitut.
ſed punitur ſolùm in tertia parte bonorum mobilium, vt
ſuprà proximè dictum fuit. Et ſi agitur actione perſona-
li, vel reali, patitur primum decretum, vt hic in fi. Et vide
ad hoc ſcilicet qualiter procedatur cõtra actorem, vel reũ
contumacem, Abb. Sicu. in cap. prout. de do. & contu. de
quo fuit dictum ſuprà libro primo. in conſtitu. contuma-
cem. cum ſequen. ſub rubrica 97. Decimò no. ex text. ibi,
repleri. ꝙ iudex ſupplet in iure, & in eis, quæ ſibi liquent
de facto pro abſente, vt hic, & ſuprà in conſtit. ſi quis poſt
litem rubrica 97. & de iure communi eſt text. de hoc in l.
properandum. ibi, litigatoris abſentia Dei præſentia re-
pleatur. C. de iudiciis. Inde dicit text. in l. ampliorem. §. 1.
de appel quod iudex ſupplet in iure pro abſente, & etiam
in facto conſtante ex actis, vt dicunt Doct. in cap. ex inſi-
nuante. de appella. & in ca per tuas. de teſta. & habetur in
l. 1. C. vt quæ deſunt. Et tene menti id, quod not. dicit Bar
10 to. † quòd ſi reus non vult litem conteſtari ad præceptum
iudicis, iudex ex ſuo officio ſine citatione poteſt mittere
actorem ex primo decreto in poſſeſſionem rerum conuen
ti, ita dicit Barto. in authen. qui ſemel. C. quomo. & quan
do iudex. & de hoc dicto feci verecundiã doct. iuuenibus.
Et vide multa, in quibus iudex ſupplet ex officio, tam an-
te litem conteſta. quàm poſt, in Spec. in tit. de officio om.
iudi. §. deſeruit quoque per totum. Et ideo dicebam pri-
die in conſilio, quòd ſi agitur virtute mutui contenti in
cautione, & reus reſpondet ſe non eſſe obligatum, quia ni
hil recepit virtute dictæ cautionis, & cõfitetur cautionem
ſcriptam eius manu, & hoc fuit parti intimatum, prout re
quiritur, vt dicit text. in l. in contractibus. in fi. C. de non
nume. pecu. & licèt non dixit, excipio pecuniam non eſſe
numeratam, quòd perinde eſt, ſi excepiſſet de non nume-
ra. pecu. & ſufficit, quòd factum ſimpliciter narretur, ex
quo reſultat exceptio tunc iudex ex officio ſupplet, vt di-
cit Bart. in l. prima, ſecunda colum. verſic. quid ſi non di-
co, excipio. ff. de except. Fallit niſi narretur factum taliter,
quòd reſultet dolus ex parte argentis, tunc nõ ſufficit nar
rare factũ niſi opponatur exceptio doli, per text. in l. apud
Celſum. §. aduerſus. ff. de doli except. Bene facit id, quod
dicit Bal. in l. eleganter. in tertia colum. ff. de dolo. vbi con
tractus factus per dolum non eſt nullus ipſo iure, niſi de-
ceptus dicat nullum, ſubaudi, ſiue agendo, ſiue excipien-
do ſecundùm Baldum l. heredibus. §. in hoc. ff. de dolo. Al-
legat Ioann. Andr. in capit. præſentium. de teſta. libro ſex-
to, in nouella. & Paul. de Liaza. in clemen. conſtitu. de ele.
& pro hoc bene facit lex prima, & ibi Bart. C. de plus peti.
11 & quæ not. in capitulo primo, eodem titu. † Vndecimò
& vltimo. not. ex text. ibi, remedio appellationis excluſo.
quòd principalis citatus peremptoriè ad ſententiam diffi-
nitiuam, ſi eſt contumax, & feratur ſententia in eius con-
tumaciam, non poteſt iſte contumax intra decem, dies ap
pellare, & ſi appellat, non auditur eius appellatio, vt hic.
hoc ſanè intellige, ſcilicet de vero contumace, qui potuit
venire, & non venit, ut in l. & poſt edictum. ff. de iudic.
& l. conſenſu. in fine ff. de appellat. & in l. prima. C. quo-
rum appellat. non recipien. Ita dicit Bartol. in l. fina. verſi-
cu. pro huius declaratione quæro. ff. de in integrum reſti-
tut. quòd declara, vt ibi per eum, & clarius per Alexan.
per tredecim concluſiones in l. properandum. §. ſin autem
reus. C. de iudi. & in repeti. l. ſæpe. trigeſimaſexta colum.
de re iudi. & contumax condemnatus, qui non poteſt ap-
pellare, poſſet appellare à taxatione expenſarum, uide Cy.
in l. ſancimus. C. de iudi. & Phil. in capitulo ſæpe. in duo-
decima quæſtione, extrà de appellatio. in gloſ. ſecunda,
omiſſa prima, quæ ponit ſummarium huius conſtit. dic,
prout dixi ſuprà in ſecunda not. Ceteræ gloſ. ſunt expoſi
tiuæ, & de eis feci mentionem in notabilibus, vt videre
unuſquiſque poterit.

De dilationibus & exceptionibus in iudicio abbreuiandis. Rubr. XVII.

QVONIAM in præcedenti conſtitutione facta fuit mentio de caſſatione, & annullatione cauillationum & iurium conſiſtentium in momento temporum, & quorundam obſeruationum ſubtilium in iudiciis, quibus vtebantur Franci, erat immediatè videndum de obſeruatione ordinis iudiciarij, & de exceptionibus dilatoriis & deliberatoriis, de quibus non erat dictum, ideo ſequitur hæc rubri. quia corruptio vnius eſt generatio alterius, vt dicit Philoſoph. de cœlo & mundo cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes in iudiciis an tollere poſſint iura partis.*
2 *Iudex datus à principe intra tres dies recuſari poteſt, & non vlterius.*
3 *Dilationes viginti dierum ad deliberandum, an velit quis cedere vel contendere, ſunt ſublatæ.*
Libellus in qualibet cauſa ciuili eſt offerendus.
4 *Libellus in quibus cauſis non ſit neceſſariò offerendus.*
5 *Formæ à lege inductæ nec expreſsè, nec tacitè renunciari poteſt.*
6 *Libellus non exigitur, vbi nec litis conteſtatio.*
7 *Proceſſus non vitiatur per omiſſionem litis conteſtationis.*
8 *Iudex cauſæ principalis debet eſſe iudex omnium incidentium.*
9 *Libellus an ſit neceſſarius in cauſa appellationis à diffinitiua.*
10 *Libellus quando in cauſa appellationis requiratur.*
11 *Appellatio pronunciatum ſuſpendit.*
12 *Libellus an requiratur, ſi ſententia nulla allegetur.*
Iudex ordinarius de nullitate ſua ſententiæ poteſt cognoſcere, & iterum pronunciare.
13 *Libellus non requiritur, ſi nullitas incidenter deducatur.*
14 *Cauſa nullitatis incidenter comprehenſa in cauſa appellationis, an cenſeatur deſerta appellationis cauſa.*
15 *Fatalia quando currant pendente nullitatis cauſa, & quando non.*
16 *Inſtantia in cauſa nullitatis quando duret ſpacio temporis.*
17 *Inſtantia principaliter intentata perimitur in nullitatis cauſa.*
18 *Appellatio non eſt neceſſaria, vbi ſententia eſt nulla.*
19 *Fatalia in appellationis cauſa non currunt pendente nullitatis cauſa principaliter intentata.*
20 *Libellus an ſit offerendus, quando petitur executio ſententię.*
Executio ſententię duobus modis peti poteſt.
21 *Officium iudicis mercenarium intentari poteſt pro ſententię executione.*
22 *Officium iudicis mercenarium per eius ſententiam finitur.*
23 *Condemnatus quando citari debeat ad executionem faciendam.*
24 *Res meliores pro debito capi poſſunt.*
25 *Allegatio nullitatis ſententiæ in cauſa criminali impedit executionem.*
26 *Citatio qua ratione requiratur in executione ſententiæ.*
27 *Iudex quando ante executionem ſententiæ faciat præceptum condemnato de reſtituendo.*
28 *Executor merus quando debeat citare partem ad videndam executionem.*
Succeſſor in iudicatura non poteſt exequi ſententiam prædeceſſoris abſque citatione partis.
Citatio partis requiritur, ſi executio ſententiæ actione in factum, vel officio iudicis mercenario petatur.
29 *Citatio partis requiritur, quando ob appellationem deſertam executio ſententiæ petitur.*
30 *Citatio partis in executione ſententiæ non eſt neceſſaria, ſi iudex certò ſciat, condemnato nullam competere defenſionem.*
31 *Citatio partis an requiratur, quando ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, executioni mandari petitur.*

Obliga-

Obligatio facta penes acta, iudicis ſententiæ æquipollet.
32 *Executio an poſſit dici nulliter facta, ſi contra ordinem datum ſit facta.*
33 *Conteſtatio litis quomodo & qua forma fieri debeat per litigantes principales & qualiter per procuratores.*
Conteſtatio litis quando fiat per petitiones contrarias.
34 *Conteſtatio litis an cenſeatur inducta, ſi reus neget in libello contenta, proteſtando, quòd non animo conteſtandi litem.*
35 *Iudex an poſſit interloqui litem pro conteſtata habendam, reo nolente conteſtari.*
36 *Libellus an requiratur in cauſis ſummariis.*
Libellus generalis procedit etiam in cauſis ſummariis.
37 *Libellus in interdicto retinendæ poſſeſſionis quando debeat modum exprimere turbationis.*
38 *Generalitas quæ tolerabilis cenſenda ſit.*
39 *Lis ſeu cauſa ſi in totum deſeri poſſit, poterit etiam pro parte.*
40 *Domini locorum ſunt iudices ordinarii ſuorum vaſallorum in cauſis ciuilibus.*
Baro eſt iudex ordinarius vaſallorum ſuorum.
41 *Baiuli in ciuitate citantes dicere debent, citandum debere intra duos dies comparere.*
42 *Citatio nomen eius continere debet, ad cuius inſtantiam decernitur.*
43 *Exceptiones dilatoriæ ante litem conteſtatam opponendæ non ſunt in regno ſublatæ.*
44 *Exceptio alteram trium perſonarum à limine iudicii remouens non impedit cauſæ principalis proceſſum.*
Exceptio ineptitudinis libelli quando, & quandiu poſſit opponi.
45 *Iudex quando pro præſente debeat ſupplere.*
Ineptitudo libelli duplex eſſe poteſt.
46 *Fideiuſſores de iudicio ſiſti intra tres dies à lite conteſtata à reo debent peti.*
47 *Poſſeſſor immobilium conuentus non tenetur de iudicio ſiſti ſatiſdare.*
48 *Dilatio non datur litiganti pro conſilio habendo à doctoribus à loco iudicii abſentibus.*
Aduocati omnium malorum non ſunt ignari.
49 *Conſilium ab amicis & peritis petere debent litigantes.*
Conſilium amicorum fidelium, ſed imperitorum non excuſat.
50 *Conuentus actione perſonali non habens bona ſtabilia, quando releuetur ab onere ſatiſdandi de iudicio ſiſti.*
Conuentus carens bonis, & iurans ſe non inuenire fideiuſſores, & obligans ſe de ſtando iuri, an euitet carceres.
51 *Baiulus carcerem habet poteſt, licet incarceratio ſit de mero imperio.*
52 *Iudices miſeri ſuper conſuetudine rationi contraria ſe fundantes.*
53 *Libellus in cauſis ſummariis dari debet.*

DILATIONES. Diuiditur iſta conſtit. in ſex partes principales. in j. pcipit iſta conſti. quòd ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter, priuato, vel publico iudicio, parti præſenti in iudicio offeratur libellus, prout qualitas actionis, vel accuſationis expoſcit, excepto ſi cauſa ſit modica infrà duos auguſtales, quo caſu non requiritur libellus, & durat vſque ibi, litis conteſtatione. Hic eſt ſecunda pars, in qua præcipit poſt libellum oblatum ſequi debere lit. conteſta. quæ ſi fiat per principalem in cauſa, reſponſio fiat per negationem, aut confeſſioné. ſi verò per procuratoré, fiat per verbũ, ignorantiæ videlicet ignoro poſita, vt poſita ſunt. & durat vſq; ibi, vt tamen in cauſis. Hic 3. pars, in qua præcipit, quæ debeat continere citatio in cauſis ciuilibus, ſiue fiat per baiulos, vel dominos locorum, qui habent ciuilem iuriſdictionem, videlicet. nam citatio debet continere terminum, vt elapſis duobus diebus poſt citationem debeat cõparere. Item nomen eius ad cuius inſtantiam fit citatio, & nomen eius, qui citatur. Et de qua re, vel de quo impetitur, & durat vſque ibi, niſi dilatoria. Hic eſt quarta pars, dicens, quòd licèt ſit ſuprà ſtatutum, quòd oblatio debeat fieri lit. conteſt. Fallit, niſi opponatur competens exceptio dilatoria, illa impedit lit. conteſt. Sed ſi opponatur exceptio deliberatoria, illa non impedit lit. conteſta. & durat vſque ibi, ſed incontinenti. Hic eſt quinta pars, in qua præcipit, quòd facta lit. conteſt. incontinenti præſtetur à conuento fideiuſſio de iudicio ſiſti, niſi conuentus poſſideat bona ſtabilia, & ſi non poſſidet bona ſtabilia, ſed bona mobilia tantùm, tunc ſtetur iuratoriæ cautioni, ideſt, quòd ſe obliget in forma curiæ conſueta de ſtando iuri. & durat vſque ibi, niſi pauper. Hic eſt ſexta, & vltima pars, in qua præcipit, quòd ſi conuentus actione ciuili, vel iniuriarum ciuiliter, vel de aliquo maleficio, cuius cognitio ſpectet ad baiulos, eſt pauper, non poſſidens bona ſtabilia, nec mobilia, nec inuenit fideiuſſores de ſtando iuri, tunc vſque ad finem litis cuſtodiatur in carceribus, ſubaudi publicis, hoc dicit vſque ad finem. & propter varia dicta, quę
1 continet hæc conſtitutio, non aliter ſummabo tex. †Not. j. ex tex. perimebant. quòd olim interdum dilationes in iudiciis perimebant iura partis, imò in multis hodie tempus tollit iura partis, vt eſt videre exemplũ in exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ ſi non opponitur intra duos annos à die cautionis, quæ continet mutuum, & intimetur parti, lapſus huius dilationis operatur, quòd non opponens intra dictum tempus debet probare non fuiſſe ſibi numeratam pecuniam, vt in l. in contractibus. §. fin. C. de non nume. pecu. & firmat Io. de Imo. in c. fin. de ſolu. Item eſt videre exemplum infrà in conſti. lite legitimè conteſtata, vt ſi die ſequenti poſt lit. conteſ. non præſententur articuli, non poſſunt vlterius præſentari. hodie hoc corrigitur per nouellam conſtitutionem Regis Ferdinandi primi, de qua ibi dicetur. Item eſt videre exemplum in l. 1. C. de err. aduo. vbi intra tres dies principalis poteſt corrigere errorem
2 ſui aduocati, & poſtea non. †Item eſt videre exemplũ in l. fin. C. de iudi. ubi iudex datus à principe infra tres dies poteſt recuſari, & non ultra. Item eſt videre exemplum in apoſtolis petentis, vt ſi non petantur intra xxx. dies, videtur appellationi renunciaſſe, ut in l. iudicibus. C. de appell. & in clem. quamuis. de appella. Item eſt uidere exemplum in c. pia. de except. li. 6. vbi non probans excommunicationem oppoſitam intra octo dies non poteſt ulterius illam probare. Item eſt uidere exemplum in appellatione, quę ſi non fiat intra decem dies, perimitur ius ſuum, ut in authen. hodie. de appe. & in veritate tempus multa reſutat, ut dicit tex. in auth. de tempore non ſolutæ. circa princ. Facit l. iuſtas. C. de iure fiſ. lib. 10. & l. ſi tempora. C. de fi. inſtru. & iure haſtæ fiſ. co. lib. Et eſt uidere exemplum in præſcriptionibus temporum, quę perimunt omnes actiones. vt in l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. uel xl. anno. dicetur infrà 3. lib.
3 in conſti. duram conſuetudinem. cum duabus ſeq. †Secundò no. ex tex. ibi, ſtatim. quòd in iſto regno ſunt ſublatæ dilationes xxx. dierum, quæ dabantur de iure communi ad deliberandum, utrum uelit cedere, uel contendere, de quibus loquebatur auth. offeratur. C. de lit. conteſta. Non ergo eſt licitum procuratoribus, & aduocatis dicere, nos uolumus terminum ad deliberandum, quia omnes dilationes deliberatoriæ ſunt in regno ſublatæ. Et ita dicit tex. ibi, deliberatoriis tamen induciis omnino ſublatis, & firmat hoc gl. Tertiò no. ex tex. ibi, oblato libello, quòd in qualibet cã ciuili debet offerri libellus. idem de iure communi, ut in auth. offeratur. C. de lit. conte. & in c. 1. de lib. obla. & dicit Bal. in l. a. in fi. C. de hære. uel ac. ven. per gl. ibi, ꝙ quis non tenetur reſpondere ſuo aduerſario ſine libello. Et qui uult accuſare, debet ſimiliter offerre libellum criminalem, vt hic, & in l. libellorum. ff. de accuſa. Prędicta intellige, quan
4 do vtraq; pars eſt præſens in iudicio, vt hic. †Sed hæc regula fallit in multis caſibus. Et primò fallit, ſi cauſa eſt infrà duos auguſ. tunc non requiritur libellus per iſtã conſti. ad idẽ in auth. niſi breuiores. C. de ſen. ex breui. reci. Secundò fallit in cauſa fiſcali, ut tenet gl. ſup. in conſti. inter multas. in j. lib. ſub rub. 83. ſed intellige, ut ibi dixi. Tertiò fallit, niſi partes conueniant, ꝙ procedatur ſine libello, ut dixi in pręludiis, in 9. & 12. q. in 7. conclu. Quartò fallit, niſi iudicium incipiat à petitione, & reſponſione, & ſic omittitur libellus, & litis conteſtatio, ut firmat Andr. in præludiis, feud. in 9. colum. verſi. dic, quòd ſi incipias à principio, ut

detur libellus.& idem dicit Inno.in ca.nouit.de iudicijs.&
Bald.in d.auth. offeratur. dummodo ſit qualiſqualis peti-
tio, ſuper qua poſſit fundari ſententia, vt in l.2.C.de ſent.
ex breui.reci. quia ſine petitione impoſſibile eſt, ꝙ poſſit
procedi ſine libello in ſcriptis ad ſententiã, ſecundùm Iac.
Bu.& Bal.in d.auth.offeratur.Et pro hoc facit,quia omiſ-
ſio libelli nõ reddit iudicium nullum, quia iſta cõſtitutio,
& iura ciuilia dicunt,ꝙ actor debet offerre libellum, quæ
verba important gratuitam conceſſionem, vt dicit Car.Fl.
in cle.2.de app. Ego dubito de iſta fallentia ꝑꝑ varias opi-
niones doctorũ, vt refert gl.in cle.ſæpe.pręal.quia iſta con
ſtit.præcepit libellũ offerre in quacunq; cauſa, excepta cã
duorum auguſtalium,& ſic dat formã procedendi in iudi-
5 cio. † Et partes nec tacitè, nec expreſſe poſſunt renunriare
formæ inductæ à lege.l.nemo põt.ff.de leg.1.c.fi. de re iudi.
lib.6.Maximè quia libellus non ſolùm ad vtilitatẽ partium
debet offerri, ſed ẽt ad vtilitatem iudicis, vt ſuper hoc ha-
beat ſecundum iuſtitiam formare ſñiam, Ideo partes non
poſſunt renunciare,arg.c.ſi diligenti.de fo.comp.& hoc vr̃
tenere Cy.in d auth.offeratur.& Pau.de Liaz. & Car.Flo.
in cle.ſæpe.§.col.de verb.ſig.Fallit hoc in 49.caſibus,quos
ponit Spe.in ti.de lib.concep.§.nunc videndum. Anto.de
But.& Abb.Sicu.in c.1.de libel.obla.ponũt alios caſus,ſed
d.gl.remouet mihi iſtam dubitationem,quæ eſt in d.clem.
ſæpe.in verſi.neceſſariò,quæ dicit, quòd ipſe ſolet dicere,
quòd libellus eſt de ſubſtantia iudicij,ſi tñ fiat petitio ver-
bo,redigatur in ſcriptis in actis,licet non in modum libel-
li,& ſuper ea lis conteſtetur,valet proceſſus,& tunc ſatisfa
ctum dicitur menti iuris.& hoc idem firmat Io. And.in d.
c.1.de lib.obla.& iſta opinio eſt in viridi obſeruantia. Et
de hoc vide Dom.Georgium Aſtẽſem, virum laudabilem
in repe.d.cle.ſæpe.in prin.ſuper gl.in verſic.neceſſariò, vbi
refert ſuper hoc multorum Doctorum opiniones,& vide-
tur cõcludere,vt ſup.dixi.Et maximè in hoc regno, vbi eſt
prouiſum per c.deteſtantes.ꝙ valet proceſſus,omiſſa lit.cõ
teſta.Et dicit Ant.de But.in d.c.1.de lib.obla.verſi.quin-
6 tus caſus eſt &c. † quòd vbi non exigitur litis conteſtatio,
non exigitur libellus. Quod verum eſt, ſi ſit aliqua petitio
in actis,quia ſi non eſſet in actis aliqua petitio, non poſſet
ferri ſententia,& ſufficit petitio ſine concluſione, vt in ca.
afferte.de præſum.Item quia dixit Spec.in d.§.nunc viden
dum,ꝙ ſi de plano & ſine figura iudicij agitur, tunc nõ eſt
libellus neceſſarius,vt in c.olim.de accuſ. & l.fi.C.de nau-
fra.& in regno per d. c.deteſtantes.omnes cauſæ ſunt ſum
mariæ,ſit ſummariè procedatur.Certè vr̃, ꝙ ſatis derogat
huic conſtitutioni d.c.deteſtantes.prima facie. Sed ſi bene
conſideras verba.d.c.deteſtantes.illud.c.non tollit ſubſtan
tialia iudicij,maximè lit.conteſt.quæ eſt vnum de ſubſtan
tialibus iudicij,vt dicit gl.in l.prolatam.C.de ſent.ut in l.3.
C.de lit.conteſt.& no.in c.de cauſis.de off.deleg.& in cap.
cum cauſam. de appel.& ea omiſſa non valet ſententia,vel
teſtium receptio, vt ext.vt lite non conte.accedens.& not.
gl.in c.dudum eccleſia. in ver.irritũ.de elec.& firmat Ale.
in 3.vol.conſi.82.in princi.quia d.c.dicit,dummodo aliàs
debito modo liqueat, non poteſt debito modo liquere,niſi
ſubſtantialia iudicij ſeruentur.& ita tenet Paris de Pu.doc.
egregius in ſuo tract.de ſyndi. dum tractat de intellectu.d.
c.deteſtantes.in ver.ſententia.Et ibi tangit, quid ſi libellus
eſt ineptus in cauſis ſummariis.Sed ſi teneres,ꝙ datio ter-
mini ad probandum habet vim litis conteſta.prout dicunt
hodie Mod. Doct. in l.properandum. in princ. C. de iud.
7 per iura infrà alleg. † ſumus in caſu claro,quòd non vitia-
tur proceſſus ex omiſſione litis conteſt. vt dicit gl.in verſi.
abſentia.in c.1.de elec.lib.6.& Bart.& alij Doct.in l.nihil.
& in l.nulla.C.de procur.& Abb.Sicu in c.pen.in vlt.col.
de iudi.& Io.And.in c.cum M.de conſti.Sed vbi habemus,
quòd in cauſis ordinariis,non ſummariis poſſit procedi li
te non conteſtata, dicat hoc,qui legit, pluſquam ego. An
autem, quando officialis ſtat in ſyndicatu debeant dari q-
relæ in ſcriptis per modum libelli, remitto me ad Paridem
de Put.in d.tractatu,in verſi.libellus.Quintò fallit, quãdo
petuntur teſtes examinari ſuper actione mouenda, tunc
examinantur teſtes etiã non abſfuturi,nec veriſimiliter mo
rituri,vt detur facultas agendi,ſecundùm Bal. in authen.ſi
quis in aliquo 5.col.C.de teſti.Et pro hoc bene facit l.lege
aquilia ſi deletum.ſecundum tertiam lect. ff.ad l.aqui.be-
ne facit ad hoc, quod dicit Spe.in tit.de lib.concep.§.nunc
videndum.verſi.29.Et ille erit iudex competens in exami-
natione iſtorum teſtium,qui erat iudex in actione mouen
8 da,per id,quod dicit Bald.in l.teſtamenta.C. de teſta.† vbi
dixit, ꝙ iudex cauſæ erit iudex aliorum incidentium, vel
emergentium,vt no.in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper. ff.de re iudi.
& in l.quoties.C.de iud.Facit,quod no.Bart. in l. ambitio-
ſa.ff.de dec.ab ordin.fa.vbi dicit,ꝙ poteſtas alicui conceſſa
extenditur etiam ad antecedentia, quando de neceſſitate
antecedens infert conſequens.ita etiam dicit Flor.de San-
cto Petro,in l.prætor ait.ff de his qui deie.vel effu. & dicit
Bal.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de off.procon.&
lega.ꝙ vbi ad pręparationem alterius cauſæ quæritur,po-
teſt iudex ſine libello de poſſeſſione ſe informare ſumma-
tim,& mandare alteri parti, ꝙ non accedat ad poſſeſſionẽ
ſine ſuo permiſſu. Facit ad hoc Bal.in l.ordinarij. C.de rei
vend.Sextò fallit, quando appellatur à ſententia interlocu
toria, tunc appellans non dat libellum, ita firmat Spec.vbi
ſuprà,ver. ſed nunquid. & eius ſententiam approbat Car-
di.in capi.Raynaldus. in §. dilectus.de teſta.licet Io.Andr.
ibi teneat contrariũ, & hoc iure vtimur.& ita firmat Abb.
Sicu.in c.per tuas.in 2.col.de appel.& Philip.ibi & allegat,
quòd idem tennerunt Dom.de Rota deciſ.465.inci.Item
9 ꝙ auditor.†Sed iuxta hoc quæritur,an in cauſa appellatio-
nis à diffinitiua requiratur libellus?Glo.hic in verſ.oblato
libello dicit,quòd etiam in cauſa appellationis datur libel-
lus,tamen remittit ſe ad gl.in l.fi.§.illud.C.de temp.appel.
ibi nihil dicitur de libello,ſed tantùm dicitur, ꝙ lite nõ cõ
teſt.proceditur in cauſa appellationis, quia ſufficit, quòd
litis conteſ.ſit facta in cauſa principali,ut no.cap.per tuas.
de appel.& firmat Bal.in Rub.C.de vſu & fruc.leg. Andr.
hic refert tres opin.Prima opinio eſt,quòd ſi appellatus eſt
citatus à iudice ad quem,& ſit contumax, appellans debet
comparere coram eo, & præſentare proceſſum infrà quin
quaginta dies,ut dicit infrà conſti. appellationum tempo-
ra.ipſi iudicj ad quem, & debet inſtare, vt iudex pronun-
tiet pro ſe bene appellatum,& malè iudicatum, vt infrà in
conſti.iuriſperitorum.in fi. & ſic requiritur iſta inſtantia,
quæ habet vim libelli. Si verò ambæ partes ſint præſentes
coram iudice appellationis,tunc dabitur libellus, & lis con
teſtabitur,nam una pars petet confirmari, alia pars nega-
bit,uel una petet infirmari,& alia pars negabit. Et ſic illi,
qui ſunt in iſta opinione, intelligunt,l.1.C.ne liceat tertiò
prouoca.Sed iſti non bene dicunt,nec d.l.facit pro eis, ut
10 bene dicit hic And. † Ideo tranſit ad ſecunda opinio ꝙ aut
in cauſa appellationis nihil noui eſt productum, ſed iudex
appellationis iudicat ex proceſſu fabricato in prima inſtan
tia,& tunc non dabitur libellus,nec iterum lis conteſtabi-
tur.allegat iura in argu.videlicet.l.ſi duo.§.Iulia.ff.de re iu
di.potuiſſet melius allegare dictum cap.per tuas.Aut in cã
appellationis allegatur noua exceptio,quæ allegari,poteſt,
vt in l.per hanc.C.de temp.app.& tunc ipſa natura negotij
requirit,ꝙ lis conteſtetur,non tñ requiritur libellus. Dein
de refert opinio.tertiam iudicum imperitorum,qui dicũt,
ꝙ ſi datur libellus, debet dari petitio in ſcriptis,ſicut quan-
do imploratur officium iudicis mercenarij.Et pro iſtis fa-
cit,quia per ſñiam latam in principali ſunt ſublata ordina
toria litis,vt in l.cum apud.ff.de iud. ſol. Ideo non põt cõ-
gnoſci de principali, niſi fiat cõteſtatio litis. Et non credo
fuiſſe imperitũ doctorem,Spe. in tit.de libel.concep.§.nũc
dicendũ.ver.ſed nunquid.qui tenet iſtam opin.nec Cardi.
Zaba.in cle.unica.in 8.q.de cau.poſ.& propriet.vbi tenet,
ꝙ in cauſa appellationis dẽt dari nouus libellus, & de no-
uo iurari de calumnia,vt in c.2.in princ.de iura. calum.li.
11 6.& firmat Ant.de But.in dicto cap. per tuas. † Sed Andr.
damnat,iſtorum opinio, ſcilicet, quòd non debet dari li-
bellus, nec petitio, quia appellatio ſuſpendit pronuncia-
tum, ut dicit text. in l.1.§.fin.ff.ad Turp. ideo non opor-

tet

tet dare libellum, etiam quando aliquid de nouo opponi-
tur. Et ideo ipſe concludit, ꝙ in cauſa appellationis nõ eſt
neceſſe, quòd detur libellus, nec ꝙ lis cõteſtetur, ſiue iudex
habeat pronuntiare ex eiſdem actis, ſiue ſuper exceptione
de nouo oppoſita. Et iſta vlti. opinio eſt verior, quia in hoc
regno ita ſeruatur, & dicam infrà in 5. no. in fi. Et quia arti
culus appellationis non eſt ſeparandus à negotio principa-
li, ideo ſufficit libellus, & lit. conteſt. facta in principali, vt
dicit Goſ. in d. c. per tuas. & hoc tenet Ioan. And. in nouel.
in d. c. Raynal. & per hoc l. 1. & ibi Ange. ff. an per aliũ cau.
appel. Hanc vltimam opinio. firmat etiam Inno. in ca. cum
contingat. de off. deleg. Bar. in l. 1. §. libelli. ff. de app. & Bald.
in l. ſi quis libello. C. de appel. Cętera de iſto articulo, & cõ
nexis vide per Barto. in d. §. libelli. & per Philip. de Franchis
in d. cap. per tuas. tamen Bar. in d. §. libelli. dicit, ꝙ commu
nis practica ſe habet in contrarium. Et ponit formã libel-
li in cauſa appellationis, quando appellat actor à ſententia
diffinitiua. Et formam libelli, quando appellat reus à ſen-
tentia diffinitiua, de quo etiam per Spec. in tit. de appellat.
12 in 4. parte in §. nunc dicendum. † Item quęritur, vtrũ quan-
do allegatur, ꝙ ſententia eſt nulla, requiratur libellus, hic
gl. tangit, & non ſufficienter decidit. Sed And. verificat hãc
dubitationem, ex quo dicit, ꝙ de hoc non multum curan-
dum eſt, ſiue dat libellum, ſiue non, dummodo allegetur
nullitas, & petatur à ſuperiore, vel ordinario à iudice, ꝙ an
nulletur, id eſt, declaretur ſententia nulla, vt C. de accuſa. l.
ſi accuſatoribus. & l. abſentem. Nam ordinarius iudex po-
teſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententię, & iterum pronũ
ciare, vt dicit Bal. in d. l. ſi accuſatoribus. & in l. ſi vt propo
nis. la prima. C. quomodo & quando iudex. & in l. 1. C. de
ſenten. ex breui. recitan. not. in ca. in literis. de offic. delega.
ſecus in iudice delegato, vel in arbitro, vt dicit Bald. in l.
2. C quando prouo. non eſt neceſ. & Innoc. in c. veniens, in
ver mandato. de iureiurando. & in c. ſuborta. de re iud. &
firmant Doct. in l. iudex poſtquam. ff. de re iudi. & in c. cũ
inter monaſterium. extra de re iudic. Lanfra. in c. quoniam
contra. in verſi. ſententia. de proba. Sed aduerte quia Spec.
13 in tit. de libel. concep. §. nunc videndum. in fin. dicit, † quod
quando nullitas deducitur incidenter, non requiritur li-
bellus, ſecus quando deducitur principaliter, per not. in c.
fi. de off. iud. & idem dicit Spec. in tit. de ſenten. §. iuſta. cir-
ca fi. verſicu. quid ergo ſi appellans à ſententia nulla. & ita
firmat Bar. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. in
14. q. in fi. & Ant. de But. & Abb. in d. c. per tuas. in fi. Fal-
lit, niſi coram eodem ordinario, qui tulit ſententiam, dicit
illam nullam excipiando, quia non requiritur libellus, nec
litis conteſtatio, ſecundùm Spe. in d. ver. quid ergo ſi appel
lans. in fine. niſi principaliter intentaretur, vt dicit Abb. in
d. c. per tuas. in fi. Et quia And. hic in materia nullitatis ſen
tentiæ dicit quædam dicta, ideo eius dictis puto neceſſa-
rium addendum eſſe. Et in primis inquantum dicit, ꝙ cau
ſa nullitatis agitari poteſt pendẽte cauſa appellationis, nec
per hoc renunciatur appellationi, allegat Inn. in c. dilectus
de appel. quia nullitas eſt ſpecies appellationis. ff. de arbitr.
l. non diſtinguemus. §. cum quidam. Adde, quòd ille, qui
appellat à ſententia nulla, non poteſt obtinere in cauſa ap-
pellationis, etiam ſi probet nullitatem, niſi iuſtificet appel-
lationem interpoſitam, id eſt fuiſſe appellatum intra legiti-
ma tempora. tex. eſt no. in c. dilecto. & ibi hoc firmat Ioan.
And. & Philip. in 4. col. de appella. In appellatione ſemper
incidenter ineſt nullitas, dixit Bart. in l. ſi expreſſim. in 1.
col. ff. de appel. allegat glo. in l. 1. C. quando prouo. non eſt
14 neceſ. † Et tunc an deſerta cauſa appellationis ſit deſerta
cauſa nullitatis, incidenter comprehenſa in appellatione.
In iſto dubio ſunt opiniones inter Doct. Nam Bar. in d. l. ſi
expreſſim. dixit, ꝙ deſerta cauſa appellationis non intelli-
gitur deſerta cauſa nullitatis, ſi fuit ſimpliciter appellatũ,
vel fuit dictum, ꝙ ſententia eſt nulla, & ſi qua eſt appella-
bat, & ſi lapſa ſunt fatalia, poterit fieri executio, niſi ſtatim
doceat de nullitate, iuxta not. in l. 4. §. condemnatum. ff. de
re iudi. & iſtam opin. Barto. approbauit Petr. de Anch. in
cle. ſi ante. in 6. nota, de dolo & contum. Sed Gulielmus de
Cu. in l. ſuum hæredem. C. de iure delib. dicit, ꝙ tacita nul-
litas vr̃ deſerta, ex quo deſeritur expreſſa, ergo & tacita, ſed
ſi expreſsè actum eſt de nullitate, tunc nõ vr̃ deſerta cauſa
nullitatis, ſecundum eum. Sed Bald. in l. qui teſtamento. ff.
de excuſa. tuto. authoritate. Inn. in c. ſæpe. de appella. dicit,
quòd eadem ſunt fatalia cauſæ appellationis & cauſæ nul-
litatis, quia in ſimul intentantur cum appellatione, vt quia
dixit, dico nullam, & ſi qua eſt, appello, nam decurſis fata
libus appellationis, deſerta eſt inſtãtia nullitatis, ſed qñ pe-
titur executio ſententiæ, poterit excipi de nullitate, qđ eſt
nota. dignum, ſecundùm eum. Sed idem Bald. in l. tale pa-
ctum. §. qui prouocauit. in 13. q. dicit multùm notabiliter,
15 † ꝙ quando appellatio eſt deſerta ex curſu fatalium, ſi qui-
dem principaliter fuit proſequuta nullitas ſententię, tunc
pendente cauſa nullitas, non currunt fatalia; & ſic non eſt
deſerta appellatio, vt in l. ſi expreſſim. de appel. ſi verò inci
denter in cauſa appellationis dictum fuit de nullitate, &
tunc aut loquimur, an videatur deſerta inſtantia, ex lapſu
temporis, & certè videtur perempta inſtantia, & deſerta,
aut loquimur, an videatur renuntiatum liti & cauſæ, iuxta
l. poſtquàm liti. C. de pac. & dicit, ꝙ non, imò poteſt denuo
dici nulla, quia tempus non firmat ſententiam contra nul-
litatem, ut in d. l. ſi expreſſim. & hoc duabus rationibus. Pri
ma, quia ſi ſententia eſt nulla, appellatio non eſt appellatio
quia non poteſt reſcindere pronuntiatum, quòd eſt nullũ,
ergo nec ſunt fatalia. Secunda, qa tẽpus non dat eſſe rei, q̃
nulla eſt, ergo non firmat ſñiam nullam. Itẽ, quia ſñia nulla
non confirmat, vt valeat vt ſñia ex conſenſu partiũ tacito,
vel expreſſo, vt no. in l. 3. C. com. vtri. iud. & dixit hoc Cy. in
l. 1. C. qui ꝓ ſua iuriſdictione. Aduerte, qa Io. de Imo. ĩ d. l.
ſi expreſſim. in 5. char. dicit, aduerte, qa qñ fuit ſimpliciter
appellatum à ſñia, tunc tacitè & incidenter veniebat nulli-
tas, tũc deſerta appellatione vr̃ ẽt deſerta nullitas, q̃ tacitè,
& incidenter veniebat, ar. l. 3. §. q hẽt, ff. de ſerui. ruſt. ꝑdio.
& in hoc caſu non ꝓcedit dictũ Bar. hic. idem uoluit Bald.
in addi. Spe. in ti. de appel. ver. ſtatutum dixit ſed ſi poſt ap
pellationem interpoſitã, in qua dicit ſñiam nullã, & ſi qua
eſt, appello, velit principaliter ꝓſequi nullitatẽ ſñię, tunc li
cet ſint decurſa fatalia. tñ poterit proſequi nullitatem. &
erunt duæ inſtantiæ, vna in cã appellationis, & alia in cauſa
16 nullitatis, † quæ inſtantia in cã nullitatis durabat de iure
ciuili triennio, iuxta l. properandũ. C. de iud. Sed aduerte,
quia de iure canonico, vbi non datur inſtãtia, durabit per-
petuũ, vt in c. pe. de iud. licet Imo. non ſic clarè loquatur.
Reperio Bal. in l. 1. C. qñ prouocare non eſt neceſ. in verſ.
tertiò quæro. dicentẽ, ꝙ deſertio appellationis fingit nõ eſ-
ſe appellatũ, & ſi erat nulla intra trienniũ, perit inſtãtia nulli
tatis. Sed iteratò põt dici de nullitate. Sal. no. in d. l. 1. dixit,
ꝙ qñ nullitas venit ſimul cũ appellatione, eadẽ ſit inſtan-
tia cãæ nullitatis, & appellationis, ſed ſi ſolũ intẽtetur nul-
litas, tũc inſtantia durabit triennio Reperio ẽt Bal. in c. ſan
cimus. lo 2. circa fi. quo tempore miles. dicentẽ authoritate
gl. in d. l. 1. ꝙ cauſa appellationis eſt principalis, qñ ſic fuit
appellatũ, dico ſñiam nullã, & ſi qua eſt, appello, & cã nul-
litatis eſt icidẽs nõ reſpectu verborũ libelli, ſed reſpectu iu
riſdictionis, ex cuius virtute inhibet iudici à quo, & alia fa
cit, quæ pertinent ad merũ iudicẽ appellationis, q̃ non poſ-
ſet facere iudex meræ nullitatis. C. de ord. cogni. l. fi. Itẽ in
d. l. ſi expreſſim. probatur, ꝙ cauſa nullitatis non eſt cauſa
appellationis, & ideo fatalia appellationis non imponunt
finem nullitati, vbi nullitas non eſſet in libello appellato-
rio expreſſa, ſed veniret tacitè, p l. 3. C. ſi pend. appel. mores
17 inter. & p Io. An. in nouella. in c. bonæ. de appellat. † & di-
cit verum eſſe, quòd in cauſa nullitatis etiam principaliter
intentata perimitur inſtantia. Ego obtinui in facto per ſen
tentiam Sacri Conſil. quòd ſi fuit dictum de nullitate ſen-
tentiæ, & appellatum, & appellatio fuit deſerta, quia non
fuit proſequuta infrà primum & ſecundum fatale, & fuit
per ſacrum conſil. ſententiatum appellationem eſſe deſer-
tam, & ſententiã tranſiuiſſe in rẽ iudicatam, & cum fuiſſet
citatus condemnatus, vt veniret in certo termino ad alleg.
cãm, quare d. ſñia non dẽt exequi, fuit oppoſitum de nulli-

tete illiue ſententiæ ex eiſdem actis, & fuit oſtenſa ille nul
lius notoriè ex eiſdem actis, & illa ſententie non fuit exe-
quuta, & pro hoc fuit allegate quædam deci. Rotalis, in de
ciſio. nonis, in tit. de re iud. aliàs. 425. incip. ſed pone, ꝙ ꝓ
ceſſum ſit. Et multò fortius ſi à ſententia diffinitiua fuiſſet
appellatum, & appellatio eſſet deſerta, dum fieret dubium
de deſertione, fuit oppoſitum de nullitate, & petitũ quòd
de nullitate prius cognoſcatur. fuit iudicatum, ꝙ cognoſca
tur prius de nullitate, quàm cognoſcatur, & determinetur
ſuper deſertione, quia cauſa nullitatis eſt præiudicialis ad
18 deſertionem, † quia ſi ſententia fuit nulla, per conſequens
appellatio non fuit neceſſaria, vt in d. l. ſi expreſſim. Et hoc
quando nullitas poteſt videri ex eiſdem actis. Et pro hoc
eſt deciſio Rotæ, in nouiſſimis in tit. de appel. 5. in nume-
ro, quæ incipit, vtrum prius ſit cognoſcendum de deſertio
ne appellationis, quàm de nullitate. char. 27. Nec conſtitu-
tio regni infra, ſi ciuiliter agens, tollit illam præiudicialita
tem, vt ibi dicitur in gl. Et ideo in curia Romana, vbi datur
inſtantie in cauſa appellationis, fuit obtentum in contradi
ctorio iudicio, ꝙ ſi a ſententia delegati apoſtolici in mate-
ria beneficiali fuit de nullitate dictum, & appellatum, &
cauſa appella. fuit commiſſa per ſedem Apoſtolicã, & pars
citata, & coram iudice principaliter fuit datus libellus, ſu-
per nullitate, & durauit cauſa vltra quatuor, & quinq; an-
nos, dicitur lis pendere, & habet locum regula. 27. quæ lo-
quitur de ſubrogatione in beneficio, & dicitur lis pendere;
& ſic etiam habet locum remedium attentatorum, per ca.
exhibita. de appel. & firmat Philip. in d. cap. dilecto. in 13.
col. ver. tertia appellatio. ſubaudi, ſecuta victoria ſuper nul
litate, ſecundùm Bal. in d. §. qui prouocauit. verſic. 12. quę-
ro. & Ang. in l. fi. C. ſi ex falſis inſtrumentis, & non ante, vt
firmat Philip. in d. c. dilecto. col. 19. & ſequen. & Bald. in l.
19 2. C. de ſerui. & aqua. † Et pendente cauſa nullitatis prin-
cipaliter intentata non currunt fatalia in cauſa appellatio-
nis, quando fuit dictum de nullitate, & ſimul appellatum,
ſicut quando factum eſt compromiſſum in arbitrum pen-
dente appellatione durente compromiſſo non currunt fa-
talia, vt in cle. quamdiu. de appel. & Philip. in capi. ex ratio-
ne. ſecus ſi in arbitratorem, ſecundũ Philip. in d. c. ex rõne.
in 14. col. Item quia cã nullitatis eſt præiudicialis ad cãm
appellationis, vt ſuprà dixi. Et hæc oĩa tene mẽti, quia ſunt
de pane lucrando. & vide ad hoc Alex. in 5. vol. conſi. 111.
& apoſtillam Alex. in d. l. ſi expreſſim. quæ incipit, duobus
mod. & Philip. in d. c. dilecto, vlt. char. verſi. 60. quæritur, &
ſequentib. Item inquantũ And. hic dicit, ꝙ ſi ſnĩa diffiniti-
ua mandata fuit executioni, poteſt dici nulla dãdo princi-
paliter libellum infrà annos 30. quantuncumque ſint lap-
ſa fatalia, & petere, ꝙ reuocetur executio facta, cui adde ꝙ
idem dixit originaliter Spec. in tit. de ſententia. §. iuxta. per
nota in c. in noſtra. de procura. & per l. ſicut. quam hic alle
gat And. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. & eſt ratio, quia qs
principaliter agendo de nullitate ſententiæ hoc facit offi-
cio iudicis nobili, ita Bar. in l. ſi expreſſim. pe. col. & Bal. in
d. §. qui prouocauit. col. 16. Inn. & Bal. in c. ſæpe. de appel-
la. Inn. in c. 2. in fi. de offi. iudicis. ſed officium iudicis no-
bile durat 30. annis, vt not. in d. l. ſicut. dixi in deciſionib.
meis, deciſio. 245. circa fi. ſed excipiendo de nullitate per-
petuò, poteſt dici de nullitate ſententiæ, quia exceptiones
ſunt perpetuæ, vt ff. de except. doli. l. pater. §. fina. & firmet
Spec. in d. §. iuxta. Io. de Imo. & Philip. in d. c. dilecto. & ita
etiam reſidet Saly. in l. ſi præſes. ver. vlterius quæri poteſt.
20 C. quomodo & quando iudex. † Rurſus gl. hic quærebat
an quando petitur executio ſententiæ, ſit offerendus libel-
lus? Remittit ſe ad no. in l. 1. C. de iuris & fa. igno. ibi, nihil
dicitur de libello, ſed tantùm quæritur, an quando petitur
executio ſententię, debeat altera pars citari ad dicendum,
quare non debet exequi, de quo per ſcribentes in c. ex ra-
tione. & ibi per Philip. in 41. col. de appel. & infrà dicã. &
ſimiliter nihil dicitur de libello in l. ſed ſi poſſeſſori. ff. de iu-
reiuran. Sed Andr. de Iſer. hic bene reſpondet ad illud du-
bium dicens, ꝙ duobus modis poteſt peti executio ſenten-
tiæ, vno modo per actionem in factum ex ſnĩa, quæ tranſi-
uit in rem iudicatam, & iſto modo agendo, de neceſſitate
debet dari libellus, & lis conteſtari, & omnia acta iudicia-
rie requiruntur, vt plenè per Roffre. Bene. in tit. de actione
in factum, quæ deſcendit ex re iudicata. Sed fatuus eſſet in-
tentatus talem actionem, vt dicit gl. in l. ſi à te. §. 1. de excep.
rei iud. & tunc ſecundùm Bal. in l. 1. in 2. col. C. de ſentent.
quæ ſine certa quant. iudex pronunciabit declarãdo, & cõ
pellendo, non iterum condemnando. ſed uide Pau. de Caſt.
in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. per quem apparet, ꝙ in uno
caſu non eſt fatuus ille, qui intẽtat actionem in factum ex
cauſa iudicati, ut ibi per eum. Secundo modo, ꝙ intẽtet of-
ficium iudicis mercenarium, & iſta non eſt diuerſa cauſa,
ſed eadem cauſa cenſetur dependens à prima, quia parum
eſſet ferre ſententias, niſi exequantur, ut dicit gl. in rub. ff.
de excep. rei iudi. & ideo non requiritur libellus, niſi quan
do implorant officium iudicis pro executione ſententię, in
quo non requiritur libellus, nec ordo iuris, ut in l. de pupil
lo. §. meminiſſe. ff. de oper. noui nun. Cui adde, quòd ean-
dẽ ſententiã confirmauit expreſsè Bart. in l. intra dies. ff. de
re iudi. & Spec. in tit. de execu. ſen. §. qualiter. & in §. breui
ter. & Bar. in l. qui de inofficioſo. ff. de inoffi. teſtam. & in l.
item non ueniunt. §. idem. ff. de peti. hæred. & uide Barto.
in l. nec quicquam. §. ubi decretum. in 3. col. ff. de offi. pro-
con. & lega. & Bal. in l. 2. C. de execut. rei iud. & Bart. in l. à
diuo Pio, §. ſententiam Romæ dictam. ff. de re iud. & quod
ſcripſi in deciſ. meis, deciſio. 345. & dicit Pau. de Caſt. in d.
l. 4. §. ait prætor. ꝙ hęc uia intentandi iudicis officium pro
21 executione ſententię eſt vtilior. † Et inquantum Andr. di-
cit, ꝙ quando pro executione ſententiæ intẽtatur officium
iudicis, ſit mercenarium. Adde ꝙ Barto. tenet contrarium,
ꝙ quando intentatur officium iudicis pro executione ſen-
tentiæ, ſit nobile inductum ex edicto prætoris, poſitio in d.
l. 4. §. ait prætor. ubi dicitur, condemnatum ſoluere coga.
ita dicit ipſe in l. iubere cauere. ult. col. ff. de iuriſd. omn. iu-
di. Et pro opin. Bart. contra And. facit, quia officium iudi-
cis mercenarium finitur lata ſententia, ut in l. iudex poſt
quam. ff. de re iudi. Sed Bald. in d. l. 2. C. de execut. rei iudi.
tenet opinionem Andr. ꝙ officium iudicis pro executione
ſententiæ ſit mercenarium. & idem tenet Pau. de Caſt. in
d. l. 4. §. ait prętor. Sed opinionem Bar. ꝙ ſit nobile, firmant
Angel. in l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de re iudic. & Ioannes
de Imo. in l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de damn. infect. & Idem
Angel. in l. qui reſtituere. ff. de rei uendi. Et licèt Docto. in
dictis locis non faciant mentionem de Andr. hic, ego, cui
reuerentiam ſemper geſſi, quia dicitur illuſtris Doctor,
qui eiluſtrauit feuda, dico, quòd And. hic bene dixit, quã-
do imploratur officium iudicis pro executione ſententiæ,
22 quòd illud eſt mercenarium. † Nec obſtat. d. l. iudex poſt-
quam. quia fateor, quòd officiũ iudicis mercenarium eſt
finitum per eius ſententiam, ſcilicet quò ad ipſam diffini-
tionem cauſę, ſed non quò ad eius executionem, cum ni-
hil dicatur actum, cùm aliquid reſtat ad agendum, ut in l.
penult. C. ad Syllan. ut dicit hic Andr. & ſic cùm executio
ſit acceſſorium ad ſententiam, dicitur executio ſententiæ
expediri officio iudicis mercenarij, quod deſeruit actioni,
ut dicit Bartol. in l. 1. ff. de iuriſdicti. omnium iudicum. &
actioni dicitur deſeruire pro executione ſententię latæ ſu-
per ipſa actione, cum nihil eſſet ferre ſententias, niſi exe-
queretur, ut dicit glo. in rub. de except. rei iudi. ſecundùm
Andr. hic. fallit in iudice delegato, ut tenet gl. in d. l. qui re-
ſtituere. Demum And. tangit illam quęſti. in pluribus locis
tactam per Doct. an quando petitur executio ſnĩę, debeat
pars citari ad dicendum, quare ſnĩa nõ debeat mãdari exe
cutioni? Super qua q. ego procedam per cõcluſiones ueridi
23 cas ponendo ſeptem concluſiones. † Et prima concluſio ſit
iſta, quando eſt actũ actione perſonali ad quantitatem, uel
ad aliquid in genere, adeo ꝙ pro executione ſnĩę facienda
eſt executio in alijs rebus, ſecundũ ordinẽ datũ in l. à diuo
Pio. §. in uenditione. ff. de re iud. tunc antequam fiat execu
tio, debet pars citari, ita procedat opi. Cy. in l. ab executo-
re. C. quorum appel. non recipiantur, & qđ dicit Roffred.
Beneuẽ. in opere libellorũ iuris ciuilis, in l. meminerint. C.
unde

vnde vi.ita firmant Bart.in d.§.in venditione.& Bal.in l.1.
C.de iur.& ſac.ign.& Inn.in c.cum ſuper. in gl. in verbo,
præiudicio.de re iud.vt dicit Abb.Sicu.in c.ex ratione, de
app.& Bal.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.in 10.q.ff.de
pac. Ang. in repe.l.1.C.de iud.& idem Ang.in l.habere ſi-
cere.ff.de euic.vbi refert Inno.ita tenere in c.ex ratione, de
appel.& idem in l.3.§ ex conuentione.ff.de re iudi. Et pro
dicta concluſione eſt euidēs ratio.Nam text. d.l.à diuo Pio
§.in venditione.dicit,quòd ſuper iſta executione debet in-
terloqui,ergo pars citatur,quia ſup illa interlocutoria pars
poteſt lędi,ergo debet citari, vt in l.de vnoquoque.ff. de re
iud.Nam volt diſpoſitio d.§.in venditione.ꝙ debet in exe-
cutione ſententiæ ſeruari ordo, vt primò fiat executio in
pecunia, deinde in mobilibus minus damnoſis condemna
to,vt probat tex.in l.fi.§.vbi autem.C.de bo. quæ lib.& ibi
alleg.glo.pro hoc in l.ſi cui.ff.de ſerui. & eſt text.in l.quan-
diu.C.de diſtrac.pign.& firmat Bart.& Ang.in l.alio.ff.de
ali.& cib.le.& Alex.in d.§ in venditione.& ſic debitor,qui
poteſt dicere executori, recipias ꝓ executione pignora mi
hi minus damnoſa,ideo debet citari,& ſi grauetur in hoc,
poterit iuſtè appellare,per l.ab executione.C.quorum ap-
pel.nec in hoc eſt aliquid immutatum per §. quod autē.in
24 auth.de fideiuſ.vbi dicitur,† ꝙ pro ſatisfactione debiti poſ-
ſunt capi res meliores.Nam dicit Iac.de Bel.ibi, ꝙ ille text.
loquitur, quando ſumus ante ſententiam, vel poſt ſnīam,
& debitor vult ſoluere ſpeciem pro quantitate, quia tunc
precioſiorem debet ſoluere. ſecus quando debitor cōdem
natus dicit, ꝙ non vult ſoluere, & venitur ad executionem
pignorum, quo caſu debēt capi pignora minus damnoſa,
& ſeruari dictus ordo traditus in d.§.in venditione. Item
ideo requiritur citatio ad dicendum, quare debet dicta ſen
tentia ſuper actione perſonali lata ſuper quantitate vel ge-
nere executioni mandari, quia condemnatus poſſet allega
re nullitatem ipſius ſententiæ, & ipſam probare incontinē
ti ex viſione proceſſus, quo caſu impeditur executio ſentē
tiæ,vt in l.fi.C.de ord. cogn.& in l.3.§.ibidem.ff.ad exhib.
& firmat Bar.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.& ſic di-
cit,quòd intelligitur Inn.in c.cum inter.de oſ.deleg.& ita
intelligo And.hic,dum allegat.l.ait prætor.§.Marcellus.ff.
de iud.& l.ſi feriatis.ff.de ſer. Et idem dicit Andr. in proœ.
iſtarum conſti.poſt mundi machinam.in 1. colum.& in c.
1.in fi.de contro.inter vaſal.& alium de beneficio. Et vide
ad hoc Barb.in c.pernicioſam 10.char.de off.ordi. & con-
cor. Alex. in d.§.condemnatum. ſecus ſi probatio nullita-
tis requireret probationem extra proceſſum, tunc non im-
pedit executionem, quia requirit altiorem indaginem, vt
in l.fin.C.de ord.cogni.& hoc etiam firmant Doc.in clem.
25 paſtoralis.§.fi.de off.deleg. † niſi in cauſa criminali,in qua
ſemper allegatio nullitatis ſnīæ ſuſpendit executionē ſnīæ,
ſecundùm Bal.in l.eum qui duas.C.de adul.& Pau.de Lea-
za.in cle.1.de re iud.Lud.in l.non ſolum.§.morte.ff.de ope
ris no.nun.& in l.ſi ſeruus quem.ff.de acq.poſ. Itē iō req-
ritur citatio in executione ſnīæ, quia poſſet peti in inte.re-
ſti. aduerſus ſnīam ex cā iuſta & rōnabili euidenter, puta,
quia eſſet minor,vel eccleſia,& euidenter apparet de lęſio-
ne, vt dicit Bal.in auth.q̄ ſupplicatio.C.de precib.imp.off.
& no.in c.auditis,de in integ.reſtit.& hoc firmat expreſsè
Bar.in l.defendere.ff.de auth.tu. & ibi vide optimā apoſtil
lam Alex.cui adde optimum conſilium Pau.de Caſt. in cō
ſi.324.inci.in cauſa, quę vertiť Parmę inter And.filiū &c.
26 † Item ideo requiritur dicta citatio,quia fortè poſſet allega
re quędā, quæ ſunt ad modificandam ipſam ſnīam, vt pa-
tet ex his,quæ dicit Bal.in d.l.1.C.de iur.& ſac.ign.& Bar.
in l.à diuo Pio.in prin.ff.de re iud.Alex.in 4.col. conſil.94.
itē ideo requiritur d.citatio, vt videatur, an aliquid ſit in-
nouatum inter partes poſt ſnīam, vt C. de excu.rei iudi.l.ſi
cām.ſecundùm And.hic,& bene. Itē ideo requiritur cita-
tio,quia poſt ſnīam poſſet eſſe ſolutum,& iſta defenſio eſt,
quæ impedit executionē ſnīæ,vt dicit Ang. in l.non tm̄.§.
1.ff.de pet.hær.& Bald.in l.ſi ſub ſpecie.C.de re iudic.& ſi
omittit ipſa citatio,& allegaretur poſt executionē ſnīę fa-
ctā omiſſa citatione aliquid,qđ innouat ipſam ſnīam, pu-
ta,pactum de non petendo factū poſt ſnīam,tunc retracta
bitur executio ſnīę facta probatione dicti pacti de non pe
tendo,& ſi non retractare velit iudex, poterit iuſtè appel-
lare,& iudex appellationis poterit ipſam executionem re-
uocare,vt in l.bene de app.& c.dilectus,de excep. quia ut
dicit hic And. in iudicio ſufficit proponere exceptionē le-
gitimā.& ſi non recipitur, vel non admittitur probatio, ſi
poſtea in cā appellationes recipitur, & probať, reddit iudi-
ciū nullū,vt dicit Inn.in c.tuæ.ext.de cohabi.cler.& mulie.
per id quod dicit gl.ſecundùm Io.in l.prolatam.C.de ſent.
& ſi non appellaſſet, valet illa repulſio,quia vr̄ exceſſus mo
dus in executione,vt in d.l.ab executione.ff.quorū app.nō
27 recipi.& firmant ſcribētes in d.§.in venditione.† Secūda cō
cluſio ſit iſta, ꝙ ſi actū eſt actione reali ad rē,& facta eſt cō
dēnatio ad rē illam, quę reperitur, tūc iudex antequā exe-
quatur ſnīam in re illa, debet facere ꝑceptum ipſi condem
nato, ꝙ rem illam reſtituat iuxta formā ſnīæ,poſt dictū ꝑ-
ceptū pōt fieri executio, ita inquit Bart. in d.l.defendere.ff.
de auth.tut.& Bar.in d.§.in venditione.dum alle. inſtit.de
off.iud.§.1.& l.qui reſtituere.de rei vend.& ſi ad pręceptū
comparet,& alleg.cauſam, q̄ requirit altiorē indaginē, ſit
executio cum cautione de reſtituendo, ſecūdū Bart.in l.ait
prętor.§.Marcellus.ff.de iud.Si autē res,in qua facta eſt cō
demnatio,non reperiať,tunc dēt fieri citatio,ſecundū Bar.
in d.§.in venditione.Idē ſi res reperiť,vel non, & eſſet mor
tuus condēnatus ad dictā reſtitutionē,& tunc nō pōt exe-
qui contra ſucceſſorē, vel tertium nō nominatū in ſnīa,ni-
ſi citetur,vt dicit Inn.in c.quia,in fi.de iudi.& Bald.in l.1.
circa fi.C.de ali.iud.mo.cā facta,& in l.per diuerſas. C.mā
dati.in 10.q.& ita ſeruat ſacrū conſiliū. nā ſemꝑ facit mā-
datū de parendo ſnīæ & nō citat partem ad dicendū, qua-
re non debeat exequi, & ꝓpea Bar.in d. §.in venditione. &
Bal.in d.l.1.C.de iur.& ſac.ign.& alij Doc. allegati ſup.in
2.conclu.tenent, ꝙ lata ſnīa in actione reali in ſpecie, quæ
iam extat,pōt in ea fieri executio ſine citatione, ſecus ſi nō
extat.& idem Barto.tenet in extrauag.ad reprimendam.in
verſi.executionem,& in d.l.meminerint.verſi. procedo vl-
terius.dr̄ hic.& vide ad hoc Philip.in d.c.ex ratione.in 4 1.
col.cum ſeq.de app.& tene menti iſtam differentiam inter
28 dictum præceptū iudicis, & citationē. † Tertia concluſio
ſit iſta,ſi iudex, qui dedit ſnīam in executione ipſius prius
citauit partem,& cum cauſæ cognitione,poſtea commiſit
executori meram executionem,iſte merus executor nō ha
bet citare partem, ſed tantum manu militari exequi ſnīam
per d.l.qui reſtituere.& per gl.in d.l.1.C.de iud. & firmat
Inn.in d.c.ex ratione.de appel.quia ille executor procedit
compellendo, non cognoſcendo, ex quo omnis cognitio
pręceſſit.ideo mera executio vr̄ commiſſa,ſecundū Bar.in
d.l.à diuo Pio.in princ.ff.de re iudi.ſecus qn̄ non præceſſit
cauſæ cognitio,ut ibi plenè per ſcribentes.Quarta cōclu-
ſio ſit iſta, ꝙ ſi iudex condemnauit ad rem, q̄ extat, & mor
tuus eſt iudex,antequam exequatur,ſucceſſor non pōt illā
exequi ſine citatione partis, quia non ſibi pōt liquere de
cauſa,niſi parte citata,ut dicit gl.in l.quoties.§. fi.ff.de ꝓ-
bat. Quinta concluſio, ꝙ ſiue petatur executio ſententiæ
actione in factum,ſiue iudicis officio mercenario,ſemper
requiritur citatio partis, antequam declaret executionem
ſnīæ eſſe faciēdam,per ea quæ ſcribit Bar. in d.l.intra dies.
& Bal.& Sal.in d.l.ab executione.C.quorum appel.nō re-
ci.& probatur in d.l.à diuo Pio.§.in venditione. & Cyn.in
29 l.1.C.de iur.& ſac.igno. † Sexta concluſio ſit iſta,ſi petitur
executio ſententiæ pro eo, quia appellatio eſt deſerta, ex
quo non præſentauit proceſſum intra quinquaginta dies
iudici ad quem iuxta conſtit.intra appe.tempora.uel quia
præſentauit, ſed non fuit proſecutus cauſam appellatio-
nis intra biennium,& ſi ſunt lapſa fatalia, non poteſt pro-
cedi ad executionem ſententię,niſi citata parte,Ita firmat
Bar.in l.1.in fi.ff.nil noua.appe.pen.& Card.Flor.in clem.
ſicut.in 2.q.de appel.Et firmat Phil.in d.c.ex rōne. col.41.
verſi.4.quæritur.Et ſi iudex ad quem pronunciat appella-
tionem deſertam,ab iſta pronunciatione poteſt appellari,
vt dicit Bal.in l.2.in fi.C.de epi.aud.& firmant do. de Ro-

30 Rota deciſ. 444. quæ incipit. Item ſi à diffinitiua.†Septima
concluſio, quod vbi iudex eſt certus, ꝙ condemnato nulla
poteſt competere defenſio contra executionem ſententiæ,
per quam condemnatur ad rem ipſam in ſpecie, poteſt il-
lam exequi ſine citatione, vt no.gl.& ibi Doct.in ca.ad no-
ſtram. el iij.de iureiu. & glo.in c.cum ſit.de appel.& Inno.
in c.tua. de coha.cle.& mulierum.& pro hoc bonus text.in
l.ſi cum ſeruum.§.ſi quis ſeruum.ibi, vt ſi præſens eſſet. &
in §. ex iuſta.ibi, non eſt neceſſe vocari.ff.de fideic.liber.&
l.recuſare.in prin.ff.ad Treb.& in c.cum olim, ſecundum
vnam lecturam gl.de re iud.per Inn. in c.niſi cum pridem
de renun. ſecus ſi aliqua defenſio poteſt ſibi cõpetere, tunc
ſemper debet citare, quia non debet fieri executio, ſiue ſen
tentia lata ſit in perſonali actione, ſiue in reali, puta ſi erat
talis, qui non poterat exequi, niſi inquantum facere potaſt
vel competebat ſibi aliqua exceptio, vel nullitatis ſentẽtię,
vel falſitatis inſtrumenti, ſuper quo fundata fuit ſnia vel ali
qua alia iuſta exceptio contra ſententiam, tunc an execu-
tor poſſit de his cognoſcere, remitto me ad Bar. in l.à diuo
Pio in prin.ff.de re iud.& ad Pau.de Caſt.in l. & ſi non co-
gnitio. C.ſi contra ius vel vtil.pu. & ad Abb. Sicu.in c.ſi de
præſump. Et eſt ſciẽdum, ꝙ vbi facta fuiſſet executio ſniæ
ſine partis citatione in caſu, in quo debebat prius vocari
pars ante executionem ſententię, actus executionis dr̃ ipſo
iure nullus, per l.prolatã C.de ſent.& facit. l. de vnoquo-
que. ff. de re iud.& ſi de facta ſine citatione iudex proceſſit
ad executionẽ ſniæ, ita debet eſſe facilis de facto ad ipſam
reuocandam, vt dicit Bald.in l. ſi pacto quo pœnam. C.de
pac. Facit gl.in l.minor.ff.de euict.& Bal.in l.dies feſtos.C.
de feriis.gl.in l.1.§.nũciatio.ff.de ope.no.nun. Facit, quod
31 no.in l.qđ iuſſit.ff.de re iud.& bene firmat Andr. hic. †An
autẽ ſit vera illa opi.quam refert hic And.ꝙ ſi ſnia, q̃ tran-
ſitum fecit in rẽ iudicatam, petitur de recenti, ꝙ mandetur
executioni iudicis uſſu.non requiratur citatio partis. ſecus
ſi antiqua ſnia petitur officio iudicis exequi. Vidi hoc alle-
gari, ſed non vidi eam obſeruari, quia multa iura volunt,
ꝙ generaliter, vbi pars põt lædi, debet pars citari, ſiue ſnia
ſit noua, ſiue antiqua. Fallit, qñ petitur executio virtute ob-
ligationis penes acta, quæ fuit facta de recenti. Secus in ob
a ligatione antiqua. [a] Et ita ſeruatur in magna curia vic. &
ſecundum iſtã obſeruantiã idem poſſumus dicere in ſnia,
quia obligatio penes acta æquiparatur ſententiæ iudicis,
vt dicunt Doc.in c.ſi quãdo.de off. deleg.per Barba. Et di-
co tibi vnum pulchrum dictum Ang.qui fecit ſemper mi-
hi honorem in d.l.4.§.condemnatum.ꝙ exceptio nullitatis
ſniæ, ſi opponitur coram inferiore iudice eius, qui tulit ſen
tentiam, nunqñã impedit eius executionem. Bene facit, qđ
no.Inn.in c.decætero.de re iud.ubi dicit, ꝙ ſi Papa mãdat,
ſniam latam exequi, ſi opponitur coram executore, ꝙ ſen-
tentia eſt lata per falſos teſtes, vel per fraudem, non põt ip-
32 ſe cognoſcere, ſed debet remittere ad Papam.†Subſequen
ter tangit hic. And.vnum dubium, ſi iudex, qui habet exe-
qui ſniam latam ſuper quantitate, exequitur ſniam contra
ordinem datum per l.à diuo Pio an poſſit dici executio fa-
cta nulliter, & ideo debeat reuocari abſque appe.vel requi
ritur, ꝙ appellet, & ſi non appellet, teneat executio facta
contra illum ordinem. Et ipſe And.cõcludit, ꝙ requiritur,
ꝙ pars appellet intra decem dies à die latæ ſniæ, ſi eodem
die habuit ſentẽtiã. Cui adde, ꝙ idem voluit Bar.in d.l.à di
uo Pio.§.in venditione. quia ordo ille traditus in executio-
ne eſt potius ad vtilitatem debitoris, quàm ad neceſſitatẽ,
& ſic nõ pro forma, & ideo debet appellare, ſi peruertitur,
quia tunc extenditur modus per dictam. l. ab executione.
Idem tenent Bald.in d. authen. ſed hodie. C. de action. &
oblig.& Abb.Sic.in c.quò ad conſultationem.de re iud. &
Ant.de But.in c.quoniam frequenter.§.ſi. vt lite non con-
teſta.vbi Io.And.in nouella refert opinionẽ Ioã. gl.antiqui
tenentis, quòd executio facta contra ordinem dictæ l.à di
uo Pio. ſit ipſo iure nulla, tanquam facta contra formam
legis per l.non dubium.C.de leg.& l.cum hi.§.prætor.ff.de
tranſact. ſed Ioann. Andre. ibi tenent contrarium. Mod.
in d.§.in venditione. dicunt, quòd iſta opi. Ioan.antiqui
glo.procedit, quando iudex dixit, primò capienda eſſe bo-
na ſtabilia, deinde mobilia, tunc eſſet ſententia iſta nulla,
quia contra ius. Aliud quando ſine pronuntiatione iudi-
cis facta eſſet executio, primò in ſtabilibus, tunc non eſſet
ipſo iure nulla, ſed debet appellari. Et audio, quòd ſic ſcri-
pſit in d.§.in vẽditione. do. Vincentius de Herculanis egre
33 gius Doc.Moder.Peruſious, in vlt.col.† Quartò not.ex tex.
ibi, litis conteſtationem, modum & formam, qualiter fiat
litis conteſtatio per principales litigantes. Et qualiter per
eorum procuratores, vt primi reſpondeant libello per ne-
gationem, vel confeſſionem, ſecundi per ignorantiam, ẽt
quòd principalis conuentus ſit hæres fideiuſſoris, vel prin-
cipalis debitoris, qui habet iuſtam cauſam ignorãtiæ pro-
pter generalitatem huius literæ, & quia hæres & defun-
ctus vna perſona cenſentur, vt in auth.de iureiu.à morien
te pręſtito.& ita tenet hic Bartho.de Cap.in quadam apo-
ſtilla. Et ſic patet, ꝙ non eſt uerum, ꝙ litis conteſtatio fiat
per contrarias petitiones, ſi ſeorſum offerãtur, ſecus ſi con
tinuato tẽpore, vt dicit Bal.in c.dudum.lo ij.in 3.char. ex-
trà de elect.ſic etiam per obiectum exceptionis peremptio-
riæ non inducitur litis conteſ. vt expreſsè dicit tex. in c.2.
de litis conte.li.6.& voluit Bal.in c.1.de contro. inter dom.
& epiſ.& in l.1.verſ.2.quęro.C.de litis conte & in l.rẽ non
nouam.C.de iudi.alle.Inn.in c.prout.de dolo & contu. &
idem Alex.in 3.vol.conſ.82.in 4.col.& in 5. uol.conſ.100.
34 in 3.col.†Sed quæro, an ſi reus negat contenta in libello, cũ
proteſtatione, ꝙ non animo conteſtandi litem, an ſit indu-
cta litis cõteſt. Bar.dicit, ꝙ non, quia proteſtatio tollit mẽ-
tem à facto. ita firmat Spe.in litis conte.§.1.uerſ.illud Bar.
& Bal.in l.s.C.eo.tit.& Abb. Sic.in c.1.eo. ti.& Alex.in 3.
uol.conſi.42.inci.in cauſa & lite 2.col.& in 4.uolu.conſil.
130.in fi.& ultra eum Arch.27.diſt.c.1.Bart. in l.non ſolũ.
§.morte.ff.de ope.no. nun. Et ſi ſemper reus ſic reſponde-
ret, diceretur eſſe in mora conteſtandi litem. & iſta mora
haberet uim litis conte.ſecundum Bal.in l.more ſiuis.C.de
rei uen.& Alex. in l.ex hoc edicto.in 3.col.ff.de eo per quẽ
factum eſt.& in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.& in l.ſi quis in
iudicio.§.illud.ff.ſi quis cautio. hoc uerum, qñ nõ põt eſſe
conſultum actori per miſſionem ex 1.decreto, ſecus ſi põt
eſſe conſultum per miſſionẽ ex 1.decreto, nã tunc non ha-
betur pro conteſtata, ut dixit Alex.in d.§.qui iniuriarum.
in 3.col.quia actor debet petere, qõ reus non uult reſpon-
dere libello, ꝙ mittaẽ in poſſeſſionẽ ex 1.decreto, ut dicit gl.
in l.non uidetur defendere.ff.de regu.iur.& no.gl.in anth.
35 qui ſemel. C.quo.& qñ iud.†Sed quæro, reus non uult litẽ
conteſt. an iudex poterit interloqui, ꝙ habeatur pro conte
ſtata, vr̃ ꝙ non, quia litis cõteſ.requirit certã formã, vt hic
ergo iudex ab ea recedere non põt. Ita firmat Bal.in l.1.C.
de litis conte.& uoluit gl.& Bar.in auth.qui ſemel.C.quo.
& quan.iud.ſed reperio Paul.de Caſ.in conſi.214.incip.in
cauſa, quæ uertitur in curia Do.Poteſtatis ciuitatis Caſtel
li &c. dicentem, hoc non eſſe uerum, & contra caſum, l.1.
§.quid ergo.ff.de uen.inſpi.ubi expreſsè habetur, ꝙ iudex
põt quem præciſè cogere ad reſpondendum, & talis inter-
locutoria facit ius, ſi non fuit appellatum. Et ſic hr̃, ac ſi lis
eſſet conteſt. & placet mihi hæc ſua opin. poteſt etiã iudex
compellere reum ad litem conteſtandum, mulcta indicta,
uel pignoribus captis, uel per coerctionem perſonæ, ut di-
cit Bal.in d.l.1.C.de litis conteſt.& ſi actor non dedit libel
lum, non põt iudex reum compellere ad litem conteſtan-
36 dum, ut dicit gl.4.infrà in conſ.ſeq.†Quintò no.ex tex.ibi,
infrà duos auguſtales. quòd ſi iſta conſti.excipit ſolùm cau
ſam infrà duos auguſtales, ergo ſtatuit, ꝙ in cauſa ſumma-
ria requiratur libellus. Sed hoc non eſt uerum, ut not. in
glo.in uerbo, non exigat, in cle.ſæpe.de uerb. ſig.idem Bar.
in l.nec quicquam.verſ.de plano. ff.de offi. proconſ.& leg.
& in Spe.de lib.concep.§.nunc uidendum. & in extrauag.
ad reprimendam.in uer.de plano. Bart.in l.2. C.de ſent.ex
breui.reci. Ant.de But.in c.1.de libel.obla.licet requiratur
qualiſqualis petitio, ſecundum eos, & firmat Alex.in 2.uo
lumi.conſilio 50.in 3. col. quæ incip. uiſis actis cauſæ &c.
Nec obſtat iſte text. quia excipiendo hunc caſum, non
exclu-

excludit alios de iure communi, quia legum correctio eſt
euitanda.l. præcipimus. C. de appel.Item ſcias vnũ, de quo
hodie habui conſulere . priuilegium cauſæ ſummariæ eſt
etiam, ꝙ procedit libellus generalis, etiam parte opponen-
te, vt dicit Bart.in extrauag.ad reprimendam in ver. figura.
in fi. 2.col.Et firmant etiam Pet. de Anch.& Io.de Imo. in
dicta cle.ſæpe.quidam egit interdicto retinendæ poſſeſſio-
nis, dicendo ſe turbatum, opponitur, ꝙ libellus eſt genera-
lis, quia non exprimit modos turbandi , an teneatur actor
exprimere modũ turbationis? Tu diceres ꝙ non, quia cau
ſa poſſeſſorij de ſui natura eſt ſummaria , vt dicit Bar.in l.
momentaneæ. circa fi.C.vnde vi.vbi dicit, ꝙ interdicto re-
tinẽdæ poſſeſſionis, mox intelligitur ſummatim.ſed in cõ-
trarium eſt veritas, quia libellus in hoc interdicto retinen-
dæ poſſeſſionis procedit , in quo libellans dicit generaliter
37 . aduerſarium turbaſſe. † Sed ſi pars opponat de generalita-
te, non obſtãte eius natura, ꝙ ſit ſummaria cauſa, dẽt actor
exprimere modum turbationis. Ita firmat Bal.in l.ordina-
rij, in 6.colum.verſic.Item quæro, nunquid C.de rei vend.
& in ſua egregia diſputatione, quæ incipit, accuſatus de vi
turbatiua.in ult.char. & idem Bar. in l.edita in 17.colum.
C.de eodem.& in c.licet cauſam. da probat.in 3.col.& me
lius.in 20.col.ver.oppono, ille qui intentat &c. & Alex.in
3.uol.conſi.71. in 1.colum.Nec obſtat, ꝙ procedit libellus
generalis, etiam parte opponẽte in cauſa ſummaria, quia
intelligitur de generalitate tolerabili , non de intolerabili,
de qua non poſſet deliberare, an velit cedere, vel contende-
re, quia in hoc interdicto debet de neceſſitate exprimi mo
38 dus turbationis, vt ſuprà.† Item quęro , quæ dicatur gene-
ralitas tolerabilis? Reſpondeo, dicitur illa, de qua in l.ſi in
rem.la j. ff.de rei vendi. vt puta, actor petit fundum decla-
ratum per confines, de quo fundo ipſe habet medietatem,
ſi reus petit, ꝙ declaret, an petat totum, vel partem, non te-
netur declarare, quia iſta eſt tolerabilis generalitas, quia in
dubio petendo rem, videtur petere totam, vt dicit glo.in d.
l.ſi rem.reprobata gl.in l.Pomponius.§. ſed & his.ff. de pro
cura. quæ dicebat contrarium. quam glo. communiter re-
probant ſcribentes ibi.& Albe.in l. ſi defenſor. §. qui inter
rogatus.ff.de inter.actio.& Bar.in l.de pupillo.§. qui nun-
ciat.ff.de ope.no.nun.Sed ſi actor in quacunque parte litis
declaraſſet, ꝙ pro parte petit rem illam, admitteretur dicta
declaratio, etiam poſt concluſionem, dummodo ante ſen-
tentiam, vt dicunt Barto.& Ale.in l.edita. C. de edend. qa
licet in dubio videatur petere totam , tamen non excludit,
39 ꝙ actor non poſſit declarare. † Nã ſi põt in totũ recedere a
lite, & cauſa, vt in l.poſtquam liti. C.de pactis. ergo & pro
parte , quia idem iuris eſt de parte quò ad partem &c. l. q̃
de tota.ff.de rei vendicatione.cum ſimilibus, & firmat Bar
to in d.l.edita. licet aliud voluerit Ant. de But.in c.2.de li-
bel.obla. Nec obſtat, ꝙ reus poſſet petere, quòd feratur ſen
tia ſuper parte renunciata, quia præſumitur in illa non ha-
buiſſe ſecundùm Doc. in d.l. poſtquã liti. ꝙ iſta præſum-
ptio excluditur per probationes productas, per quas appa
ret, ꝙ pro parte ipſe actor eſt dominus, & ſic non põt reus
pro iſta parte abſolui propter renunciationem, & ceſſionẽ
litis iſtius partis, quam ipſe actor habet. Faciũt ad hoc ſcri
pta per Ale. in l.ſerui electione.§. Labeo, circa fi.de leg. 1.
Et vide ad hoc ſcripta per dominum Bart. Soci. in l. ſi quis
cum totum.ff. de except.rei iudic.& hãc limitationem no.
quia ſcribentes in dictis locis nihil dicunt de iſta limitatio
ne, & tamen videtur mihi vera, tamen remitto me illis, qui
melius ſentiunt. Item ſcias , ꝙ in cauſa appellationis proce
ditur ſine libello, & litis conteſtatione in regno, vt patet in
ritu magnæ curiæ vicariæ, in 8.charta, in 4. colum. & ſup.
40 dictum fuit in 3.no.† Sextò no.ex tex. ibi , locorum domi-
nis. ꝙ domini feudorum, in quibus ſunt vaſalli, ſunt iudi-
ces ordinarij in cauſis ciuilibus ſuorum vaſallorum. Et idẽ
ſolitus ſum dicere, ꝙ barones regni, qui poſſederunt feuda
ſpacio triginta annorum, & præſtiterunt ſeruitia pro feu-
dis regi, ꝙ præſumitur inueſtitura, vt in c.ſi quis per trigin
ta . ſi de feudo fuerit contro. inter dom.& agna. necnon , ſi
ſunt in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ciuilis inter ſuos va-
ſallos, ꝙ præſumitur etiam conceſſa eis per regem iuriſdi-
ctio ciuilis inter ſuos , tanquam eis acceſſoria ad feudum,
quod habet territorium & ſic iuriſdictionem, quia territo-
rium dicitur a terrẽdo l.ſi pupillus.§.territorium ff.de ver.
ſignifi. & ſic feudum habet iuriſdictionem , & per conſe-
quens dominus feudi eſt iudex ordinarius vaſallorum . ſi
feudum habet vaſallos, dixit And.in c.1. quid ſit inueſt. in
4.colum.dum allegat in auth.de quæſtore.§. ſi verò.ſic di-
cit gl.ibi. & dixi ſuprà in pręludiis, in 6.q.& in conſt.iuſti-
tiarij.a 2.no.& in conſti. officiorũ. in 8.no. Bene facit pro
hoc tex. in l. imperialem. §. pręterea inter duos. de prohi.
feud.alie. per Federicum. & eſt text.expreſſus hic, & ſuprà
in conſt.iuſtitiarij nomen & ſuprà dixit And.in conſt.pręe
dicta, officiorum periculoſa confuſio . in primo lib. rubr.
58. ꝙ baro eſt iudex ordinarius vaſallorum , alleg. dictum
§.ſi verò.& c.verùm.de foro competen. Et idem dicit ſup.
in conſt.in locis demanij.Et ideo cõſtituit iudicem in ter-
ra ſua ad iuſtitiam, vt dicit And.in dicta conſti.in locis de-
manij. & per conſequens actorum notarius etiam nullum
habet priuilegium de hoc, dummodo per triginta annos te
nuerit feudũ cum vaſallis, cum præſtatione ſeruitij, & fuit
in poſſeſſione in ciuilibus iuſtitiam miniſtrandi , tunc ius
41 facit ipſum iudicem ordinarium. Tene menti . † Septimò
no.ex tex.ibi, pridie. ꝙ baiuli, quando faciunt citationes. ſ.
in ciuitate, debent dicere in citatione, ꝙ citãdus intra duos
dies debeat comparere ad dicendum contra citationem, in
quibus duobus diebus computatur dies citationis , & die
ſequenti debet comparere , vt dicit hic glo. exponendo il-
lud verbum, pridie, id eſt pręcedẽte die, vt.ff.de ferijs l. pri-
die, cum concor.in glo.alleg.Sed aduerte, quia hoc eſt cor-
rectum per conſt.quæ incipit, in ciuilibus cauſis . ſuprà in
1.lib.ſub rub.90.vbi dicitur, quod citatio baiuli dẽt conti-
nere terminum trium dierum , vt dicit ibi text. continens
terminum tertij diei in ciuitate, computato die citationis,
& die quo ſiſti debet in iudicio. extra ciuitatem verò vſque
octo dies. extra prouinciam, det vnum menſem, computa-
to die citationis, & die qua debet comparere.& quæ ibi di-
42 xi, hic repete. †Octauo not.ex tex.ibi, in ipſa citatione con-
tineatur. ꝙ citatio debet continere nomen, ad cuius inſtan
tiam fit citatio. Et ſic ad partis petitionem iudex debet de-
cernere citationem. Idem eſt de iure communi, vt iudex ad
partis petitionem facit citationem vt probat text. in l. ac-
cuſatoribus. C.de accuſatio.& ibi per Bald.& not. Bal.in l.
2.C.quomodo & quando iudex. & no. Bar.in l.ad perem-
ptorium.ff.de iudi.Bene probat tex. in c.ad petitionẽ.& c.
pen.de foro compet.& cum iſta conſtit.dat iſtam formam
ſi omittitur iſta forma, quia ſi in cauſa ciuili iudex in cita-
tione non dicit, ad cuius inſtantiam fiat citatio , ipſa cita-
tio eſſet ipſo iure nulla , vt no.in c.j.de iudi. Et pro hoc fa-
cit quia iudex officium ſuum non debet impartire, niſi par
te petente, vt dicit Bar.in l.4.§.hoc autem.ff. de damno in-
fecto.Item debet fieri citatio de commiſſione iudicis, & ſic
nomen iudicis debet eſſe in citatione . & hoc eſt , quod di-
cit iſta conſtitutio, à quo, id eſt, à iudice.& hoc eſt etiam de
iure communi , vt in l.2.& l.conſentaneum.C.quomodo
& quando iudex. Item debet continere nomen ipſius , qui
debet citari, nam ille eſt citandus, contra quem principali-
ter dirigatur petitio, vt in ca.fi.de maioritate & obedientia.
vt dicit Bald.in c. 1.de milite vaſal.qui contu.eſt.& in l. 2.
C.quomodo & quando iudex. Item debet cõtinere de qua
re, vel de quo citatur, vt hic. Ad idem tex.ſuprà in cõſt.edi-
43 ctorum. in j.lib.rub. 96. & ibi dictum fuit. † Nonò not. ex
tex.ibi, niſi dilatoria competens.quòd exce.dilatoriæ, quæ
debent opponi ante lit.conteſt. vt in l.exceptionem. C. de
prob.& in c.exceptio.& in c.paſtoralis.de excep. & l.fi.C.
de excep.non ſunt ſublatæ in regno, ſicut ſublatæ excep.di
latorię, per iſtam conſt. Inde dicit gl.fi.hic, quòd tũc immi
net dies opponendi dilatoris excep. cum imminet tempus
conteſt.litem. Idem dicit glo.infr.in conſti.ſeq. & ſic ante
litis conteſt.non poteſt huic exceptioni præſcribi. Sed per
conſt.ſequen. exceptiones, hoc corrigitur, quia excep.dila
toriæ debent opponi intra tres dies a die oblati libelli . Be-
ne

ne fateor, quòd ſi intrà illos tres dies ex impedimento fa-
cti, vel iuris non potuiſſet opponere, certè poſtea poterit
opponere, quia non valenti opponere, non currit præſcri
ptio, vt in l. poſſunt §. fi. in fi. ff. de doli exce. & in l. peten-
dę. C. de temp. in integ. reſti. ibi, quia nequaquam ſteterat
44 in ipſius poteſtate, quando litigio pulſaretur. † Et tene
menti regulam, quam dat Bald. in d. l. exceptionem. ꝙ om-
nis exceptio, per quam altera trium perſonarum remoue-
tur à limine iudicij, ſcilicet vel iudex, vel actor, vel reus, vel
hi, per quos litigant, talis exceptio impedit proceſſum cau-
ſæ principalis, vt ibi latius per eum. Imò quando vna ex tri
bus perſonis prædictis funditus eſt inhabilis, hæc exceptio
reddit iudicium retro nullum, & non præcluditur via tali
exceptioni, quin ſemper poſſit opponi, ſecundùm Bart. in
l. licet. C. de procur. per l. 2. §. 1. ff. qui ſatiſda. cog. de quo la
tè per Alex. in l. 1. §. 1. ff. ad trab. An autem exceptio inepti-
tudinis libelli, quia non excludit ius agendi, debeat oppo-
ni ante litem conteſtatam, vel poſſit opponi vſque ad ſen-
tentiam? Bald. in d. l. exceptionem. dicit, ꝙ poteſt opponi
vſque ad ſentẽtiam excluſiuè. Cui adde optimum textum,
quem ponderat ibi ad hoc Abbas ſiculus in capitulo, cùm
dilecti. in tertio notabili. de emptio. & vendit. Et dicit Bal.
in l. 2. de reſcin. uend. col. 14. ꝙ licet iudex ad quem, ſup-
pleat defectum iudicis à quo, vt in l. Titianus. ff. quod cum
eo. non tamen quando libellus, vel proceſſus eſſet ineptus,
& pridie dixi aduocando in quadam cauſa, ꝙ libellus erat
ineptus pro eo, quia agebatur contra filium debitoris pro
debito patris, & non dicebat illum eſſe hæredem patris ſui
licet hoc confiteretur verbo, vt dicit Bald. in l. 2. C. ne filios
pro parte. Facit ad hoc, quod dicit Ioan. de Imo. in l. ſi cum
dotem. §. transgrediamur. ff. ſolu. mat. & ideo ſacrum con-
ſi. abſque eo ꝙ fuiſſet petitum libellum pronunciari inep-
tum, debebat pronũciare libellum ineptum. Ita dicit Bart.
45 in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoca. vbi dicit, † ꝙ iudex pro p-
ſente ſupplere debet, quando ſi non suppleret, fruſtra pro-
cederet. Hinc eſt, ꝙ ſupplet, repellendo ineptam petitionẽ,
vel oppoſitionem, quia fruſtra ſuper ea procederet, alleg. d.
c. cum dilecti. & alia iura, vt ibi per eum. Itẽ dicit, ꝙ in his,
quæ reſpiciunt iuris publici obſeruantiam, vt reijcere li-
bellum ineptum, iudex ſupplet, vt not. in l. 1. ff. de offi. aſſeſ.
Sed fuit mihi in contrarium allegata gl. in l. fi. C. de ann. ex
cep. vbi libellus ineptus ex nimia generalitate, parte non op
ponente, procedit. vt puta, ſi petit ſibi iuſtitiam miniſtrari
in decem, quæ petit, nam procedit libellus, ſi reus non op-
ponit. Idem dicit Bar. in l. ſi matri. §. 1. ff. de excep. rei iud.
Sed hæc allegatio non obſtat, quia dicit Abb. Sicu. in d. c. cũ
dilecti. ꝙ duplex eſt ineptitudo libelli, vna; quæ non con-
cludit ius agendi, nec ſuper eo ſententia rectè fundari po-
teſt. Alia eſt, quando libellus eſt ineptus ex nimia generali-
tate, & tunc libellus in actione perſonali procedit, parte nõ
opponente. Et de iſta ineptitudine loquitur d. glo. in d. l. fi.
46 de anna. excep. † Decimò no. ex tex. ibi. ſed incontinenti in
tra tres dies gaudij datis. credo ꝙ debet dicere, vadimonijs
datis ꝙ incontinenti intra tres dies tres dies lite conteſ. dẽt
peti à reo, ꝙ det fideiuſſores de iudicio ſiſti, nõ tamen negat
iſte tex. ꝙ poſſit peti vſque ad litis conte. vt in l. de die. §. ſi
ſeruus. ff. qui ſat. cog. & in l. 1. C. de ſatiſ. Et firmat Ale. in l.
Iulia. in 5. col. eo. tit. in gl. Reus autem nomine ſuo conuen
tus non tenetur fideiubere de iudicato ſoluendo, vt in text.
in l. ſi cum vno. ff. ſi ex noxa. cauſa aga. & eſt tex. in §. ſed ho
die. inſt. de ſatiſd. non ſic econuerſo, nam ſi quis ſponte de-
dit fideiuſſores de iudicato ſoluendo. non tenetur ad aliam
fideiuſſionem de iudicio ſiſti, quia in fideiuſſione de iudi-
cato ſoluendo ineſt fideiuſſio de iudicio ſiſti, vt dicit Ale.
in l. filiusfamilias. ff. qui ſatiſda. cogan. Fallit in caſu l. ſi de-
functus. §. fi. ff. de procurat. Et pondera iſtum tex. inquan-
tum dicit, poſt tres dies à tempore litis conteſt. licet petere
præſtationem fideiuſſorum de iudicio ſiſti. de iure commu
ni poſt litem conteſt. non poteſt peti, ꝙ preſtetur fideiuſſio
de iudicio ſiſti, vt dicit tex in l. 2. C. de ſatiſ. & probat text.
& ibi Pau. de Caſt. in d. l. de die. §. ſi ſeruus. Sed quod fit in-
tra tres dies, dicitur fieri incontinenti, vt hic. & in l. fi. C. de
erro. aduo. & C. de iudi. l. fi. & quę incontinenti fiunt, vidẽ-
tur ineſſe, vt in l. petens. C. de pac. cum ſimilibus. quando
dicatur incontinenti. vel ſtatim fieri, vide Io. And. in c. quã
47 fit. de elec. lib. 6. † Vndecimò no. ex tex. ibi, conuentus poſ-
ſeſſor immobilium. ꝙ poſſeſſor bonorum ſtabilium conuẽ
tus non tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti, quia poſſeſſio bo-
norum ſtabilium eſt loco fideiuſſionis de iudicio ſiſti, vt di
cit Ale. in l. ſciendum. in prin. & in l. poſſeſſor. ff. qui ſatiſ-
da. cogan. Et hoc eſt etiam de iure communi, vt in l. ſcien-
dum. niſi poſſideret ſolùm res ſtabiles, de quibus litigatur,
ut in d. l. Iulianus. ff. eo. titu. & firmat Ale. in l. de die. §. qui
mulierem. eo. tit. uide Ale. in l. ſciendum ubi ponit decem
alias fallẽtias. An autem poſſeſſor ſtabilium conuentus de-
beat ſe obligare & bona ſua de ſtãdo iuri. diſputat hnc Ale.
in d. l. ſciendum. & tandem concludit ꝙ ſic in 2. colum. in
princ. dictę legis. Et ſic patet, ꝙ ille, qui non poſſidet ſtabi-
lia, ſi eſt conuentus, debet ſatiſdare de iudicio ſiſti. Fallit in
quatuor caſibus poſitis per Ale. in d. l. ſciendum. ſunt autẽ
multæ perſonæ, quæ excuſantur à fideiuſſione de iudicio
ſiſti, de quibus per Alexan. in l. 2. 2. col. ff. qui ſatiſd. cogan.
48 † Duodecimò not. ex tex. ibi, in ipſo loco iudicij. ꝙ litigans
non poteſt petere à iudice dilationem pro conſilio haben-
do à doctoribus, qui ſunt abſentes à loco iudicij. Petere er-
go debet conſilium, ſi vult, a doctoribus moram trahenti-
bus in terra, ubi agitur iudicium, & hoc ne cauſæ protra-
hantur in longum. Patet ergo, ꝙ aduocati ſunt multùm ne
ceſſarij in republica, quod eſt contra illud edictum Ducis
Mediolani, de quo facit mentionem Andreas Barbat. in c.
ſciſcitatus. in 1. colum. de reſcript. Pro illo edicto facit, qa
aduocati omnia mala nouerunt, ut dicit glo. in l. ab Anaſta
ſio. in prin. C. mand. per tex. quem ibi alle. glo. & And. Bar-
ba. in c. dilecti. 8. col. de iudic. Nec aduocatus in loco iudi-
cij tenetur exire locum iudicij pro clientulo, niſi aliter cõ-
ueniſſet, ut dicit Bal. in l. 1. circa fi. C. de ſuffragio. Sed quid
ſi aduocatus in loco iudicij eſt abſens poſt litem conteſta.
vtrum abſentia iſta allegata faciat, ꝙ non poſſit procedi in
cauſa, donec reuertatur. dicit Bar. in l. ſi longius. ff. de iudi.
& in l. ſed ſi per prætorem. §. fi. ff. ex quibus cauſis ma. Cy.
in l. 1. C. de dila. quòd ſi abſentia eſt breuis, debet expectari
ſecus ſi eſt longa. Idem dicit idem Bart. in l. fi. ff. de uacatio.
& excuſ. mune. & in l. ſed ſi vnius. §. fi. ff. de iniurijs. & uide
Fely. qui alia allegat in ca. 1. in princ. ut lite non conteſtata.
49 † Decimotertiò no. ex tex ibi, cum amicis. bonum conſiliũ
quod dat Imperator ſubditis, ut in litibus quærant conſi-
lium ab amicis, & ſic à perſonis peritis. Et pro hoc cap. pru
dentiam. de offic. dele. & l. ſi aniam. C. de inge. & manu. &
alijs doctoribus, aliàs imputatur imperito, ſi doctores non
conſuluit, ut in l. bonorum. ff. de bonorum poſſeſſione. titu
lo generali. Andræas Barba. in c. ſi pro debilitate. in 7. colũ.
de offi. delegati. Specu. in titulo de aduocato. §. 1. uerbo, ha
bito. Et poteſt aſſumere conſiliũ etiam ab aduocatis ſuis,
ut hic. An autem conſilium amicorum fidelium imperito-
rum excuſet? Dic ꝙ non, quia imperiti imperitè loquũtur
& ideo conſilium debet eſſe peritorum, ſecundùm Bald. &
Ale. in l. iure. 2. q. C. qui admitti. Sed cõtabulatio cum ami-
cis ſatis eſt utilis, etiam ꝙ non ſint periti, ut in c. ad noſtrã
de conſuetudine. & ibi Ioan. And. ſuper prima glo. Nam
amicus fidelis protectio fortis eſt, ut in Eccleſi ca. 6. Ami-
citia, ut dicit Cicero, eſt in licitis & honeſtis idem uelle &
nolle. & Philoſophus dicit, qui uult idem mecum, & non
uult idẽ in inhoneſtis, & illicitis, ille rectè eſt amicus. & ui
de de amico grandi amicitia coniuncto, qui habetur ut fra
ter, & coniuncta perſona, Andrẹam Barbatiam in repet. l.
cum acutiſſimi, in quarta charta. C. de fideicommiſ. Et qui
non utitur hoc conſilio, quod dat ſuperior, ut dicit Augu-
ſtinus in ſermone Domini in monte, tranſlatiuè decima-
quarta q. 1. c. quiſquis, & conſilio ſi uti nolueris, minus bo
50 ni adipiſceris. † Decimoquartò nota ex textu, quòd cõuen-
tus actione perſonali, ſi non habet bona ſtabilia, ſed tãtùm
bona mobilia, ſubaudi non modica, ſed tantũ, quantum eſt
lis propter poſſeſſionem bonorũ mobilium, quã habet
releuatur ab onere ſatiſdandis de iudicio ſiſti, dũmodo ſe
obli-

obliget cum hypotheca bonorum ſuorum de ſtando iuri. iſte tex.eſt contra concluſionem Alex.in d.l.ſciendum. in prin.in a.col. vbi concludit, q̃ poſſeſſor immobilium non tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti, tamen tenetur ſe obligare.nam ſi poſſeſſor ſtabilium releuatur ab onere ſatiſdãdi, & poſtea ſubditur, quòd poſſeſſor mobilium debet ſolùm ſe obligare cum hypotheca de ſtando iuri, videtur innuere,quòd poſſeſſor ſtabilium nõ tenetur ſe obligare, quia vt dixi in 11.not. poſſeſſor bonorũ ſtabilium eſt loco fideiuſſionis de iudicio ſiſti.Quid ſi conuentus nõ habet bona ſtabilia,nec mobilia, & paratus eſt iurare, quòd non reperit fideiuſſorem.de iudicio ſiſti,& vult ſe obligare de ſtãdo iuri,vtrum euitabit propterea carceres? Dic quòd ſic, vt dicit gl. in auth.de exhib.reis.§.ſuſcepto. 1.col & auth generaliter.C.de epi.& cle.& in l.de creationibus.C.de epiſ. audi. Fallit in paupere vagabundo, vel girouago, nam iſte ſi conuenitur actione iniuriarum,vel de aliquo delicto, cuius cognitio ſpectat ad baiulum, debet ſtare in carceribus cuſtoditus vſque ad finem litis per illum tex.ibi, niſi pauper & girouagus.Tria ergo requiruntur copulatiuè, vt cõuentus ſit in carcere lite pend.primò,quòd cã ſit iniuriarũ vel maleficij,ſecundò,quòd ſit pauper.tertio, quòd ſit va-
51 gabũdus †Decimoquintò no.ibi,per baiulum carceris cuſtodiæ mancipatur.quòd baiulus põt habere carcerẽ. Ad idem tex.ſup.in conſti.ſi quis poſt litem.in 1.lib.circa fin. Bene facit tex.in l.ſi quis vxori.§.ſi fugitiui, ff.de furt. Sed quomodo poteſt baiulus habere carcerem,cùm incarceratio ſit de mero imperio, vt in l.5.ff de in ius voc. & habetur in l.imperium.ff.de iur.om.iudi.Dic,quòd carcer,quẽ habet baiulus,eſt ad cuſtodiã, ut poſtea tranſmittat ad carceres iuſtitiarij.Ita dicit And.in conſtit. locorum baiuli.in 1.lib.rubr.63.& iſto modo carcer nõ eſt de mero imperio, quod tene menti,quia ſcribentes in d.l.imperium. non faciunt de hoc mentionem.In gl.1.hæc gl. ponit ſummariũ, In gl.2.no.iſtam gl.quæ uult,quòd ex quo in auth.offeratur.C.de litis conteſ.dr̃,quòd poſt datum libellum reus habet 10.dies ad deliberandum, iſtud eſt correctum per iſtã conſti.quæ eſt in uiridi obſeruantia.In gl.3.in uerbo, ſtatim.quomodo accipitur iſtud verbum, ſtatim, dixi ſup. in
52 10.no †In glo.4.no.iſtam gl.contra ignorantes, & miſeros iudices,qui fundant ſe ſuper obſeruantia, & conſuetudine,ſiue ſtylo,qui eſt contra antiquam regni conſti.uel cõtra rationem,nam ipſi ſunt oues errãtes, & quod deterius eſt,errorem transferunt in abuſum, & volunt in aliis perſonis,quòd idem error ſeruetur, contra l.quod non ratione.ff.de leg. illicitus ergo vſus,abuſus eſt dicendus, ut dicit Arch.de off. dele.c.quamuis.lib.6.& not. Luc.de Pen.in l. vſum.in prin.& in verb.abuterentur. C.de aquędu.lib.11. in a.colum & ibi enumerat abuſiones ſeculi, de quibus in gl.in cle.1.in uerbo,curias.de ſta.monac. Sicut etiam conſuetudo contra canones dicitur abuſus, vt in c.fin.de conſuetudine. Inde verſus.

Tempus longæuum, non te accuſat in æuum.
Cùm malè ſis vſus, quia non præſcribit abuſus.

Vt refert Car.Flo.in cle.2.in prin.de magiſtris.in ea.ibi caſus talis eſt.gloſſa bene declarat iſtam conſtitutionem, dic vt dixi in princ.in eius diuiſione,& vide eam.In eadem ibi, etiã in cauſa appellationis. dic vt dixi copioſè ſup.in 3.no.
53 †In gl.5.not.iſtam gl.q̃ in cauſis ſummariis,in quibus non datur libellus,ſed ſimplex petitio,vt in cle.ſæpe.de verb.ſigni.& in §.ſancimus.de exhib.reis.per iſtam conſti. debet dari libellus Sed iſta gl.non eſt vera, quia lex generalis nõ tollit legem ſpecialem,vt in l.ſanctio legum.ff.de pœ.& in l.doli clauſula.ff.de verb.obli.ideo dic,ut dixi ſup.in 1.not. In gl.in uerbo,duo auguſtales.dic,ut dixi ſup.in 5.not. In gl.in verbo,pridie. dic, ut dixi ſup.in 7.not. In glo.fin.tene menti iſtam gloſſam, de qua feci mentionem ſuprà in nono notabili.

ANNOTATIO.

a Obligatione antiqua.] Idem Afflictus aliam limitationem dat in conſil. Bannitus ſi in fine, a. Hoc tamen ſcito, quod obligatus in ſuis exceptionibus minimè auditur, quamuis citatio requiratur, etiam in exceptione ſatisfactionis,niſi conſignatione, ſeu depoſito facto. Nota item, quod ad hanc materiam attinet, q̃ facta executione, ſi citetur obligatus,is cuius bona executioni ſubdita ſunt ad releuandum & alleget ſatisfactionem,nõ niſi depoſitione facta audiri debet. Idem Afflictus deciſ.163.& 381.videtur tenere,q̃ ſi obligatus vellet compenſare,per aliquod debitum,etiam liquidum, per quod ſoluere diceretur,nõ tamen audiretur.id fit ob virtutẽ iuramenti,quo ſe adſtrinxit.

De exceptionibus dilatoriis. Rubr. XVIII.

IMPARATOR in conſtitu.præced fecit mentionem de except. dilatoria quæ debet opponi poſt libellum oblatum.verùm quia poterat dubitari intra quantũ tempus poſt libelli oblationem debeant exce.dilatoriæ opponi,& oppoſitæ probari, de quibus non erat dictum.ideo hic ponit Rubri. de except.dilatorijs in iudicio opponendis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones dilatoriæ per conuentum ciuiliter vel criminaliter intra triduum opponi debent.*
2 *Exceptio dilatoria de iure communi ante litem conteſta. debet opponi.*
Exceptio dilatoria infrà triduum opponenda, an poſſit opponi prima die vna, ſecunda alia, & tertia alia.
3 *Reus exceptionem dilatoriam opponens, ſi in illa ſuccumbat, aliam ſibi competentem opponere non poterit.*
4 *Exceptio iuriſdictionis declinatoria an ſit ante litem conteſtatam opponenda.*
5 *Exceptiones quandiu & quouſque opponi poſſint in cauſis libellum non requirentibus.*
6 *Terminus legalis quis ſit, & an poſſit poſt eum aliquid produci.*
7 *Probatio quando poſt terminum fieri poſſit.*
8 *Declaratio libelli & articulorum in eo contentorum vſque ad ſententiam fieri poteſt.*
9 *Exceptio dilatoria poſt tres dies oppoſita an parte non opponente ſit valida.*
10 *Officium iudicis oritur, quotieſcunque verba legis ad iudicem diriguntur.*
11 *Exceptio dilatoria poſt terminum trium dierum per iudicem admitti non debet.*
12 *Exceptio dilatoria an opponi poſſit in cauſa appellationis, quæ in prima inſtantia non fuit oppoſita.*
13 *Iudex appellationis cognoſcere poteſt de dilatoria reſpiciente nullitatem proceſſus & ſententiæ.*
14 *Exceptionem dilatoriam opponens, dicere debet ſe paratum incontinenti probare.*
15 *Iudex quando ſecundam dilationem concedere poſſit.*
16 *Dilationes plures an poſſint dari pro exceptionibus, probandis.*
17 *Terminus minor quàm octo dierum an dari poſſit in probandis exceptionibus dilatoriis.*
18 *Iudex laicus an poſſit dare terminum octo dierum ad probandum, quòd adulterii accuſata non habebat virum.*
Dilatio data à iudice an currat tempore feriarum.
19 *Reſcriptum principis tollens exceptiones dilatorias coram iudice oppoſitas an valeat.*
20 *Exceptione dilatoriæ non probatæ intra terminum, an elapſo termino poſſint per inſtrumentum probari.*
21 *Inſtrumentum in iudicio præſentatum inducit notorium.*
22 *Replicatio excep. dilatoriæ qualiter fiat, & qua ſolemnitate.*
23 *Probatio per teſtes altiorem requirens indaginem, non admittitur, quando exceptio dilatoria opponitur.*
24 *Iudex habens ſtatuere terminum ad probandas exceptiones dilatorias, quæ debeat attendere.*
25 *Statuta iuſtam & laudabilem recipiunt interpretationem.*
26 *Exceptio dilatoria non admittitur, niſi opponens iuret ſe credere, quòd poſſit illam probare.*
27 *Exceptionem dilatoriam probare non valens, an ſtatim ad expenſas*

penſas condemnari debet.
28 *Exceptionem dilatoriam non probans, an aliqua rationabili cauſa poſſit ab expenſis excuſari.*
Iudex an poſſit ad expenſas condemnare poſt latam interlocutoriam contra proponentem dilatoriam exceptionem.
29 *Citatio partis an requiratur, quando ad expenſas condemnatur.*
30 *Defenſor pro abſente, cui datur terminus ad probandum iuſtam cauſam, an deficiens in probatione condemnetur ad expenſas.*
31 *Iudex denegare poteſt dilationem malitioſè eam petenti.*
32 *Iuramentum calumniæ bis in cauſa præſtari ſolet.*

EXCEPTIONES. Litera eſt clara, &
hic eſt ſenſus. Conuentus pro cauſa ci-
uili, ſiue criminali à die oblati libelli in-
tra triduum poteſt opponere except. di-
latorias ſibi competentes, quas ſi non po
teſt incontinenti probare, ſed requirit di
lationem ad eas probandum, iudex in primis debet ipſi op
ponenti dare iuramentum, quòd non cauſa differendi iu-
dicium petit dilationem ad probandum dictas except. dila
torias, ſed pro defenſione ſuæ cauſæ. Et deinde ſtatuit ter-
minum octo dierum ad eas probandum; niſi reus ſtatim
alleget, & iuret, quòd octo dies ſibi non ſufficiunt pro eo,
quia habet facere probationes in longinquis partibus, tūc
iudex conſiderata diſtantia loci, & cauſæ, & qualitatibus
perſonarum litigantium, poterit longiorem dilationem
ſtatuere ad probandum dictas excep. dilatorias oppoſitas.
Et ſi decurſa dilatione reus defecerit in probatione dicta-
rum excep. iudicis officium eſt taxare expenſas, quas fecit
actor occaſione prædictæ dilationis, & condemnare reum
1 ad ipſas actori ſoluendas, hoc dicit. †Not. primo ex tex. in-
tra triduum à die oblati libelli. quòd except. dilatoriæ per
conuentum ciuiliter, vel criminaliter ſunt opponendæ in-
tra triduum computandum à die oblati libelli. Ante libel-
lum nulla exceptio debet opponi, vt hic, & voluit Inno. in
cap. conſtitutus. de procura. Et ſic corrigitur ius commu-
ne, quod vult, quòd exceptiones dilatoriæ poſſunt opponi
vſque ad litis conteſtationem, licet veniant probandę poſt
litem conteſtatam, vt in l. exceptionem. C. de probationib.
Concordantiæ ſunt in gloſ. in capit. exceptionem. extrà de
exceptionibus. ſed per iſtam conſtitutionem ſunt proban
dæ ante litem conteſtatam. Item in hoc regno non poſſunt
opponi niſi intra triduum à die oblati libelli, ita quòd ela-
pſo dicto triduo, etiam quòd non ſit lis conteſtata, non
poſſunt exceptiones dilatoriæ opponi per iſtam conſtitu.
& ſic tantum operatur lapſus tridui in regno, quantum li-
tis conteſtatio ad effectum, vt non poſſit opponi exceptio
declinatoria de iure communi. Vide ad hoc limitationes,
2 quas ponit Felyn. in dicto cap. exceptionem. †Item de iure
communi exceptio delatoria debet opponi ante litem con
teſtatam, & ſi incontinenti probari non poteſt, non impe-
dit litis conteſtationem, ſed lis conteſtatur, & poſt litem
conteſtatam poterit ipſam oppoſitam ante litem conteſta-
tam in termino probatorio probare, vt dicit textus in di-
cta l. exceptionem. Sed in regno per iſtam conſtitut. ſi ex-
ceptio dilatoria opponitur, & requirit probationem, datur
dilatio ad ipſam probandum, & interim impeditur litis cō
teſtatio, vt hic. Sed iuxta hoc quæro de ſeptem quæſtio-
nibus. Et primò, vtrum poſſit intra triduum vno die op-
poni vna exceptio dilatoria, & cras alia, & poſt cras alia.
dico quòd ſic. Sed præſumitur, quòd per malitiam fa-
ciat, vt dicit Innocen. in capit. paſtoralis. de excepti. ſicut
etiam præſumitur per malitiā facere, qui facit plures pro-
ductiones teſtium in termino probatorio, vt in authent.
de teſti. §. quia verò. tamen licet ſibi, quia quis non tenetur
edere aduerſario nomina teſtium, antequam producat ad
examinandum, vt dicit text. & Bald. in l. non ex omnibus.
ff. de arbit. debet tamen producere intra terminum proba-
torium, aliàs non poteſt, vt infra, in conſtitu. lite legitimè
3 conteſtata. & dicit hic glo. ſecunda. †quòd ſi reus oppoſuit
vnam except. dilatoriam, & in illa ſuccumbit, non poteſt
opponere aliam ſibi competentem, quod tene menti, &
caueas opponere dilatoriam, quam non potes, probare,
quia nocet, quia poteris opponere aliam, quā potes pro-
bare. ſed text. in cap. pia. §. ſi verò. de excep. in 6. dicit, ſi bis
ſuccumbit, non poteſt amplius opponere. quid ergo pro-
deſt illa proteſtatio, quam ſolent facere aduocati in fi. ex-
ceptionum dilatoriarum oppoſitarum. & opponit omnes
except. ſi competentes, dicit Bal. in l. Titiæ textores. de le-
ga. primo. quod opponens non videtur ſe aſtringere ad ex-
ceptiones ſpecificatas, quod tene menti. & de hoc per Fe-
ly. in capit. paſtoralis. in quarta colum. vbi loquitur, quan-
4 do quis generaliter opponit. †Secundò quæro in exce. de-
clinatoria iuriſdictionis, quæ ſimiliter eſt dilatoria, vtrum
debeat probari ante litem conteſtatam. De iure commu-
ni dic, quòd datur dilatio ad ipſam probandum, & inte-
rim non conteſtatur lis, vt in l. fina. C. de except. Aduerte,
quòd exceptio, quod iudex non habet iuriſdictionem po-
teſt ſemper opponi, vt dixi in præcedenti conſtit. in tertia
not. & eſt glo. not. in clem. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct. quam
dicit Bald. eſſe ſingularem in d. l. fina. Et ideo ſi per igno-
rantiam non fuit oppoſita exceptio declinatoria iuriſdi-
ctionis ante litem conteſta. poterit opponi in quacunque
parte iudicij, quando ſuperuenit ſcientia, ſecundùm In-
noc. in cap. ſciſcitatus. de reſcript. & ibi per ſcriben. & Bal.
in d. l. fina. Dominicum de S. Gem. in cap. frequens. de reſt.
ſpol. & dicit hic Andr. quòd ſi reus ignorauit ſibi compe-
tere excep. dilatoriam, non vendicat ſibi locum iſta con-
ſtit. quæ arctat ſolùm ſcientes ſibi competere except. dila-
torias, vt hic per eum, & patet in cap. paſtoralis. de excep.
5 †Tertiò quæro, hic dicitur, quòd à die oblati libelli cur-
runt illi tres dies, quid in cauſis, vbi non datur libellus, ſi-
cut eſt videre in cauſis ſummariis? Dic, quòd in iſtis cau
ſis poſſunt opponi exceptiones dilatoriæ vſq; ad primum
actum, qui ſolet fieri poſt litem conteſtatam, qui eſt ter-
minus ad probandum incumbentia, nam iſte actus habe-
tur pro litis conteſtatio. vt dicit Abb. Sicu. in d. c. exceptio-
nem. & in c. 1. in ſecunda colum. de ordi. cogn. & dixi ſup.
in conſtitutione proximè præcedēti. in 3. no. Quartò quę-
ro, quid ſi citatur quis cum inſerto tenore libelli, vel ſup-
plicationis, quæ datur domino regi, vel eius ſacro conſi-
lio & committitur cauſa, & iudex delegatus citat cum in-
ſerto tenore ſupplicationis, quando incipiunt currere di-
cti tres dies? Dic, quòd currunt ab eo die, quo debet com
parere ad citationem. Vnde conſulo, quòd citatus cum in-
ſerto tenore libelli, vel ſupplicationis compareat, & ſi non
habet in promptu excep. dilatorias, quia non habuit aduo-
catum, qui ei conſuleret, dicat iudici, quòd habet excep.
dilatorias, quas intra tres dies ipſas opponet, tūc iudex in-
tra tres dies non poteſt ad vlteriora procedere, ſed debet
expectare. Ita videtur ſtatuere Rex Ferdinandus Primus
in nouella ſua conſt. 1. quæ incipit, comparente reo in ter-
mino. Et ſi in termino prædicto ipſas ſpecificè non op-
ponit, ſed generaliter, nihil operatur, vt in l. ſcire. §. ſcire.
§. de excuſa. tuto. & voluit Barto. in l. 1. ſecunda columna.
6 verſicu. quæro video. ff. de except. †Quintò quæro, quid ſi
reus oppoſuit intra triduum except. declinatoriam & ad
eam probandam habuit octo dies, ſecundùm iſtam conſti.
vel ſecundum dictam pragmaticam Regis Ferdinandi Pri
mi habuit quinq; dies, & probauit per ſcripturas, ſed quid
ſi non eſt facta fides, quòd ille eſt notarius publicus, vel
quòd ſcriptura eſt manus aſſerentis, quæ omnia negantur
per alteram partem, producens dicit, quòd vult poſt ter-
minum iſta probare, & impedire litis conteſt. an debet au
diri, vel debet reſeruari ad merita. Dico, quòd debet reſer-
uari ad merita, quia iſte eſt terminus legalis, & poſt termi
num legalem non licet producere ad declarandum proba-
tiones, vt in §. ſuſcepto. in auth. de exhi. re. & no. in c. pia. de
exce. in 6. & Bar. in addi. Spe. in ti. de ſen. ver. pone poſt ſen
tentiam, opponitur. eſt enim iſta dilatio ad probandum
excep. dilatoriam ſtatuta per iſtam conſt. legalis. vel per di
7 ctū c. regis Ferdinandi Primi. †Secus in termino, qui datur
à iudice, tunc poteſt fieri poſt terminū probatio ad decla-
randū probationes productas, ar. l. hęredes palā. §. 1. ff. de te
ſta.

ſta. Ita firmat Bal. in addi. Spec. in tit. de ſent. in verſi. pone,
quòd poſt ſententiam. in 6. char. quia qui declarat, non di-
citur nouum facere. De quo per Old. in conſil. 166. vt re-
fert Dominicus in proœ. ſexti, in §. ſacroſanctæ. Inde dicit
Bal. in l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iu. ꝙ qui declarat libellum,
dicitur idem libellans, vt in l. idem Pomponius. §. fin. ff. de
rei vendi. pro hoc cap. reprehenſibilis. de ap. vbi in decla-
ratione iudicis non requiritur citatio partis. & illum text.
ad hoc alleg. Fel. in c. 2. in 2. colum. de ſponſa. Bene facit id
quod dicit Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de teſte. §. nunc
videndum. verſi. hoc quoque. ꝙ habens terminum ad po-
nendum, & articulandum, poteſt poſt terminum declara-
re articulũ. Idem dicit Saly. in l. qui fundum. ff. de contra-
8 hen. emptio. † & iſta declaratio poteſt fieri vſq; ad ſenten-
tiã, vt dicit Ale. in l. edita. in 4. colum. verſicu. item fallit in
emendatione. C. de eden. & dicit Ioan And. in addi. Specu.
in tit. de teſti. §. nunc videndum. ver. hoc etiam not. in ad-
di. quæ incipit, plus dico, ꝙ poſt lapſum termini poterit ar
ticulos datos declarare, & fingitur declaratio eſſe facta
vnà cum principali, etiam ſi poſt longum interuallum fiat
per l. aſſe toto. ff. de hęre. inſtit. cum conco. alleg. per Ioan.
And. ibi. Et pro hoc facit c. ſeries. extra de teſti. vbi ad con-
comitantiã ſcripturarum poſſunt produci & examinari te
ſtes, non obſtante publicatione in cauſa. Et iſto modo po-
teſt limitari illa regula, ꝙ dilatio probatoria eſt perempto-
ria, etiam ꝙ non dicatur, vt dicit Abb. Sic. in cap. paſtora-
lis. de excepti. & in cap. quantò. in 1. colum. de proba. & in
cap. quoniam. §. in alijs. vlti. col. vt lite non conteſta. Barto.
in l. 1. C. de dila. & Barto. in l. ceſſante. C. quomodo & quan
do iudex. & patet infrà, in conſtitut. lite legi. conteſta. niſi
offeratur poſt dilationem probatoriam probatio ad decla-
randum. Et ideo dicunt Domini de rota, quòd poſt termi-
num probatorium, poſſunt probari ſigilla, & ſigna notario-
rũ, vt dicit Rota deci. 20. in antiquis. in titu. de teſt. vide de-
ci. Rotæ in nouis deci. 217. quæ incipit, licet pro inſtrumẽ
tis, in tit. de fi. inſtru. & duas meas deciſi. 271. & deciſionẽ
9 ſequentem, & ſequentẽ. † Sextò quæro, quid ſi iudex poſt
iſtos tres dies admiſit exceptionem dilatoriam oppoſitam
poſt tres dies, & pars non oppoſuit, quòd non poterat iu-
dex ipſam admittere, quia fortè non fuit pręſens an valeat?
Fely. ſolus, vt ipſe dicit, tãgit hoc dubium in cap. paſtoralis.
in 8. colum. de except. & allegat octo motiua pro vna par-
te, & tantundem pro alia parte, & tandem concludit, ꝙ aut
conſt. dirigit verba ſua ad iudicem, vt quia dicit iudex, non
poſſit, & tũc actus eſt ipſo iure nullus per id, qđ dicit Bar.
in l. 1. C. de dila. & in l. j. ff. de ſe. aut verba prohibitiua non
diriguntur ad iudicem, ſed ad partem, vel ſi ad iudicem, ta-
men non ſunt abnegatiua poteſtatis, puta non concedat,
non admittat, vel ſimilia æquipollentia, & tunc actus fa-
ctus parte non contradicente vel non appellante valet, qa
vr̃ tacitè conſentire. & dicit, ꝙ iſtam doctri. poſuit Franc.
de Areti. in c. in cauſis. de teſti. in vlti. char. ſed iſta conſti. li-
cet dicat, ꝙ in iudicio cenſemus poſſe proponi except. dila
torias intra tres dies oblati libelli. & ſic videtur directa hęc
conſti. ad iudices, tamen non ſunt iſta verba abnegatiua po
teſtatis iudicis, quia valet, ſi poſtea per tres dies opponatur,
10 & pars altera nihil dicat. † quibus addo, ꝙ quotieſcunque
verba legis diriguntur ad iudicem, tunc oritur officium iu-
dicis, vt not. Doct. maximè Iaſ. in l. ſi ſoror. C. de colla. &
Car. Flo. in cap. 2. extra de offi. iudi. dum alleg. glo. in d. l. ſi
ſoror. Sed iſta conſtitu. dirigit verba ſua ad iudicem pro-
pter illud verbum, ſi iudex decreuerit. & propter illud ver-
bum, ibi, poterit indulgeri, & ibi, decernimus condemna-
ri. Sed ego habeo, ꝙ iudex pro abſente in cauſa priuatorũ
poteſt ex officio teſtes recipere, vt in l. fin. C. de ap. & tenet
glo. & Car. Flo. in cap. bonæ. el 1. de poſtu. præla. & no. in
auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. & Bar. in l. 4.
§. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto, ergo debuit
iudex, ſtante actore abſente, qui videns ꝙ reus intra tres
dies nõ oppoſuit except. dilatoriam, receſſit pro aliquibus
diebus, reijcere excep. dilatoriam poſt tres dies oppoſitam
& ſi non fecit, actus redditur nullus. ſecus qñ partes ſunt
pręſentes, quia iudex tunc parte nõ petente non dẽt ſuum
officium impartiri, vt tenet glo. in d. c. bonæ. & ibi Cardin.
in c. l. 4. §. hoc autem. & Inno. in c. ad noſtram. lo 2. de iu-
reiur. & habetur in l. 1. C. vt quæ deſunt. Et idem dicẽdum
eſt, vbi iudex parte non petente debet ſupplere, vt eſt in
cauſis eccleſiæ, vel miſerabilium perſonarum priuatarum
in his quæ concernunt actum pium, vt dicit Barto. in d. §.
hoc autem. & Bald. in l. mulieres. C. ſi mancipium ita fue-
rit aliena. & in ca. 1. §. iniuria. de pa. iu. fir. Anton. de Butr. in
c. 1. de iudi. Bald. in auth. ad hæc. 10. colum. C. de vſu. Bald.
in l. nec quicquam. §. vbi decretum. 11. column. ff. de offic.
11 procon. & lega † ꝙ autem ipſo iure non valeat ipſa admiſ-
ſio iudicis dictæ excep. dilatoriæ poſt terminum trium die
rum, patet, quia iſta conſ. vtitur verbo, cenſemus. quod im
portat præceptum iudici factum a ſuperiore, vt in l. cenſe-
re. ff. de ver. ſig. & ſic imponit iudici neceſſitatẽ, & dat for-
mã, vt dicit Bal. in l. 1. 3. col. C. quo & qñ iud. vbi dicit, ꝙ ſi
ſuperior iubet iudici ordinario, tunc arctatiuè ponitur. Itẽ
illud mandatũ dat formã iudici, & ille, qui nõ obſeruat tẽ-
pora conſti. dr̃ non obſeruare formã eius, vt dicit no. Bald.
in auth. quæ ſupplicatio. C. de preci. imper. offe. Et omiſſio
formæ reddit actum nullum, vt dicit Bal. in l. non dubium
C. de legi. cum concor. ſuis alle. per Alex. in 2. vol. conſi. 37.
inci. viſo, & opportunè diſcuſſo. in 1. col. Sed his non obſtã
ti. in contrarium eſt veritas, ꝙ quicquid iudex habet facere
ante litẽ conte. ſi omittit, non reddit proceſſum nullũ præ-
ter libellũ. hoc voluit Bal. in auth generaliter. C. de epi. &
cle. in fi. col. allegat Spe. in 2. parte in proœ. in ti. de præpa.
iudi. & quod no Barto. in l. ſi quæramus. ff. de teſt. Idẽ dicit
Bald. in l. qui criman. in 7. q. C qui accu. non poſſ. & in l. ꝓ-
latã. in ver. quæro ergo. C. de ſenten & in auth. contrà roga
tus. in fi. C. ad treb. Sed ſic eſt in quæſtione propoſita, ergo
&c. & ſic remanet approbata doctrina Fran. de Are. & Fel.
12 vbi ſuprà. † Septimò quęro, an excep. dilatoria non oppo-
ſita in prima inſtantia poſſit opponi in cauſa appel. dic ꝙ
non, per tex. in l. ita demũ. C. de proc. & ibi ꝑ Bart. & Doc.
& firmant gl. & Abb. Sic. in c. ad audientiam. in ver. in gl. fi.
in fi. de reſcrip. Fallit ſecundùm eũ, niſi in prima inſtantia
fuiſſet omiſſa per ignorantiam, ſecũdùm gl. & Abb. ibi, Idẽ
firmat idem Abb in ca. per tuas. in prin. de appel. ſed nihil
dicit de dicta limi. ſed bene de dicta limit. facit mentionẽ
Philip. in d. c. per tuas. in 1. colum. Itẽ fallit ſecundùm Ab.
antiquum in c. cum Io. Eremita, de fide inſt. vt dicit Bal. in
margarita ſua ſuper Inn in ver. exceptio. ꝙ except. dilato
ria ſolutionis non oppoſita in prima inſtantia, non poteſt
opponi in cauſa appel. nec iſta excep. impedit in principali
negotio litem conteſtari ſecundùm Inn. in c. paſtoralis. de
excep. licet contrarium teneat Saly. in l. exceptionem. C. de
probat. de quo per Fel. in d. c. exceptionem 9. col. de excep.
Item fallit niſi excep. dilatoria fuiſſet probata in prima in-
ſtantia, tacitè, vel expreſsè non admiſſa, nam poteſt opponi
in cã appel ſecundùm Inn. in c. quòd ad cõſultationem. de
re iud. Nec ob. ꝙ illa ſententia interlocutoria non admiſſio
nis exceptionis tranſiuit in rem iudicatam, & ſic nõ poteſt
vlterius excipere, vt ff. qui. ex cau. ma. l. necnõ. §. exemplo.
ff. de exce. rei iud. l. cum quęritur. & l. ſeq. quia reſpondet
Inn. ꝙ tranſiuit in rem iudicatã quãtùm ad hoc, vt vlterius
appellari non poſſit, ſed non tranſit in rem iudicatam, quin
iudex in cauſa appell. poſſit dare licentiã repetendi eaſdem
exceptiones. Nec mirum, quia iudex, qui dedit illam inter-
locutoriã, idem facere potuiſſet, per l. quod iuſſit. de re iud.
idẽ poteſt facere iudex, ad quem, qui habet videre, vtrũ iu-
dex à quo, iuſtè fecit, vt in c. audita. circa fi. de reſti. ſpo. qđ
13 tene menti. † Item fallit, niſi dilatoria reſpiciat nullitatem
proceſſus, & ſententiæ, tunc iudex appellationis cognoſcit
de dicta dilatoria repulſę, licet non ſit appellatum. Ita Fel.
d. ca. paſtoralis. 8. col. ver. j. pro hoc alleg. Philip. de Franc.
in c. cũ ceſſante. col. 19. ver. 13. limita. de appel. & ego pro
hoc allego tex. in c. fi. de app. lib. 6. vbi ſi interlocutoria pa-
rit præiudiciũ in negotio principali, & nõ fuit appellatum
iudex appellationis à diffinitiua cognoſcit de grauamine
interlocutoriæ, licet ab ea non ſit appellatum, & de hoc fa
cit

eit mentionem An. de Iſer. in auth. habita. in finalibus ver-
bis ſuis, polita ſub rubrica de ſtatutis contra libert. eccle.
editis. licet ante dictum c. fi. de hoc eſſet magna contentio
inter magnos Doctores, vt refert ibi An. & refert Io. And.
in d. c. fi. & vide Bartho. Soci in l. is qui. ff. de excep. Secun-
dò not. ex text. ibi, ſed dilationem requirant. ꝙ opponens
exceptionem dilatoriam, ſi non habet probationes in prō-
ptu, iure licito ad impediendum litis conteſt. poteſt petere
terminum ad probandum illam, & iudex debet ſibi dare di
lationem ante litem conte. in negocio principali ad probā-
dum dictam excep. præſtito ſibi iuramento, ꝙ non animo
differendi iudicium petat dictam dilationem, imò confidit
eam probare poſſe, & ex hoc ſequitur, ꝙ in iſto regno non
14 militat illa doctrina Bar. in l. fi. ff. pro ſuo. quæ † vult, ꝙ ille,
qui opponit exceptionem dilatoriam ad impediendum li-
tis conteſtationem, debet dicere. ꝙ eſt paratus incontinen-
ti eam probare, aliàs ſi requirit altiorem indaginē, reſerua-
tur ad merita, & fit litis conteſt. & dicit Bar. in l. cū quære-
batur. ff. iudi. ſolui. ꝙ idem dicendum eſt de illis tribus ex-
ceptionibus, de quibus in c. 1. de litis conteſtatione, libro
6. vt ſi non probentur incontinenti, reſeruentur ad merita.
Ad idem in l. nam & poſtea. ff. de iureiuran. & ibi per Pau.
de Caſt. & alios. Secus quando opponitur exceptio contra
perſonā iudicis, vel actoris, quia iſta ante omnia ſunt exa-
minanda, vt in l. fi. C. de excep & l. ſi quæramus. ff. de teſta-
men. Et tene mēti, ꝙ in hoc regno datur dilatio ad proban
dum exceptionem dilatoriam, quam actor negat, octo die
rum, & vltrà. ſecundùm diſtantiam locorum, vbi debet re-
15 cipi probatio, vt dicitur in iſta conſtitutione. † Sed iuxta
hoc quæro de ſeptem quæſt. Et primò, ecce iudex dedit di-
lationem ad probandum exceptionem octo dierum, prout
dicit iſta conſtitutio, vel lōgiorem, propter loci diſtantiā,
ſuperuenit impedimētum in dilatione, an iudex poſſit cō-
cedere ſecundam dilationem? Specu. tangit hoc dubium in
tit. de teſti. §. qualiter autem. verſi. ſed cum ſuper. Et eius di
cta reaſſumit Abb. Sicu. in c. vltra tertiam. vlti. col. ff. de re-
ſtibus. Et primò allegat Io. And. in d. verſi. cum ſuper. tenē-
tem, ꝙ data dilatione ad probandum exceptionem decli-
natoriam non datur alia dilatio, quia ipſæ exceptiones non
pereunt, ſed differunt, & ideo ſunt odioſæ. Idem firmant
Anto. de Butri. & Ioan. de Imo. in d. capit. vltra tertiam. &
Angel. in l. fi. ff. de ferijs. & in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff.
de edendo. Et pro hoc facit, quia dilatio ad probandum ex-
ceptiones prædictas, eſt etiam peremptoria, vt hic, & in c.
pia. de exceptionibus. libro 6. & in cap. frequens. de reſtitu.
ſpolia. eod. libro, ſicut eſt dilatio ad ipſas opponendum, vt
dicit Bald. in l. conſentaneum. in 3. col. C. quomodo & quā-
16 do iudex. † deinde Abbas tenet contrarium, ꝙ ſicut in ne-
gocio principali dantur ſecunda, & tertia dilatio, ita in ip-
ſa excep. cùm contrarium non reperiatur. & cum eo tran-
ſit Feli. in d. c. vltra tertiam. circa fi. Mihi videtur prima fa-
cie, ꝙ in illo regno opinio Abb. non poteſt procedere, quia
per conſti. regni, lite legitimè conteſtata. in negocio. princi
pali, ciuili, vel criminali, non habet locum datio ſecundæ
vel tertię dilationis, prout erat de iure Romanorum in l. fi.
ff. de fer. ergo multò fortius non habet locum in exceptioni
bus dilatorijs probandis. & tantò magis, quia iſta conſti. re
gni ſtatuit certum tempus ad probandum exceptionem di
latoriam, & dat poteſtatem iudici eam abbreuiandi ex cau
ſe expreſſa in conſ. qua ceſſante, dilatio eſt octo dierum, &
propter aliud impedimentum non debet. prorogari, quia
ſi voluiſſet, ꝙ prorogari poſſet propter impedimentum, di-
xiſſet. Sed non dixit ergo noluit, vt in l. vnica. §. fi. C. de ca-
du. toll. Sed hoc non obſtante, credo contrarium, ſcilicet
ꝙ ex cauſa iuſti impedimēti, puta ex facto iudicis, vel infir
mitatis rei, vel iudicis, vel alia cauſa, poteſt iudex reſtituere
primam dilationem, per l. ſed prætorem. ff. ex quib. cauſis
ma. & no. in. d. c. vltra tertiam. & hoc tenet Dominicus in
d. c. pia in prin. & probat tex. in dicta conſtōne, lite legiti-
17 mè conteſtata, ibi vel cā alia ſuperueniens allegetur. † Secū-
dò quęro, an iudex poſſit dare minorem terminum q̄ octo
dierū ad probandum exceptiones dilatorias. Pragmatica re-
gis Ferdinandi dat minorem terminum, videlicet quinq;
dierum, & ex cauſa iudex poteſt abbreuiare, per tex. authē.
de exhiben. reis. §. illud. & ibi per Iaco. de Bel. & Ange. Nec
obſtat, ꝙ dilatio legalis non poteſt abbreuiari, quia hoc eſt
verum in dilatione legali abſque aliquo miniſterio iuris,
vt eſt in tempore decem dierum, qui dantur appellan-
dum. Secus quando tempus conceditur cum miniſterio iu
dicis. ſemper ex cauſa poteſt iudex abbreuiare, vt tenet gl.
in d. §. illud. & in auth. offeratur. C. de litis conteſta. ſecun-
dùm Dyn. in c. indultum. de reg. iur. lib. 6. & idem ibi Ioā.
And. in glo. & no. in l. nonnunquam. ff. de iudi. & in l. 2. ff.
de re iudi. nam iſta dilatio non currit ipſo iure, ſed debet
dari à iudice, vt bene ſentit tex. huius conſtit. hanc conclu-
ſionem expreſsè firmat Bart. in l. qui pro tribunali. ff. de re
iudic. vbi ponit etiam cauſas, propter quas poteſt dilationē
prædictam minuere. & uide Abb. ſicu. in c. quo ad conſul-
tationem de re iudi. ubi ſe remittit ad dicta per eum in ca.
cum ſit Romana. de appel. & ibi perfectè examinat iſtum
18 articulum. † Tertiò quæro, coram iudice laico opponitur
exceptio dilatoria, ꝙ non poteſt procedi in crimine adul-
terij, quia illa mulier non habebat uirum, ex quo cum illo
uiro matrimonium contractum erat nullum propter cano
nicum impedimentum, utrum iudex poſſit ſtatuere termi-
num octo dierum ad probandum? Dicit Bar. in d. l. qui pro
tribunali. ꝙ non, ſed debet remittere hanc exceptionem ad
iudicem eccleſiaſticum, qui eſt ſuus ſuperior in hoc, ut ha-
betur l. Titia. ff. ſolu. matri. & Doct. in c. tuam. de ord. cog.
& c. lator. & in c. cauſam. qui filij ſint legi. Idē firmat Bart.
in l. præſes. C. de appel. & Bald. in l. quoties. C. de iud. bene
tamen poteſt ſtatuere terminum, intra quem debeat ſe co-
rā iudice eccleſiaſtico pręſentare, arg. c. perſonas. de appel.
& ſic iudex ſuperſedebit in cauſa, donec uideatur iſte arti
culus, qui eſt præiudicialis ad cauſam principalē. uide ad
hoc Alex. in 2. uolu. conſi. 91 & infrà in conſtōne, maieſta
tis ooltrę. in 3. lib ſub rub. 48. Quartò quæro, iudex ſabba-
to palmarum dedit terminum octo dierū, uel quindecim
pp diſtantiam loci, ſuperuenerunt ferię reſurectionis Dñi
noſtri, an currat dicta dilatio tempore feriarum? Bal. in l. j.
ultima col. C. de dilationibus. dicit, ꝙ terminus ſtatutus ad
probādum currit intra ferias, & propter ferias non fit pro-
rogatio per legem, ut in l. ſine pars. C. de dilationibus. ſed
propter iuſtum impedimentum fit prorogatio à iudice, ut
not. per Innocen. in d. capit. pia. & in capi. ex ratione. de ap-
pellationibus. idem Salycetus in d. l. j. ſed reperio Bald. in l.
ſi quando, in princ. 3. col. C. de teſtibus. dicentem, ꝙ ſi fe-
riæ in honorem Dei redderēt dilationem in totum, uel in
magnam partem inutilem, ꝙ non incipit dilatio in tempo-
re feriarum. ſed ſi poſt datam dilationem in medio dilatio-
nis ueniunt feriæ, certè currunt feriæ, & imputetur parti,
quæ non contradixit, ut latius ibi per eum, qui dicit, ꝙ in
termino dato à lege ſine miniſterio iudicis non conſideran
tur dictę ferię. & uide ad hoc Lanfranc. in c. quoniam con-
19 tra, in uerbo, dilationes. de probationibus. † Quintò quæro
iudex dedit terminum ad probandum exceptiones dilato-
rias, actor uadit ad regem, & impetrat reſcriptū, per quod
princeps ſcribit iudici, ꝙ repulſis exceptionibus dilatorijs
oppoſitis, procedat ad ulteriora, ſolùm reſeruatis reo exce-
ptionib. peremptorijs, an poterit rex iuſtè tollere iſtas exce
ptiones dilatorias oppoſitas. Reperio Hoſtiēſem in titulo
de reſcript. §. quas uices. tenentem, ꝙ princeps poteſt tolle-
re dictas exceptiones dilatorias, & pro hoc facit, quia au-
thoritas iuris omnem exceptionem dilatoriam remouere
poteſt, ut dicit gloſſa in clementina, ne romani. in uerbo, ce-
terū. de electionibus, Bal. in repeti. l. Emilius. ultima col. ff.
de mino. Facit capitulū primū. de re iudi. Ego uidi in regi-
ſtris regis Roberti, ſub data die nona Nouembris. 15. Ind.
1316. anno eius nono. per manus domini Bartho. de Ca-
pua, in quibus dicebatur, non obſtantibus exceptionib. di-
latorijs per conuentum oppoſitis contra monaſterium mō
tis uirginis agentem procedatur in cauſa, quas tollit ex cer
ta ſcientia, reſeruando ſolùm exceptiones peremptorias
tangentes principalis quæſt. ſubſtātiam. Sic etiam iuris au-
tho-

thoritate admittitur exceptio dilatoria poſt terminum iu-
ris, vt eſt videre exẽplũ, qñ lits conte. facta eſt per impreſ-
ſionem indicis, tunc iuris authoritate non impeditur ob-
iectus exceptionũ declinatoriarum. gl. eſt ſin. quę alibi non
reperitur, ſecundùm Bal. in c. ex cõqueſtione. de reſti. ſpo.
20 ꝙ tene menti. † Sextò quæro, iudex dedit terminum ad ꝓ-
bandum exceptiones dilatorias oppoſitas, non probauit le-
gitimè, deinde poſtquèm lapſa eſt dilatio, producit inſtru-
mentum pub. per quod apparet, quòd probatę ſunt excep.
dilatoriæ. An iudex de iſta probatione per inſtrumentum
extra terminum debeat habere aliquam conſiderationem.
videtur ꝙ nullam debet habere conſiderationem, quia di-
cta dilatio probatoria eſt peremptoria, etiam ꝙ non dicat
peremptoriè, vt dicit Barto. in l. 1. C. de dila. & in l. ceſſante.
C. quomodo & quando iud. & Docto. in cap. paſtoralis. de
exce. Sed poſt terminum quis repellitur, vt dicit Bald. in l.
fi. C. de teſta. menu. & lapſus termini habet vim renuncia-
tionis, vt dicit Bald. in l. ſi ea. in princi. & in ſequen. col. C.
qui accu. non poſſ. & in l. quandiu. ff. de acquiren. hæred.
Bal. in l. 1. 3. col. C. qui admit. Item quia id, quod faciẽdum
eſt intra terminum, poſt terminum non poteſt fieri, vt in l.
ſtatuliberum. §. ſi reum. & ibi Bart. ff. de leg. 2. & in l. man-
cipiorum. ff. de optio. leg. Bal. in l. acceptam. 1. q. C. de vſu.
& Bald. in d. l. 1. C. qui admit. tempus enim multa refutat,
dicit tex. in auth. de tempo. non ſolutæ dotis. in princi. Spe-
cu. in tit. de exceptionibus. §. 2 verſic. ſed an reus. ſic etiam
dicimus, ꝙ tempore, quo actus geritur, opponitur, ꝙ perſo
na ſit legitima, & non ſi ex poſt facto fiat legitima, vt in l. ſi
filius. & Leius qui. in prin. ff. de teſta. Dyn. in regula, nõ fir-
matur. in 6. Alex. in 2. vol. conſil. 170. incip. viſo proceſſu.
3. col. Item dicit Ang. in l. fi. ff. de fer. ꝙ probatio facta poſt
terminum non valet, & Dominicus in d. c. pia. in 6. col. al-
21 le. c. licet cauſam. de probat. † In contrarium videtur, quia
ex iſto inſtrumento præſentato poſt terminum in iudicio
reſultat notorium, quia omnia in iudicio decreta dicuntur
notoria, vt no. gl. in c. euidentia. de accu. & Inn. in c. ex inſi-
nuatione. de appel. de conſue. c. cum dilectus. no. in ca. per
tuas. de teſt. & notorium nihil aliud eſt, niſi probatio pro-
bata, vt dicit Anto. de Bu. in c. veſtra. de coha. cler. & mu. in
15. col. & inſtrumentum in actis productum facit rem cõ
tentam in inſtrumento haberi pro manifeſta. c. cum. olim.
de ver. ſig. Bar. in l. 1. in prin. in ver. venio ad quęſtiones. ff.
de ope. no. nun. Alex. in 2. vol. conſi. 37. in 4. col. incip. viſo,
& opportunè. in eo. vol. conſi. 117. in 2. colum. Et pro iſta
parte allego Bal. in 4. volumi. conſi. 416. incip. præſuppoſi-
to ſtatuto. in vlt. colum. vbi dicit, ꝙ poſt terminum datum
ad probandum, poteſt fieri probatio per inſtrumentum pu
blicum, quia inſtrumẽtum publi. habet vim notorij, quod
ego intelligo, quando contra illud inſtrumẽtum nihil fuit
oppoſitum, niſi ꝙ non fuit productum in tempore, tunc in
ducit notorium, vt dicit Io. And. & Ant. de But in c. cũ ſpe
ciali. §. porro. de appel. & gl. fi. in c. ex parte. el 1. de verb. ſi-
gni. & in c. ſuborta. de re iud. ſecundùm Ale. in l. nam & po
ſtea. §. ſi damnetur. in fi. ff. de iureiu. Et in hanc partem ego
inclino. Nec obſtant in contrarium allegata, quia illa non
procedunt, quando elapſa dilatione apparet de notorio, li-
cet tempore ſententiæ iudici nõ conſtabat de notorio, ſed
aſſerebat eſſe notorium, quia iſta probatio notorij poteſt
fieri etiam poſt ſententiam, & valebit ſententia, vt dicunt
Domini de rota deciſi. vlti. in ti. de fi. inſtrumento. in anti-
22 quis. † Septimò & vltimò quæro, vtrum iſta conſtit. habeat
locum in replicatione exceptionis dilatoriæ, vt ſeruari de-
beat hæc ſolemnitas dandi iuramentum replicanti, & pe-
tenti dilationem ad probandum replicationem ante litem
conte. ꝙ illam petat non animo differẽdi iudicium, vel de-
beat ad merita reſeruari? Videtur, ꝙ id, quod ſeruatur in ex
ceptione, debet ſeruari in replicatione, quia replicatio ex-
ceptio eſt, ſecundum Inn. in c. intelleximus. de adul. In con
trarium facit, quia iſta conſt. loquitur, quando opponitur
exceptio dilatoria contra agentem, ſed replicatio eſt ad re-
pellendam dictam exce. vt inſti. de replica. in prin. ff. de ex-
ce. l. 2. §. 1. & l. exceptio. & qđ conceditur excipienti, nõ cõ-

ceditur replicanti, vt dicit Spe. in ti. de excep. §. 3. ver. itẽ quę
ritur. Exemplũ, actor agit, reus opponit de pacto de nõ pe-
tẽdo, actor replicat de pacto de petẽdo, opponitur excõmu
nicatio cõtra replicationem, nõ admittitur ſecũdum eum
de hac materia replicationis me remitto ad Io. And. in no
uella, & ad Ant. de Bu. in c. à nobis. extrà de exceptionibus
& ad Ang. de Are. in ti. de replica. in 3. char. Ego dicerem, ꝙ
ſi per replicationem actoris exceptio dilatoria oppoſita per
reum requirit altiorem indaginem, dẽt reſeruari ad meri-
ta, ſicut ipſa exceptio, quæ requirit altiorem indaginem, vt
dicit Bal. in d. l. fi. ff. pro ſuo. & Pau de Caſt. & alij in l. nam
& poſtea. ff. de iureiur. Et hoc verum, qñ eſſet datus termi-
nus ad probandum, & defendendum ſuper dicta exceptio-
ne opoſita, aliàs ſine termino dato non poteſt dici ꝙ requi-
23 rat altiorem indaginem in hoc regno, † licet de iure com-
muni, quando opponitur exceptio dilatoria, non admitta-
tur probatio per teſtes, ſi illa probatio requirat altiorem in
daginẽ, ſecundùm Ioann. And. in nouella, in c. 1. de litis cõ
teſtatione, in ſexto. & Pau. de Ca. in d. l. nam & poſtea. Sed
reſeruatur ad merita. Et per hanc doctrinam obtinui in q̃-
ſtione facti, ꝙ quidam filius primogenitus petebat poſſeſ-
ſionem feudi paterni, quæ tenebatur per ſuum patruum,
ille patruus opponit, ꝙ actor fecit pactũ de non petendo, &
renunciauit, & iurauit non contrauenire, & producit in-
ſtrumentũ in promptu. replicat actor, ꝙ illud inſtrumentũ
eſt nullũ, quia celebratũ ſine regio aſſenſum. duplicat reus
ꝙ dẽt ſibi dilatio ad probandũ regiũ aſſenſu ꝑ teſtes, & ſcri
pturam. per iſtã cõſtõnem triplicat actor, ꝙ non dẽt dari ꝑ
id, quod dicit Pau. de Ca. in d. l. nam & poſtea. & quando
apparet de ipſo regio aſſenſu, ipſe vult probare, ꝙ antequã
fuiſſet impetratus dictus aſſenſus, fuit per eum reuocatus
authoritate dictæ conſtõnis, infrà in cõſtitutione, diuæ me
moriæ. & ſic requirit altiorẽ indaginem, & ideo petit ter-
minum ad probandum incumbentia, dicebatur, ꝙ debebãt
dari dilatio ad iſta probandum per iſtam conſtitutionem,
dictum fuit, ꝙ iſta conſtitutio loquitur in exceptione, &
non in replicatione, hoc non obſtat, quia replicatio exce-
ptio eſt, vt dicit Anto. de But. in dicto cap. à nobis. in 2. col.
verſicu. & ex hoc patet tertium. Et hoc fuit determinatum
per ſacrum conſilium referẽte D. Hieronymo Spera in eo
tempore, quo Rex catholicus fuit Neapol. quod detur ter-
minus ad probandum, & defendendum ſuper oppoſitis, &
replicatis hincinde ante litem conteſtatam, & quia fuit ꝓ-
batum de regio aſſenſu, & non fuit probatum de reuoca-
tione ante regium aſſenſum impetratum, fuit pronuncia-
tum, quòd primogenitus non potuit agere, ſtante pacto de
24 non petendo, & renunciatione cum iuramento. † Tertio
nota ex textu ibi, terminus longior. ꝙ iudex, qui habet ſta-
tuere terminum ad probandum ante litem cõteſtatam ex-
ceptiones dilatorias oppoſitas, debet conſiderare locorum
diſtantias, qualitatem cauſæ, & conditionem perſonarum,
ne dilatio concedenda ſit captioſa, vel impoſſibilis, tunc
nihil valeret, per id quod dicit Bar. in l. aut qui aliter. ff. qđ
vi aut clam. de citatione, quæ habuit terminum breuem &
impoſſibilem, quæ non arctat citatũ, vt compareat ẽt poſt
terminũ, vt dicit Abb. Sic. in c. cũ dilecti. 8. col. extrà de do.
& contu. ſicut dicimus, quòd impoſſibile præceptum nõ li
gat l. fi. ff. quæ ſen. ſine ap. reſcin. Sed an iſta dilatio arbitra-
ria iudici ad probandũ exce. dilatoriã ſecundũ iſtã cõſti, ſit
hodie in obſeruantia, ex quo pragmatica regis Ferdinandi
Primi expreſsè ſtatuit, ꝙ iſtę exce. debẽt probari intra quin
que dies. Ego dicerẽ, ꝙ ſolùm corrigit iſtã coſt. quatenus lo
quitur de termino octo dierũ, ſed quatenus octo, vel qnq;
dies non ſufficerent, attentis diſtantiæ loci, & qualitatibus
ſuprà dictis, dicta pragmatica non corrigit in hoc iſtam cõ
ſtit. aliàs dicta pragmatica eſſet captioſa, & impoſſibilis, &
25 irrationabilis. † & certum eſt, quòd verba ſtatuti recipiunt
interpretationem iuſtam, & laudabilem, vt probat Alexã.
in 1. volu. conſi 80. incip. viſo, & opportunè. verſic. confir-
matur. in 3. colum. ſtatuta enim ſunt taliter intelligenda,
vt excludant prauum ſenſum, ſecũdùm Bal. in l. quicunq;.
in antepe. col. C. de ſer. fugit. & in l. oẽs populi in 14. col. ff.
de

de iuſt.& iu. Item verba ſtatuti debent taliter interpretari,
vt minus quàm poſſint lædant ius commune, vt in l.2.C.
de noxa.c.cum dilectus. de conſuet.ext. ſed ius commune
Romanum vult, quòd ſecundùm diſtantiam locorum de-
tur dilatio ad probandum, vt in l.1.C.de dila.& iſta conſti.
idem dicit, igitur ſic eſt interpretanda dicta pragmatica,
poſtquam expreſsè hoc non corrigit. Nec obſt. quòd ius
commune Romanum velit, ꝙ exce.dilatoria debeat incon
tinenti probari, aliàs reſeruatur ad merita, vt habetur in d.
l.nam & poſtea.præterquam in caſu.c.pia.de excep.lib.6.
quia dico, ꝙ iſta cõſti.eſt ius commune in regno, quia pri-
mò iudicandum eſt ſecundùm cõſtitutiones, quàm ſecun
dùm ius commune Romanum, vt patet ſuprà in conſtit.
puritatem. in primo lib. ideo non eſt interpretanda dicta
pragm.ꝙ in hoc corrigat iſtam conſtitutio. rationabilem.
26 †Quartò no.ex text.ibi, & ſi in earum probatione defece-
rit.ꝙ opponens exce.dilatoriam, & iurans, ꝙ credit ſe poſ-
ſe illam probare, & ideo petit dilationem, aliàs non conce
datur non petenti, vt dicit Bar.in l.2.ff.de reſtit.in integ.&
ideo iudex ſtatuit ei terminum ad eam probandam, ſi ip-
ſam legitimè nõ probauit, tenetur ſtatim ſoluere expẽſas,
quas actor ſuſtulit ratione dictæ dilationis conceſſæ, &
iudex debet prius dare iuramentum, ſi ipſas expenſas con
tentas in ſua petitione fecit, & ipſas taxare, quatenus eſt
veriſimile eſſe expenſum, quia quando ſtari debet iuramẽ
to partis ſuper expenſis, intelligitur quatenus eſt veriſimi-
le expendiſſe, vt in auth.poſita ſuper l.ſancimus. C.de iud.
& pro hoc eſt tex.in l.fin.C.de alt. pupill.præſtan. quam l.
ad hoc alleg.Bar.in l.fi.§.in computatione.C.de iu. deli. li-
cet iſte tex. nihil dicat de petitione offerenda, tamen de ne
ceſſitate requiritur petitio expẽſarum offerenda per acto
rem, & iudex debet primò taxare, & poſtea condemnare,
vt hic. ad idem gl.magna in c.finem litibus.de do.& contu.
& ibi Io.And.& in c.3.de ſequeſ.poſ.& fruc.& Dñicus in
27 d.c.pia.& Alex.in l.admonendi.ff.de iureiu.2 s.col. †& hc
patet, ꝙ iſte tex.ſoluit illam antiquam q.de qua in d.c.finẽ
litibus. videlicet, vtrum deficiens in probatione exce. dila-
toriæ ante lit.conte. debeat ſtatim condemnari ad expen-
ſas, vel in fine cauſæ. nam tex.in c.frequens.de reſti. ſpo. li.
6.& in c.pia.de exce.eo.li. probant, ꝙ ſtatim debet fieri cõ-
demnatio, & Bar.in l.non ignorat.C.de fruc. & lit. expen.
idem firmant Inn.Hoſt.Io.And.& Ant.de But. in d.c.finẽ
litibus.ext.de dolo & cõtu.Spe.in tit.de expen.§. iuxta.uer
ſi.ſed nunquid deficiens. Sed contrarium tenuit gl. in d.c.
finem litib.in verb.moderatas.& multi alii Doct. antiqui,
quos non refero, quia hic habemus deciſio.& in dictis iu-
ribus, & in c.1.de dolo & contu lib.6.Ex quo ſequitur, ꝙ
in iſtis exce.dilatoriis ferenda eſt ſnĩa, vt no.in c.1.de ord.
cog.& in c.exhibita.de iudi.l. de qua re.ff.de re iud. firmãt
Bar.& Bal.in l.1.C.de ord iud. Doct.in c.ex parte. lo ij.de
appe. quia condemnatio expenſarum eſt acceſſoria ad ip-
ſam ſententiam, quæ declarat procedendum eſſe ad vlte-
riora, exceptione oppoſita non probata non obſtante. Ac-
ceſſorium enim nõ poteſt eſſe ſine principali. l.obligari.§.
28 fideiuſſor.ff.de fideiuſ.†Sed iuxta hoc quæro, vtrum aliqua
probabilis cauſa excuſet opponentẽ excẽ.dilatoriã, & non
probantem ab expenſis? Abb.Sicu.in d.c.finem litib in 5.
col.ver.3.tenet, ꝙ non fiet condemnatio expenſarum, ſi ali
qua legitima cauſa eum excuſet. Et idem tenet in 6.colũ.
verſi.glo in verſi.ſed expenſæ.& in 10.colum.verſ.vltimò
circa hãc particulam.& pro hoc l.qui ſolidum.§. etiam.ff.
de leg.2.& tunc iudex quando abſoluit ab expenſis, debet
dicere in ſententia, ꝙ ex cauſa hoc facit, ſecundùm Bald.
in auth.ſed nouo iure.C.de iudi.aliàs iudex facit litem ſuã,
ſecundùm Bal.ibi. Quæ aut ſunt iſtæ iuſtæ cauſæ, ꝑ quas
non debet fieri condemnatio expẽſarum, vide Lanfr. in c.
qm̃ contrà, in verſ.ſequitur nunc de taxatione expenſarũ.
de proba. Itẽ q̃ro, vtrũ appellatione iſtarũ expenſarum ve-
niant damna, quæ paſſus eſt iſte actor occaſione dictæ di-
lationis? Dic ꝙ non, vt dicit Bal.in l.terminato. vlti.col.C.
de fru.& lit.expẽ. Idẽ Sal.in l.nõ ignorat.eo.tit.firmat Ale.
in l.1.§.fi.in 3.col.ff.ſi quis ius dicen. non obtẽ. Itẽ quæro,
vtrum iudex poſſit condemnare ad iſtas expenſas poſt la-
tam interlocutoriã cõtra opponẽtẽ exce.dilatoriã, & in ter
mino nõ probantẽ ex interuallo, lite pend. Inn.& Abb.Si-
cu.& Phil.in c.ſæpe.de app.in ver.octauò quæritur. dicũt,
ꝙ ſic, quia lite pen.durat officiũ iudicis. Idẽ fir. Bart.in d.l.
29 terminato.†Rurſus quæro, an in iſta cõdẽnatione expẽſa-
rũ debeat pars citari? Inn.dicit, ꝙ nõ, in c.querelã. cir.fi.
de elec.& de procu.c.auditis.& in c.calumniã.de pæn. Nã
iſta eſt interlocutoria, q̃ põt ferri parte nõ citata, vt in c.au
ditis.de procu.ꝑ Inn. Sed Bar.in d.l.nõ ignorat.cir.fi.aliter
dicit, vt poteris videre, & eũ ſequit̃ Phil.in d.c.ſæpe.in ver.
13.q̃ro.& Bal.in d.l.terminato.& uide Bal.in l.1.C.de ſen.
ex breuicu.reci.in ver.q̃ro, an interlocutoria. & Bart. in l.
nec quicquã §.ubi decretũ.ff.de off.proconſ. & leg.& in l.
diẽ ꝓferre, in prin.ff.de arbi.& in l.quid iuſſit.ff.de re iud.
Lanfr.& Io.de Imo.in d.c. qm̃ cõtra.in uer. interlocutio-
nes. finaliter tenendũ eſt, ꝙ vbi reſultat magnũ ꝑiudicium
ex interlocutoria, reqrit̃ partis citatio, ſecus ſi paruũ. Idẽ
tenent Dñi de rota in deciſ.ſuis, & Ioã.de Imo.in d.l.quod
iuſſit.& alij, vt ſup. Quintò no.ex text.oẽs expenſas. ꝙ oẽs
expenſæ, quæ fiũt in iudicio ꝑ actorẽ ratione dilationis da-
tæ reo, qui oppoſuit declinatorias exce.& non probauit,
ſunt per ipſum reum actori ſoluendæ abſq; eo.ꝙ neceſſite
tur illas expenſas probare, ſed ſufficit pro probatione eius
iuramentũ, & iudicis taxatio, & moderatio, nec contra ta-
le iuramentũ cũ iudicis taxatione põt cõtrariũ probari, vt
no.in auth.hodie.C.de iud. & firmat Ale.in l.admonendi.
30 in 2 1.col.ff.de iureiu.†Quærit hic And.ſi comparet defen-
ſor pro abſente citato, & datur ei terminus ad probãdum
ſubaudi iuſtam cãm abſentiæ allegatam, & nõ probat, an
condẽnabitur ad expenſas? Et concludit ꝙ ſic, per text.in
l.ſacris.§.quæ omnia.C.de prox ſac.ſcrin. lib.12. & idem
dixit ſup.in 1.lib.in conſtit.edictorũ. Rurſus quærit And.
vtrum huic excuſatori poterit iudex dicere, nolo te audi-
re, niſi præſtes ſatiſdationẽ de ſoluendo expenſas, ſi nõ ꝓ-
bas iuſtas cauſas abſentiæ allegatas. Arguit pro & contrà,
finaliter tenet, ꝙ debet ſatiſdare per l.qui proprio. §.q.qui
alium.ff.de procu.cõcordantiæ ſunt ibi in glo. Sed adde, ꝙ
non ſolùm excuſatori poteſt hoc dicere iudex, ſed etiã ipſi
reo conuento poterit dicere, quando deliberat ſibi dare di
lationem ad probandũ excuſationes dilatorias oppoſitas
volo, ꝙ deponas pecuniã pro huiuſmodi expenſis in caſu,
quo in probatione defeceris, ſi habet cõiecturas, ꝙ animo
dilatandi hoc faciat, non obſtãte, ꝙ iurauit, ꝙ non animo
dilatandi petat per id, quod dicit Io. And.in c.ſtatutum.§
31 fi.in gl.in verſ.conſueuerunt aduocati.de reſcr.lib.6.†Imò
ſi iudex cognoſcit, quòd malitioſè hanc dilationem petit,
poteſt etiam ipſam denegare, ut dicit Inn. in c.poſt electio
nem.de conceſ.præben. & Bal.in l.peremptorias.7.col.C.
ſenten.reſcin.non poſ. Multa ad hoc alleg. And.Barb.in c.
ex parte.lo ij.de off.deleg. Bene facit l.ſecunda. C.de falſis.
Iudex enim poteſt negligere exceptionem oppoſitã, ſi ſibi
videbitur ex cauſa, ut in cap.ex parte.lo ſecundo.& ibi Phi
lippus in quinto nota. de appellationibus. In glo. 1.hæc gl.
eſt declaratiua huius conſtitutionis. In glo.2.dic, vt dixi in
primo nota.in prima quæſtione. In glo. 3. Quærit hic glo.
quid de exceptionibus peremptoriis vſque ad quod tem-
pus poſſunt opponi? Et dic vt in ea, ſed de iſtis perempto-
riis exceptionibus dicetur infrà in conſtitutione, ſi exce-
ptio peremptoria rubr.24. In glo.quarta.in verſic. à die in
principio.dic, ut dixi ſuprà in primo notabili. In eadem in
fine.nota iſtam gloſſam quòd nullo oblato libello, ſcilicet
in cauſis, vbi requiritur libellus, reus non poteſt aſtringi
ad conteſtandum litem, & ideo non currunt ſibi illi tres
dies ad opponendum exceptiones dilatorias. Item nec li-
belli oblatio habet vim litis conteſtandæ, niſi conteſtetur,
vt in iuribus in ea allegatis. In gloſ.quinta.in uerbo, ſacra-
menti.nota iſtam glo.quæ dicit, quòd bis præſtatur iura-
32 mentum calumniæ in cauſa.†Primò, quando opponitur
exceptio dilatoria, & iurat, ꝙ ſine calumnia petit dilationẽ
ad eam probandum. Secundò iuratur de calumnia non fa
cienda poſt lit.conteſta. Sed miror de iſta gloſſa cum text.
in

in auth. hoc ſacramentum. C. de iureiurando propter calumniam. dicat, quod iſtud iuramentum non prǣſtatur ſępius in iudicio. Nec iuramentum, quòd non animo differendi iudicium &c. nec iuramentum, quod præſtatur, qñ petitur quarta dilatio, eſt iuramentum calumniæ, ſed maſitiæ, quod non eſt ita generale, ſicut calumniæ. Nec iuramentum calumniæ extenditur ad hunc caſum, ut bene firmat Abb. Sicu. in c. vltra tertiam. 2. col. ver. oppo. & vr̃ &c, ext. de teſti. In gl. fi. dic, ut dixi ſup. in 4. & 5. no.

De exceptione hoſtica proponenda. Rubrica XIX.

CONTINVATIO ex ſeipſa patet, quia dictum fuit in præcedenti titulo de exceptionibus dilatoriis, erat videndum de exceptione hoſtica, quæ eſt dilatoria. de qua quidem exceptione hoſtica nihil habetur iure Romano, imò miles accuſatus de crimine, ſi dicat ſe excuſatum uigore militiæ ſtante ſacramento militiæ, abſoluendus eſt, vt in l. 1. ff. de re milit. & habetur in l. J. C. de reis poſtu. li. 10. ſed bene habetur in Longobarda, & hoc diffinimus ſub rub. 14. de exercitalibus, ſed ibi dicitur, quòd nullus debitorem, vel fideiuſſorem ſubmonitum ad exercitum pro quacunque cauſa faciat pignorare, & ſubmonitus ad exercitum ſit quietus, id eſt, quòd non poſsit citari per duodecim dies, & poſtquã reuerſus fuerit, ſimiliter ſit quietus per duodecim dies. Pro aliis autem iudicaturis ſit quietus per 14. dies, & dicta lex Longobarda in multis eſt correcta per iſtam conſtitu.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio hoſtica vocatis in ius, ſubmonitis vt eant ad regis exercitum, competit.*
2 *Exceptio hoſtica an competat ei, qui voluntariè non ſubmonitus ad regis exercitum eſt profecturus.*
3 *Citatus ex quacunque cauſa legitimè comparere debet.*
4 *Abſens ex cauſa voluntaria non excuſatur, quin ſaltem debeat mittere excuſatorem.*
5 *Artifices exercitum ſequentes ſi citentur, an poſſint gaudere hoſtica exceptione.*
6 *Miles ſtipendiatus à regia curia an & quando gaudeat exceptione hoſtica.*
7 *Seruiens per ſubſtitutum an habeat priuilegium ac ſi per ſeipſum ſeruiret.*
8 *Exceptio hoſtica dicitur fauorabilis, & ex cauſa publicæ vtilitatis.*
9 *Expediri quæ poſſunt per alium, & quæ non.*
10 *Miles ſpolians, vel turbans alium in ſua poſſeſſione, ſi vocetur in ius, an poſſit opponere exceptionem hoſticam.*
11 *Feudatarius baronis an & quando poſſit vti excep. hoſtica.*
12 *Labor & pecunia diuiſionem recipiunt.*
13 *Priuilegium exceptionis hoſticæ marito competens an tranſeat ad vxorem.*
14 *Dos tanquam ad matrimonium acceſſoria ſine matrimonio eſſe nequit.*
15 *Priuilegium perſonale perſonam non egreditur.*
16 *Impedimentum ſuperueniens in dilatione probatoria deduci debet de eadem.*
17 *Exceptio hoſtica an poſſit opponi per procuratorem, quando venit imponenda pœna mortis.*
Comparere per procuratorem nemo poteſt in cauſa criminali.
18 *Fides an debeat neceſſariò fieri iudici citanti ſubmonitum per mareſcallum, etiam ſi notorium ſit.*
Actus præcedens validus non tollitur per ſequentem nullum.
Fides præpoſiti exercitus duobus requiritur caſibus.
19 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio.*
20 *Exceptio dilatoria ſuperueniens poſt litem conteſtatam opponi poteſt.*
21 *Exceptio hoſtica an opponi poſsit poſt concluſum in cauſa.*
22 *Abſens cauſa reipub. indefenſus reſtituitur.*
23 *Miles, ſeu feudatarius quibus concurrentibus gaudere poſſit hoſtica exceptione.*
24 *Vtilitas publica eſt priuatæ præponenda.*
25 *Bannitus per annum, perſiſtens contumax, etiam ſi non ſit forisdicatus, non vtitur exceptione hoſtica.*
26 *Exceptio hoſtica nulla datur pro delictis in loco exercitus commiſſis.*
Delicta in loco exercitus commiſſa per iudices exercitus ſunt punienda.
27 *Iura Imperatorum omnes gentes ligantia deficientibus conſtitutionibus & ritibus ſunt ſeruanda.*
28 *Exceptio hoſtica an obſtet mulieri ad reſtitutionem dotis ſuæ agenti.*

HOSTICE exceptionem. Diuido iſtam conſtitutionem in nouem partes. In prima declaratur intentus imperator. qui eſt determinare ideſt, corrigere antiqua iura, quæ obſeruabantur in iudiciis ſuper hoſtica excep. vbi ſunt iſta iura antiqua, non declaratur hic. credo, quòd ſunt Longobarda, vt dixi ſuprà proximè in rubri. & durat vſque ibi, ſtatuimus. Hic eſt ſecunda pars, in qua ſtatuit, quòd ille, qui eſt ſubmonitus, vt vadat ad exercitum domini regis contra eius inimicos, vel hoſtes, ſi eſt ante, vel poſt monitionem citatus a iudice ad inſtantiam alicuius, iſte citatus per ſe, vel ſuum procuratorem debet comparere coram illo iudice, a quo emanauit citatio, & allegare & opponere, quòd ipſi competit exceptio hoſtica, ex quo ſubmonitus, quòd vadat ad exercitum, & adhuc durant quindecim dies a die ſubmonitionis, qui dantur vocatis ad regium exercitum, & quòd eſt paratus illis finilis ire ad exercitum, & donec eſt in exercitu, & poſt reuerſionem per quindecim alios dies non poteſt in cauſa procedi contra eum, & debet in dicta cauſa ſuperſederi, nec tenetur dimittere procuratorem, ſi de prædictis illi iudici facta ſit fides, & durat vſque ibi, quod inuiolabiliter. Hic eſt tertia pars, in qua determinatur vnum dubium, videlicet, quid ſi conuentus, antequam ſit ſubmonitus, quòd vadat ad exercitum, fuit litem conteſtatus. Et poſt litem conteſta. ſit ſubmonitus, an poterit opponere exceptionem hoſticam, & facere fidem de dicta ſubmonitione, ſicut quando eſſet ſubmonitus ante lit. conteſta. & reſpondet litera, quòd idem iuris eſt, prout in caſu præcedenti, & durat vſque ibi, ſi tamen ambæ partes. Hic eſt 4. pars, in qua determinatur ſecundum dubium, videlicet, quid ſi actor & reus inueniantur in exercitu regis, & ad inſtantiã actoris ſit citatio contra reum per iudicem, vtrum liceat reo opponere exceptionem hoſticam, & dicitur in text. ꝙ non, quia hoc priuilegio nõ vtitur reus contra pariter priuilegiatum exiſtentem in exercitu cum equis & armis, & alijs neceſſariis. & hoc procedit ſiue ambo ſint ſalariati a publico, ſiue militent in exercitu expenſis proprijs, vel alienis, & durat vſque ibi, quæ. Hic eſt quinta pars, in qua declaratur, qualiter reus citatus, & ſubmonitus, vt vadat in exercitum, habeat facere fidem iudici de ipſa exceptione hoſtica oppoſita, vt dicitur in text. quòd mareſcallus, vel alius, qui præeſt exercitui, debet per ſuas literas, vel per eius teſtificationem facere fidem, quòd ille eſt ſubmonitus, ut vadat ad exercitum, & durat uſque ibi, ut tamen occaſione. Hic eſt 6. pars, in qua ordinat. quòd facta fide de dicta exceptione hoſtica iudici, qui eum citari fecit ſuperſedeatur in cauſa, ex quo citatus nullo modo occaſione dictæ litis debet extrahi a ſeruitio exercitus, & durat vſque ibi, bannitos. Hic eſt 7. pars, in qua quæritur, an banniti, qui ſunt in exercitu, ſi conueniantur, poſsint vti exceptione hoſtica, & dicitur ꝙ ſic, niſi conueniantur ab illis actoribus, vel accuſatoribus, qui ſimiliter ſunt in exercitu cum equis & armis intra annum a die banni, tunc non licet eis vti dicta exceptione contra pariter priuilegiatum, & durat vſq; ibi, foriudicatis. Hic eſt octaua pars, in qua expreſsè ſtatuit, quòd ſi foriudicati reperiantur in exer-

citu regio militantes proprijs expenſis, nõ poſſunt vti exce
ptione hoſtica, quia eis omnis defenſio eſt denegata, & du
rat uſq; ibi, ſaluis. Hic eſt nona, & vltima pars, in qua deter
minatur vnum dubium, videlicet, quid ſi exiſtentes in exer
citu contrahant, uel delinquant, & citentur per iudicem
exercitus, an liceat eis opponere exceptionem hoſticã con
tra agentes ciuiliter, uel criminaliter, & dicitur ꝙ non, &
ideo cauſa debet determinari per iudicẽ exercitus iuxta ri-
tus exercitus, h.d. uſq; ad finem, propter longitudinem non
aliter ſummabo. No. primò ex tex. ibi, quindecim, poſtquã
1 reuerſus fuerit. ꝙ † exceptio hoſtica cõpetit uocatis in ius,
ſubmonitis, ut eant in exercitum Regis, iſta exceptio ope-
ratur, ꝙ per quindecim dies poſt monitionem, & per totũ
tempus. quod eſt in exercitu, & per quindecim dies poſt re
uerſionem ſuperſederi debet in cauſa, nec tenetur cõſtitue
re procur. ad litem: & ſi iudex procederet poſt iſtam exce
ptionem oppoſitam, & probatam, proceſſus factus contra
iſtam conſt. eſſet ipſo iure nullus, per l. non dubium. C. de
leg. c. cũ dilecta. de reſc. c. exhibita. de iud. Bal. in l. ſi tutor.
C. in quib. cau. in int. reſt. non eſt neceſſaria. Item quia iſta
cõſti. mãdat, ꝙ inuiolabiliter obſeruetur: & ſic ꝙ nulla fiat
diminutio per iudices huic conſt. Sed iuxta hoc quæro de
quindecim q. Et primò, aliquis eſt citatus ciuiliter, vel cri
2 minaliter, & non † eſt ſubmonitus, ut uadat in exercitũ, ſed
ſponte uult ire ad exercitũ ſuis expenſis, an poſſit oppone-
re excep. hoſticã intra xv. dies, antequam uadat ad exerci-
tum? Rñdet hic And. ꝙ nõ, quia requiritur ſubmonitio, ut
gaudeat dilatione prædicta xv. dierum, ẽt ꝙ ſit ſtipẽdiatus
à curia, quia vr̃ eſſe in dolo, ſi non fuit monitus, timebat. n.
litem, & iõ eam diffugiebat, arg. l. qui data ff. qui. ex ca. ma.
cũ concor. in glo. ibi alleg. Item quia ſi hæc conſt. requirit
ſubmonitionem, ergo ſine ea non competit dicta exceptio
quia non eſt recedendũ ab intelligentia uerborũ. ff. de le. 3.
l. non aliter. cũ ſi. Secũdò quæro, quid ſi iſte qui fuit citatus
ante diem comparitionis acceſſit ſpõte ad exercitum, & in
ult. perẽptorio cõparet eius coniunctus, & alle. ipſum ab-
ſentem à loco iudicij, & eſſe in exercitu regio ſuis expenſis,
& facit fidem per literas præpoſiti in exercitu, ꝙ eſt in exer
citu: & ſic allegatur excep. hoſtica, utrũ iudex in cã debeat
ſuperſedere? Rñdet hic And. ſub nube, ꝙ aut ille fuit cita-
tus perſonaliter, aut ad domũ, ſi perſonaliter, & non cõpa-
ruit in ult. peremptorio, quia receſſit ſponte ad exercitum
& legitimè reputabitur contumax, per l. ſi quis poſtea. ff. de
iudi. quia iſtud fuit uolũtarium impedimẽtum, & pro hoc
regula, dãnum. li. 6. & iura uolunt, ꝙ citatus ex quacũq; cã
3 debet † legitimè comparere aut comparere debet perſonali-
ter, ſi cã eſt criminalis, ut in l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius
uoc. non ier. & in c. ſuper literis. de reſcr. cũ ſim. ſecũdo ca-
ſu, qñ fuit in domo citatus, & poſt citationem ſpõte iuit ad
exercitum, idem ut poſſit cõtumax reputari, per d. l. ſi quis
poſtea. Tertiò quęro, quid ſi aliquis ſponte iuit ad exercitũ
& ibi ſeruit cũ equis & armis, & alijs neceſſarijs ad exerci-
tũ, & citatur in domo pro cã ciuili, uel crimiuali, an poſſit
coniuncta perſona comparere pro eo, & allegat eius abſen-
tiã & opponere excep. hoſticã? Reſpondet hic And. ꝙ ſi lo-
quimur de iure cõi, ille qui eſt in exercitu ſponte & nõ vo
catus, non dr̃ abſens cã reip. & pro hoc totus tit. ff. de leg. q
loquitur, qñ princeps mittit legatũ, & non qñ à ſeipſo ua-
4 dit, & tunc iſte † abſens ex cã voluntaria debet mittere excu
ſatorem, & tunc iudex dabit excuſatori terminum ad denũ
ciandum, & ad comparendũ, ſecundùm diſtantiã locorum,
ut dictum fuit ſuprà in 1. li. in conſt. edictorum. Si uerò lo-
quimur ſecundũ ius iſtius conſt. dicit hic And. per iſtũ tex.
ꝙ omnib. euntib. & cõmorãtib. in exercitu, ſiue ad expen-
ſas reip. ſiue ad proprias, uel alienas expẽſas, cõpetet exce.
hoſtica, ſi ſunt citati, poſtquam ſunt in exercitu, uel in uia
ad exercitum, per l. ſi non ſunt. §. quid ergo. ff. de au. & ar-
gen. leg. ubi opus cęptum habetur pro completo, ut dicit
Bartol. in l. cætera. §. ſi. ff. de leg. 1. Alex. in 3. uolum. conſi.
98. inci. aliàs de facto conſultus &c. & iõ dicit Andr. in con
ſti. ſtatuimus. ꝙ priuilegium, quod datur in ſtãdo, habet lo
cum in eundo, & redeũdo, ut in l. qui mutãtur. §. ſi mulier.

ex qui. cau. ma. & l. 1. C. de re mil. Quartò quæro, quid de
5 artificib. qui uadunt † ad exercitum pro faciendo in exerci-
tu ſotulares, ueſtitus, panem, & pro faciẽdo alia neceſſaria
pro exercitu, an iſti gaudeãt exceptione hoſtica, ſi fiat fides
per prępoſitũ exercitus, ꝙ ſunt in exercitu neceſſarię dictæ
perſonę. Tex. iſte vr̃ dicere ꝙ ſic, dum dicit, oẽs qui ad exer
citum uenerint, abſq; diſcretione aliqua perſonarũ, ſic ẽt
iſtis perſonis competit priuilegium, ut poſſint teſtari quo-
quomodo, cum eadem pericula experiantur, ut in l. 1. ff. de
poſ. ex teſtamento militari. & ſic ratione, quia ſeruiũt exer
citio militari, gaudẽt priuilegio prædicto, licet non ſint mi-
lites. Bene facit id, quod dicit Luc. de Pen. in rubr. de piſto.
li. 11. quia laborant ad opus reipublicę. Idem firmat Luc.
in l. 1. C. de nego. milit. li. 12. & pro hoc facit glo. in l. inter
eos. ff. ex quib. cau. ma. quæ dicit, ꝙ ſcriptores gaudent pri-
uilegio ſcholarium, idem Inno. in c. 1. extra de loca. & pro
hoc l. reſtituendi. C. de aduo. diuer. iudic. Quintò quæro,
utrum nautæ & remiges, qui uadunt in exercitu maritimo
dum ſunt in exercitu, habeant hoc priuilegium, ꝙ ſi conue
niantur, poſſint opponere exceptionem hoſticam. gl. 4. hic
tenet, ꝙ competit eis hoc priuilegium, quia oẽs dicuntur
militare, ut in d. l. 1. §. item nauarcos. & idẽ firmat hic An.
poſt gl. & hoc ideo, quia eadẽ pericula ſubeunt, dum ſunt
in exercitu, & ideo ubi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe idem
ius, ut dicit gl. in d. l. in uer. cum eadẽ pericula. Sextò quæ-
6 ro, quidam † miles ſtipẽdiatus à regia curia eſt ſubmonitus
ꝙ uadat ad exercitum, iſte, quia fortè impeditus de uolun-
tate principis, mittit idoneum ſubſtitutum, utrũ ipſe ſub-
ſtituẽs, & ſubſtitutus ſi citentur pro cauſa propria, gaudeãt
exceptione hoſtica? Iſta cõſt. vr̃ dicere, ꝙ ille, qui eſt in exer
citu ad ea pẽſas alienas, gaudet exceptione hoſtica. & ſic vr̃
includere ſubſtitutum. item gl. hic 5. in ordine dicit, ꝙ ille
qui ſeruit per alium, quia alium loco ſui in exercitum mi-
ſatio fiat poſt concluſum in cauſa ipſa ciuili. & de quęſtio-
ne iſta vide Tanc. de Corneto in margarita ſua, char. 24. de
quæſtionibus circa ſententiam. q. 10. & Bal. in l. ſi quis te-
ſtibus. C. de teſtib. in col. 4. verſ. quæro poſito, ꝙ ciuiliter.
Alex. in l. 2. §. 1. ff. vi bon. rap. Cy. in l. ſatis apertè. C. de ſal.
Io. de Ana. in c. 2. de accuſ. Ang. in l. hos accuſare. §. leg. Iu-
lia. ff. de accuſ. Bal. in l. ſi veritas. C. de fideicomiſ. plenè per
Philippum de Franc. in c. ſuper eo. el primo. 2. col. de app.
& deciſionem meam impreſſam 220. & alle. in l. ſatis aper-
tè. C. de falſ. Alex. in l. quod ait. ff. de adulter. In gloſ. 2. hæc
glo. dicit, ꝙ iſta conſtit. corrigit. l. quoniam. quæ eſt ſina. C.
da ord. iud. & l. 1. C. qui admit. non poſ. & bene dicit, pro-
ut dixi ſupra in 1. nota. In gl. 3. in princ. & no. & tene men-
ti iſtam glo. quæ expreſsè tenet, quòd in regno præiudicia-
lia ſunt ſublata ante litem conteſtatam, ſed poſt litem con
teſtatã exceptiones peremptoriæ, quę poſſunt opponi poſt
litem conteſt. de iure communi, tam in cauſa ciuili, quàm
criminali, non ſunt ſublatæ, vt in l. 2. C. ſenten. reſcin. non
18 poſ. dicitur, n. peremptoria † exceptio illa, quæ perimit ne-
gocium, vel perſonam, ſine qua negotium ſubſiſtit, vt dicit
Inno. in c. cum veniſſent. de inſtit. ſecundùm Bald. in d. l. 2.
Fallit in exceptione lęnocinij, quæ eſt peremptoria, & ta-
men debet opponi ante litem conteſt. i. antequam nomen
inter reos recipiatur, vt C. de adulter. l. quoniam. vt dicit
Azo in ſumma, de accuſ. ibi, dum dicit, quod exaudio &c.
In glo. 4. vide ad hoc, quod dicit gl. quæ dixi ſupra in 6. no.
In gl. 5. in verbo, euident cum duabus paruis ſequentibus.
dic vt dixi ſupra in 4. not. In glo. 6. in verbo, præiudiciali-
bus. Not. iſtam glo. quòd ſi coram iudice ſeculari opponi-
tur exceptio excommunicationis in iſto regno non datur
terminus octo dierum ad illam probandam, ſed procedi-
tur ſuper actione, vel accuſatione intentata, & etiam ſuper
dicta exceptione. de alijt contentis in hac gl. dic vt dixi ſu-
pra in 6. notab. In glo. pen. tene menti iſtam glo. quia bene
declarat, quæ ſit quæſtio incidens, & quæ emergens ſed ali
ter declarant Bald. & Alber. in l. 1. C. de ordin. iud. & vide
ad hoc quæ dixi ſupra in 8. not. In glo. fin. Quærit hic glo.
de tribus quæſtionibus. Prima, vtrum exceptio incompe-
tentię iuriſdictionit ſit emergens, vel incidens, de quo dic
vt dixi ſupra in 8. not. De iure verò Romano exceptio fori
eſt dilatoria, vt dicit glo. pen. in authen. habita. C. ne filius
pro patre, per l. fin. C. de except. Secunda, vtrum ſententia
lata ſuper emergenti prædicto ſit interlocutoria. Tertia,
19 vtrũ ab iſta † interlocutoria poſſit appellari. & dicit quòd
non, allegat. l. apertiſſimi. C. de iudic. vbi de iure ciuili ab
interlocutoria non appellatur, ne lites ſint immorales. vi-
de Alex. in l. 2. in 5. colum. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. Tu
dic, quòd ab iſta ſententia poteſt appellari. gl. eſt fin. in au-
thent. prędicta, habita. & vltra glo. allego text. in c. ſignifi-
cantibus. de offic. deleg. Sed fruſtratoriè appellans ab inter
locutoria punitur pęna quinquaginta librarum auri, vt in
l. 2. C. de epiſ. aud. ſed dicit Bald. in d. l. 2. quòd fuit obten-
tum, quòd fruſtratoriè appellant non puniatur dicta pœ-
na, per gl. in l. 1. C. a quibus appel. non licet. Et de iſto arti.
an & quando liceat appellare à ſententia interlocutoria
de iurę

de iure ciuili, vide Bald.in d.l.2. & in l.à ſententia. C.quorum appella.non reci.& per Bar.in l.ait prætor. ff.de min. & Ang.in l.eos.§.ne temerè.C.de app. & Moderni in rub. ff.de re iudic. Alexan.in l.prima.in 4.colum.ff.quod quiſque iuris. & in l.a. ff.de app.reci. & in l.arbitrio.5.colum. ff.qui ſatiſda. cogan.

De accuſato coram iuſtitiario. Rubrica XXI.

DICTVM fuit ſuprà proxi.quando accuſans accuſatur de maiori crimine, quod in vtraque accuſatione eſt procedendū. verùm quia interdū quis accuſatus eſt de vno crimine coram iuſtitiario prouinciæ, & ſic inferiori iudice, deinde idem accuſatur de pari, vel minori, vel maiori crimine coram magiſtro iuſtitiario, & ſic corā maiori iudice, vtrum ratione maioritatis iudicis debeat in cauſa coram minore iudice, ſcilicet iuſtitiario prouinciȩ ſuperſederi, donec cauſa coram magiſtro iuſtitiario finiatur, vel debeat in vtraque cauſa procedi, de quo arti. non erat dictum, ideo ſequitur hæc Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus ad nouus tribunal an illo ire debeat, omiſſa cauſa, quam habet coram minore tribunali.*
2 *Cognitio cauſarum de caſtris & aliis feudis quaternatis ad magnam curiam vicariæ dicitur ſpectare.*
Curia magna vicariæ dicitur curia regis.
Iudex inferior de quibus informare debeat ſuperiorem.
3 *Citatus à maiori iudice & pro cauſa maiori, quando debeat comparere ſpreta citatione inferioris iudicis.*
4 *Crimen laſæ maieſtatis committens perdidit bona ipſo iure.*
5 *Rebellis contra regem ipſo iure dominium omnium bonorum perdit.*
6 *Bona in duobus caſibus perduntur ex crimine laſæ maieſtatis.*

CONTINGIT. Et breuiter hoc intendit. Si quando contingit, quod accuſatus de crimine capitali corā iuſtitiario prouinciæ, pendente dicta cauſa, ſecundo loco accuſetur coram magiſtro iuſtitiario, ideſt in magna curia vicariæ, de alio crimine pari, vel minori, vel de caſtro, vel de feudo quaternato, ne iuſtitia impediatur, primò debet diffiniri cauſa accuſationis capitalis pendens coram iuſtitiario prouinciæ, qui debet per ſuas literas certificare magnam curiam vicariæ de ſtatu cauſæ & qualitate perſonarum, & hoc ſi accuſatus per proceſſum factum coram iuſtitiario prouinciæ nō veniat moriturus, ſed ſi per dictam accuſationem factam coram iuſtitiario prouinciæ veniat moriturus, debet ipſa cauſa, in qua fuit citatus per magnam curiam vicariæ comparere, & ipſam prius terminari, licèt ſit ſecunda, ſed ſi cauſa in magna curia vicariæ erit maior, prima coram iuſtitiario prouinciæ pendente, debet prius cauſa ſecūda coram magna curia vicariæ terminari, ſemper excipitur cauſa de crimine læſæ maieſt. vt ſi per magnam curiam vicariæ citetur, debet comparere, nō obſtante, quòd coram iuſtitiario pendet cauſa de crimine capitali, quia
1 in illa prius debet procedi. † Not. 1. ex text. quòd licèt de
iure Romano vocatus ad maius tribunal debeat deſerere cauſam, quàm habet coram minore tribunali, & accedere ad maius tribunal, vt in l.contra pupillum. §.fina.ff.de re iudic. vbi magis dignum trahit ad ſe minus dignum, ſecundùm Bal.in l.ſenatus.C.qui accuſ.non poſſ. & Bart.in l.a.§.1.ff.de cuſtod.reorum. tamen hoc eſt correctum per iſtam conſtitu.quando ex ſententia minoris tribunalis nō venit moriturus, quia non debet deſiſtere aliter corā minori tribunali per citationem factam à maiori tribunali de pari, vel minori crimine. Et pro hoc benè facit gloſſ. ſecunda. hic in fi. per l.negandam. C.qui accuſa. non poſſ. Sed ſi à maiori tribunali citatus eſt de maiori crimine, debet deſerere cauſam coram inferiore tribunali, & accedere ad maius tribunal, tum ratione maioris criminis, tum quia à maiori tribunali eſt vocatus, vt hic, & in iuribus præallegati. Bene faciunt ad hoc ea, quæ ſcribit Bal. poſt glo.in c.1.de inueſt.in mari. facta. vbi dicit, quod citatus a iudice ordinario, puta a magna curia vicariæ, & a iudice ordinario ſpeciali vno & eodem tempore, vt puta, a domino feudi, debet comparere coram iudice ordinario vniuerſali, maximè ſi eſt dubium de iuriſdictione iudicis ſpecialis, de quo per Inno.in cap.cum parati.de appel.& in c. cum iandudum.de præben.& per Bartol.in d.l.2. §.1.ff.de cuſto.reorum.melius quàm in d.l.contra pupillum.§. fin. & prædicta vera, niſi diuerſis tēporibus quis eſſet citatus à diuerſis iudicibus, quia ſemper tenetur cōparere, vt not. in l.qui de crimine.C. qui accu.non poſ. & in d.l.ſecunda. Item prædicta vera, niſi a maiori tribunali vocatus eſſet pro cauſa ciuili, in qua poſſit comparere per procuratorem, & eſſet vocatus a iudice inferiori pro teſtimonio ferendo, vt dicit Alexand.in d.l.contra pupillum. §.1.& ibi vide Angel.tangentem quæſtionem. Quid ſi aliquis vocetur eodem tempore a duobus iudicibus delegatis de diuer
2 ſis rebus, dic vt ibi per eum. †Secundò no.ex tex.ibi, quo-
rum cognitio. quòd cognitio cauſarum de caſtris, & aliis feudis quaternatis iure ordinario ſpectat ad magnam curiam vicariæ, vt hic. Ad idem ſuprà in conſtit.ſtatuimus. in 1.libr.rub.37.& in conſti.iuſtitiarij nomen, & normā, in fi.rub.42.& in cōſti.magnæ curiæ noſtræ.rub.38. Tertiò no.ex tex.ibi, ad curiam noſtram. quod magna curia vicariæ dicitur curia domini regis, & concordat cum conſtit. prędicta, quæ incipit. magnæ curiæ noſtræ. vbi dicitur, quod cognoſcit etiam de curialibus regis. Hodie reges de domo Aragonia peſſundarunt magnam curiam vicariæ propter merum & mixtum imperium conceſſum baronibus regni una cum cognitione prima cauſarum. Quartò no.ex text. ibi, cauſæ qualitas, & inquantum. quod iudex inferior, qui habet facere relationem iudici ſuperiori, debet omnes qualitates, & circunſtantias cauſæ referre, videlicet qualitatem perſonæ actoris, & rei, & de qua re, & quid dicit actor, & quid reus, & de ſtatu ipſius cauſæ, ideo vſque ad quē actū proceſſum fuit coram ipſo inferiori iudice, & de forma relationis tam ante litem conteſta. quàm poſt, vide in Spe. in titu.de relationibus.§.qualiter ſit facienda.& in capitu.
3 intimaſti.de appella.& in l.1.C.de relationibus. † Quintò
not.ex text.ibi, maioris auditorij, cum maioritate iudicij. quòd citatus a iudice maiori, & pro maiori cauſa debet comparere, licèt ſit citatus eodem tempore ab inferiori iudice, & pro maiori cauſa, ſecus ergo, quādo a maiori eſſet citatus pro minori cauſa, & inferior citaſſet pro maiori cā & hoc per iſtam conſtit. Item patet ex iſto tex. quod duo vincula vincunt vnum. Ad idē in §.ſed hodie.inſtit.de adopt. & in auth.de conſang.& vterinus fra.§.fi. Sic etiam vnum obſtaculum facilius remouetur, quàm duo, vt dicit Bal.in l.antiquitas.C.de vſufr. Et duæ rationes vincunt vnam, niſi vna vincat duas, vt dicit glo. in l.nam & ſi parentibus.ff. de inoff.teſtamen. & quot modis vnum dicitur maius altero, vide Fely.in rub.de maiorit.& obed. Sextò not. ex text. ibi, de crimine læſæ maieſt. excipimus à magiſtro iuſtitiario, ideſt a magna curia vicariæ indiſtinctè, vt euitet pœnam contumaciæ, debet comparere, non obſtante quod de capitali crimine pendeat lis coram iuſtitiario prouinciæ. Et eſt ratio, quia iſtud crimen ſuperat omne aliud crimen, quia punitur illud cōmittens pęna mortis naturalis. Item perduntur omnia bona, & filij per cōſequens puniuntur, quia priuātur bonis paternis, vt in l.Quiſquis C.ad legem Iul.maieſtat. Et not.iſtud ſpeciale, in hoc crimine. aliud vide ſuprà in conſtitutione. humanitatem.& ibi remiſi de
4 alijs ſpecialibus.†Septimò & vltimò no.ex tex.ibi, conui-
cti, & damnati. quod in regno per iſtam conſtitutionem com-

mittens

mittens crimen læſæ maieſtatis, non perdit bona ipſo iu-
re, ſed requiritur, quòd ſit conuictus, & condemnatus per
ſententiá. Facit ad hoc. l. j. C. de petitio. bon. ſubla. li. 10. Sed
Azo in ſumma C. vnde vi. tenet contrarium, ſcilicet quod
ipſo iure tale crimen committens contra regẽ, vel eius con
ſiliarios, perdit dominium rerum ſuarum, & applicatur
regio fiſco, & iſtud verbum conuicti, & condemnati ex-
ponitur quantùm ad auocandum poſſeſſionẽ ſuorũ bono-
rum ab ipſo delinquente, & propter fructus medij tempo
ris, vt ff. pro ſoc. l. cum duobus. §. idem reſpondit. & in au-
then. de inceſt. nup. §. 1. & maximè poſt mortem eius, vt
in §. per contrarium. inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. & l.
quæſitum. ff. qui & a quibus manumiſſi. &c. ſecundum
And. hic, Cui adde, quod idem dixit And. in c. j. & ibi dixi,
de feudo ſine culpa non amitt. Accedant ad hoc copioſè
ſcripta per Fely. in c. Rodulphus. circa finem de reſcriptis.
Et ſic debet intelligi ca. Regis Caroli Primi, quod incipit,
5 apud Tranum. & aliud c. bona proditorum. † quæ dicunt,
quòd per rebellionem contra regem perdit delinquens ip-
ſo iure dominiũ bonorum ſuorum, & applicatur fiſco ſcili
cet vt interueniat declaratio, antequam fiat executio ſuper
bonis ipſo iure fiſco deuolutis. Ita etiam firmat Pet. de An
cha. in ca. cum ſecundùm, in 2. no. de hære. li. 6. hoc etiam
probari per legem veteris & noui teſtamenti in d. ca. 1. de
feudo ſine culpa non amitten. vt ibi videre poteris. In glo.
1. dic, vt dixi in primo notab. In gloſſa ſecunda quęrit glo.
quid ſi plures accuſant vnum coram eodem iudice de vno
crimine, vel diuerſis criminibus deſcendentibus ex diuer-
ſis factis, vel ex vno facto. dic, vt in ea. & pro illa opinione
vide Bal. in l. ſenatus. C. qui accuſ. non poſſunt. & ibi vide
per Sal. Quod ſi maſculus & fœmina concurrant in accu-
ſando proſequentes ſuam, vel ſuorum iniuriam, quis prę-
feratur. Et quid ſi maſculus remiſit, & pepercit iniuriam
factam ſuo conſanguineo, an mulier proſequendo ſuam,
vel ſuorum iniuriam poſſit accuſare, vel proſequi accuſa-
tionem. Iſta non ſunt de materia conſtitutio. ideo omitto.
In eadem ibi, quid ſi ante litem conteſtatam. dic de hoc, vt
dixi ſuprà in primo notabili. In glo. tertia. iſta glo. eſt expo
ſitiua literæ. In glo. 4. dic, vt dixi in j. no. In glo. 1. dic, vt di-
6 xi ſup. in 6. & vlti. no. † iſta gl. tenet, quòd licet de iure com
muni in duobus caſibus perdantur bona ex crimine læſæ
maieſtatis, videlicet quando contra principem, vel eius cõ
ſiliarios, vt in d. l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſt. vel rem-
publicam Romanorum, vt in legibus in allegatis. Tamen
per iſtam conſtitutionem in omnibus caſibus, in quibus
committitur crimen læſæ maieſt. perduntur bona, ſecuta
condemnatione, per iſtam conſtitu. Sed And. hic non fir-
mat iſtam gloſſ. in hoc, ſcilicet, quòd in omnibus caſibus,
in quibus committitur crimen lęſę maieſt perduntur bo-
na, ſed tantùm in dictis duobus caſibus perduntur. Niſi
per ſententiam fuiſſet hoc declaratum, vt authen. quibus
modis naturales efficiãtur ſui. §. tribus. & cum eo tranſeo,
vt euitentur tantorum iurium correctiones. Sed in effectu
idem tenet glo hic, ſi ſic conuictus, & condemnatus, quòd
perdat bona, aliàs ſolùm in dictis duobus caſibus perdun-
tur bona, & in hoc bene dicit And.

De non retardata litis conteſtatione exceptionis obiectu. Rubr. XXII.

DICTVM fuit in proxima conſtit. quan
do quis eſt citatus a iuſtitiario, & magi-
ſtro iuſtitiario, de crimine capitali, co-
ram quo prius debet comparere, vt eui-
tet pœnam contumacię, verùm quia ci-
tatus comparendo allegat aliquas exce-
ptiones, de quibus infra in nigro & dubium erat, an per
obiectum exceptionum impediatur proceſſus criminalis,
vel ciuilis ad vlteriora, vel debeãt ad merita reſeruari, ideo
ponitur hæc Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus adminiſtratori & tutori eſt ęquiparandus.*
2 *Exceptio contra agentem petitione hæreditatis patris ſui quòd non*
eſt hęres, vel quòd non eſt filius, non impedit proceſſum ad vl-
teriora.
Filiatio qualiter probari poſſit, & quæ requirantur.
3 *Exceptiones intentionis quę dicantur.*
Actor an aliquo caſu ſeipſum excludat per ſuum libellum.
4 *Conuentus petitorio, vel poſſeſſorio alicuius, opponens ſe poſſide-*
re ex donatione regia, an per hoc impediat proceſſum ad vlte-
riora.
5 *Exceptio, tu non debes audiri, eſt dilatoria, litis impediens in-*
greſſum.
6 *Iudex ordinarius iuriſdictionem non habet reo replicante contra re-*
plicata per agentem.
7 *Papa vtendo plenitudine poteſtatis non acquirit poſſeſſionem illius*
iuris.
8 *Iudex exceptiones dilatorias oppoſitas reſeruare volens, quomodo*
pronunciare debeat.
Reſeruare exceptiones, quid propriè dicatur.
9 *Reſeruatio exceptionum in calculo ferendæ ſententiæ, quid ope-*
retur.
10 *Exceptio dilatoria non oppoſita ante litem conteſtatam an poſſit*
poſtea opponi.

EXCEPTIONAS Filiationis Glo. 1. be
ne ponit caſum in hac conſtitut. dic, vt 1
in ea, ideo breuiter in ſumma hoc dicit.
Si contra agentem, vel criminaliter ac-
cuſantem opponitur per reum, quòd
agens, vel accuſans non eſt filius, nec de
genere, nec gente eius, cuius vigore agit, vel accuſat, iſtæ
exceptiones non impediunt litem cõteſtari, ſed debent ad
merita proceſſus tempore ferendæ ſententiæ reſeruari,
quia iſtæ nõ ſunt exceptiones dilatoriæ, ſed peremptoriæ.
Et eſt ſciendum, quòd iſta conſtitutio eſt conformis cum
iure communi, quod vult, quòd exceptio peremptoria ſi
opponatur ante litem conteſtatam, venit probanda poſt
litem conteſtatam, & quandocunque ante ſententiam, vt
in l. peremptorias. C. ſententiam reſcindi non poſſe. &
notatur in l. ſi quidem. C. de exceptio. exceptis tribus exce
ptionibus, uidelicet pacti, tranſactionis, & ſententię tran-
ſactæ in rem iudicatã, & iuſiurandi oppoſiti in uim dila-
toriæ, de quibus in l. nam & poſtea. ff. de iureiurando. &
in c. 1. de litis conteſtatio. lib. 6. quibus exceptionibus op-
poſitis debet iudex dare terminum ad illas probãdum in-
tra quinque dies per nouellam pragmaticam Regis Ferdi-
nandi Primi. Et dixit mihi quidam regius conſiliarius, ꝙ
ipſe intellexit dictum terminum quò ad effectum proban
di per ſcripturam, ſed ſi oportet ad probandum dictas ex-
ceptiones peremptorias examinare teſtes, & oporteret da
re dilationem competentem, non tollit dicta pragmatica
defenſionem reo: quia dilatio non debet eſſe impoſſibi-
lis, uel captioſa, ut in l. fin. ff. quæ ſenten. ſine appell. reſcin.
& noluit Bar. in l. aut qui aliter. ff. quod ui aut clam. & Ab.
Sicu. in c. cum dilecti. de dolo & contumacia. Et ideo dabi
tur dilatio ſecundùm diſtantiam locorum, prout dicit cõ-
ſti. quę incipit, exceptiones dilatorias. ſub rubr. 18. & ſi ali
ter intelligeretur dicta pragmatica, offenderet dicta con-
ſtit. exceptiones, & ius defenſionis offenderetur, ſed qui-
dam alij Doct. mihi dixerunt, quòd illi quinque dies, qui
dantur ad probandum exceptionem in uim dilatorię op-
poſitam uirtute dictę pragmaticę, non eſt dilatio captio-
ſa, quia poterit illam probare poſt litem conteſ. & in tem-
pore princeps poteſt pręiudicare, ut in l. quoties. C. de pre
ci. impe. of. & hoc uidetur mihi uerius, ne lites abbreuien-
tur offenſione ueritatis. Quod autem ſi mater accuſat pro-
ſequendo ſuam, uel ſuorum iniuriam, & opponitur, quòd
non põt accuſare, quia non eſt mater, utrum debeat ante
lit. cõte. probari, ꝙ eſt mater? Tex. in l. non ignorat. C. qui
accu-

accuſare nõ poſſunt. expreſsè dicit, quòd non põt procedi
ad vlteriora, niſi primò probet ſe matrem. Sed d.l. corrigi-
tur per iſtam conſti. nam hæc exceptio reſeruatur ad me-
rita, ſecundùm And. hic, & idem videtur ſentire gl. hic an-
tepen. ſed ſi nihil fuit oppoſitum, ꝙ non eſt mater, valebit
iudicium ſuo nomine factum etiam quòd nõ probauit ſe
matrem, ex quo aduerſarius non negauit, ſecundùm And.
hic in fi. quod tene menti. Sed quæro, vtrum ſi aliquis no-
mine alieno, & non ſuo nomine agat, puta, tutor pro pu-
pillo, procurator pro domino, prælatus per eccleſia, & cõ-
mendatarius pro eccleſia data in commendam, & opponi
tur, ꝙ ipſe non eſt tutor, vel ꝙ non eſt procurator, vel ꝙ
non eſt prælatus illius eccleſiæ, cuius nomine agit, vtrum
ante lit. conteſt. debeat hoc probari? Prima facie diceres
per iſtam conſtit. ꝙ non impeditur litis conteſta. dicit hic
And. ꝙ iſta conſtit. non vendicat ſibi locum, quando quis
agit nomine alieno, vt tutor, adminiſtrator, & ſimiles, nam
iſti agentes, vt tales debent probare ante lit. conteſt. ſi nege-
tur, ꝙ ſint tales, vt ſe aſſerunt, vt in l. 2. C. ſi tutor, vel cura-
tor interue. l. 2. & l. licèt. C. de procu. Cui addo id, quod di-
cit Specu. in tit. de actore. §. 1. verſ. ſed pone quidam dicens.
& in verſic. item etiam obſtante prælato. vbi refert 6. opi-
niones, vtrum prælatus poſſit agere ſine conſenſu capitu-
1 li. & in tertia opi. refert, † quòd prælatus æquiparatur ad-
miniſtratori, & tutori, & ſic videtur agere alieno nomine,
& per conſequens debet probari ante lit. conteſt. quòd eſt
prælatus, eccleſiæ, ſi opponitur, quòd non eſt prælatus nec
in poſſeſſione prælaturę. Et hoc expreſsè firmat Specu. in
dicto verſi. ſed pone, quidam dicens &c. & Bal. in l. nõ vti-
liter. C. de eo, qui pro tutore negotia geſſit. Et pro hoc fa-
cit, quia quotieſcunque aliqua qualitas eſt fundamentum
excipientis reſpectu habilitatis, vel inhabilitatis perſonæ
negatæ, debet de illa inhabilitate prius conſtare, vt not. in
l. ſi quæramus. quæ eſt quarta in ordine. ff. de teſt. no. gl. in
l. 2. C. de edi. diui. & Bar. in l. id quod pauperibus 3. colum.
verſi. venio ad quartum. C. de epiſc. & cler. Sicut eſt, ſi ne-
getur qualitas fundans iuriſd. ſecundùm vnam opinio. de-
bet ante omnia de illa qualitate cõſtare, ſi negetur, de quo
in l. ex quocunque. ff. in ius voc. vt eant. & per Inno. in ca.
ſuper literis. de reſcri. & Bal. in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi.
cum ſimil. & ibi vide concor. & ideo Ioan. And. in ca. 1. de
conceſſ. præbend. libro 6. in nouella. dixit, quòd quando
poſſeſſio prælati agentis nomine eccleſiæ eſt recens, debet
probare de titu. ante litem conte. ſecus ſi eſt in poſſeſſione
antiqua eccleſiæ, niſi eſſet queſtio de tit. ipſius prælati, &
tunc ſatis eſt aliquid probare de titu. ad effectum, vt poſſit
agere. Idem firmat Abb. Sicu. in c. nihil. vlti. colum. de ele-
ctio. & ita vidi pronunciatum in ſacro conſilio in contra-
2 dictorio iudicio. † No. 1. ex tex. exceptionem filiationis, ꝙ
ſi contra agentem petitione hereditatis patria ſui opponi-
tur, quòd ipſe non eſt heres, vel ꝙ non eſt filius, per iſtam
exceptionẽ non impeditur proceſſus ad vlteriora, ſed pro-
bationis euentus docebit iudicem, qualiter habeat iudica-
re diffinitiuè in cauſa. Quę autem ſunt neceſſaria ad pro-
bandum filiationẽ? Dic vt per Bar. in l. filium diffinimus.
ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. Breuiter dic, ꝙ debet ar-
ticulari, & probari de matrimonio contracto inter eius pa
trem & eius matrem liberã, vt ff. de ritu nupt. l. lib. & ff. de
dona. l. donatio. Fallit, ſi matrimonium eſt antiquũ, tunc
ſufficit probare quaſi poſſeſſionem matrimonij, vt dicitur
in c. Regis Rober. quod incipit, regenti magnam curiã vi-
ca. &c. char. 54. item ꝙ conſtante matrimonio natus eſt fi-
lius vicinis ſcientibus, & videntibus, ex dicta vxore, ut in
d. l. filium. & in l. ſi vicinis. C. de nup. Item ꝙ ſic tenebat, &
reputabatur ſecundùm uulgi opi. l. uxorem. ff. de manu. te
ſta. Item ꝙ pater & mater aſſerebant eum eſſe filium, ut in
l. filium. & l. etiam. ff. de proba. Item, ꝙ dicti parentes eum
ut filium tractabant, ut in d. l. filium. Quid in feudalibus
cauſis, an de neceſſitate debet probari benedictio ſacerdo-
talis ut filius poſſit in feudis ſuccedere? Dicetur de hoc in
conſti. ſancimus. & ibi per And ſed pro nunc uide c. regis
Rob. quod incipit, ad certitudinem, char. 43. An autẽ iſta
conſt. corrigat l. 1. ff. fam. erciſ. videtur ꝙ ſic, quia iſte tex.
dicit, ꝙ iſta exceptio, ꝙ heres non ſit, reſeruatur in fi. cau-
ſæ. Item quia prę iudicialia ſunt ſublata, vt in conſt. ſuprà,
3 ſi ciuiliter agens de hoc dic, vt dixi ibi in 6. not. † Verum
autem iſtæ quatuor exceptiones, de quibus in hac conſti.
ſint exceptiones intentionis, ideſt, contra id, quod inten-
dit actor, vel ſint perẽptorię? Dic vt ibi per And. qui fina-
liter tenet, ꝙ ſiue dicamus, ꝙ ſint intentionis, ſiue perem-
ptorię, quia vtraque excludũt intentionem ſiue actionem
intentatam, cum exceptio ſit actionis excluſio, vt in l. 1. ff.
de excep. Item quęrit hic And. an ſis dare caſum, in quo
actor ſeipſum excludat per ſuum libellum? Et reſpondet
ipſe ꝙ ſic, & ponit exemplum, quãdo quis petit rem ſtabi
lem, dicens eſſe ſuam, quam Titius poſſidet virtute dona-
tionis ſibi factę à rege, iſte ſic agẽs ſeipſũ excludit, quã dicẽ
do, ꝙ poſſidens tenet vigore donationis regię, tacitè dicit,
ꝙ de iure, ille, qui poſſidet ex donatione regia rem ſtabilẽ,
eſt ſtatim ſecurus, & non poteſt conueniri, vt in l. omnes.
& in l. bene à Zenone. C. de quadri. pręſcrip. & ſic videtur
agere ſine actione, & per conſequens debet repelli à limi-
ne iudicij, vt in l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de negoc. geſtis.
& ff. de adminiſtratione tutorum. l. quoties. §. ſi tempora-
4 li. cum multis ſimi. † Ruſſus quæris hic Andr. an ille, qui
conuenitur petitorio, vel poſſeſſorio alicuius rei, oppo-
nendo, ꝙ ipſe habet ex donatione regia illam rem, & ꝙ ſtatim
ſuit ſecurus, & ꝙ non poteſt propterea cõueniri vigore le-
gis, omnes. & legis, bene à Zenone. & in hoc regno per c.
regis Caroli Primi, quod incipit, & ſi frequenter. char. 9.
poſt biẽnium à die, quo habuit cauſam à rege, eſt ſecurus
debeat per hoc impediri litis conte. & proceſſus ad vlterio-
ra, vel debeat reſeruari in fine cauſę eius determinatio? Di-
cit hic And. ꝙ ſi excipiens oſtẽdit in promptu priuilegiũ
donationis, vel alterius tituli habiti à rege, & nihil oppo-
nitur in contrarium per actorem, ſi iudex viſo priuilegio
vidit, ꝙ ibi non eſt clauſula, iuribus alienis ſemper ſaluis,
tunc quia in promptu conſtat per priuilegium contra, ꝙ
nihil obſtat, tunc impeditur litis conte. argu. l. is à quo. §. ſi
de teſtamento. ff. vt in poſſeſ. legat. quia d. l. omnes. dene-
gat audientiam. ibi, nec poſſe contra emptionem prędicta-
rum rerum aliquã actionem vel hypothecæ moueri &c.
& d. l. bene à Zenone dicit, nemo audeat eos, qui res acci-
piunt per titulum alienationis &c. quæ verba important,
5 denegationem audientiæ. † Et iſta exceptio, tu non debes
audiri, eſt dilatoria, & impedit litis ingreſſum, vt dicit Ab.
ſic. in c. quia fruſtra. ibi. nullatenus audiatur, extra de vſu.
& Ale. in l. vir bonus. ff. iudi. ſolui. & Pau. de Caſt. in conſ.
341. & impedit litis ingreſſum, ſecundùm Bar. in l. omnes.
C. de fundis patrimo. lib. 11. & Docto. in l. nam & poſtea.
in princi. ff. de iureiuran. & Bal. in l. executionem. in fi. C.
de proba. & in l. 1. C. ſi à non compe. iudic. & in l. fi. 13. op-
po. C. de edic. diui. & Bar. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de
condi. inde. ſcribentes in c. paſtoralis. de exce. & Bald. in l.
poſtquam liti. C. de pact. Iaſ. in l. 2. §. ſed ſi is cui. ff. de ope.
no. noncia. & Ale. in multis conſilijs. Et ſic prædicta exce-
ptio procedit, quando in promptu conſtat, & nihil in cõ-
trarium obſtat. Sed ſi cõtra dictam exceptionem actor re-
plicaret, ꝙ non obſtat dicta exceptio denegationis audien
tiæ, quia rea reſeruauit iura aliena in dicto priuilegio do
nationis, vel vendicationis. Item nõ obſtat dicta exceptio
vigore dicti priuilegij, quia dicto priuilegio reus renũcia-
uit, vel contra eum fuit iudicatum, vt in c. ſuborta, de re iu
di. Item nõ obſtat dicta exceptio, quia rex ex iuſta cauſa,
& legitima reuocauit tale priuilegium, ſiue contractum,
Item non obſtat, quia tale priuilegium non habet ſubſtan
tialia priuilegij, vel alios defectus, de quibus in Spe. in tit.
de reſcrip. præſen. §. ratione quoque. & de inſtru. edi. §.
nunc autem videndum. Vel replicat aliud, quod facit illum
titulum regium dubium, tunc proceditur ad vlteriora, &
in fine cauſa iudicabitur de dicta exceptione, & ita vidi
pluries fuiſſe iudicatum per ſacrum regium cõſilium per
id, quod dicit Bart. in l. cum quęrebatur. & in l. vir bonus.
ff. iudica. ſol. & Docto. in d. l. nam & poſtea. & in l. elegan-
ter,

ter.§. ſi quis poſt. ff. de condi. inde. & Bal. in l.poſtquam.
6 liti.C.de pact.& Cano. in c.exhibita.de iudi.† item ſcias,
ꝙ ſi reus replicaret contra replicata per agentem,ꝙ iudex
ordinarius non habet iuriſdictionem, niſi præcedente re-
gia iuſſione contra habentem cauſam à fiſco, tunc iudex
ordinarius non poſſet procedere, & hoc per textu in d.
l.bene à Zenone.ibi,dum dicit,vt ex noſtra iuſſione cauſa
moueatur.& illum tex.ad hoc allegat And.in c. s.in prin.
de lege Corradi.concordat tex.in conſt.cauſas, & in cōſt.
quæſtiones.& in conſti.præſes.& tene mēti id,quod dicit
And.hic ſcilicet,quòd l.bene à Zenone.nō ſolùm habet lo
cum in Imperatore,ſed etiam in rege. contrariū dixit Bal.
ſcilicet,ꝙ nō habet locum niſi in Imperatore.in c. apoſto
licæ. de re iudi. ſed in veritate habet locum etiam in rege.
vt dixi ſuprà in præludi. in prima & ſecunda quæſtione.
Et vtrum, vt habeat locum diſpoſitio d.l. bene à Zenone.
requiratur,quòd princeps dicat,ꝙ donat, vel vēdit de po
teſtate abſoluta. Bal.in proœmio decretalium,dicit ꝙ ſic.
ſed ego dico authoritate Inn.ꝙ iſta clauſula non debet in-
ſeri,& ſi inſeratur,eſt peius pro eo,in quē facta eſt dona-
tio à rege.quia dicit Inn.& Abb.Sic.poſt eum in ca.bonæ
memoriæ.lo ſecondo,in 4.col.de poſtula.prælato.ꝙ Papa
7 † vtendo plenitudine poteſtatis nō acquirit poſſeſſionem
illius iuris, nec præſcribit, bene tamen ſi alteri cōcedit de
plenitudine poteſtatis.& ille credat de iure poſſe concede
re,tunc ille,qui recipit,præſcribit, ſi habet bonam fidem.
vt dicit ibi Ab.& ſic oportet,vt habeat locum dicta lex be
ne à Zenone,ꝙ rex, quando alienat rem,credat eſſe ſuam,
ſecus ſi credat eſſe alienam, vt dicit gloſ.in l.1. C.de vend.
rerum fiſca.& c.lib. 10.& Cardi. in ca.1.in pen.char.quæ
ſint regalia.& in c.1.de capi.qui cur.vend.& Bal.in l.mul
tum.C.de com.re.alie.& Cy.in proœmio.ff.in 2.char.Idē
ſi ille,qui habet cauſam à rege, ſcit.rem eſſe alienam,tunc
videtur eſſe in mala fide, & non gaudet beneficio dictæ le
gis,per rationem dictorum iurium. & ita vidi iudicatum
contra Bernar.Piſſicellum in fauorem dominę Marię Piſ-
ſicellæ.Secundò no.ex iſta cōſti.ꝙ iſtæ quatuor exceptio
nes hic poſitæ ſunt ſimiles exceptioni ſolutionis & pacti,
& quæ ex lege competunt,quæ ante.lit.conteſt.proponun
tur,& veniunt probandæ poſt lit. conte. vt C.de proba.l.
8 exceptiones.† Tertiò no.ex tex.ibi, euentus iudicij.modū
pronunciandi,quando iudex exceptiones dilatorias oppo
ſitas vult reſeruare,Nam debet dicere, reſeruamus in fine
iudicij, ſcilicet tempore ferendæ ſententiæ diffinitiuè,
quia ſi diceret,reſeruo ad merita proceſſus,tunc facta pu
blicatione in cauſa,primus actus,qui debet expediri,par-
te petente,debet cognoſci,& determinari, vtrū exceptio-
nes reſeruatæ obſtent, ſed quando reſeruat in fine cauſæ,
tunc in fine diſcutiuntur dictæ exceptiones,& ſi legitimè
obſtat,totus proceſſus redditur nullus,quia dicit Bal.in 3.
volu.conſi.80.inci. decreto cauetur,ꝙ reſeruare exceptio
nes non eſt aliud, niſi reſeruare effectum ipſarum,vt in l.ſi
fideiuſſor.in princi. ff. qui ſatiſdare cogantur.ſed effectus
& propria natura ipſarum erat impedire conteſtationem
litis,vnde cum ex poſt facto apparet,ꝙ lis non debebat cō
teſtari,cōteſtatio non ritè recepta pro nulla habetur.vt in
d.auth. offeratur. idem dicunt Bar. & Ange.in l.ille à quo
§.ſi de teſtamento. verſiculo,quæro quid operetur iſta re
ſeruatio.ff.ad trebellianum.Et iſtud dictū multùm excla-
mat Iaſo.inſtitu.de action.§.præterea.in vltima char.poſt
Ange.de Aretio.allegat glo.& Antonium de Butrio in ca.
cum cōtingat.de officio delegati.Cui adde,ꝙ idem firma-
uit Paul.de Caſt.in conſi. 392.incip.viſo quodam libello,
9 &c.dicens,† ꝙ reſeruatio exceptionum in calculo ferendę
ſentētiæ facit haberi perinde,ac ſi à principio fuiſſent exa
minatæ,& ſuper ea pronunciatum,per legem,prætor.§.ſi
controuerſia.ff.de damno infecto,& gl.in l.1.§.ſi quis ar-
gentum. ff. depoſiti.& ff.de rei vendicatione.l.item Pom-
ponius.§.fin.In glo. 1.hæc glo.ponit caſum in hac conſti-
tutione.In glo.2.quærit gl.de tribus quæſtionibus, & pri
ma eſt, vtrum iſta cōſtitutio ſolùm intelligi debet in iſtis
quatuor exceptionibus, de quibus loquitur hæc conſtitu
tio,quarum natura eſt differre iudicium, vel debeat exten
di etiā ad exceptiones alias peremptorias, vt eſt exceptio
ſolutionis,vel exceptio pacti, uel exceptio,quę reſultat ex
lege. Et reſpondet ꝙ ſic, quia iſtæ exceptiones probantur
poſt lit. conteſ.ut in l.exceptiones.C.de proba. & ſup.dixi
10 in principio huius conſti.† Secundò quęrit,utrum iſta con
ſtitu.habet locum in exceptione dilatoria,ut ſi non ſit op-
poſita ante lite conteſ.poſſit poſtee opponi, & concludit,
ꝙ non, & bene. & de hoc dictum fuit ſup.in conſtit.exce-
ptiones.ſub rub. 18.Tertiò quęrit, utrum iſta conſtit.ha-
bet locum in illis tribus exceptionibus tranſactionis rei iu
dicatę, & iuriſiurandi,ſi opponantur in uim dilatorię. &
dicit ꝙ non. prout dixi in prin.In gl.3.no.iſtam glo. quòd
in caſibus, in quibus non loquuntur iſtę conſtitu.uel iura
noua,uetera iura Romanorum debent ſeruari, ut legibus
in glo.allegatis.& pro hoc optimè facit tex.in c.s.de feudi
cognitione. ubi deficiente iure Francorum in deciſioni-
bus feudorum, recurrendum eſt ad ius commune. Idem
dicit alia gl.infrà in conſti.probationum in caſibus. circa
fi.facit l.ſi extraneus.cum concor.ſuis.ff.de condi.ob cau-
ſam.In gl.4.ibi.lex ignorat.dic,ut dixi ſup.in princ. huius
conſti.& prout latius hic per And.in gl.fi.ibi, generis,ſiue
gentis.dic,ut per ſcribentes,maximè glo.& Flo.de S.Petro
in l.1.ff.de probationibus.

De proceſſu iudicij. Rubr. XXIII.

VISO de exceptionibus, quę opponebantur, ad differendum iudicium, quę non impediunt litis conteſta. erat uidendum, quid inde eſſet faciendum, tam in cauſa ciuili, quàm in criminali, in quando opponuntur exceptiones peremptorię. ideo ſequitur hęc rubrica, de proceſſu iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio legitimè facta eſſe debet, ut ſuum operetur effectum.*
2 *Confeſſio clerici facta coram iudice laico an probet coram eccleſiaſtico.*
3 *Conteſtatio litis quibus modis dicatur minus legitimè facta.*
4 *Litis conteſtatio fit prius, quàm de calumnia iuretur.*
Iuramentum de calumnia tam ab actore, quàm à reo præſtari debet.
5 *Forma iuramenti de calumnia qualis.*
6 *Iuramentum calumniæ in cauſis pręſtandum olim præſtabatur tempore iuriſconſultorum.*
Iuramentum calumnię non poteſt expreſſè per partem remitti.
Iuramentum calumniæ an debeat præſtari in cauſa appellationis.
7 *Litis conteſtatione facta & iurato de calumnia actor intra biduum debet offerre ſua iura.*
8 *Teſtes pro reo ad defenſam in criminalibus poſt publicationem in cauſa admitti poſſunt.*
9 *Iudex in criminalibus ex officio ſupplere poteſt poſt publicationem circa teſtium receptionem.*
10 *Præſentatio iurium fienda intra biduum poſt litis conteſta. an habeat locum in cauſa appellationis.*
Actor & reus articulos ſuos & defenſiones in ſcriptis dare debent iudici.
11 *Simul omnia, ſi dicatur, continuatiuè capi cenſetur.*
12 *Termini datio ad probatum habendum habet vim concluſionis.*
13 *Dilationes plures ad probandum quo iure dari poſſint.*
24 *Dilatio ad probandum data an currat pendentibus ferijs.*
15 *Caſus à ſtatuto, vel conſtitutione omiſſus diſpoſitioni iuris communis relinquitur.*
Subditus legi nec directè, nec indirectè contra legem poteſt venire.

16 *Mulier & minor non tenetur intra biduum ſua iura offerre in ſcriptis.*
17 *Articuli quando poſt biduum poſſunt offerri.*
18 *Aduocatus pro ſuo clientulo articulos præſentare poteſt in iudicio.*
19 *Terminus, qui ad probandum datur, etiam ad ſe defendendum dari cenſetur.*
20 *Iudex daturus dilationem ad probandum, debet prius terminum dare ad articulos producendos.*
21 *Dilationes plures ad probationes faciendas non dantur in regno.*
22 *Teſtes an poſſint examinari vltra terminum datum ad examinandum.*
23 *Negligenti nullo modo debet ſubueniri.*
24 *Inſtrumenta & ſcripturæ an debeant neceſſario præſentari intra terminum probatorium.*
25 *Articuli an poſſint die dominica offerri, ſi lis fuerit conteſtata ſabbato præcedente.*
26 *Ignorantia procuratoris per iuramentum ipſius probatur.*
27 *Ignorantia in facto alieno toleratur.*
Iudex qualem terminum dare debeat ad probandum.
28 *Iudices ex iuſſu principis omnes dilationes probatorias in cauſis abbreuiare debent.*
29 *Articuli actoris & exceptiones rei qualiter probentur.*
30 *Confeſſio partis releuat alteram partem ab onere probandi.*

LITE Legitimè conteſtata. Diuido iſtam rigoroſam conſt. in quinque partes, in prima iubet Imperator, quòd facta litis conte. tam actor, quàm reus iurent de calumnia non faciẽda iuxta formam traditam à iure communi, & vult, quod irremiſſibiliter præſtetur. In ſecunda parte ibi, principalis. ſtatuit hęc conſtitutio, quòd facta litis conteſtati. & iurato de calumnia; actor & accuſato ſimul omnia quę vult probare, debeat per ſe, vel per ſuum procuratorem offerre in ſcriptis intra duos dies curiæ, & ſi intra dictos duos dies nõ fecerit, vlterius non debet audiri, niſi actor, vel accuſator ſit minor vel mulier. In tertia parte ibi, reus. ſimiliter ſtatuit, quòd reus, vel accuſatus criminaliter, omnes defenſiones competẽtes in facto per ſe, vel per ſuum aduocatum ſimul & ſemel poſt litis conteſtat. intra biduum debet in ſcriptis dare curiæ. Et in termino dato ad probandum recipiantur probationes tam actoris, vel accuſatoris, quàm ipſius rei, vel accuſati. In quarta parte ibi, quòd ſi per procuratorem. hic deciditur vnum dubium, videlicet, quid ſi procurator, vel defenſor in cauſa, vbi poteſt procurator de iure interuenire, ignoret intra biduum aliqua iura, vel defenſiones ſui principalis, vtrum poſſit poſt biduum illas offerre, & præſentare, & dicitur, quòd ſic, dummodo præſententur intra terminum datum ad probandum. In quinta parte ibi, terminum autem. monet iſte tex. iudices, vt terminum, quem dant ad probandum, ſtatuant breuem, ſine tamen periculo cauſæ, & rerum diſpendio, & ſic competentem & conuenientem naturæ probationum, quæ fieri debent. & durat vſque in finem. & hæc diuiſio ſit loco
1 ſummarij. † No. primò ex text. ibi, lite legitimà conteſtata, quòd litis conteſt. ad hoc vt operetur ſuum effectum, debet eſſe legitimè facta. & ſic patet, quòd ſi eſſet facta minus legitimè, puta coram iudice incompetente, nihil valeret, vt not. in l. ſi pater. C. ne de ſtatu defunctorum. per l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. ſecundùm And. hic, cui adde, quòd iſtam legem ad hoc allegauit glo. in c. ex tuarum. de purga. cano. vbi dicit, quòd purgatio reproba non facit fidem, per l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. & actio. & per dictam l. ſi pater. & glo. in cap. ut debitus. de appella. accedunt ad hoc, quæ dixi poſt Andr. in cap. 1. §. porrò. quæ ſit 1. cauſa bene. amitt. Sed pone, quòd magna curia vica. de nocte cæpit quendam clericum in flagranti delicto, interrogatus confitetur delictum, & cõſtito, quòd erat clericus per ſignificatorias literas ſui epiſcopi, fuit remiſſus ad eum, vnà cum eius confeſſione, & interrogatur per eius curiam epiſcopalem, ſi commiſit illud delictum, negat, & dicit, quòd illa confeſſio coram iudice laico non probat coram iudice eccleſiaſtico, per cap. at ſi clerici. de iudicijs.
2 † utrum liceat huic clerico variare à cõfeſſione facta coram iudice ſeculari, coram ſuo iudice? Dicit Compo. quòd nõ, in ca. per inquiſitionẽ. de electione niſi velit probare, quòd in alio caſu intelligatur ſua confeſſio, vt no. in l. genera. C. de non nu. pe. & idem dicit Inn. in d. c. per inquiſitionem. & Abb. Sic. eum refert, nulla facta mentione de Compoſtellano, in d. cap at ſi clerici. in 3. col. Et refert, quòd idẽ tenet Archi. 2. q. 1. c. multi. & Card. Flo. in d. ca. at ſi clerici. Ant. de Bu. ibi tenet, quòd talis confeſſio valebit vt extraiudicialis, per quam poteſt deueniri ad torturam. Abb. Sicul. ibi reprobat dictum Inn. & conſequenter Comp. ſi illa confeſſio coram iudice ſeculari facta fuit inuito clerico, prout in quæſtione propoſita, ſed ſi eſſet facta voluntariè, tunc valebit vt confeſſio extrauiudicialis, & ita dicit ſentire Inn. in d. c. per inquiſitionem. Poſteà idem Abb. ſubdit, quòd prędicta vera ſunt niſi agatur de crimine, tunc dicto caſu compellitur perſiſtere in confeſſione facta corã iudice laico, & valebit vt confeſſio extraiudicialis. & ita dicit ſentire Inn. in d. c. per inquiſitionem. Poſteà idem Abb. ſubdit, quòd prędicta vera ſunt, niſi agatur de crimine, tunc dicto caſu compellitur perſiſtere in confeſſione facta coram iudice laico, ſecus ſi merè ciuiliter agatur, & cum hoc dicto Cõ-
3 poſtellani tranſit Albe. de Roſa. in d. l. ſi pater. † Item adde, quòd dicitur lit. conteſt. minus legitimè facta aliis modis, puta ſi facta eſt per filiumfa. ſine conſenſu patris, vt dicit Bal. in l. ſi. §. neceſſitatem. C. de bonis quæ libe. ſubaudi, in his, in quibus patri quæritur vſusfruct. ſecundum magis communem opinionem, de qua per Bart. in d. §. neceſſitatem. & per Aret. inſtitu. de actio. in princ. & per Alex. in 1. vol. conſ. 106. in 3. col. & per ſcribentes in c. ſi. de iud. lib. 6. Item dicitur litis conteſta. minus legitimè facta cum minore ſine authoritate tutoris, vel curatoris, ut dicit Bar. in l. 1. §. ſufficit. ff. de admi. tut. & in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iura. calum. per l. clarum. C. de autho. tuto. & ibi tangitur per ſcribentes, maximè Cy. Bal. & Albe. de Roſ. Vtrum confeſſio adulti in criminibus ſine curatore ſibi præiudicet, de quo vide Are. in tract. maleſ. in uerſi. comparent inquiſiti. & Iaſ. in l. nã & poſteà. §. ſi minor. ff. de iureiu. Cętera, quæ faciunt ad materiam litis conteſta. vide in decretalibus, in c. vnico. de litis conteſtatione. & in Spec. eodem tit. per to-
4 tum. † Secundò no. ex principio huius conſtitutionis attento ordine literæ, quòd prius ſit litis conteſta. & poſtea iuratur de calum. concordantię ſunt in Spec. in titu. de iura. calum. in princip. non tamen credas, quòd ſit de ſubſtantia, quòd poſt litem cõteſtatam iuretur de calumnia, quia in quacunque parte litis poteſt iudex illud præſtare, vt dicit text. in capi. 1. de iuramen. calum. lib. 6. Item primò debet iurare de calum. actor & poſtea reus, vt in d. l. 2. C. de iuramen. calum. Tertiò not. ex tex. ibi, ſacramentũ calum. quòd iuramentũ de calum. pręſtatur tam ab actore, quàm à reo, & ſi actor recuſat iurare de calum. iudex per ſententiam debet declarare, quòd ex hoc actor perdidit actionẽ ſuam, & ſi reus non uult iurare, iudex declarabit, eum haberi pro confeſſo, & poſtea condemnabit eum, vt dicit tex. in d. l. 2. §. quòd ſi actor. C. de iura. calum. & tex. in authen. principalis. circa fi. eo. tit. quę ſumpta eſt in corpore auth. vt litigãtes iurent, colla. 8. Forma autem iurandi de calum.
5 hęc eſt, ut dicit tex. ĩ d. l. 2. in prin. Nã † actor iurabit, quòd mouit litem non animo calumniandi, ſed exiſtimat bonam litẽ habere, reus non iurauit, quòd putat ſe bonã iuſtitiam habere, & in auth. ſubditur, quòd ambo iurabunt, quòd non exigent probationes, niſi pro ueritate. & in d. auth. principales. additur, quòd reus nihil penitus dedit, uel promiſit, nec dabit, nec promittet, ut ſibi præſtetur fauor in cauſa etiam per interpoſitam perſonam. Inde uerſus.

Illud iuretur, quòd lis ſibi iuſta videtur,
Et ſi quæretur, verum non inficietur,
Nil promittetur, nec falſa probatio detur,
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur,

Quos refert Gof. de Trano in ſum. eo titu. Sed latius de iſta forma

forma iurandi vide in Spe.eo.ti.§.nunc dicamus.ver.cæte-
rũ.An aũt in cauſa criminali debeat iurari de calumnia, vt
ſuprà, iſta conſti.ſentit, ꝙ ſic.Idem not.in capitu. vnico. de
iuramen.calum. & tenet Specu. eodem titu.§.ſequitur. in
princip. An autem valeat ſtatutum, vel conſuetudo, quòd
non iuretur de calumnia, dixi ſuprà in prçludijs, in ſepti-
ma quęſtione. & tangit Spec. in dicto §.ſequitur.& ibi per
Ioannem Andræam in additione, quæ incipit, hic eſt,
6 &c.† Quartò not. ex tex. ibi, iuxta diuales veterum. quòd
iuramen.calum. quod debet præſtari in cauſis, præſtaba-
tur etiam tempore iuriſconſultorum. vt ff. fami. erciſcun.
l.inter cohæredes.§. qui familiæ. Et poſteà clarius fuit re-
nouatum per iura Codicis, & Authenticorum, & deinde
per conſtitutionem regni. Quintò nota ex textu ibi, irro-
miſſibiliter. quòd iuramentum calumniæ non poteſt ex-
preſsè per partem remitti, ſed bene tacitè ſic. per textum
in dicta l.ſecunda. §. ſed quia veremur. ſecundùm Andræ.
hic.cui adde text.in capitulo primo. de iuramen. calum.li-
bro ſexto. & gloſſ. in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. qui
iuſiurandum defert. in verſiculo exigatur. ff.de iureiuran-
do. An autem iuramẽ.calum. debeat etiam præſtari in cau
ſa appellationis? Andræ. hic dicit, quòd ſic, tu dic, quòd
iſta quæſtio olim inter Docto. fuit dubia, vt refert gloſ.in
capitulo ſecundo, de iuramen.calum. lib. 6. hodie clarum
eſt, quòd etiam in cauſa appellationis debet iurari de calũ-
nia.per tex.in d.ca.2.Idem firmat Ioan.Andr.in addi.Spe-
cu.in dicto §.ſequitur. verſic. quid de cauſa appellationis.
7 † Sextò nota ex textu.ibi, actionis, aut accuſationis. quòd
facta litis conteſtatio. & iurato de calumnia, actor, vel ac-
cuſator intra biduũ debet per ſe, vel per ſuum procurato-
rem offerre omnia iura ſua in ſcriptis, aliàs ſi intra biduũ
non fecerit prędicta, non audietur vlterius in iuribus ſuis
præſentandis. An idem ſit in reo, vt intra biduum quòd
debeat omnes ſuas defenſiones præſentare, aliàs non au-
dietur. iſta conſti.ſentit, ꝙ ſic, tum propter illud verbum,
ſimiliter. tum propter illud verbum, in prędicto ſpacio. Et
hoc expreſsè firmat 1. gl.hic profectò iſta conſti. eſt mul-
tùm odioſa, & ideo reſtringenda, & coarctanda, ſecundùm
And.hic & bene. Et eſt contra.l. peremptorias. C.ſenten-
tiam reſcin.non poſſe.quę vult, ꝙ vſque ad ſententiam poſ
ſunt opponi, & produci exceptiones peremptorię, & eſt
contra l.fi.ff.de fer.vbi dantur plures dilationes ad proban-
dum, & defendendum etiam in cauſa criminali, Item eſt
8 contra.l.1.§.fi. & l.vnius. §.reus. ff.de quæſt. † vbi in cauſis
criminalibus recipiuntur teſtes pro reo ad defenſam, etiã
poſt publicationem in cauſa, & iſta conſti. vult, ꝙ ſi intra
biduum non produxit defanſiones, non audiatur. & ideo
intelligenda eſt ſtrictè ſolùm in caſu, in quo loquitur, vida
licet quando lis fuit conteſt. & iuratum fuit de calumnia,
tunc actor & reus intra biduum debent præſentare articu
los, & exceptiones, aliàs non audiatur, ſed vbi in cauſa
non fuit expreſsè lis conte. vel fuit conteſtata, & non fuit
iuratum de calumnia, & iudex dedit terminum ad proban
dum, & defendendum incumbentia, omiſſa litis conteſt.&
iuramento de calumnia, tunc ceſſat rigor huius conſt.nam
poterunt intra terminum probatorium producere articu-
los, & exceptiones, & hoc propter capitulum, deteſtantes.
per quod derogatur huic conſtitutioni, quantùm ad cau-
ſas ciuiles tantum, quia in criminalibus non loquitur di-
ctum.c.deteſtantes. Et firmat Paris de Puteo in tracta.ſyn-
9 dicatus in verſ.ſententia.verſi.an per dictum c.rex.† Bene
tamen iudex poterit ex officio in criminalibus ſupplere
poſt publicationem circa receptionem teſtium, non ad in-
ſtantiam partis, vt tenet gl.in l. cum de indebito.ff.de pro-
ba.& glo.in §.illud.in verſ.non habebit.in auth. de teſti. &
Inn.in c.cum clamor.de teſti.Item quia communis obſer-
uantia eſt, ꝙ dato termino ad probandum, poſſunt partes
per totam ipſam dilationem præſentare articulos, & exce-
ptiones, & iſte quotidianus vſus cum tanta vetuſtate po-
teſt allegari pro iure, ſecundùm ꝙ dicit hic And. per l.fin,
C.de fideiuſſo. & l.fi. C.de iur. fiſci.& no.in l. 3.ff. de teſti.
Non enim poſſet practicari hæc conſt.in reo, ut intra duos
dies debeat ſuas defenſiones præſentare, aliàs non audia-
tur, quia & ſi actor poſſet intra biduum præſentare articu
los, non eſt mirum, quia potuit prouidere ante litem mo-
tam, quod non eſt in reo, cui etiam ſunt ſublatę dilationes
ad deliberandum, vt patet ſuprà in conſti.dilationes. in ru
bri. 17.& ideo experientia, quę eſt rerum magiſtra, vt in c.
quàm ſit.de elec.lib.6.ſecundùm Bald.in l non ignorat. 5.
col.C.qui accu.non poſ.facit, quòd reus poſſit ſuas defen-
10 ſiones producere in toto termino probatorio. † item quæ-
rit hic Andræ. an præſentatio iurium, quæ debet fieri in-
tra biduum poſt litis conte. & iuramentum calumniæ ha-
beat locum etiam in cauſa appellationis? Et concludit, ꝙ
non, quia ſi facta publicatione in cauſa concedatur termi-
nus ad repulſas, non habet locum iſta conſtitu. vt intra bi-
duum præſentet articulos reprobatorios, quia non loqui-
tur in iſto caſu, idem dicendum eſt in cauſa appellationis
vt non teneantur partes intra biduum facta apertura pro-
ceſſus, pręſentare eorum iura. imò iudex cauſæ appellatio-
nis dat terminum eius arbitrio ad producendum eorum
iura, ut dicit hic And.Septimò no. ex tex.ibi, in ſcriptis. ꝙ
actor debet in ſcriptis dare iudici ſuos articulos, ſic etiam
reus debet in ſcriptis dare ſuas defenſiones, ut dicit iſte
tex. & ſic articuli & exceptiones ſunt de actis requirenti-
11 bus ſcripturam, ꝙ tene menti. † Octauò no. ex tex. ibi, ſi-
mul omnia. ꝙ iſtud verbum, ſimul omnia. intelligitur con-
tinuatiuè, vt infrà illos duos dies poſſit omnia iura offer-
re, ut probatur in iuribus in glo.allegatis, cui adde Bart. in
l.ſi plures.ff.de iniu.vbi dicit, ꝙ dicitur ſimul fieri id, quod
fit vnum poſt aliud.Idem dixit Bar.in l.In operis. ff. locati.
& Cy. in l.hac conſultiſſima. C.de proba. & glo.in l. quæ-
rebatur.ff.de mili. teſta. Ex quo infero, ꝙ ſi data ſit dilatio
ad probãdum, in illo termino probatorio poſſunt fieri plu-
res productiones, & dicitur ſimul & ſemel fieri productio
incontinenti in tota, ipſa dilatione conſtituta. Et pro hoc
facit id, quod dicit hic An.in 2. col. ꝙ in vna dilatione pro-
batoria poſſunt produci diuerſis temporib. plures teſtes.
ibi, dũ dicit, ſed intra terminũ producet teſtes quos, quot,
& quoties velit, ſicut uidemus in vſu. Licet iudex poſſit
pręfigere terminũ, & limitare teſtes producẽdos, vltra quẽ
nõ producantur poſtea, ut in l.ſi es. C.qui accu.non poſ.&
12 in c.licet. de proba. Bar.in l.Titia.ff. de accu. † Nam datio
termini ad probatũ habendũ habet vim cõcluſionis, quan-
tum ad hoc, vt non poſſint finito termino teſtes examinati,
ut dicit Ant.de Bur.in 3.col.in c.licet cauſam.de proba.&
Dominicus in c.pia.de exc.in 6. & Alc.in 2.vol.conſ. 102.
Item pro hoc facit, quia ſi intra dilationem datã ab iſta cõ
ſti.ad producendum iura poteſt fieri productio iuriũ plu-
ries, vt hic dicit gl.& ſuprà bene probaui, idẽ dicendũ eſt
in dilatione data à iudice, quia dilatio legis æquiparatur
dilationi iudicis, vt dicit Bald.in l.ſi quis ſeruo.ulti. col. C.
de furtis. Et ſi econtra, in aliquibus dilatio iudicis æqui-
paratur dilationi legis, quia iudex eſt miniſter legis, & de
mente legis loquitur, ut dicit Bal.in l.fi. in fi.C.de repu.hæ
re.& d. productiones dicuntur ſimul & ſemel fieri, quia in
vna dilatione fiunt, ſiue dilatio ſit data à iure, ſiue à iudice,
13 quod perpetuò tene menti.† Nonò not.ex tex.ibi, de cõmu-
ni iure. ꝙ licet de iure cõmuni dentur plures dilationes ad
probandum, ut in d.l.fin.ff.de ferijs.& in ca. ultra tertiam.
tus fiſci, & alij conſiliarij Imper. Feder. conſuluerunt dicto
Imperatori, vt reuocaret in curia Capuana priuilegia præ
dicta, de quibus loquitur hęc conſti. Dicit Andr. in d. §. fi.
in addi. prædicta, quòd timore adulluerunt Imperatori, vt
faceret dictam reuocationem, per l. qui fundos. C. de om-
ni agro deſerto. lib. 11. & C. de indictionibus. l. 1. lib. 10. in
3 quibus dicitur, † ꝓ ſpeciale eſt in fiſco, ut poſſit poſt priui
legium perfectum apponere conditionem, ob cuius defe-
ctum reuocetur conceſſio, & acquiſitum dominium re-
uocetur. Sed dicit And. in d. § fi. quòd Deus diſſipat illos,
qui volunt dominis placere cõtra veritatem & iuſtitiam.
Nam veritas vult, quòd princeps conceſſa per eum nō de-
bet reuocare ſine cauſa. ut in auth. conſti. quæ de digni. §.
illud. & per Lucam in l. fi. in verſi. donauerit. de loc. prædi.
ciuiliom. lib. 11. Et vltra eum bene facit l. vnica, circa fin.
C. de rei vxo. actio ubi dicit, ꝙ qui non apponit pactū ab
initio, non poteſt poſtea apponere in traditione, & de hoc
eſt glo. extra de conſue. cap. cum dilectus. in verbo, conſti-
tutum. & voluit Dominicus in c. cum eccleſia. de pręben.
io 6. Felyn. io capitu. ſignificauit. de teſtibus. nec donatio-
ni perfectæ poteſt adijci conditio, vt in l. ſi repetendi. C.
de condictione ob cauſam. & l. perfecta. C. de donat. quæ
ſub modo. & multa alia allegat And. in d. §. fina. ad oſten-
dendum, qnòd reuocatio priuilegij fieri non potuit ſine
cauſa in dicta curia Capuana, reſpondendo ad dictam le-
gem qui fundos. & ad alias leges allegatas per Andræam
de Barulo in d. l. qui fundos. & ibidem per Lucam de Pen
4 na. & tantò magis, † quia eſt firma cõcluſio in iure, quòd
priuilegia intelliguntur cõceſſa ſine præiudicio iuris alie-
ni, ut per multa iura, quæ allegat Lucas de Penna in d. l. fi-
na. in verbo donauerit. & do. Iaſ. Doct. Moder. celeberri-
mus in l. auus neptis. ff. de pactis. & dixi in capitu. primo,
qui ſucce. teneantur. Bene tamen latetur ibi And. de Iſer.
in dicto §. fina. quòd ſi illa priuilegia fuiſſent conceſſa per
importunitatem, quòd potuerunt iuſtè reuocari. & pro
hoc cap. fina. de reſcrip. libro 6. vbi gl. in ver. importunita-
tem. Idem dixit idem Andr. io c. 1. qui ſucc. tenean. Idem
ſi eſſent nulla ſecundùm eum ibi. Sed debet aliter conſtare
de importunitate, quàm per aſſertionem regis, ut dixi in
d. §. fin. Sed quia ego reperio, quòd multi Doct. vltra And.
5 de Barulo tenent † quòd princeps in conceſſiooibus ſuis
etiam perfectis poteſt conditionem amonere in cuius de-
fectu perfecta conceſſio, & quæſitum dominium reuoca-
tur, per d. l. qui fundos. & l. 1. C. de indict. lib. 10. & de in-
ceſtis ouptijs. l. fi. & de fundis & ſalti. rei dom. l. fina. & 16.
quæſti. vltima. cap. conſideraodum. 22. quęſt. 4. cap. inno-
cens. in fi. vt eſt Marious de Caramanico, gloſator huius
conſtitu. in hac conſtitut. Item Lucas de Penna in dicta l.
qui fundos. Nicol. de Neapo. Ioann. de Plat. ibi, licet dam-
net idem Lucas reuocationem priuilegiorum factam in
curia Capuana, prout damnat Aod. io d. §. fi. per multa iu-
ra, vt ibi per eum. & Fely. in c. quæ io eccleſiarum. de con-
ſtit. Quando iſtud dictum eſſet verū, quod reprobat And.
in d. §. fi. & bene iudicio, meo limito non procedere, ſi ali
quis priuatus cum aſſenſu regio uenderet, uel donaret al-
teri feuda, oon poſſet prioceps appooere poſtea ex inter-
uallo aliquam conditionem, uel qualitatem, qnia iſte cui
facta eſt traditio feudi, nō habet feudum à rege, ſed habet
6 a priuato, † & quando quis habet cauſam a priuato, poſt il
lam perfectam non poteſt apponi aliqua cooditio, uel gra
uamen, ut in d. l. perfecta. C. de dona. quæ ſub modo. & d.
l. ſi repetendi. C. de condi. ob cauſam. ſecundùm Io. de Pla.
in d. l. qui fundos. Item quia non ſunt ſemper paria confir
mare, & dare ſecundum And. in conſti. cum circa. dum al
leg. gl. in l. & quia. ff. de iur. om. iudi. & Bal. in c. quæ in ec-
cleſiarum. 8. col. de conſti. & dixi io conſtitu. de quæſt. ſub
rub. 71. in 2. no. ubi declaraui hoc per exempla. Item quia
ſub ſimplicibus ſeparabilibus in materia ſtricta non conti
nent mixta, vt in l. vim paſſam. § præſcriptione. ff. de adul.
ſecundùm Bar. & Doct. in l. 2. in prin. ff. de verb. obl. & eſt
optimus tex. in c. ſuper quæſtionum. §. ſi uerò. de off. dele.
vbi delegatus principis poteſt delegare, ſed delegatus infe-
rioris non, ſi eſt mixtus principis & inferioris, non poteſt
ſubdelegare. Item io contractibus debet fieri ſtricta inter-
pretatio, & in contractibus ſub ſimplicibus non continen
tur mixta, vt dicit Lud. in d. l. 2. col. 18. & Anto. de Butr. in
c. per venerabilem. 25. col. qui filij ſint legitimi. vbi dicit,
quòd in actibus inter viuos ſub ſimplicibus non contioe-
tur caſus mixtus. Et ideo cum ille, cui fuit feudum aliena-
tum, habet cauſam a priuato, & a rege, propter aſſenſum,
non poteſt rex ex interuallo apponere conditionem, ſicut
quando ſolus rex concedit. Et ita obtinui in conſilio do-
mini Regis apud Hiſpaoiam ſuper barooia de Hoſtilio in
7 Sardinia. † Secundò no. ex tex. ibi, a parentibus noſtris. ꝙ
ſucceſſor rex reuocat priuilegia facta prædeceſſorū, quod
intellige quando minus legitimè ſunt cõceſſa, ut dicit Bal.
in c. 1. qui ſucceſ. teneantur. & ibi dixi poſt Aod. & vide ad
hoc And. in præludijs feudorum, io 3. car. in 2. col. vbi di-
cit, ꝙ ſequens rex poteſt mutare, quando vult, id, quod fe-
cit prędeceſſor, ſ. legem condendo, & Alb. in d. l. digna vox
C. de legibus. Contractus autem prædeceſſorum ſucceſſor
non reuocat de iure, ut dixi in pręcedenti no. Tertiò no. ex
tex. ibi, ante curiam Capuanam. ꝙ reges ſolent facere par-
lamenta, io quibus parlamentis uocantur barones regni,
& vniuerſitates, quę cõſtituunt ſyodicos, & ibi fiunt ordi-
nationes, & prouiſiones, ut eſt uidere exemplū in parlamē
to facto in S. Laurentio de Neap. tēpore regis Alfonſi Pri-
mi

mi,ſub anno 1442. de menſe Martij. 6. indi.in parlamento fuit cõcluſum, quòd ceſſent collectæ pro iuribus fiſcalibus,& ſoluatur ducatus vnus pro foculari, & thumulum vnum da ſale pro duobus tarenis. Et rex noſter Catholicus,quando præſens fuit in ciuitate Neap.in conuentu ſancti Dominici anno Domini. MDVIII.ind. 10.fecit parlamẽtum, & inter alia negotia ad ſupplicationem bonorum declarauit, ꝙ in feudis antiquis patruus ſuccedat nepoti contra opi.glo.in conſt.vt de ſucceſſionibus.& pro opinione And.in c. 1.Imperatore Lotharius. An autẽ in iſtis parlamentis rex potuiſſet reuocare priuilegia, & contractus conceſſionum meri,& miſti imperij, vide quę ſcripſi ſup.
8 in conſt.ea.q ad decus.in 3.lib.† Quartò not.ex tex.ibi,confirmat non eſſent.. ꝙ priuilegia reuocata per vniuerſalem legem poſſunt poſtea cõfirmari.& ſic quod nullum eſt poteſt confirmari.Idem dicit Bald.in l.priuilegia. verſi.3.no. C.de ſacroſan.eccleſ. An autem per generalem cõfirmationem priuilegiorum factam vni nobili per regem videatur rex confirmare priuilegia reuocata, & ſic nulla? Vide Bal. in d.l.priuilegia.& in c.1.§. ſed & res. & ibi dixi. per quos fiat inueſtitura. & Bar.in l.ſi quis prior e.ff.ad trebel. Bald. in l.ſi Rufinus.C. de teſta.milita.& Bald.in anth.habita. in 3.not.C.ne filius pro patre. Quintò not.ex tex.ibi, nullam omnino fidem haberi. ꝙ priuilegia reuocata nullum fidem faciunt,etiam quòd habeant ſigilla,& omnes ſolemnitates nec etiam excuſant à pœna,ſicut ſtatutum,vel conſuetudo reuocatũ,vel reuocata nõ excuſant à pœna,ſecundùm Bal. in authen.omnes peregrini.in 2. col. C.communia de ſucceſ.An autem ſi reuocentur priuilegia alicuius, videantur etiam reuocata,& annullata eius priuilegia conceſſa ad inſtar priuilegiorum reuocatorũ? Dic vt per Bal.in l.omnia. C.de epiſ.& cle. & in l.quicquid.C.de aduoca.diuer. indi. & Bald.in l.2.C.cõmunia de leg. in prin. An ſi litigetur coram rege,& producatur vnum priuilegium regium,& per ſententiam regis diffinitiuam nulla habita fuit ratio de dicto priuilegio,an videatur illud tacitè reuocatum. Vide p Doc.in c.ſuborta. de re iud.
9 † Quid ſi priuilegium eſt in fauorem fiſci, an in generali reuocatione priuilegiorum videatur reuocatum illud priuilegium fiſci? Glo. 2. hic dicit quòd non, quia non eſt credendum, ꝙ princeps viam elegit ad impugnandum ſe, vt ff. de teſta. mil.l. 3. & ſic not. quòd pragmatica regis non ligat regem, vt ipſe non poſſit venire contra pragmaticam in his, in quibus ipſe habet liberum arbitrium, & nulli facit præiudicium niſi ſibi ſoli, quia in generali ſermone non venit perſona loquentis, nec videtur conſenſiſſe contra ſeipſum, ſecundùm Bald.in l. 1. in 3.col.C.ſi quis omiſ.cauſa teſta.per l.inquiſitio. C.de ſolutio.Item quia quis non poteſt ſeipſum ligare ff.de arbi.l. pen.§.prætor.ff.de tut.& curato.datis ab his.& ideo ſtatuẽtes non videntur in dubio ſeipſos ligare, ſecundùm Bal.in l.conſul.ff. de adoptio.Accedat ad hoc ea, quæ allegat Ale. in l. 1. ff. quod quiſque iur. & in apoſtillis ſuis in l.Lucius Titius.ff.de fideicommiſſarijs liber. & Fely.in c.canonum
10 ſtatuta.in 14.co.de conſti.† Sextò not. ex tex.ibi, ſed maleuolum eorum propoſitum. quòd non eſt licitum tenere in domo priuilegia per regem reuocata, aut ergo habens illa debet cremare,aut conſignare regio fiſco, qui reuocauit, ſic etiam dicimus,quòd priuilegia inuaſoris regni ſunt cremenda, vt ſuprà in conſtitu. inſtrumenta. de donatio. in fin.non licet ergo in domo retinere ſcripturas reprobatas. Et cum mihi ſuperueniſſet liber literarum, quas compoſuit Petr.de Vinea in fauorem Imperatoris Federici cõtra ſummum Pontificem, dictum librum conſignaui procuratori fiſcali, quia non licet libros reprobatos habere in domo, licet ſecundùm gloſ.hic nihil intereſt, an ſit redditum inſtrumentum, vel non, ſi vires inſtrumenti ſunt vacuatæ, vt C. de ſolut.l.pecuniæ. & l. inductum. Fallit niſi per legem aliter ſit prouiſum, vt hic, tunc ſi non reddatur,
11 incidit in pœnam ſtatuti, vt hic. † Septimò & vlti.not. ex text.ibi,in tantam æſtimationem damnari. quòd habens priuilegium reprobatum punitur in tanta æſtimatione, quantus eſt valor rei conceſſæ per dictum priuilegium, quia videtur facta violentia & iniuria rægiæ curiæ, quæ reprobauit ipſa priuilegia, & in eius contemptum reuocantur. Et hoc verum, quando rex feciſſet ſimilem conſtitutionem pœnalem;aliàs non poſſet trahi iſta conſtitu. ad futura cum ſolùm loquatur de præteritis, vt dictũ fuit in prin. huius conſtit. auctoritate primæ glo.hic. In glo. 1. & 2.dic, vt dixi in 1. no. In glo. ſi. Quærit hic gloſſ. an ſi aliquis faciat aliquid illicitè, ſed de illo facto illicito nullum commodum conſequitur, debeat puniri. & diſtingui vt hic per eam. Semper enim qualitas pęnę debet eſſe ſecundùm qualitatem culpæ, ut not. Bal.in d.authen omnes. vlti. colum. verſicu. vlti. not. C. communia de ſucceſſio. Quid ſi rex mandat magnæ curiæ vicarię, vt debeat aliquid facere ſub pęna centum, ſi non fiat, an iudices ſoluant integra centum, & regens integra centum, vel iudices quinquaginta, & regens quinquaginta? Dic, quòd diuiditur pęna inter regentem & iudices. glo. eſt mihi ſingularis in authen. cauſa, quæ fit cum monaco. C. de epiſ. & cler.& eſt finalis in ordine. tene menti.

In quibus cauſis audientia teſtium committitur. Rubr. XXIX.

SVPRA in conſt.partes in iudicio. fuit dictum, quòd iudex tam ante litem conteſta. quàm poſt,partes poteſt interrogare, verùm quia lite conteſt. datur terminus ad probandum, & in termino prædicto producuntur inſtrumẽta etiam inualida, confecta ſub nomine inuaſoris regni, quæ poſſunt intra annum reuocari,vt ſupra proxima conſtitu. & intra ipſum terminum datum ad probandum partes etiam petunt à iudice, quòd committat audientiam teſtium in partibus,vbi ſunt teſtes,tam in cauſa ciuili, quàm in cauſa criminali, & etiam in cauſis feudorum, & dubitabatur, an concedi debeat dicta commiſſio per iudices ordinarios. ideo ponitur hęc pręſens rub. in quibus cauſis audientia teſtium committitur.

SVMMARIVM.

1 *Examinatio & compulſo teſtium in ciuilibus committitur ordinarijs locorum,in quibus degunt.*
Iudex laboribus & expenſis partium parcere debet.
2 *Delegatus regię cameræ, vel magnæ curiæ ad examinandos teſtes an poſſit examinationem hanc alteri ſubdelegare.*
3 *Commiſſarius iudicis ordinarij qui teſtes examinauit, ſine noua commiſſione non poteſt eos repetere.*
Commiſſarius, cui commiſſa teſtium examinatio, non poteſt teſtes examinare ad repulſam.
4 *Notarius cauſæ, cui iudex commiſit teſtium examinationem; non poteſt ſibi ipſi ſcribere commiſſionem de teſtibus examinandis.*
5 *Iudex an conſueuerit committere teſtium examinationem in cauſa ciuili parte hoc ipſum petente.*
6 *Iudex perſonam egregiam citare poteſt ad teſtificandum coram ſe.*
Cauſa magna quæ dicatur, & quæ parua.
7 *Iudex an poſſit in cauſa ciuili committere audientiam teſtium in cauſa repulſæ contra teſtes.*
Notarius, qui eſt magiſter actorum in cauſa, an poſſit teſtes citatos examinare abſque iudicis commiſſione.
8 *Cauſa de feudo quaternato vertens in magna curia non committitur iudicibus ordinarijs locorum, in quibus degunt teſtes.*
9 *Iuramentum teſtium in cauſis feudalibus an per magnam curiam committi poſſit.*
10 *Teſtes in cauſa feudali extra magnam curiam iurati & examinati an probent.*
11 *Conſenſus partium tacitus, vel expreſſus nil operari poteſt contra*

legis diſpoſitionem.

12 *Teſtes in cauſa feudali extra curiam non poſſunt examinari, nec huic priuilegio poſſunt partes renunciare.*

13 *Examinatio & receptio teſtium in criminalibus extra curiam committi non poteſt.*

14 *Iudex valens teſtes ad veniendum compellere, non debet eorũ examinationem committere.*

Cauſa meri imperii ob cauſarum multitudinem poteſt committi.

15 *Iudex ordinarius qualiter in cauſa criminali poſſit examinare teſtes ignoti idiomatis.*

Conſuetudo, quòd magiſter actorum in cauſa criminali det iuramenta teſtibus & eos examinet, nulla eſt.

16 *Mulierum honeſtarum examinatio in cauſa criminali poteſt alieni committi.*

17 *Teſtes ad iudicem venire non valentes poſſunt per idoneum ad hoc miſſum examinari.*

Senes an ſint à ferendo teſtimonio excuſandi.

18 *Iudex an poſſit mittere carceratum pro crimine ad audiendum iuramenta teſtium.*

19 *Cõmiſſarius pro examinatione & exceptione teſtium eligi debet de conſenſu partium.*

20 *Examinatio & receptio teſtium facta per commiſſarium in electum de voluntate partium, an valeat.*

21 *Victoria tota cauſæ conſiſtit in probatione.*

Probatio in contrarium non admittitur, quando facta eſt commiſſio examinationis teſtium ſenum, vel valetudinariorum.

22 *Dilatio vnica in regno à iudice datur ad probandum.*

23 *Mora poſt terminum à iudice aſſignatum purgari non poteſt.*

24 *Inſtrumenta liquida elapſo termino ad probandum dato produci poſſunt.*

Lapſus termini tacitam repudiationem inducit.

25 *Termino elapſo an poſſit de crimine opponere.*

26 *Exceptio ſuperueniens de nouo lite pendente, an poſſit opponi & probari poſt terminum datum ad probandum.*

27 *Infirmitate ſuperueniente teſti, vel principali pendente termino an poſſit terminus prorogari.*

28 *Terminus ad probandum an poſſit prorogari ob impedimentum minoris ætatis.*

29 *Teſtes hodie per iudicem ad teſtificandum coguntur inuiti.*

30 *Teſtes citati ad examinatione contumaces condemnari poſſunt ad tertiam partem bonorum ſuorum mobilium.*

Procurator fiſcalis an poſſit accuſare contumaciam teſtium.

31 *Procurator fiſci an poſſit inſiſtere ad contumaciam teſtium parte comparente in iudicio vltimo die, quo debent teſtes comparere & eorum contumaciam non accuſante.*

32 *Officium iudicis propter principale in acceſſorio poteſt exerceri.*

33 *Procurator fiſci quando pœnam contumaciæ poſſit petere vltra terminum debitum.*

34 *Perſeuerantia in delicto, delictum augere dicitur.*

35 *Teſtes citati ad teſtimonium ferendum, qualiter puniantur, ſi venire detrectauerint.*

36 *Contumacia præſentis grauior eſt ea, quæ eſt abſentis.*

Iudex præceptum faciens debitori confeſſo de ſoluendo debito, an poſſit pœnam adiicere non ſoluenti intra terminum.

37 *Citatus non comparens infra quantum tempus poſſit condemnari tanquam contumax.*

Corpus liberum æſtimationem non recipit in criminalibus, in quibus eſt pœna mortis, vel mutilationis membri.

38 *Percutiens eum, qui nullam exercet artem, ſi componat, non tenetur ad operarum æſtimationem.*

39 *Teſtibus deponere nolentibus, non per hoc impeditur iudex ad diffinitiuam procedere.*

40 *Pars læſa ob defectum teſtium, vel commiſſarii qualiter reſtituatur.*

41 *Minor aduerſus lapſum temporis non reſtituitur curatore intra terminum debitum exceptionem non opponente.*

42 *Præiudicium nullum partibus generatur, ſi in termino iudex non potuit examinare teſtes.*

43 *Impedimentum allegatum ſuperueniſſe in termino probatorio, quando effectum ſortiatur.*

44 *Termino ob iudicis, vel teſtium impedimentum prorogari poteſt vti pars altera.*

45 *Dilatio ad probandum ſecundùm diſtantiam locorum datur ſemel tantùm.*

Iudex in præiudicium partis poteſt contumaci parcere.

46 *Prorogatio termini non nouus terminus, aut ſecunda dilatio dicitur, ſed veteris prorogatio termini.*

Expenſæ litis veniunt damni appellatione.

47 *Commiſſarius negligens in examinando teſtes, an poſſit puniri parte non inſtante.*

48 *Cauſa ciuilis qualiter differat à criminali in dilationibus dandis.*

49 *Libellus ſine concluſione procedit in criminalibus.*

Proceſſus, ſeu cauſa ciuilis in quibus differat à criminali.

50 *Dolus cum dolo, aut culpa cum culpa non compenſatur in cauſa criminali.*

51 *Cauſa criminalis maior eſt ciuilis.*

IN pecuniarijs. In duas partes diuiditur. In prima ſtatuit. In ſecunda ibi, niſi teſtes. Ponit ſex dubia, & decidit. prima pars hoc intendit. Statuit Imperator, quòd in omnibus cauſis ciuilibus ſit permiſſum iudicibus ordinariis delegare, id eſt committere audientiam teſtium, prętequam in cauſis caſtrorum, & feudorum, & in cauſis criminalib. in quibus non committitur audientia teſtium, & iſta eſt prima pars, & durat vſque ibi, niſi teſtes. In hac ſecunda parte deciditur primum dubium, quod tale eſt. Ecce, ꝙ in cauſis caſtrorum vel feudorum quaternatorũ, & in cauſis criminalibus non poteſt committi audientia teſtium, ꝙ ſi in ipſis cauſis ſunt examinandi teſtes ſenes, & ualetudinarij, qui non poſſunt ſine periculo earum perſonarum ſe in curia præſentare, quid faciendum? Et reſpondet hic litera, ꝙ tunc iudex ordinarius committet examinationem ipſorum teſtiũ tãtùm alicui de uoluntate partium electo, & ſi partes non conueniunt de examinatione, iudex ordinarius eligat examinatorem, contra quem examinatorem electum de uoluntate partium, uel a iudice in caſu diſcordiæ nulla probatio debet admitti, ſi opponatur, quòd teſtes non ſunt ſenes, nec ualetudinarij, ſed ſunt ſani, & iuuenes, & durat iſtud dubium cum dicta determinatione vſque ibi, ſanè. Hic ponitur ſecundum dubium, ſi iudex ordinarius dedit terminum ad probandum incumbentia, & intra dictum terminũ aliqua ex partibus litigantibus non potuit probare ex defectu teſtium, qui ſibi promiſerũt venire in termino prædicto, & non uenerunt, uel nõ potuit probare ex defectu commiſſarij deputati ad examinãdum teſtes, quia fuit in dolo, uel in negligentia in non examinã do ipſos teſtes, & lapſus eſt terminus propterea, & inſtatur coram iudice, ut det alium examinatorem teſtium cõpulſorem ad ipſos teſtes compellendos, & prorogetur terminus, an iudex debeat terminum prorogare propter dicta impedimenta. & reſpõdet litera, ꝙ tunc demum iudex ordinarius prouidebit de alio examinatore, quãdo primus fuit in dolo, uel in negligentia in non examinando, ſi pars intra terminũ datũ ad probãdũ prędicta petiit a iudice ordinario, tunc poterit à iudice impetrare prorogationem termini, & obtinere commiſſionem alteri cõmiſſario, qui compellat teſtes, & ipſos examinet, aliàs ſi intra terminum datum ad probandum non petierit a iudice ſibi prouideri ſuper dictis impedimentis, & ſic lapſus ſit terminus, poſt terminum nihil poterit à iudice legitimè obtinere, & durat iſtud ſecundum dubium cum dicta deciſione vſq; ibi, his tantum. Hic ponitur tertium dubium, quid ſi ille, cui commiſſa fuit examinatio teſtium, & eorũ compulſio, fuit in dolo, aut in negligentia in ipſos examinando, vel cogendo teſtes, utrum iudex ordinarius poterit eum punire aliqua pœna & etiam teſtes? Reſpondet litera, ꝙ iudex ordinarius cõſtito ſibi de dicto dolo vel negligentia, condẽnabit illũ commiſſarium ad tertiam partem bonorum ſuorũ 13
mobilium regio fiſco, & nihilominus condẽnabit eum ad omnem ęſtimationem damni parti læſæ, & ad eandem pę-

nam

nam puniet teſtes citatos, qui nõ comparuerunt, niſi iudex
in citatione maiorem pœnam appoſuerit, ſi non compa-
ruerunt, tunc illa pęna maior erit exigenda, & hoc locum
habet in ciuilibus cauſis. Et durat iſtud dubium cum dicta
deciſione vſque ibi, in criminalibus aũt. Hic ponitur quar
tum dubium, ꝙ ſi in cauſa criminali ex culpa teſtium non
fuit facta probatio intra terminum datum ad probandum,
vel ex dolo, uel ex negligentia commiſſarij, cui fuit com-
miſſa compulſio, & examinatio teſtium, poteſt fieri condẽ
natio ad æſtimationes damni, quia in ipſa cauſa non cadit
æſtimatio damni quomodo puniantur dicti teſtes, uel com
miſſarius pędictus doloſus, vel negligens? Et reſpondet li-
tera, quòd habebit locũ pœna ſupradicta condemnationis
tertię partis bonorum ſuorum mobilium, & parti læſæ de-
bent condemnari ad expenſas litis probandas per ſolum ſa
cramentum partis, præuia iudicis taxatione. Et durat iſtud
dubium cum dicta deciſione vſque ibi, principali cauſa.
Hic ponitur quintum dubium. Ecce, ꝙ ſunt puniti teſtes,
qui non curauerunt venire ad ſe examinandum, vel puni-
tus eſt commiſſarius ad examinãdum, qui fuit in dolo, vel
negligentia in non examinando teſtes, qualiter conſulatur
parti læſæ circa cauſam? Reſpondet litera, ꝙ procedatur in
cauſa ſuo ordine, ſub. & prorogetur terminus, ſi intra ter-
minum allegauit dictum impedimentum, & petit ſibi pro-
uideri, ut ſuprà dictum eſt in ſecũdo dubio, & durat iſtud
dubium cum dicta deciſione vſque ibi, eodem etiam. Hic
ponitur ſextum & vltimum dubium, quod eſt tale, quid ſi
commiſſarius ad examinandum teſtes, qui fuit in dolo, vel
negligentia in examinandis teſtibus, uel ipſi teſtes citati, q
fuerunt contumaces non ſunt ſoluendo, quia ſunt paupe-
res, & ſic non poſſunt in cauſa ciuili ſoluere æſtimationem
damni, nec in cauſa criminali expenſas, quomodo conſule
tur parti læſæ? Reſpondet litera, ꝙ conſuletur per viam re
ſtitutionis in integrum ad probandum, & durat vſque in
finem, & propter eius longitudinem non aliter ſummabo.
Et eſt ſciẽdum, ꝙ iſta conſtitu. eſt ita bene gloſſata per Ma-
rinum de Caramanico, ſicut alia, quæ ſit in hoc volumine,
ideo conſulo, ꝙ legentes uideant apparatum gloſſarum.
1 † Not. 1. ex tex. ibi, in pecuniarijs litibus, ꝙ in cauſis ciuili-
bus committitur indiſtinctè examinatio & compulſio te-
ſtium, ubi degunt ipſi teſtes. ſ. ordinarijs locorum non ſu-
ſpectis, & in hoc iſta conſtit. concordat cum iure commu-
ni, vt in l. iudices. C. de fide inſtru. & no. in c. cum cauſam.
de teſtibus. & in clemen. 1. de offi. deleg. & concordat ritus
magnæ curiæ, qui incipit, in primis car. 17. & ſic tam intra
dietam, quàm vltra dietam, uigore pręſentis conſt. commit
ti poteſt audientia teſtium. Non credo, ꝙ ualeat conſuetu
do in contrarium, per id, quod dicitur in procœmio huius
libri, in §. fi. & tex Federi. in c. 47. conceſſo Neapo. & con-
firmato per Catholicũ regem expreſsè dicitur, quòd com-
mittitur audientia teſtium ultra dietam ad inſtantiam Nea
politani. Sed per iſtam conſtitu. idem in alijs dicẽdum eſt,
& qui dicit contrarium, allegat abuſum, quia iudex debet
parcere laboribus & expenſis partium, ut in c. cum te con-
2 ſulente. de offic. deleg. & ſup. in conſtitu. † Iuxta hoc quæro
pone, ꝙ regia camera ſummariæ, uel magna curia uic. com
mittat alicui officiali examinationem teſtium citandorum
utrum iſte commiſſarius poſſit alicui ſubbdelegare, ꝙ exa-
minet dictos teſtes? Dic, ꝙ poteſt committere ſuo notario,
ꝙ ſcribat teſtium depoſitiones, ut dicit Bal. in l. à iudice C.
de iudicijs. & firmat gloſſ. in clemen. 1. de offic. delega. Benè
facit tex. in c. ſuper quæſtionum. & ibi per Ioã. And. de of-
fic. delega. & ibi vide And. Barba. & vide Barto. in l. & quia.
ff. de iuriſdict. omnium iudicum, & Abb. Sic. in c. cum Ber-
toldus. de re iud. qui tenent, ꝙ ſimpliciter nudum miniſte-
rium examinationis teſtium poteſt committi notario cau-
ſæ per delegatum ab ordinario, ſed non recipere iuramen-
ta teſtium niſi ex cauſa. Bonus eſt tex. pro hoc in c. 2. de iu
dicijs. lib. 6. uide Bald. in margarita ſua ſuper Inn. in uerſi.
teſtium examinatio. & Lanfra. in c. quoniam cõtra. in ver.
teſtium. de probationibus. Adde Bald. in d. l. iudices. gloſ. &
Alex. in l. hac conſultiſſima. §. pe. C. de teſtam. Bat. in l. cum
ſcimus. C. de agri. & cẽſi. lib. 11. & Abb. in c. quoniam. de
3 offic. deleg. † Secundò quæro, commiſſarius iudicis ordina
rij ad examinandum teſtes examinauit eos, poſtea uult ip
ſos iterum examinare, & repetere ſine noua cõmiſſione,
an poſſit? Dic ꝙ non, ut dixit Ant. de Bu. in c. licet. 10 ſi de
offi. deleg. Fallit, niſi neceſſariæ interrogationes ſint omiſ-
ſæ, ut in c. per tuas. de proba. Item fallit, ſi teſtes primo cõ
fuse depoſuerũt, ut in c. cum clamor. de teſtibus, no. Goſ.
in ſumma, in titu. de proba. in fi. Tertiò quæro, an ille, cui
commiſſa eſt examinatio teſtium, poſſit examinare teſtes
ad repulſam? Dic ꝙ non, niſi expreſſe hoc ſit ſibi commiſ-
ſum, & tunc ſolum cõtra perſonas, ut dicit Ino. in c. licet.
de proba. idem Petr. de Anch. in c. præſentium. §. teſtes, de
teſtibus. li. 6. in 2. & 6. no. & tunc non poterit publicare te
4 ſtes, ut dicit Bar. in l. iudices. † Quartò quæro, an ipſe nota
rius cauſæ, cui commiſſa eſt à iudice examinatio teſtium,
poſſit ipſemet ſibi ſcribere commiſſionem de examinan-
dis teſtibus? Et concludit quòd nõ, uide Bal. in l. iudices. &
in l. iuſiurãu. C. de teſtibus. & Abb. Sic. in c. quoniam con
tra. de proba. & Bald. in l. ſenat. conſol. 2. col ff. de adoptio.
& in l. ad egregias, in fi. ff. de iureiur. Io. de Ana. in conſilio
49. incipiente, dubium, de quo quæritur. in fi. Alex. in apo
ſtilla in l. cum ſententia. ff. de teſtam. tute. & in 2. uol. cõſ.
a 12. & in 5. uol. conſi. 104. & in meis deciſionibus, deciſi.
317. Sed quid ſi iudex dicit uerbo notario. Vide & exami-
na. Ille iuit, & examinauit teſtes, non reperitur commiſſio
in actis, an probent iſti teſtes? Bal. tangit hoc dubium in c.
1. de cõtr. inue. & dicit, quòd ſic, ſi iudex hoc atteſtet, ſed
5 periculum eſt, ſi non atteſtetur, quia non probabit. † Quin
tò quæro, vtrum iudex ordinarius parte petente, quòd cõ
mittatur examinatio teſtiũ in cauſa ciuili neceſſitetur il-
lã cõmittere? Dic quòd non, ſi iudex ex aliqua iuſta & rõ-
nabili cauſa putauerit, nõ eſſe examinationem teſtium cõ
mittẽdam, quia tex. iſte dicit, permittimus, quod uerbum
non importat neceſſitatem, ut in l. non quicquid. ff. de iu-
dicijs. c. 1. de ætate & qualitate. lib. 6 & firmat hoc Azo in
ſumma. C. de teſti. §. producendi. Conſulo ergo iudici uo-
lẽti committere examinationem teſtium, ut hoc faciat ex
cauſa iuſta, & illa iuſta cauſa appareat ſcripta in actis, qa
iudex receptionem teſtium in alio loco debet committere
ut dicit gloſſ. in l. 1. ff. de offi. aſſeſſo. & in auth. de teſt. § &
quoniam, & ille cautè debet remittere. Idem Bal. in c. 1. 2.
col. ſi de inueſt. inter dñm & uaſ. hinc eſt, quòd dicit Pa.
de Caſt. in d. l. iudices. quòd ſi cã eſſet multum ardua, non
debet committere, ſed debet teſte, quibus præcipere po-
teſt, ad ſe aduocare, ſi habet teſtes ſuſpectos, ut dicit Io. de
Imo. in l. cum ab initio. ff. quemad. teſt. aperiantur. allegat
Azo in ſumma de teſtib. §. producẽdi. & Hoſt. in ſumma,
eo. ti. §. quando. uer. 2. not. & Arch. in c. præſentium, §. te-
ſtes. de teſtibus. libr. 6. Et dicit Fran. de Are. in c. ſi qui te-
6 ſtium. extrà de teſtib. † Quòd iudex commiſſarius, uel de-
legatus regis, ſi citat egregiã perſonã, quòd teſtificetur co
rã ſe, quod põt hoc facere, quia iudex eſt maior ipſis parti
bus, ſed ſi committit audientiam teſtium, iudex debet ire
ad egregias pſonas, & ſic eſt in arbitrio iudicis, an uelit te
ſtes in cauſa ciuili coram ſe facere uenire, ut quia habet te
ſtes ſuſpectos, uel propter magnitudinẽ cauſæ, ut firmat
Abb. Sic. in c. cum cauſam. in 9. col. uer. an iudex inferior.
de teſtibus. Et ideo dicebat And. de Iſer. in c. 1. in 2. colũ. ſi
de inueſt. inter dom. & uaſ. lis oriatur, ꝙ ſi in cauſa ciuili,
etiam non feudali, habeat teſtes ſuſpectos, non tenetur cõ
mittere audientiam teſtium, per gl. in auth. de teſtibus §.
quoniam multis. & in auth. ut defuncti, ſeu funera eorũ.
§ illud rub. 44. & dicit, ꝙ iſta conſtitutio nõ excludit hũc
caſum, quãdo iudex in cauſa ciuili habet teſtes ſuſpectos,
ſic ẽt dico, quòd nõ excludit caſum, quando cauſa eſt ma
gna, ut non teneatur committere audiẽtiam teſtium, licet
cauſa ſit ciuilis, ſecus ſi eſt modica, puta, de una domo, uel
una uinea, ut dicit conſt. regni, cauſas. in 1. lib. rub 40. quę
autem dicatur cauſa magna, aut parua, uide ſcribẽtes in l.
admonendi. ſuper gl. magna. ff. de iurein. & uide, quę dixi
ſuprà in conſt. proſequentes, in 10. not. AEquiparantur er
go

pter neceſſitatem poſſit committi examinatio iudici or-
dinario, ubi deguns dicti teſtes? Dixi in conſti. iuſtitiarios,
in 1. lib. ſub rub. 30. & in conſti. inquiſitiones generales,
ſub rub. 51. & vide Bald. in d. auth. apud eloquentiſſimum,
& Alb. de Ro. ibi. & Ang. de Are. in tractatu maleſi. in ver.
qui iudex ſtatuit. & Bal. in c. ſi quis teſtium. extrà de teſtib.
14 †Sed ſi poteſt ipſos compellere, etiam quòd ſint abſentes à lon
gè, debent venire in præſentia iudicis, vt dicit Abb. per ver
bum, puto, in c. cum cauſam. in 9. colum. de teſti. & in cap.
conſtitutus. 2. col. de fideiuſſ. & ſi ipſos non poteſt compel-
lere, ſerua practicam, quam ponit Io. de Imo. in d. l. cum ab
initio. ff. quemadmo. teſt. aperian. Secundò quæro, an pro-
pter impedimentum multarum cauſarum criminalium
in magna curia, vel in alio iudice ordinario poſſit iudex
cõmittere examinationem teſtium in cauſa criminali ex-
tra curiam? Gul. de Cu. Barto. & Ang. vt refert Alex. in l. 1.
§. huius rei. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. tenet, quòd
propter multitudinem cauſarum meri imperii poteſt com
mitti cauſa meri imperii, per l. 2. C. de his qui latro. &c. &
alias leges, vt ibi per eum, ſed ipſe Alexan. tenet ibi contra-
rium, & reſpondet iuribus, quę ipſi Doctores allegant, &
credo, quòd Alex. dicat veritatem. & ita firmat ibi Iaſo. in
fi. poſt Fulgoſium, & Lud. ibi. Rex indubitanter poteſt cau
ſas meri imperii committere, per l. fi. C. vbi ſenat. uel clar.
15 † Tertiò quæro, quid faciet iudex ordinarius, quando in
cauſa criminali habet examinare teſtes, qui nõ habent lin-
guam latinam, & iudex eos non intelligit, & alteri intelli-
genti nõ poteſt committere? Dic, quòd cõſilium eſt, quòd
iudex adhibeat duos interpretes, ut in cap. quoniam con-
tra falſam. de probati. Ita voluit Bar. in l. 1. §. ea. ver. ſed quę
ro, quid fiet in iudicio. ff. de verb. obliga. & ibi ponit Barto.
practicam, quomodo magiſter actorũ debeat ſcribere de-
poſitionem illius teſtis, cuius dictum per interpretes fuit
declaratum iudici, & magiſtro actorũ. Et ibi vide per ſcri-
bentes, quòd ſi non poſſunt adhiberi duo interpretes, quia
non reperiuntur, ſed tantùm vnus reperitur, an ſufficiat
vnus. Quartò quæro, quid ſi eſſet conſuetudo in ordinario
tribunali, quòd magiſtri actorum dent iuramenta teſtibus, &
ipſos examinent in cauſa criminali ſine iudice, vtrum va-
leat talis conſuetudo? Dic audacter, quòd non valet. Pri-
mò, quia talis conſuetudo caſſatur, vt in §. fi. ſuprà in proę.
Secundò, pro hoc bene facit gloſſ. 3. in c. teſtes. 2. q. 9. quæ
vult, quòd in ciuilibus ſeruatur conſuetudo, an teſtes de-
beant eſſe præſentes coram iudice, ſed non in criminali.
Quinto quęro, iſta conſt. dicit, quòd in cauſa criminali &
feudali permittitur iudici, vt poſſit committere examina-
tionem teſtium infirmorum, vel ſenum, qui non poſſunt
venire, alicui iudici de voluntate partium eligendo, & ſi
partes non ſunt concordes, iudex eligit illum iudicem.
16 †Quid ſi ſunt examinandæ mulieres honeſtæ in cauſa cri-
minali, utrum poſſint committi earum examinationes?
Dic quòd ſic, per cap. 2. de iud. libro 6. Idem ſi eſſet perſo-
na egregia, vt in l. ad egregias. ff. de iureiurand. & Bald. in
c. ſi qui teſtium. extrà de teſti. Sed gloſſ. in c. 1. de teſti. cog.
uidetur concludere, per d. l. ad egregias. quòd non habet
locum in cauſa criminali, & iſtam gl. pro ſingulari ad hoc
allegat Lud. Rom. in ſing. ſuis, in ver. egregia perſona. & fir
mat Abb. Sic. in cap. cum cauſam. in 9. colum. verſi. quęro,
an iudex inferior. de teſti. Quartò not. ex text. ibi, niſi te-
ſtes, adeo ſenes, quòd hæc eſt exceptio exceptionis. nam
regulariter in cauſa ciuili receptio teſtium poteſt commit-
ti ordinarijs locorum. Contra iſtam regulam hæc conſtit.
excipit duos caſus, videlicet in cauſa feudali, & in cã cri-
minali, ſubaudi, vel in alijs cauſis magnis, vbi eſt eadem ra-
tio, quia per hoc non corrigitur ius commune, vt voluit
Cy. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo in 1. col. dum alle-
gat. ff. de leg. l. nam, vt ait Pedius, & no. glo. in uerbo, Italiæ
in c. 1. de tempo. ordi. lib. 6. ab his duobus exceptis excipi-
tur hic, niſi in cauſa feudali, vel criminali teſtes ſint ſenes,
vel valetudinarij, tunc ordinarijs locorum committitur
examinatio eorundem, concordantiæ ſunt in glo. in cap. ſi
17 qui teſtium. extrà de teſti. †Et ſic patet, quòd quando te-
ſtes non poſſunt venire ad iudicem proferendo teſtimo-
nio veritatis, iudex debet mittere aliquem idoneum, vt eos
examinet cum iuramẽto, & hoc fit propter neceſſitatem,
aut honeſtatem, de quo per gl. in cle. 1. de offi. deleg. & in c.
2. de iud. lib. 6. Sed quomodo ſenibus teſtibus exiſtentibus
committitur eorum examinatio, cum ipſi ſunt legitimè
excuſati a ferẽdo teſtimonio de iure ciuili propter eorum
ætatem, vt in l. 1. §. item diuus. ff. de teſti. cum concordan.
allegatis in gloſſ. in d. c. ſi qui teſtium. dic, quòd non com-
pelluntur teſtificari, ſi nolunt, ſed ſi requiſiti velint teſtifi-
cari, miſſus commiſſarius ad eos poterit recipere eorum te
ſtificationem cum iuramento. Sed de iure canonico, ne ve
ritas occultetur, ſunt compellendi dicere veritatem, & ſic
ferre teſtimonium veritatis, vt in cap. 1. de falſis. & in cap.
nouit. de iudiciis. cum concord. in gloſ. in d. capitu. ſi qui.
Et quò ad materiam, de qua in iſta conſtitutione, ſenes di
cuntur vſque ad ſeptuageſimum annum, ſecundùm Abb.
in d. c. ſi qui. ſed hæc cautela ceſſat in regno, vt dicam infrà
in 6. nos. Aduerte, quia dicit Bald. in d. cap. ſi qui. & ibi Fe-
ly. quòd optima cautela eſt, quando petitur ante litem cõ-
teſtatam examinari ſenes, vel debiles, vt iudex primò in-
terloquatur, eos eſſe valetudinarios, ſenes, vel debiles, ideo
recipiendos lite non conteſtata. Et de iſta materia, quando
petuntur teſtes affuturi, vel ſenes, vel infirmi examinari an
te litem conteſtatam ad futuram rei memoriam, & de mul
tis quęſtionibus cadentibus circa eam, vide Ang. in §. fi. in
auth. de teſti. & per Fely. & ibi multas remiſſiones in pen.
18 col. in c. ſignifi. de teſti. †Sed quærit hic Andrę. de quadam
quæſt. Quidam carceratus fuit pro cauſa capitali, qui ne-
gat maleficium, producuntur teſtes ſenes, vel valetudina-
rij qui ſciunt aliquid contra ipſum carceratum de malefi-
cio, vel de indiciis ſufficientibus ad torturam. Dicit carce-
ratus quòd ipſe vult videre iuramenta teſtium, qui producun-
tur contra ipſum, vtrum iudex debeat ipſum mittere bene
cuſtoditum ad videndum iuramẽta ipſorum teſtium? Re-
ſpondet Andr. quòd ſi iudex dubitat de fuga ipſius carcerati,
arctabit eum, vt conſtituat procuratorem ad videndum iu
ramenta teſtium, quia qui propter odium ſunt in carcere,
arctantur ad hoc. ff. de minori. l. Papinianus exuli. ff. ex qui
bus cau. maio. l. ſed & ſi lit. licet regulariter contra, vt ff. de
iniur. l. ſed ſi vnus. §. idem. Et ſi non vult facere dictũ pro-
curatorem, iudex in eius contumaciam recipi faciat iura-
menta dictorum teſtium. Poteſt etiam iudex, ſi non habet
eum ſuſpectum de fuga, mittere cum bene cuſtoditum ex-
penſis ipſius carcerati, ut uideat iuramenta teſtium, ut di-
19 cit hic Andrę. † Quinto no. ex tex. ibi, a iudicibus electis a
partibus, quod ubi committenda eſt receptio & examina-
tio teſtium, commiſſarius primò eligi debet de uoluntate
partium, ſubaudi, qui ſit iudex, & ſic quòd habeat iuriſdi-
ctionem, quia ita dicit hæc conſtitutio, quæ dicit, a iudici-
bus electis a partibus. Et ubi partes diſcordant, tunc iudex
poteſt eligere iudicem, & ei facere commiſſionem de exa-
minandis teſtibus. Sed de iure Romano poteſt fieri de uo-
luntate partium commiſſio de examinãdis teſtibus, etiam
illi, qui nullam habent iuriſdictionem, ut dicit Bart. in au-
then. apud eloquentiſſimum. niſi uelles reſtringere iſtum
tex. ut loquatur ſolùm in caſu, in quo loquitur, ſcilicet quan-
do petuntur examinari teſtes ſenes, uel infirmi, & non alij
quia ita dicit iſte text. ibi, qui eos tantum teſtes recipient,
quos ad curiam uiderunt uenire nõ poſſe, tunc ſolùm de-
bet fieri commiſſio iudicibus habentibus iuriſdictionem,
ſubaudi extra prouinciam de uoluntate partium, ſi concor
dant, & ſi non concordant, iudex ipſe committit exami-
nationem. & iſtud credo pro firmo uerius, quia uideo, quòd
iudices ordinarij de uoluntate partium committunt exa-
minationes teſtium, & eorũ receptionem etiam perſonis
priuatis, qui nullam habẽt iuriſdictionem, per doctrinam
Bar. in d. auth. apud eloquentiſſimum. & probatur in l. fin.
C. de teſti. Multa enim poſſunt fieri de uoluntate partium
in iudicio, quæ de iure fieri non poſſunt, ut patet ex his,
quæ dicit Andr. in præludijs iſtarum conſti. & ex his, quæ
colligit Firmanus in ſuo alphabeto, in uerſi. conſenſus par-
tium.

20 tium. †Sed hic quæro, quid ſi non eſſet ſeruatus iſte ordo,
quia iudex commiſit examinationem teſtium ſenum, uel
infirmorum, & non dixit partibus. quod ipſi conueniant
de eligendo examinatorem. An teſtium examinatio, & re-
ceptio facta per iſtum commiſſarium valeat? Reſpondeo,
iudex non debet dicere partibus, quod eligant, ſed partes
debent eligere, & ſi non eligunt, eligit iudex, & ſic partibus
tacentibus ualet, quod egit electus à iudice, quia non con-
tradictio partium habetur pro conſenſu partium, arg. l. fin.
C. de exceptio. & ita firmat hic gl. in ver. à partibus. Et pro
hoc benè facit l. fin. C. de iudicijs. in d. glo. allegata. Vnde ſi
partes in dicto caſu uolunt eligere, & eligunt examinato-
rem, & iudex prouidet contra volũtatem partium de alio
examinatore, ſine dubio dicerem, ꝙ non valent teſtiũ de-
poſitiones, quia omiſſus eſt ordo traditus per iſtam conſt.
& iſte ordo non eſt leuis ſollennitatis, ſed ſubſtantialis, &
ideo vitiat, ſecundùm Barto. in l. diuus. in 3. col. ff. de reſti-
21 tutione in integrum. †quia tota victoria cauſæ conſiſtit in
probatione, vt dicit Bald. in l. ſi quando. C. de teſti. Et ſatis
eſt in conſideratione, ſi examinator ſit electus de volunta-
te partium, argum. l. ex conſenſu. ff. de appellat. ſed ad in-
ſtantiam vnius partis non debet dari iudex, vt in l. obſer-
uandum. ff. de iudicijs. Sextũ not. ex text. ibi, contra quos,
caſum, in quo non admittitur probatio in contrarium, ſci-
licet quando ſit commiſſio de examinandis teſtibus ſeni-
bus, vel valetudinarijs in cauſa criminali. Et commiſſarius
illos examinauit vt ſenes, vel valetudinarios, non poteſt al-
tera pars probare, quòd illi teſtes erant ſani, vel iuuenes, &
iſtum tex. ad hoc neſcio alibi, vnde reperitur, quòd contra
præſumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio
in contrarium per teſtes, vel inſtrumenta, vt dicunt gloſſ.
Cyn. & Bald. in authen. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante
nupt. tamen admittitur confeſſio in contrarium, vt not. au
thentic. de æqual. dotium. §. aliud. Idem dixit Bald. in rubr.
C. de probat. in 3. colum. & Innocen. in cap. fraternitatis.
22 de frigid. & malefic. † Septimò not. ex tex ibi, ſanè in termi
no ad probandum dato, ꝙ in regno non datur niſi vna dila
tio à iudice ad probandum. & ſi aliqua ex partibus litigan-
tibus non fuit diligens, non datur ſibi ſecunda dilatio, pro-
ut dicitur in l. ſi. ff. de ferijs. Et ſi ſit impeditus ex aliqua iu
ſta cauſa, non admittitur allegatio impedimenti poſt termi
num, niſi intra terminum illud impedimentum alleget, &
tunc iudex prorogabit terminum, termini enim aſſignatio
ad probandum eſt huiuſmodi naturę, quod poſt terminũ
videtur probatio prohibita. l. ſtatuliberum. §. Stichum. ff.
de legat. 2. cum alijs allegatis per Bald. in 3. volum. conſilio
273. incipiente, cum quidam medicus. in fi. Et idem vide-
tur ſentire Abb Sic. & poſt eum Philipp. Decius in cap. ſu
per eo. vltim. de appellat. fiat ergo iuſtitia in lapſu termni,
ſecundùm Bald. in l. in contractibus. §. ſuper cæteris. C. de
non num. pecu. etiam ſi à lege, vel eius miniſtro datus ſit,
quia terminus datus à iudice habet vim termini legalis, ſe-
cundùm Inn. in ca. ex ratione. 1. colum. de appel. ſi ſtatua-
tur terminus, ergo vltra illum terminum non eſt licitum
aliquid facere, ſecundùm Innoc. in c. cum in tua. extra qui
matri. accuſa. poſſunt. Idem dicit Bald. in l. 1. in 1. col. C.
23 qui admitti. † & ideo ſi iudex dixerit, ſi non ſoluerit cen-
tum talis delinquens intra decem dies, amputetur ſibi ma-
nus, non poteſt poſt 10. dies purgare moram, vt dicit Bald.
in l. acceptam. in 21. quæſt. C. de vſur. Fallit, niſi propter
paupertatem non ſoluerit, vt dicit Bald. in d. l. acceptam.
in 23. quæ. accedant ad hoc ea, quę dixi in cap. 1. §. ſed nec
eſt alia iuſtior. in 3. not. quæ ſit prima cauſa benefic. amit.
Et ſi terminus eſſet datus de voluntate partium, non poſſet
prorogari, niſi ex noua cauſa, ſecundùm Bal. in l. perempto
rias. 2 col. C. ſententiam reſcin. non poſſ. allegat Spe. in tit.
de ſenten. §. nunc videndum. ver. illud. Et eſt ſciendum, ꝙ
rex Ferdinandus I. fecit pragmaticam, quòd poſitiones de-
beant præſentari intra 5. dies poſt terminum datum ad ꝓ-
bandum, ſi modo non præſentantur intra 5. dies, ſed poſt,
& petitur, quòd principalis reſpõdeat poſitionibus, poteſt
dicere principalis, non teneor reſpondere, quia poſt termi
num feciſti poſitiones. ita inquit Bald. in d. §. ſuper cæteris
facit ad hoc, quod voluit Bar. in l. mancipiorum. de optio.
lega. & in l. Titia. ff. de accuſ. & in l. ſi ea. C. qui accuſare nõ
24 poſ. †Bene fateor, quòd elapſo termino dato ad probãdum
poſſunt produci inſtrumenta liquida, quæ non indigent
certificationi per teſtes, quia iſta inſtrumenta habent vim
notorij, ut inquit Bald. in 4 uol. conſi. 316. incipiente, præ-
ſuppoſito ſtatuto. circa fi. & uide ad hoc Lucam de Penna
in l. pen. C. qui milita. poſſunt. lib. 12. in ult. colum. & An-
dr. ſup. in conſt. lite legitimè conteſtata. Hinc eſt quòd gl.
magiſtra hic, in uerſi. ex iuſta cauſa, diſputat multum egre
giè pro & contra, utrum poſt terminum datum ad proban
dum ante publicationem factam in cauſa, ubi nullum iu-
ſtum impedimẽtum allegatur in termino probatorio, poſ-
ſet iudex recipere teſtes, quos pars dixit ſibi de nouo obue
niſſe, ſi uenit non multum poſt lapſum termini? Et conclu
dit gloſſ. quòd de iuris rigore non poteſt illos teſtes recipe
re, & pro hoc facit, quia lapſus termini tacitam inducit re-
pudiationem, ut not. in l. ſi ego. ff. de negot. geſt. & permiſ-
ſum intra tempus, poſt tempus uidetur prohibitũ. l. ſi quia
ita. ff. de uulg. & pup. Sed de ęquitate aliud eſt, ſi iudex ui-
det, quòd non ſit malitia partis petentis dictam examina-
tionem, & in cauſa non ſit facta publicatio, nec ſunt didici
ta teſtificata, quia ſi eſſet facta publicatio, & didicita teſtifi
cata, ut euitetur præſumptio corruptionis teſtium, ut in c.
fraternitatis. extra de teſti. & not. infrà in conſt. iuriſperito
rum, tunc nullo modo poſſet concedi receptio dictorum
teſtium. ſecus quando non eſſet publicatum, & ius partis
non ſit læſum. uide ad hoc Cyn. in l. ſi ea. C. qui accu. non
poſſunt. tamen totum hoc gl. iſta remittit iudicis arbitrio,
& cum iſta glo. pertranſit hic And. in principio huius con
ſtit. Cui adde Bald. in c. 1. in 7. colum. de milite uaſ. qui con
tu. eſt, ubi quærit, utrum poſt terminum audiatur quis di-
cendo, quòd de nouo ad ſui notitiam peruenerunt teſtes,
& remittit ſe ad Io. And. in nouella, in c. quod ſicut. in fi. de
25 elect. †ubi quærit, utrum admittatur ad opponẽdum poſt
terminum de crimine, & concludit, quòd non, quia datio
termini ad probandum eſt ſententia interlocutoria, ut in
l. qualem. in fi. ff. de arbitr. quæ reuocari non debet propter
ius parti quæſitum, allegat etiam Spe. in tit. de exceptioni-
bus. §. dicto. uerſi. ſed pone datus &c. In contrarium facit
id, quod dixit Barto. in l. officium. ff. de rei uen. ubi dicit, ꝙ
reus, contra quem eſt publicatus proceſſus, poteſt oppone-
re nouam exceptionem, & illam probare etiam per teſtes,
quia ſuper iſta exceptione non eſt publicatus proceſſus. &
idem firmat Ang. ibi, hoc idem firmat hic Andre. in 2. col.
dum dicit, niſi de nouo perueniſſet ad eum, & iuraſſet, ꝙ de
nouo peruenit, ut in c. paſtora. de except. Fallit in certis ca
ſibus, de quibus per Fely. doct. mod. in d. c. paſtora. Sed ad-
uerte, quia idem Bald. in l. peremptorias. in 6. col. C. ſen-
ten. reſcin. non poſſ. dicit unum pulchrum ad materiã iſtã,
uidelicet, ꝙ ſi datus eſt terminus ad exceptiones opponen-
das impedientes litis ingreſſum, quòd reus poſt iſtum ter-
minum poterit opponere exceptionem tranſactionis, uel
iuriſiurandi, aut rei iudicatæ, non tamen ad effectum im-
pediendi proceſſum, ſed ad effectum reprimendi, quia di-
ctus terminus datus non operatur plus, quàm litis conte-
ſtatio. Idem Bald. in l. poſtquam liti. C. de pac. & Ange. in
26 l. fideicommiſſum ff. de iudicijs, quod tene menti. †Sed de
iſto dubio, an exceptio, quæ ſuperuenit de nouo lite pen-
dente, poſt terminum datum ad probandum poſſit oppo-
ni, & probari poſt dictum terminum? Remitto me ad opti-
mam diſtinctionem Bartol. in l. 1. ff. de excep. & ad unam
longam apoſtillam Alexan. ibi. & ad ſcripta per Docto. in
dicto cap. paſtora. Iuxta tamen prędicta quęro, hic dici-
tur, quòd ſi propter impedimentum teſtium, qui promi-
ſerunt parati uenire in termino, & non uenerunt, non fue-
runt examinati, uel propter impedimentum cauſarum fa-
cto iudicis, & iſta impedimenta ſunt allegata intra termi-
num datum ad probandum, iudex debet terminum proro
gare. Quid ſi alia impedimenta intra dictum terminum
ſuperuenerunt, ita quòd non potuerunt teſtes examina-
ri,

ri,& fuerunt allegata intra terminum, an judex debeat ter-
27 minum prorogare.†And hic dicit,quòd ſi infirmitas,pen-
dente termino, ſuperuenerit teſti, vel principali, vel eius
procuratori, ſit prorogatio termini, quia non negligenti
non currit tempus,vt in l.1.in ſi. C. de anna. excep.& not.
in l.contra maiores.C.de inof.teſta & in l.2.ff.ſi quis can-
tionibus, & not.in l.quæſitum.ff. de re iudic.idem dicen-
dum de alijs impedimentis, de quibus in ca.ex ratione.de
app.quia licèt iſta conſti.non loquatur expreſsè de iſtis im
pedimentis, tamen de iure communi idem eſt dicendum,
ex quo eadem ratio eſt.Et gl.3.ſuprà in conſt.exceptiones.
dicit,quòd vbi conſtitutio nõ loquitur, ſeruandum eſt ius
commune,tantò magis,quia iſta cõſtitutio dicit, ex iuſta,
& neceſſaria cauſa prorogatio termini poterit impetrari.
concordat ſuprà in conſtit. lite legitimè conteſtata.& hoc
28 firmat expreſsè gloſſ.magna hic poſt principium.†Vtrum
autem fiet prorogatio termini dati ad probandum ratione
impedimenti minoris ætatis, ſi aliqua ex partibus litiganti
bus ſit minor?And.hic primò dicit,quòd non,quia minor
in delictis & in executionibus pœnarum non reſtituitur,
vt in l.auxilium.ff.de minoribus. Poſtea in contrarium al-
legat l.1.§.quibus.ff.quod cuiuſque vniuerſi.nomine, ubi
dicitur,quòd ſi vniuerſitas non defenditur,patitur miſſio-
nem.& gloſ.dicit idem in minore.Mihi uidetur, quòd per
iſta non ſit deciſum hoc dubium, ſed deciditur hoc dubiũ
per hoc. nam iſta conſtitutio generaliter loquitur, & ſic
comprehẽdit etiam minores, quia lex generaliter loquens
comprehendit etiam minores,ſed datur reſtitutio,vt infrà
in conſtitu.minorum iora.Et pro hoc l.ait prætor.§.fin.&
ibi Barto.ff.de minor.& eſt text.in cap.conſtitutus. de re-
ſtitutio. in integrum, & uoluit Bald. in l.fin. C. in quibus
cauſis in integrum reſtitut.non eſt neceſ. & ita dicit Abb.
Sic.in c.1.de ſenten.excom.Et pro hoc l.ſine hærede.§.Lu
cius.ff.de adminiſt.tuto.idem Bald.in capit.1.in 6.colum.
quo tempore miles.ergo currit minori tempus ad proban
dum datum à iudice,ſed reſtituitur. Fallit,niſi ſit datus pu
pillo carenti tutore vel curatore, quia tunc iudicium eſſet
nullum,vt in l.contra pupillum.ff.de re iudicata.cum con-
29 cordantibus ſuis. †Octauò not. ex tex.ibi, vel ipſius iudi-
cis,aut coarctis,quòd propter iſtam dictionem, aut,vide-
tur, quòd hoc tempore alius erat commiſſarius ad teſtes
examinandos,& alius erat commiſſarius,qui habebat coge
re,& compellere teſtes ad deponendum teſtimonium veri
tatis,hodie hoc non eſt in vſu, tamen teſtes inuiti à iudice
coguntur ad teſtificandum,ſiue in cauſa ciuili,ſiue crimi-
nali,vt in l.ſi quando. & auth. ſed hodie.C.de teſti.& ple-
nè de hoc per glo.in c.dilectorum filiorum. de teſti.cogen.
Nonò not. ex text. ibi, ſi in commiſſo ſibi officio doloſus,
aut negligens inueniatur. quòd illi, quibus magna curia
vic. vel aliàs iudex ordinarius committit examinationem
teſtium,& compulſionem eorum, non debet uti doloſita-
te,aut fraude,in quo continetur,ſi aliquid facit contra eſ-
ſentiam veritatis timore, amore, vel odio, uel cupiditate,
aut negligentia in examinandis ipſis teſtibus,aut in aliquo
quod eius officium cõcernat,quia ſi ſecus faciet, ultra pec
catum mortale,quod incurrit, punitur pœna tertiæ partis
bonorum ſuorum mobilium, necnon debet condemnari
parti læſæ ad reſtituendum omne damnum, quod patitur
ex dicta doloſitate, uel negligentia dicti commiſſarij. Sed
iuxta hoc quæro,ecce commiſſarius ad examinandum te-
ſtes omiſit dolosè, uel negligenter examinare teſtes ſuper
uno capitulo. fuit facta querela contra examinatorem, &
fuit punitus,poſtea inſtat,quòd ſuper articulo omiſſo repe
tantur teſtes, utrum ſint examinandi ſuper illo capitulo
omiſſo? Vide text.& ibi Abb.Sic.in cap. per tuas.de teſtib.
30 †Decimò not.ex text.ibi, eadem pœna teſtibus irroganda,
quòd ſi teſtes citati non ueniunt ad ſe examinandum, &
ſunt contumaces, iudex parte inſiſtente debet condemna-
re ad tertiam partem bonorum ſuorum mobilium, niſi in
citatione ſit adiecta pœna,quæ excedit ualorem tertiæ par
tis bonorum ſuorum;tunc exigitur illa pœna,& non dicta
tertia pars, quod eſt valde notandum, ſecundùm gloſſ.hic
in verſic.maior,quæ dicit,nota,quòd cui aliquid eſt com-
miſſum ad exequendum, in id poteſt inducere pœnam
etiam ultra legalem, ſed ſi pœna eſſet intra ualorem tertiæ
partis, exigitur tertia pars prædicta,& non pęna contenta
in citatione. Iuxta hoc quærit And.de quatuor quæſtioni-
bus.Et primò,quid ſi pars,ad cuius inſtantiam ſunt teſtes
citati, non comparet ad accuſandum contumaciam teſtiũ
non comparentium,utrum procur.fiſcalis poſſit ipſe accu
ſare eorum contumaciam, & ad eius inſtãtiam poſſit fieri
dicta condemnatio,& executio dictæ pœnæ? Et arguit ad
partes.Finaliter concludit,quòd nunquam mulcta acqui-
ritur fiſco,niſi interſit parti, ut not.in gloſſ.in l.2. ff ſi quis
in ius uoca.non ierit.nec fiſcus poteſt inſiſtere,ut fiat con
demnatio ad tertiam partem bonorum mobilium contra
contumacem,niſi pars,cuius intereſt,compareat,& accu-
31 ſet eius contumaciam, ut latius hic per eum. † Secundò
quærit,quid ſi pars, ad cuius inſtantiam ſunt citati teſtes,
uenit in iudicio in ultimo die, quo debent comparere te-
ſtes,& non accuſat contumaciam contra teſtes, an procu.
fiſci poſſit inſiſtere,ut condemnetur ad tertiam partem bo
norum mobilium?Et reſpondet,quòd non,quia non ſuffi
cit in cauſis ciuilibus uenire partem ad iudicem,ſed debet
proteſtari,ideſt inſiſtere, ut teſtes condemnentur,argum.
ff.de exc.tut.l. ſcire.§.ſufficit. & ſi non comparet in cauſis
ciuilibus pars,& accuſat contumaciam, fiſcus non poteſt
agere ad mulctam, per l.1.§.unde quæritur.ff.de oper.no.
nun. Tertiò quærit,utrum ad hoc, ut iudex poſſit teſtes ad
dictam mulctam condemnare ex eorum contumacia re-
quiratur,quòd non ſolùm pars,de cuius intereſſe agitur,ac
cuſet contumaciam contra teſtes, ſed etiam requiritur,quòd
procur.fiſci petat ipſos condemnari ad dictam mulctam?
Et reſpondet concluſiuè,quòd nõ,ſed ſufficit, quòd pars,
de cuius intereſſe agitur,accuſet contumaciam. Ex iſta ac-
cuſatione contumaciæ facta per principalem fiſcus in con
ſequentiam conſequetur pœnam prædictam,argum.l.cen
32 tum Capuæ. ff. de eo quod certo loco.†ubi officium iudi-
cis exercetur etiam in acceſſorio propter principale. Facit
l.4. ff. depoſiti. quam etiam allegat Andr. Barb. in c.cum
olim Abb. in 4. char.de offic.deleg. Faciunt etiam alia iu-
ra,quæ allegat hic And.ad hoc quod fit in principali, fit in
acceſſorio, ſic econtra extinguitur acceſſorium, extincto
principali, ut in l.a.ff.de pecu. legat. Et pro hoc facit ultra
eum,quia principale regulat acceſſorium, & non econtra.
ita inquit Bal.in l. ſi plures.pe colum. C de conditio.inſer.
Acceſſoria enim ueniunt in condemnatione,ſine petitione
ut not.in l.fundi.ff. de excep. & uoluit Inno.in cap.quere-
lam. de elect.in 5.colum.in uerſic.penſionis.& in d.c.cum
olim.Abb.in verſi.mentio.de offi.deleg.Nec mirum,ſi ac-
cuſatio cõtumacię operatur ſibi & fiſco,quia unum factũ
poteſt operari diuerſos effectus,ſecundùm Andr hic per l.
conſilio.§.fi.ff.de cura.furioſi.& ff.de ſolutio.l in numera-
tionibus.§.fin.l.qui hominem.§.ult.& ff.de inoff.teſtamen.
33 l.Papin. §. ſed nec impuberis. † Quartò quærit de pulchra
quæſt.pone, quòd teſtes ſunt citati ad certum diem,com-
paret pars,& inſtat,& accuſat cõtumaciam,& procedit in
cauſa, procu. fiſci non petit pœnam tunc, utrum poterit
petere pœnam contra contumacem poſtea ex interuallo,
& an hæc quæſtio procedat etiam quando principalis cita
tus certa die non cõparet,& accuſatur contumacia,& pro-
ceditur in cauſa,utrum procur.fiſci poſſit ex interuallo pe
tere pœnam contumaciæ?Et concludit, quòd ſic.per mul
ta uerba.Item,quia grauior eſt contumacia perſeuerata,ut
in l.3.§.illud.ff.quod ui aut clam, & continuando per dies
in contumacia, demonſtrat animum ſuum, qui à princi-
pio fuit in nolle eſſe contumacem, & ſic in delicto, ut in-
quit Bal.in l.quicunque. in pen.col C.de ſerui.ſug per l ſi
34 adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni, ff. de adult.† Et
ille qui perſeuerat in delicto,auget delictum, ut in d.l Pa-
pinian.§.meminiſſe.bonus eſt tex.in l.1 C.de ſuperexactio
nibus.libro 10.cap.fi.de conſuetu. & dicit gl.50.diſt.capi.
ſi quis monacus. quòd tanto tempore debet quis eſſe in pę
na,quanto fuit in peccato.3.queſt.2.cap.1.& ſubdit,quod
hoc

hoc eſt in arbitrio iudicis. Item ſufficit contumaciã ſemel
fuiſſe contractam etiam quòd poſtea velit purgare. Bene
faciunt no. in l. inter caſtellanũ. ff. de arb. & in l. ſicut. §. ſu-
peruacuum ff. quib. mo. pig. vel hypo. ſoluitur. Sic etiam
ſufficit ſemel moram fuiſſe commiſſam. l. Titia. §. vſuras.
ff de leg. 2. & de vſuris l. cum pater. Accedant omnia illa
ſimilia, quæ allegat Fely. in c. 2. de tregua & pace. & ea quæ
dixi in c. 1. circa fi. de controue. feudi apud partes termi. &
in capitu. ſi quis per 30. ſi de ſeudo fuerit controuer. inter
35 do. & ag. & ſuprà in conſtitut. defenſas. † Vndecimò no. ex.
text. ibi, venire detrectent. quòd ſi teſtes citati, vt certa die
compareant ad iurandum, & ferendum teſtimonium ve-
ritatis, ſi non comparent, & ſic venire detrectent, puniun-
tur in tertia parte bonorum ſuorum. Niſi pœna ſit maior
in citatione expreſſa, tunc in illa pœna condemnabitur, &
ad damni æſtimationem parti. Quærit hic And. quid ſi te
ſtes citati in termino venerint in curia, & illicentiati receſ-
ſerunt, vtrum incidant in dictam pœnam? Videtur, quòd
non, quia iſta conſt. loquitur de teſtibus, qui non venerunt
ſed iſti venerunt, licet receſſerint. Item, quia qui citatus ve
nit, & ſine licentia receſſit, minus peccat quàm qui non ve-
nit. Sed in contrarium eſt veritas, quia non ſufficit veniſſe,
niſi ſteterit, vt in l. ſi quis decurio. C. de decurio. lib. 10. ſe-
cundum And. hic. Idem Inn. In c. conſuluit. in verſic. expe-
ctare. de offic. deleg. & Bartol. in l. conſentaneum. C. quo-
modo, & quando iudex. Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus. 4. co-
lum. ff. de dam. infect. & in l. qui ante calendas. in 1. col. ff.
de verb. oblig. & hoc dicit And. quod verius eſt. Et pro hoc
36 facit, quia maior eſt † cõtumacia præſentis, quàm abſentis,
vt in l. ceſſante. C. quomodo & quando iudex & Bald. in l.
1. 2. col. eod. tit. Item quærit hic idem And. extra materiã
huius conſtitutionis, quid ſi citatur principalis ad publicã
dum teſtes, & non comparet, vtrum condemnatur ad ter-
tiam partem bonorum mobilium? Et dicit quòd non, quia
ſi eſt contumax, fit ille actus, ad quem fuit citatus, per l. fi.
in fin. ff. quod vi aut clam. & ita ſeruatur. Rurſus quærit, ſi
iudex facit præceptum debitori confeſſo debitum, iuxta l.
ſi debitori. ff. de iud. an poterit in præcepto apponere pœ-
nam, quòd ſi non ſoluerit intra terminum ſtatutum, inci-
dat in pęnam, & concludit, quòd totum hoc remittitur iu
dicis arbitrio, ſecundùm qualitatem perſonarum. Deinde
quærit, quid ſi citatus non comparet in termino, ſed com
paret, antequam ſit ad pœnam contumacię condemnatus,
vtrum non obſtante ſua comparitione condemnabitur ad
pœnam? & dicit quòd non, argum. l. mancipiorum. ff. de
opt. leg. & l. ſi pecuniæ. ff. vt in poſſeſ. legat. & ita eſt in viri-
37 di obſeruantia, ideo me non extendo ſuper hoc. † Deinde
ſubnectit aliam quæſtionem intra quantum tempus cita-
tus non veniens, & accuſata eius contumacia, poterit con-
demnari ad pœnam contumaciæ? Recitat opiniones, vt eũ
videre poteris. Finaliter reſidet, quòd ſi intentetur condi-
ctio ex hac conſtit. quæ competit, vt dicit Roff. Bene. in li
bellis ſuis, in ti. ff ſi quis ius di. non obtemp. durabit 30. an-
nis, quia tanto tempore durat condictio ex lege, vt C. de
cond. ex lege. l. 1. aliàs poterit intra tempus inſtantiæ, ideſt
quantum durat inſtantia iudicij, condemnari. Vltimò quę
rit, an pœnalis ſtipulatio in iudicio ſiſti committatur con
tra, reum, licèt actor in iudicio in dato termino non com
paruerit, nec reus venerit ad iudicium? Et dicit, quòd ſic,
per gloſſ fin. in l. fin. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, vide ad
hoc deciſionem meam 334. Duodecimò not. ex text. ibi, in
criminalibus autem, quod in cauſis criminalibus, in qui-
bus pœna eſt mortis, vel mutilationis membri, liberum
corpus non recipit æſtimationem, ſumptum eſt hoc à lege
fina. ff. de his qui deie. vel effu. de. & ibi ſunt concordantiæ,
Sed bene fit æſtimatio operarum, quibus cariturus eſt, ex
quo factus eſt inutilis. Item mercedis medicorum, & alia,
38 quæ facta ſunt in curatione, vt dicit ibi tex. † Et ideo dice-
bam pridie, quod ſi homo, qui percuſſit quendam, qui nul
lam habebat artem, admiſſus ſit ad compoſitionem virtu-
te capituli Regis Roberti, quod incipit, ad peruerſorum.
char. 51. non tenetur ſoluere æſtimationem operarum, ſe-
cus ſi haberet artem. Et ex hoc infert hic gloſ. in verſic. non
poteſt, quod in cauſis criminalibus, in quibus imponitur
pœna bonorum, vel pecuniæ, ſi iudex fuit in dolo, vel in
negligentia in teſtibus examinandis, vel ipſe teſtis, tenetur
parti læſæ ad reſarciendum damna & intereſſe, & etiam
poteſt condemnari ad tertiam partem bonorum mobi-
lium, ſicut in cauſa ciuili, vt latius hic, per d. gloſſ. Decimo
tertio no. ex text. ibi, pœna tertiæ partis, quòd ſi teſtes cita
ti in cauſa criminali non curant venire ad deponendum
teſtimonium veritatis, iudex condemnabit ipſos teſtes ad
pœnam tertiæ partis bonorum mobilium, & ad reficien-
dum parti læſæ expenſas litis probandas ſuo iuramento ta
xandas per iudicem. Nec per hoc corrigitur ius commu-
ne, quod vult, quòd teſtes debeant compelli dicere teſtimo
nium veritatis, etiam capitis pignoribus, vt ff. de tabul. ex-
hib. l. 3. §. exigere, & etiam de iure canonico per iudicem ec-
cleſiaſticum per ſententiam excommunicationis, vt patet
39 in toto tit. extrà de teſti. cogen. † & ſi teſtes ſunt mulctati,
& volunt deponere, & pars fecit, quicquid potuit, & non
poteſt habere probationes, quia teſtes nolunt deponere, nõ
propterea per hoc impeditur iuſtitia, ideſt, quia per hoc
non impeditur iudex, quin poſſit ad diffinitiuam procede
re, quia deficit probatio, & non ius, vt firmat hic Andr. ve
rùm ſi venerint teſtes citati poſt terminũ, recipiantur non
obſtãte lapſu termini ante publicationem in cauſa. Et hoc
nonum induxit iſta conſti. vt iudex in cauſa criminali co-
gat teſtes venire poſt terminum, ſemel citando eos poſt ter
minum lapſum, vt ſi veniant recipiantur, non obſtante lap
ſu primi termini, vt dicit gloſſ. fin. hic ad inſtantiam accu-
ſatoris. And. hic dicit etiam ad inſtantiam rei ad ſui defen
ſam. Et ſi non venerint, iudex non expectabit vlterius te-
ſtes. nam aliàs non eſſet finis litium, & ne accuſatus mali-
tioſè procuret, quòd non veniant teſtes, & hoc eſt, quod di
cit tex. ibi, dum dicit, nihilominus, non obſtante lapſu ter-
mini, ſcilicet primi dati ad probandum, ſecundùm Andr.
40 hic in fi. † Decimoquartò, no. ex tex. ibi, ſi teſtes, aut coactо
res eorum non ſoluendo. quòd in cauſa ciuili ſi ex defectu
teſtium, vel commiſſarij ad compellendum, & examinan-
dum teſtes pars patitur intereſſe, vel damnum, ſi teſtes, uel
commiſſarius propter paupertatem non poteſt reſarcire
damnum parti læſę, tunc reſtituitur pars ipſa per uiam re
ſtitutionis ad probationes omiſſas ex cauſa teſtium, qui no
luerunt ſe examinari, vel ex cauſa commiſſarij, qui fuit in
dolo, vel negligentia in non examinando. Sic etiam mulie-
ribus in iudicio ſubuenitur per viam reſtitutionis in inte-
grum in probatione omiſſa ex defectu procuratoris, ſi pro-
cur. non ſit ſoluendo, vt dicit tex. infrà in conſti. obſcurita
tem legis, ergo ſi eſt ſoluendo, non fiet reſtitutio ſic etiam
dicit glo. in l. eum qui. ff. de mino. per tex. in l. cum manda-
to. §. ſi autem. ff. eodem titu. Et ideo dicebat Angel. in au-
41 then. de hære. & fal. §. illud quoque. † quòd ſi curator mi-
noris intra terminum ſtatutum à iudice, uel à lege non op
poſuit exceptionem dilatoriam, uel declinatoriam, nun-
quam reſtituitur minor aduerſus lapſum illius temporis,
niſi in ſubſidium, ideſt, cum primò actum eſt cum curato-
re, & curatore exiſtente non ſoluendo, & dicit, quòd ita
debet intelligi lex minor 25. annis omiſſa. ff. de minorib. &
uide ad hoc Barto. & Alexand. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de ope.
nun. & Innocen. in c. auditis. de teſt. & in cap. auditis. de re
ſti. in integ. & per ſcriben. in l. cum minori. C. ſi aduerſus
rem iudica. In gloſſa prima, bene hæc gloſſ. declarat tex. In
gloſſ. in verſic. quo iure, nota iſtam glo. quòd ad repulſam
nunquam committitur audientia teſtium. In gloſſ. in uer.
à partibus, de hoc dic ut dixi ſupra in quinto not. In gloſſ.
in uerſic. coactionis. Quærit gloſſ. an ſenes cogantur ferre
teſtimonium? Dic ut dixi ſuprà in quarto not. In gloſſ. in
uerſicu. intra prædictum terminum, not. iſtam gloſſ. quæ
42 uult † quòd ſi terminus ad probandum labatur, & teſtes
non fuerunt examinati, quia iudex non potuit teſtes exa-
minare, quòd tunc nullum præiudicium fit partibus, quia,
cum per me non ſtat, mihi imputari non debet, & alleg. bo-
na iura. Dic ut in eis, & in gloſſ. in uerſic. ex iuſta cauſa, in
prin.

prin.In gloſſ.in uerſi.hoc allegat, not.iſtam gloſſ.quòd pa-
ria ſunt allegare impedimentum in iudicio coram iudice,
& ſi non poteſt habere præſentiam iudicis, alleget coram
honeſtis uiris,ut in legibus in ea allegatis. idem de eo, qui
non poteſt appellare coram iudice à quo, uel ad quem,ut
poſſit appellare coram honeſtis uiris,unde ad hoc ultra gl.
hic ea quæ ſcribit Philip. in c.ſi. extrà de app & in Specu.
de appel.§.ante omnia.uer.illud. In gl.in uerſi.parti alteri.
43 duo notabilia colligit glo. & hoc tex.† Primum,quòd pars,
quę allegat in iudicio impedimentum ſuperueniſſe in ter-
mino probatorio, ad hoc ut hęc allegatio operetur ſuũ ef-
fectum, debet ſimiliter intra terminum prędictum intima
ri parti,aliàs nihil operatur allegatio impedimenti. Sic etiã
dicimus in exceptione non numeratę pecuniæ aduerſus
mutuum confeſſatum oppoſita intra biennium, quòd ſi
non ſit alteri parti notificata, nõ operatur effectum ſuum,
ut dicit text.in l.in contractibus.§.in omni.C.de non numi.
pecu. Sic etiã dilatio data à iudice debet parti intimari, &
a die notificationis ei currit, ſecundùm gl.hic.Idem Barto.
in l.Labeo. ff. de iureiur. & Bald. in l.2.C.ubi in rem act.
Sic etiam ſententia lata contra abſentem debet notificari,
ut inducatur eius ſcientia, ſecundum Bald.in l.1.in fi.C.de
44 temp.appel. † Secundum notabile gloſſ.eſt, quòd termino
prorogato propter impedimentum iudicis,uel teſtium al-
tera pars poterit ſimiliter uti termino prorogato. Idem di-
cit Bar.in dilatione conceſſa uni parti, ut uideatur conceſ-
ſa alteri, in l.in ſacris. in fin. C.de proxim.ſacr ſcrinii.lib.
12.no.in l.petendę.C.de temp.in integ. reſt. Ad idem gloſ.
in rub. C.de diuer. & temp.pręſcrip,& Bart.in l.ſi arroga-
tor.ff.de adopt. & in l. ſi poſt. §.hi quoque.ff. de bon.poſſ.
contra tab.Lanfranc.in cap.quoniam contra .in uer.dila-
tiones.de probat. In gloſſ. magna in uerbo, ex iuſta cauſa,
ibi, idem ſi alia iuſta cauſa impedimenti.Signa iſtam gloſſ.
ad hoc,quòd non ſolùm fit prorogatio termini propter im
pedimẽtum iudicis,uel teſtium allegatum intra terminum
in iudicio, ſed etiam ſi aliud iuſtum impedimentum ſuper
uenerit, dummodo allegetur intra terminum datum ad
probandum,& dixi ſup.in ſeptimo not.uerſicu.iuxta prę-
45 dicta. † In eadem ibi, nam pluſquam ſemel,not.quòd tan-
tùm ſemel datur dilatio ad probandum ſecundùm locorũ
diſtantiam, & ipſorum qualitatem, dummodo non exce-
dat terminum poſitum in l.1.C. de dilat.licèt ex cauſis iu-
ſtis poſſit prorogari.Nam omnis dilatio probatoria eſt pe-
remptoria,etiam quòd non dicatur,ut not.in l.1. C.de di-
latio.cum multis ſimi.In eadem ibi, ſed quæro &c glo.be-
ne examinauit iſtam quæſtionem,cui adde ea,quæ dixi ſu
prà in ſeptimo not.In eadem ibi, porrò tanta poteſtas da-
tur iudici, nota iſtam gloſſ. quòd poteſt iudex in præiudi-
cium alterius partis parcere contumaci,quòd intellige cau
ſa ſuadente,& ſic pœnam banni remittere, ut in l.illicitas.
46 §.prętes prouincię. ff. de offic.prę ſi. & ibi not. † In gloſſ.in
uerſi.prorogatio.Not.iſtam glo. quòd prorogatio termini
non eſt nouus terminus,nec ſecunda dilatio,ſed eſt ueteris
termini prorogatio, ut in iuribus in gloſſ.allegatis.In gloſ.
in uerſi. in omne damnum,ibi,fecit enim litem ſuam.No.
iſtam gloſſ.quòd commiſſarius,cui commiſſa eſt compul-
ſio, & examinatio teſtium,ſi dolum,uel negligentiam com
miſit in ſuo officio ſibi commiſſo, quòd facit litem ſuam,
ut in iuribus in gloſſ.allegatis.In eadem ibi,& omnis dam-
ni. Nota iſtam gloſſ. quòd appellatione damni ueniunt
etiam expenſæ litis, & declarat hic, quę ſunt illę expenſę
litis, quę ueniunt appellatione damni. Cui adde,quòd ue-
niunt etiam expenſę ratione contumacię,ut declarat Bart.
in l.1.§.fina.ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & in l.1.ff.de
alie.iud.mu cau.fac.not.in capit. in noſtra. ext.de iniur.&
dam.dato.& Bal.in l.terminato. C. de fruc. & lit.expenſis.
Expenſę autem ratione uictorię non ueniunt, ſecundùm
47 eos in dictis locis. Deinde quęrit gloſſ.† quid ſi pars non
ſit proteſtata contra commiſſarium ad compellendum, &
examinandum teſtes, quando uidet, quòd commiſſarius
commiſſit culpam in negligendo, utrum commiſſarius pu-
niatur de ſua culpa,uel poſſit ſe excuſare,quòd intra termi

num pars non ſuit proteſtata. Et concludit gloſ. per bonas
leges, quòd non, ſed licet ſibi ad euitandum pœnam ſe ex-
cuſare, quod pars non ſuit proteſtata intra terminum, vide
eam. Sed aduerte, quia Felyn.in cap. ſi autem.in 2.colum.
verſicu.negligentia probatur . de reſcrip. firmat per bonas
authoritates, quod ſtatutum loquens de negligentia, non
præfigendo tempus, nunquam habet locum, niſi præcedat
monitio, ſeu interpellatio, & pro hoc etiam allegat Innoc.
in cap. extirpendæ.§.qui verò.de præbend. In gloſſ.in ver-
ſicu.æſtimationem, tota iſta gloſſ. eſt declaratiua literæ. In
gl.in verſic. non poteſt,in prin. dic vt dixi ſuprà in 12.not.
In eadem ibi, non propterea.not.iſtam glo.quę dicit,quòd
tribus modis dicitur cauſa capitalis, ſed de hoc eſt text.in
l.2.ff.de pub.iud. In gloſſ. in verbo, non poteſt, dic,vt dixi
ſuprà in ſeptimo not. In gloſſ.fin.hæc gloſſ. ponderat diffe-
rentiam,quam facit iſta conſt.Inter cauſam ciuilem,& cri
48 minalem, † nam in cauſa ciuili vult. quòd prorogatio dila-
tionis tunc demum fieri poteſt ex impedimento teſtium,
vel iudicis, quando impedimentum fuit allegatum intra
terminum datum ad probandum, ſed in cauſa criminali
poſt terminum datum ad probandum datur alia dilatio ad
probandum,quando in primo termino fecit omnem ſuam
diligentiam in probando, & non potuit probare, quia ſte
tit per teſtes, vel iudices,licèt nõ allegauerit impedimẽ-
tum in primo termino, & dicit quòd non eſt mirandũ de
dicta differentia, quia de iure communi ſunt aliæ differen
tiæ inter iudicium ciuile, & iudicium criminale, de qui-
bus hic per gloſſ. Cui adde, quod in criminalibus, non po-
teſt renunciari exceptioni iam competenti, ſed in cauſa ci-
uili ſic.gloſſ.eſt ſingularis in l.pactum inter hæredem.ff.de
pac. Barto.in l.cuſtodias.in fin. ff.de publ.iud. Alexand.in
l.ſed & ſi quis §.quæſitum.ff.ſi quis cau. Item in cauſa cri-
minali non habet locum iuramentum ſuppletorium, ſicut
in cauſa ciuili, vt dicunt Barto.& Alexand. in l.admonen-
di.in 30. colum.ff.de iureiur. Bar.in l.maritus.ff.de quæſt.
49 † Item in criminalibus procedit libellus ſine concluſione,
vt dicunt Cyn.Bald. & Salyc. in l.in cauſis . de accuſ. cum
concor.alleg.per Alex.in l.1.in princ.in tertia colum.ff.de
eden.Secus in ciuili, vt not.in d.l.1. in princip.cum ſim.
Item in criminalibus capitalibus requirũtur probationes
luce meridiana clariores,& liquidiſſimæ, quòd non eſt ſic
in cauſa ciuili. l. ſciant. C. de probat.l. qui ſententiam. C.
de pœ. not. in cap. afferte.de præſump. Item in cauſa cri-
minali capitali pro reo nõ poteſt interuenire procurator,
ſicut poteſt in cauſa ciuili, vt not.in l.pen.§. ad crimen. ff.
de publ.iudi. & in l. ſeruum quoque.§.publicè. ff. de pro-
cu. Item de iure communi in cauſa criminali etiam poſt
publicatas atteſtationes poſſunt ꝓduci teſtes, vt dicit Bar-
tol.in l.diui fratres. ff. de pœn.& Ioan.And. in capitu. fra-
ternitatis.de teſt.& Alex.in 2.volum.conſil. 148.incip.ex-
50 cellentiſſime domine vicarie, circa fi. † Item in cauſa crimi
nali dolus cum dolo, culpa cum culpa non compenſatur,
ſicut in cauſa ciuili. l. 2.§. ſi publico.ff. de adult.not. gloſſ.
in l.viro atque vxore ff. ſolu.matrim. Fely.ibi in ca.dilecti.
6.colum.de exceptio. Item in cauſa criminali teſtes depo-
nentes pro reo par verbum credit, probat pro reo, ſecun-
dùm Barto.in conſil.ſuo,quod incipit, Brancatius, quem
refert & ſequitur Alexan.in 2.volum.conſi. 79. incip.viſa
inquiſitione. in fi.& Iaſ.in l.non ſolùm.§. ſciendum. ff. de
oper.no.nun. Item in cauſa criminali inſtantia durat bien
nio, in cauſa ciuili durat triennio.l. properandum.C.de iu
51 di.& C.vt in.cer. temp. crim.ac.termi.l. 1. † Item cauſa cri-
minalis dicitur maior,& cauſa ciuilis dicitur minor, vt ſu-
prà in conſtit.ſi ciuiliter agens.& in authen.vt omnes obe.
iud. prouin. §. ſi igitur fuerint. Item in criminalibus reus
non poteſt renuntiare ſuis defenſionibus, ſecundum glo.
in l.pactum inter hæredem.ff. de pact. de cuius intellectu
vide per Paul.de Caſt.ibi, & Fely.in cap.ſi diligenti. verſi.
ſecundum corelarium &c de for.comp. ſecus in ciuilibus,
vt in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact. Sunt multæ aliæ
differẽtiæ,quas omitto breuitatis cauſa, has differentias di
xiſſe volui, vt menti retineatur hæc gloſſ.

De legibus parilibus ſublatis. Rub. XXX.

DICTVM eſt ſuprà prox. quòd tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus dandus eſt terminus ad probandum, ſcilicet per teſtes, vel inſtrumenta, verùm quia vulgus obſeruabat probare per aliud genus probationis, nam ille, qui conueniebatur, dicebat, ego innocens ſum, & ad probãdum meam innocentiam volo accipere cum manibus ferrum calidum, & in nullo me lædet, & ſi læſerit, ego ſum nocens, vtrum hæc probatio ſit admittenda per iudices, non fuit dictum, ideo ſtatim de hac probatione ſubnectit, quæ vocatur à ſimplicibus probatio parilis, ideſt apparibilis, quæ probatio hodie eſt ſublata, non ſolùm per iſtam conſti. ſed etiam per ius canonicum, vt patet in ca. dilecti filij. extrà de purga. vulga & in cap. ex tuarum. de purga. cano. & 2. q. 5. ca. conſuluiſti.

SVMMARIVM.

1 *Imperator qualiter veram legum ſapientiam habere dicatur.*
Princeps rarò iuriſta inuenitur.
Iudices per probationes reprobatas iudicare non debent.
2 *Probatio per tactum ferri ignati, aquæ bullientis, & ſimilium eſt falſa, diabolica & meritò reprobata.*
3 *Iudices ſecundùm probationes communes iudicare debent.*
Probationum communium decem ſunt ſpecies.
4 *Stultus meritò cenſendus eſt, qui contra curſum naturæ Deum vult tentare.*

LEGES QVAE. Hęc conſtitutio continet ius commune, & hoc intendit. Caueant iudices, ne admittant reos ad purgandum ſe cum ferro igneo, vel aqua calida. Hoc dicit vel ſic rectius, iudices non debent admittere probationem oblatã, quæ apud ſimplices vulgares vocatur probatio parilis, ideſt apparibilis, ſecundùm And. hic, aliàs peregrina .i. extranea & reprobata, per quam tentatur Deus cõtra naturam. Nã naturale eſt, quòd ferrum igni tum eſt lędens carnem, ſi dicatur ab inculpato, ego ſum innocẽs, volo accipere ferrum ignitum, vel ſtare in aqua bulliente, vel ſubmergi in aqua frigida tribus vicibus, & non me lædet, & ſi me lędit, ſum nocens, quia ſcriptum eſt in lege, Non tentabis Deum tuum. 22. q. 2. c. quæritur, Deutero. c. 6. Et ideo talis probatio reprobatur, & damnatur, per iſtam conſtit. & per c. fi. de purga. cano. & inuenta fuit dicta probatio fabricante diabolo, vt in 2. q. 5. c. mennam. & ideo eſt fallax, & ſine veritate, quia opera diaboli non ſunt cum veritate. probationes ergo debent fieri ſecundùm ꝗ iura communia, & ſanctæ conſtitutiones ordinat. ſ. per teſtes, aut inſtrumenta,
1 aut legitimas probationes. †No. 1. ex text. ibi, veram legum ſapientiã. quod Imperator dicitur habere verã legũ ſapientiam, hoc eſt propter legum peritos, quos ſecum habet, vt in l. omnium. C. de teſta. vt dicit And. in c. 1. in pen. col qui ſucc. teneantur. alibi dicitur plenus philoſophiæ, vt in l. pe. C. de his qui. vt indi. & ad Syllan quia raro princeps iuriſta inuenitur, ſecundùm And. in loco proxi. allegato. Secùdò not. ex text. ibi, omnibus regni noſtri iudicibus. quòd præceptum magnum factum eſt iudicibus, quod non iudicent per probationes reprobatas, & ſi iudicant per ipſas probationes reprobatas, ſententia eſt ipſo iure nulla, vt in d. c. ex tuarum. de purg. can. & in ca. fi. de purg. vulg. & dicitur purgatio iſta vulgaris & reprobata, quia vulgus eam inuenit, & ideo reprobata eſt, & de hac probatione reprobata & de duello dixi in c. 1. §. ſi quis hominem. de pa. te.
2 †Tertiò not. ex text. ibi, quę abſconſę à veritate, ꝙ iſta probatio ferri igniti, uel aquæ bullientis, vel ſubmerſionis in aqua frigida eſt probatio falſa & diabolica, & ideo reprobatur, vt hic. & bene de hoc per B. Thomam de Aquino, 2. 2. q. 95. arti. 8. & ſic patet, quòd iudex nullas probationes admittere debet contra leges diuinas, vel humanas, vt dicit B. Thomas 2. 2. q 67. ar. 2. & vide, quæ dixi in §. ſi quis hominem vbi retuli ſentẽtiam fuiſſe declaratam nullam pro eo, quia lata in fauorem eius, qui vicit in duello de certis bonis
3 ſtabilibus. †Quartò not. ex tex. ibi, communibus probationibus, quod iudices debent iudicare vigore probationum communium & quæ ſunt probationum ſpecies à communi iure approbatæ, dicit Bal. in rub. C. de proba. in pen. col. quòd ſunt decem videlicet per inſtrumenta, per teſtes, per confeſſionem, per iuſiurãdum, per rem iudicatam, per oculum, & rei euidentiam, quæ indicat notorium facti permanentis, per vehementem opinionem, per rationem naturalem, per rationem coniecturalem, & per coniecturam hominis, vt ibi latius per eum. Quintò not. ex text. ibi, ridendum. not. optimum tex pro iudicibus, qui interdum derident aduocatos, qui allegant contra veras, & communes opiniones approbatas, ſicut facit hic Imperator, qui dederit probationes iſtas pariles, ſeu peregrinas, ſeu vulgares, reprobatas, vt ſuprà dictum eſt, & pro hoc bene facit text. in l. fi. ibi, eorum vanam ſubtilitatem tam riſimus, quàm corrigendam eſſe cenſemus, & in §. ſi quis in aliena. inſt. de re. diui. ibi, ridiculum eſt dicere, quòd pictura cedat tabulæ
4 & c. †Sextò no. ex tex. ibi, ſtultus, quòd ſtultus dicitur, qui vult tentare Deum contra curſum naturæ. Inde dicit S. Auguſtinus in ſermone plurium martyrum, quòd virtutes & miracula facere non omnibus datum eſt. & poſtea ſubdit, quòd Chriſtus non dixit, diſcite à me mortuos ſuſcitare, & ſuper aquas ſiccis pedibus ambulare & c. nam & miraculum poteſt interdum fieri per malum hominem, vt dicit gl. & Innoc. in cap. fi. de reliq. & vene. ſanctorum. & in c. 1. eod. titu. lib. 6. & Fran. de Are. in c. venerabili. de teſti. & de materia miraculorum quæ requiruntur, vt ſit miraculum, vide gloſſ. in cap. religioſi. de reliq. & ven. ſanctorum. & B. Thom. in prima parte ſummæ, q. 105. art. 7. & vide quoddam notabile conſilium impreſſum in fine conſiliorum Oldr. in 8. char. & Archi. 26. quæſt 5. ca. nec mirum. & Auguſtinum de Ancona, in lib. de poteſtate eccleſiaſtica, quęſt. 77. & in ſecunda quęſt. & ſequenti. Gloſſas hic politas non oportet reaſſumere, quia omnia quæ dicunt, ſunt recitata.

De pugnis ſublatis. Rub. XXXI.

CONTINVATIO patet ex ſeipſa. dictum eſt ſuprà de probationibus, quibus vtebantur ſimplices homines vulgares, quæ ſunt reprobatæ, erat videndum de alia ſpecie probationis, quæ inter homines exercebatur, videlicet per oblationem duelli, quæ ſimiliter eſt reprobata, etiam in cauſis magnis comitum, aut baronum, aut militum, vt in cauſa capitali, vel maioris partis bonorum, vel de vno caſtro, ſed in eis debet fieri probatio contra eos per teſtes certi numeri, certæ qualitatis, de quibus non erat dictum, ideo ſequitur hæc rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Duellum regulariter prohibitum, paucis caſibus eſt permiſſum.*
2 *Duellum offerre in vim probationis hodie eſt omnibus prohibitum.*
Probatio legitima per teſtes fit & inſtrumenta.
Ius diuinum in aliquibus limitari poteſt per ius poſitiuum.
Princeps ſecularis ius diuinum limitare poteſt.
Angarius vel perangarius alicuius non poteſt eſſe teſtis contra comitem, baronem vel militem.
3 *Angarius quis dicatur, & quis perangarius.*
4 *Angaria vel perangaria in hominibus regni abſque regio aſſenſu non poteſt conſtitui.*

Seruitia

Seruitia indebita per dominos a vaſallis præſumuntur exacta.

5 *Villicus, vel villanus contra comitem, baronem, vel militem non poteſt eſſe teſtis.*

Villicus quis dicatur, & quis villanus.

6 *Villanus an ſit cenſendus, qui in ciuitate natus, & pro maiori parte moratus, opera facit ruſtica.*

Ruſticus quis ſit, & vnde dicatur.

7 *Ruſticus ſugax peritiam animi habens, non eſt pro ruſtico habendus.*

Teſtis contra comitem, baronem, vel militem eſſe non poteſt perſona vilis.

8 *Spurius dicitur perſona vilis, & infamia facti infamis.*

Viles perſonæ in quibus cauſis poſſint teſtes eſſe.

9 *Comites, barones, et milites hoc potiuntur priuilegio, vt in certis cauſis contra eos non poſſint certæ perſonę teſtimonium ferre.*

10 *Doctores, qui annos viginti legerunt, an gaudeant priuilegio comitum, quòd contra eos non teſtificentur perſonæ viles.*

11 *Vxor comitis an patiatur priuilegio comiti conceſſo, quòd cõtra eam non admittantur viles perſonæ.*

12 *Filiaſfamilias per nuptias ſui iuris effecta, an marito mortuo reuertatur in poteſtatem patris.*

13 *Comes, baro, vel miles actor, an hoc gaudeat priuilegio, quòd contra ipſum non recipiantur perſonæ viles.*

14 *Officium iudicis inquirentis quando ſuccedat loco accuſatoris.*

15 *Priuilegia conceſſa militibus, an dentur nobilibus militari more viuentibus.*

16 *Nobilitas generis vnde proueniat, & quid operetur.*

Filius comitis an gaudeat priuilegio patris viuentis.

17 *Hæres in feudis dignitatum non venit filii appellatione.*

18 *Cauſa ſtatus perſonæ dicitur grauis & magna.*

19 *Procuratorem mittere nemo tenetur in cauſa ardua.*

20 *Homo meus quando quis eſſe poſſit abſque feudo.*

21 *Vaſalli in præiudicium dominorum non poſſunt ſe alteri domino obligare.*

22 *Teſtem nullum producere, vel producere teſtes legitimè repulſos, paris ſunt.*

23 *Teſtis examinatus quandoque indicium facit, qui examinari non debebat.*

24 *Verba ſecundum naturam eius, ſuper quo proferuntur, ſunt intelligenda.*

Teſtis eius debet eſſe qualitatis, cuius eſt is, contra quem teſtificatur.

25 *Teſtes per probationem oblati duelli non poſſunt reprobari.*

Dignitas perſonarum cum numero compenſatur.

26 *Teſtes omnes etiam in aliis inhabiles in crimine læſæ maieſtatis ſunt habiles.*

27 *Accuſatorum & teſtium in crimine læſæ maieſtatis conditio exæquata.*

28 *Milites quis gaudeant priuilegio militari, & qui non.*

29 *Iuſtitia, vel æquitas nulla poteſt oriri ex probatione per duellum.*

30 *Comes de delicto conuictus non habetur pro comite.*

31 *Nobilitas nil prodeſt furi.*

a PROSEQVENTES. Iſta conſtitutio eſt limitatiua iuris a diuini quod vult, quòd in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum ſine diſtinctione perſonarum, hic diſtinguitur qualitas perſonarum, & numerus teſtium priuilegiando comites, barones, & milites in iudicio in magnis cauſis & pro eius declaratione diuido eam in octaua partes principales. In prima ponit bonum propoſitum, quod habet Imperator circa remouendas pugnas, quæ continuò in Republ. exercebantur, exceptis in quibuſdam paucis caſibus, & cauſa remouendi dictas pugnas fuit, quia homines Franci, qui iure Francorum viuebant, litigabant in iudicio plerunque de earum perſona, quia dicebatur, quòd erat homo & vaſallus alterius, interdum de omnibus eorũ bonis, aut maiori parte, & volebant probare de eorum iure per duellum. & hæc eſt prima pars, quæ durat vſque ibi, quid de eis celſitudo noſtra. Hic eſt 2 pars, in qua ſtatuit legem generalem, remouendo probationem, quæ offertur per pugnam, ſiue duellum, etiam illis perſonis, quæ iure Francorum viuebant, ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter, ſiue offeratur duellum principalib. perſonis litigantibus, ſiue teſtibus, & ſic oblata pugna decætero non admittatur, & durat vſque ibi, ſed ſi Francus aliquis à Franco. Hic eſt 3. pars, in qua ſtatuit aliam legem generalem tam inter Francos, quàm Longobardos, tam in cauſa ciuili, quàm in criminali, uidelicet, vt probatio in iudicio debeat fieri per teſtes, vel per inſtrumenta, vel per alios legitimos modos, & per iſtas probationes debet apparere veritas, & non per duellum, & durat vſque ibi, probationes verò. Hic eſt 4 pars, in qua priuilegiantur comites, barones, & milites in hoc, videlicet, quod ſi comes, vel baro, vel miles ſit accuſatus de crimine capitali coram iudice, vel eſt conuentus ſuper conditione ſuæ perſonæ, puta, quia dicitur, eſſe homo agentis, & eius uaſallus, vel eſt conuentus de omnib. bonis ſuis, vel maiori parte bonorum, aut de vno caſtro, contra eos nullus angarius, vel villicus, aut villanus qui in villis, & caſalib. habitat, eſt idoneus teſtis, imò ſi producantur in teſtes contra eos nullam fidem faciunt in iudicio, nec extra, nec etiam coram arbitris, nec in contractib. nec in quaſi contractibus, ſed perinde habetur eorum teſtimonium contra eos, ac ſi nunquam fuiſſent recepti, debent ergo eſſe teſtes contra prædictos, vt probent huiuſmodi qualitates, aut milites, aut burgenſes, bonæ, & honeſtę opinionis, & contra iſtos comites, vel barones, vel milites nulla oblatio probationis per duellum admittatur, & durat uſque ibi, numerum etiam teſtium. Hic eſt 5. pars, in qua datur aliud priuilegium dictis comitib. baronibus, & militibus, circa numerum teſtium: nam licet in ore duorum, uel trium ſtet omne verbum, etiam ſi teſtes ſunt pauperes & bonæ opinionis, tamen dictæ perſonæ per iſtam conſti. ſunt priuilegiatæ, ut contra eos non admittantur, niſi teſtes huiuſmodi qualitatis, & numeri hic taxati, videlicet, vt ſi comes accuſetur de crimine capitali, vel ſit lis de omnib. bonis, vel maiori parte, vel de vno caſtro, duo comites producti in teſtes contra comitem deponentes faciunt plenam fidẽ, & ſi accuſator, vel actor non habet duos comites in teſtes contra comitem, tunc poterit producere in teſtes contra comitem quatuor barones, quib. datur plena fides, & ſi illos non habet, poterit producere octo milites, & ſi illos non habet teſtificantes contra comitem, poterit producere xvj. burgenſes, & minori numero non eſt danda fides, ſi verò cauſa ſit contra baronem de aliquo ex prædictis, contra eos plenam fidem faciunt duo barones producti in teſtes, & ſi illi non habentur, debent produci quatuor milites vice illorum duorum baronum, & ſi illi non habentur, ſunt neceſſarij octo burgenſes. ſi verò cauſa eſt contra militem de aliquo ex prędictis, idem dicendum eſt prout in barone, ita quòd pauciores numero teſtes nullam fidem faciunt. Et contra prędictos, aut plures teſtes nulla probatio per duellum admitti debet, & durat uſque ibi, in omnib. autẽ prædictis. Hic eſt 6. pars, in qua dicitur, quòd in crimine læſę maieſ. admittuntur omnes teſtes, & in hoc crimine comes, vel baro, uel miles non habet dicta priuilegia & durat vſque ibi, militari aũt priuilegio. Hic eſt 7. pars, in qua declaratur, qui ſunt iſti milites, qui gaudent dictis priuilegijs, & dicitur, quòd ſunt illi, qui decẽter viuunt cum equis & armis, & utuntur inſignijs militaribus, quib. barones, & milites condecet decorari, & durat uſque ibi, cõſuetudinẽ. Hic eſt 8. & ulti. pars, in qua recitat quandam conſuetudinem, quæ erat in quibuſdam partib. regni, uidelicet, quòd ille, qui uiuebat iure communi, & non iure Frãcorum, poterat teſtib. deponentib. in iudicio contra eum opponere, quòd falſum depoſuerant; & hoc uolebant probare per duellum, quia hic caſſat, & annullat, & iubet, quòd in deciſionib. cauſarum perueniatur ad diffinitiuam ſententiã iuſtitia mediante, ſecundũ ſacras regni conſti. & iura cõia, & durat uſq; in finem, & propter eius longitudinem aliter non ſummabo hanc conſti.

a ¶Not. 1. ex text. ibi, pręterquam in quibuſdam

b paucis. quòd licet regulariter hodie duellum [b] ſit prohi-
bitum, tamen in aliquib. paucis caſib. eſt permiſſum, vt hic
& in conſti. ſeq. & ſic patet, ꝙ de licentia ſuperioris duellũ
eſt licitum, de quo per Bald. in l. ex hoc iure gentium. ff. de
inſt. & iu. in 8. q. & ibi per Iſſ. in 5. col. q ſunt iſti pauci ca-
ſus, in quibus permiſſum eſt duellum. Vide in conſtit. ſeq.
Alium caſum recitat gl. in conſti. omnes noſtri. in 1. lib. ſub
rub. 20. ſed ille caſus ſimiliter eſt reprobatus, ut ibi dictum
fuit. Secundò no. ex tex. ibi, circa Francos. ꝙ tempore hu-
ius Federici Imperatoris uidetur, ꝙ erant multi Francige-
næ in regno, qui uiuebant iure Francorum, quo iure uide-
tur, ꝙ erat permiſſum duellum in tribus caſibus, uidelicet
quando erat quæſtio de ſtatu perſonæ, aut de omnibus bo
nis, uel pro maiori parte, ꝙ totum hoc eſt ſublatum. Tertiò
2 no. ex text. ibi, prædictum ergo modum. ꝙ † regulariter, &
generaliter hodie tam in cauſis ciuilibus, quàm criminali-
bus omnibus hominibus prohibitum eſt offerre duellum
in uim probationis, ut hic, & in conſt. ſeq. quæ incipit, mo
narchiam. niſi in paucis caſibus ibi expreſſis. & uide quæ
ſuper hoc dixi in c. 1. §. ſi quis hominẽ. de pace te. Quartò
no. ex tex. ibi, & ſimiles. ꝙ probatio legitima eſt per teſtes,
uel inſtrumenta, & per alias legitimas ſimiles probationes
de quibus per Bald. in rub. C. de prob. in pen. col. probatio
ergo per duellũ eſt penitus reprobata, ut dictum eſt. Quin
tò no. ex text. ibi, pinguiores. ꝙ per ius poſitiuum poteſt in
aliquibus caſibus limitari ius diuinum, uolẽs, ꝙ in ore duo-
rum, uel trium ſtet omne verbum, ut in c. in omni. extra de
teſtib. cum ſimil. ut non habeat locum, quando produ-
cuntur teſtes, qui nõ ſunt eiuſdem qualitatis, ſicut eſt per-
ſona principalis, quæ impeditur, ut tunc non ſufficiant
c duo, uel tres teſtes, ſed requiritur pinguior numerus, [c] ideſt
maior numerus, ut hic declarat. Idem uidemus in alijs ca-
ſibus, in quibus non ſufficiunt duo uel tres teſtes, ut in te-
ſtamentis, ut in l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. & in mul
tis alijs caſibus, ubi requiritur maior numerus teſtium, de
quibus in Specu. in tit. de teſta. §. reſtat de numero teſtium
ibi ponuntur multi caſus, in quib. creditur uni teſt. & non
eſt dubium, ꝙ princeps ſecularis poteſt ius diuinum limi-
tare, vt firmant Ant. de Bur. Abb. & Fel. in c. quæ in eccle-
d ſiarum. de conſtit. Sextò no. ex text. [d] ibi, nullus angarius. ꝙ
3 nullus, qui ſit † angarius, uel perangarius alicuius poteſt
eſſe teſtis contra comitem, uel baronem, uel militem, quan
do cauſa eſt capitalis, uel de maiori parte bonorum, uel de
uno caſtro, uel conuenitur de conditione perſonæ, puta,
quia eſt homo alterius, uel dubium eſt, an ſit legitimus, uel
ſpurius, & ſi ſit receptus, & examinatus nullam fidem fa-
cit in iudicio, uel extra, nec etiam coram arbitris. Et anti-
qui aduocati ſecundùm Andr. hic in cauſa repulſæ faciunt
articulum, ꝙ talis teſtis eſt uillanus, angarius ad ſeruitia
perſonalia obligatus, deſignando & articulando illud uile
ſeruitium, quod facit, quod tene menti. Dicitur autem an-
garius ille, qui tenetur alicui præſtare ſeruitia perſonalia
expenſis domini. Perangarius dicitur, qui tenetur præſta-
re ſeruitia perſonalia ſuis expenſis, ut dicit glo. in cap. non
minus. de immun. eccleſ. & not. in l. neminem. C. de ſacro
ſanct. eccle. & in l. 1. C. quemadmodum ad ciui. mune. & c.
lib. 10. & eſt propria rub. C. de curſu publ. & ang. & per an
gar. lib. 12. & in l. fin. in princi. ff. de mun. & hon. & dixi de
iſtis angarijs, & perangarijs in ca. 1. in uerbo, perangariæ.
quæ ſint regalia, & aliquid hic per Andre. & in conſtitu. ſi
4 contingit. Et ſine regis † aſſenſu non conſtituitur angaria,
uel perangaria in hominibus, qui ſunt de regno, quia rex
eſt dominus perſonarum, ut in conſtitu. quia frequenter.
Item quia nullus, qui ſoluit Regi tributum, poteſt com-
pelli ad ſeruitia perſonalia in perpetuum, text. eſt in l. uni-
ca. C. ne opera à collatoribus exigantur. lib. 10. & ideo ba-
rones non poſſunt eorum uaſallos compellere ad præſtan-
dum eis ſeruitia perſonalia, etiã cum ſalario, ut dicit Bald.
in l. fin. in princi. C. de bon. quę lib. alle. pro caſu l. 1. ff. qui
& à quibus. & l. domini prædiorum. C. de agr. & cenſ. Nec
poterit dici eis debita ex longo vſu cum allegatione titu. ut
dicit Archid. 18. q. 2. c. ſeruitium. uide ad hoc Alex. in l. ſi

certis annis. C. de pact. & Lucam in l. litibus. C. de agri. &
cenſi. lib. 11. Hinc eſt, quod dicit Bald. in ca. 1. in verbo, pa
ctiones. de pace Conſtan. quòd indebita ſeruitia præſumũ
tur à dominis exacta à vaſallis per metum, alleg. Io. Andr.
in nouel. in c. 1. de præſcr. lib. 6. Et maximè ſi ſeruitia ſunt
extra territorium domini, vbi nulla eſt iuriſdictio, vt in l.
fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Nec ſtatutum ligat ſubditum ex-
tra territorium. c. ut animarum. de conſti. li. 6. Faciunt no.
per And. in c. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior. quæ ſit prima cau
ſa benefic. ami. vbi Rex non poteſt grauare barones, vt præ
ſtent ſeruitium militare extra rem grauem. Septimò not.
ex tex. ibi, villicus, & quicunq; villanus. ꝙ villicus, vel vil-
5 lanus non † poteſt eſſe teſtis cõtra comitem, baronem, vel
militem in caſibus prædictis. Quis dicitur villicus? Dic, ꝙ
dicitur ille, qui percipit, & conſeruat pro domino fructus
villæ, vt ff. de inſtito. l. ſi cum villico, & voluit Bald. in ca. 1.
de feu. guar. Quis dicitur villanus? Dic, ꝙ dicitur ille, qui
habitat in caſali, & facit opera ruralia, vt arare, fodere, pu-
tare, & alia exercitia pertinẽtia ad agriculturam. vnde non
ſequit, ſtat in rure, ergo eſt villanus, nam & nobiles ſtanţ
in rure, & non faciunt opera ruralia, & ſunt nobiles: opor
tet ergo, ꝙ villanus ſtet in caſali, & faciat opera ruralia, vt
dicatur villanus, vt bene hic Andrę. firmat in 1. col. & fir-
mat hoc Neapodanus noſter in cõſuetudine, quæ incipit,
in cauſis ciuilibus. in ti. de teſtimonio ruſtic. in 1. glo. & in
conſuet. vbi domus. in verbo, ruſtici. & pro hoc eſt bonus
tex. in l. cum quæritur. §. primo. & l. ſeruis vrbanis. ff. de le-
6 ga. 3. † Quid ſi villanus natus ſit in ciuitate pro maiori par
te anni, ſed facit opera ruſtica, vtrum cenſeatur villanus?
Et certè villanus cenſetur, licet natus ſit in ciuitate, & ha-
bitet in ciuitate, quia non ex loco, ſed ex opere iudicatur
villanus, ut in dictis iuribus. & in l. ſi prędium. in glo. C. de
prędi. minorum. & iſti ſunt illi ruſtici, qui non habent iura
congrui contra ciuem Neapolitanum, vt in conſuetudine,
vbi domus. de iure congrui, nec ſunt teſtes contra Neapo.
in cauſa ſeruitutis, vt in d. conſuetud. in cauſis. Quid econ-
tra de eo, qui natus eſt in villa ex patre ruſtico, ſed non fa-
cit opera ruſtica, ſed operatur alia, & pro maiori parte an-
ni ſtat in rure, an iudicetur ruſticus? Neapol. in conſue-
tudine vltima. in verbo, ruſticus. dicit, quòd ruſticus non
tantùm ab opere rurali dicitur, ſed etiam à rure, & ſic a cõ
tinua habitione. & ſentit Bart. in l. conficiuntur. §. codicil-
li. ff. de iure codicill. dum dicit per l. 1. C. vt ruſtic. ad nul-
lum obſeq. euo. libro 10. quòd ruſtici dicuntur habitantes
extra muros ciuitatis, vel caſtri, vbi non eſt copia homi-
num. & idem ſentit Cy. in l. fin. in fi. C. de teſta. vbi dicitur,
quòd aliqui dicunt, quòd ruſtici ſunt agricultores. alij, ꝙ
omnes qui morantur in rure. tu dic, quòd ſecundùm di-
uerſos effectus hæc opinio poſſet procedere, ſed quantùm
ad effectum repellendi teſtem tanquam ruſticum, habe-
mus de neceſſitate intelligere de ruſtico, qui facit opera ru
ralia, & non de eo, qui habitat ruri, & non facit opera ru-
ralia, ſicut eſt nobilis, quia habet fundum & terras in vil-
la, & pro maiori parte anni ſtat in villa, hic non dicitur ru
ſticus, quia non facit opera ruralia, licet habitet ruri. & ſic
intellige hunc text. qui dicit, quòd in villis & caſalibus ha-
bitat, ſubaudi, & facit opera ruralia. An autem habentes
7 animi peritiam † nati & habitantes in villis, ſeu caſalibus,
ſint reputandi pro ruſticis? Baldus in l. athletæ. §. de ruſti-
cis. ff. de excuſatio. tuto. dicit, quòd ruſticus ſagax non ha-
betur pro ruſtico, ſi non facit opera ruralia. Et de multis
ſpeciebus ruſticorum vide Hoſtien. in ſumma de natis ex
libero ventre. §. de agricolis. Octauò nota ex text. ibi, nul-
e lus vilis [e] conditionis. quòd homo vilis conditionis non
poteſt eſſe teſtis contra comitem, baronem, vel militem
in cauſa capitali, vel conditionis perſonæ, vel maioris par-
tis bonorum, aut vnius caſtri, vt hic, quæ autem dicatur
humilis perſona, textus habes in l. humile. §. fina. C. de in-
ceſt. nupt. Innocen. in capitu. ſedes. de reſcript. licet Cy. in
l. Graccus. C. de adulte. dicat, quòd iudicis arbitrio remit-
titur, vt refert ibi Bald. & vide Specula. in titu. de teſte. §. 1.
f verſic. item quòd eſt artifex. in fi. & Alexand. in l. 3. ff. de te-
ſtib.

ſtib.in apoſtilla. Item adde, quòd nuncij curiarum ſunt
viles perſonæ, ſecundùm Bald.in l. ſi vt proponis.C.de exe-
f cut. rei iudic. Item vilis perſona dicitur ſpurius[f], quia eſt
infamis infamia facti, ut dicit Azo in ſum. C. de infam. &
Alexá.dicit expreſſé, quòd eſt turpis & uilis perſona. in 4.
uolum.conſil. 57. incip. in caſu præmiſſo, circa primum
dubium &c. Item dicitur uilis perſona omnis ille, qui com
8 milit† homicidium, uel aliud graue ſcelus, ut dicit Bald.in
authent. ſi dicatur.ult.colum.C.de teſtib.per l. 1. C. ubi ſe
na.uel clariſſ. Item dicit hic Andr.in 1.colum.in fin.uilitas
teſtis multum operatur contra eum, ut in l.quæ adulteriũ.
C.de adulter.& not.in l. 3.ff.de teſt. An in alijs cauſis uiles
perſonæ poſſint eſſe teſtes? Dicit Bartol. quòd ſic, ſed eis
non adhibetur tanta fides, ſicut adhibetur alijs.in l.ex libe-
ro.ff. de quæ. ſubdens, quòd oportet ad hoc, ut per tortu-
ram eis adhibeatur fides, quòd ſint uiles, & ignoti, per tex.
in §.ſi uerò ignoti, in authent. de teſtib. Item quòd uacil-
lent, uel conuincantur de mendacio, & ſponte uadant ad
proferendum teſtimonium. alij tenent, quòd ſine tormen-
tis uiles non admittuntur in teſtes, alleg. Azo.in ſum. de te-
ſtib.& in ſum.authent. eod.tit.uide apoſtill. Alex.in d.l. ex
libero. Nonò no.ex tex.ibi, contra comites. quòd comites,
9 aut† barones, aut milites ſimplices ſunt priuilegiati in hoc
quòd contra eos in cauſa capitali, uel ubi agitur de condi-
tione perſonæ, aut de omnibus bonis, uel maiori parte bo-
norum, uel de uno caſtro, teſtes, qui ſunt angarij alicuius,
uel ſunt uillici, uel uillani inhabitantes in caſalibus, ſub-
audi ut ſuprà, facientes opera ruſtica, & teſtes uiles non
poſſunt ferre teſtimonium contra eos, quando litigatur de
ſuprà dictis: & hoc priuilegium induxit eis hæc conſtitu.
aliud priuilegium eis conceſſum eſt per conſtit. ut uniuer-
ſis.in 1.lib.ſub rub. 45. Iuxta hoc quæro de ſeptem quæſt.
Et primò, iſta conſtit.priuilegiat comites, barones, & mili-
tes, quid de perſonis illuſtribus, ut eſt dux, princeps, mar-
chio, qui ſunt inueſtiti à Rege, an iſta conſtitu.extendatur
ad eos? Videtur quòd non, quia conſtit.iſtæ ſunt ſtricti iu-
ris, & non extenduntur ad ſimilia, & ad conſequentia, ut
dicit hic Andrę. dixiſſe ſapientes regni, nec continet hæc
conſtit.ius commune, ſed priuilegium, ſecundùm Andr.
hic, & priuilegium non extenditur de perſona ad perſonã,
ut not.in clem. 1. de cenſi.etiam ubi eſt eadem ratio, ut in
cap.priuilegium.de reg. iur.lib.6.hoc expreſſè dicit Card.
Flor.in clem. 1. in 6.q. de teſtam. & dicit hoc idem dixiſſe
in ca.antiqua.de priuileg. In contrarium facit, quòd com-
prehendat etiam iſtas illuſtres perſonas, quia dictæ illu-
ſtres perſonæ ſunt barones, & ut barones comprehendit,
eos dicta conſtit. ergo non comprehendit alios illuſtres, &
ſuperilluſtres, qui non ſunt barones. hoc expreſſè firmat
hic Andr.in 2.colum.dum dicit, quòd iſta conſtit. non lo-
quitur de comitibus ſine comitatu. Sed bene comprehen-
ditur rex regni, quia habet regnum in feudum ab eccleſia.
Et pro hoc facit l.princeps. & ea quæ ſcribit ibi Alber. de
Roſ.ff. de legib. unde ſi fiſcus conueniretur de uno caſtro,
haberet priuilegium huius conſtitu. Pro hoc facit authent.
ut non fiant pigno.§.illud. Item quia Rex eſt etiam comes
g prouinciæ. An autem comprehendat Doctores[g], qui lege-
10 runt † per uiginti annos continuos, qui æquiparantur co-
mitibus, ut in l. 1.C.de profeſſio.qui in urb.Conſtan.li. 12.
quæ licet loquatur de doctoribus legentibus Conſtanti-
nopoli, tamen idem de legentibus in ſtudio regali appro-
bato, ut dicit ibi Ioan.de Plat. & firmat Alex.in l. 1.in 9.co-
lum.ff. de offi.eius cui mand.eſt iuriſdic. Ego credo, quòd
ſic, quia aſſimilantur comitibus, & militibus, & ſic gaudẽt
priuilegio comitum, & militum, ut dicit gl.in d.l.1. quam
ad hoc alleg Oldrad. in conſil. 300.in 6.colum. quod inci-
pit, factum tale eſt, magiſtro milite &c. facit l.omnia.C.de
epiſcop.& cler.& firmat Bald. in l. ſiue poſſidetis. in 3.col.
C.de probat.uerſic.ſecundò quæro. Item ſi ſtatutum ęqui
parat nobiles popularibus, nobiles ex perſona popularium
habebunt ea, quę ſunt conceſſa popularibus, ut firmat Ale
xandr.in 3.uolu.conſil. 107.in 4.colum.incip. uiſo thema-
te.& ibi uide ſimilia. Quid autem de iſtis comitibus pala-
tinis, an gaudeant priuilegio huius conſtitutionis, deciſio
huius dubij dependet ex forma priuilegij, ut in ca. accepi-
mus.de priuilegijs. Secundò quæro, uxor alicuius comitis
11 uel† militis accuſatur de crimine capitali, uel de homagio
uel habet litem de maiori parte ſuorum bonorum, utrum
gaudeat hoc priuilegio conceſſo comiti? Cyn.in l. ſi quis.
C.de teſtam.mil.uidetur dicere, quòd ſi maritus habet di-
gnitatem ſuo iure, licet uxor corruſcet radijs uiri, ut in l.
fœminæ. ff. de ſenat.non tranſit tale priuilegium in uxo-
rem. Secus ſi uxor habet dignitatem ſuo iure, ſed in uerita
te Cyn.non loquitur in iſtis terminis, ſed pro hac parte fa-
cit l. adminiſtrantes.§.1. ff. de excuſ. tuto. ubi priuilegium
non tranſit ad collegam, ut ibi not.per Bartol. ſed uxor eſt
pluſquam collega, quia eſt vnum corpus cum viro, ut in c.
debitum. de bigamis, cum ſimili. ideo uidetur dicendum,
quòd hoc priuilegium tranſit etiam in uxorem, quia uxor
ſequitur conditionem uiri, ut dicit Ange.in § quòd uerò.
in auth.quib.mod.natur.effic. ſui. unde ſi uir eſt plebius,
uxor efficitur plebeia, ut dicit ibi Ang.per l.iure.§. fi.ff. ad
municip. immo priuilegium mariti tranſit in uxorem ui-
duam, donec ſtat in viduitate, ſecundùm Bar. in l.quoties.
C.de priuil. ſcolar.lib. 12. facit l.mulieres. C. de digni. eo.
lib. Pridie fuit interrogatus, ſtante conſuetudine ciuitatis
h Neapol.[h] quòd † filiafamilias, cum eſt nupta, efficitur ſui iu
12 ris, utrum mortuo marito reuertatur in poteſtatem pa-
tris, uel remaneant ſui iuris, donec eſt uidua? Dubiũ facie-
bat, ꝙ reuertatur in poteſtatem patris, quędam glo. Neapo
dani in conſuet. ſed & mulier. ſed illa gl. inconſideratè fuit
loquuta, quia uidua dicitur eſſe in matrimonio uiri ſtante
uiduitate, ut dicit Ioan. Andre. in c.is qui. de ſepult. lib. 6.
in nouella, per l.fin. C.de bon. mater. not.in l. 1.§.ex actio.
C.de dc rei uxor.act.& in §.ſoluto.in authent.de nup.& in
l.pen.C.de erogat.mill.anno.in uerbo, retineri.lib. 12.&
Alex. in l. cum quædam puella.ff. de iuriſdict.omni. iudic.
Bald.& ibi text.in l.qui iure.C.de infirman.pœn. cœlib. ſi
ergo uidetur ſtare in matrimonio, ergo remanet ſui iuris,
& tantò magis quia dicit text. in l.qui liberatus.ff. de ado-
pti. ꝙ quis ſemel liberatus eſt à patria poteſtate, non poteſt
reuerti in poteſtatem patris, niſi per ingratitudinem. Nec
obſt.tex.in l.cum in adoptiuis.§ ſi verò pater.C.de adopti.
quem allegabat Neap. quia ibi nunquam filius fuit factus
ſui iuris. fauor enim matrimonij durat non ſolùm eo con-
ſtante, ſed etiam in uiduitate, per iura prædicta. & Bart. in
l.filia.§. uidua.ff. ad mancipa. & Bald. in l. uoluntas. §. de
fideicommiſſo.cum ſimilib. nec mirandum de tanto au-
ctore, quia quandoque bonus dormitat Homerus. Tertiò
13 quæro, quid † ſi comes, baro, vel miles non conuenitur, ſed
ipſe eſt actor, an habeat hoc priuilegium, ut ſi reus excep-
tionem opponat, requiratur idem numerus, & qualitas te-
ſtium. ſicut quando conuenitur, uel accuſatur? Andre.hic
tangit hoc dubium, & arguit ad partes. finaliter concludit
quòd non, quia ſapientis regni tenent, ꝙ iſtæ conſtitutio-
nes ſunt ſtricti iuris, & non producuntur ad ſimilia, & ad
conſecutiua, maximè quia in tribus iſta conſtitutio eſt cõ-
tra ius commune. Primò, quia ius commune uult, ut in
ore duorum, uel trium teſtium ſtet omne uerbum, & iſta
conſtitutio requirit maiorem numerum. Secundò, quia
ius commune uult, ꝙ homini pauperi non ſuſpecto ſtan-
dum eſt, ſicut diuiti. & iſta conſtitutio uult, quòd non cre
datur villano, vel angario. Tertiò, quia ius commune
uult, quòd probatio non ſit anguſtanda, ut in l. Arriani.
C. de hæret. & hic anguſtatur probatio: & ideo debet re-
ſtringi, & non ampliari: & ſi conſtitutio huius legislato-
ris idem voluiſſet, dixiſſet &c. Quartò quærit hic Andre.
quid ſi proceditur ex officio de aliquo crimine contra co-
mitem, vel baronem, uel militem, vel quòd tenet caſtrum
occupatum, & per tres teſtes burgenſes conſtat contra eũ,
vtrum poſſit comes, uel baro, uel miles dicere, ꝙ nihil con-
ſtat contra eum uigore huius conſtitutionis. Et ſimiliter
arguit ad partes, & finaliter concludit, quòd dictæ per-
ſonæ habent priuilegium huius conſtitutionis, etiam
14 quando proceditur ex officio. † Nam officium iudicis

inquirentis ſuccedit loco eccuſatoris, quandò non eſt accu
ſator, vt in l. ſeruos. innċta gl ff. de ali. & cib. leg. non q̃ idẽ
ſit accnſator & iudex, ſed denunciante ſama, vel deferente
clamore, & iſta ſunt loco accuſatoris, vt dicit tex. in c. qua
liter & quando. poſt princ. extra de accu. Et pro iſta conclu
ſione allegat etiam ſimilia, vt bic per eum. Quid ſi comes,
vel baro ageret contra fiſcum, an haberet iſtud priuilegiũ?
And. hic dicit q̃ non, quia vbi quis baber priuilegium pro-
pter aliquem, non vtitur illo priuilegio contra ipſum, vt in
l. amiciſsimos. §. fin. ff. de ex cuſ. tut. per Barto. & in l. planè.
eod. tit. Sextò eſſet hic quęrendum, quid ſit comes? Dic, vt
dixi in prælud. in pen. q. & in c. 1. quis dicatur dux, comes,
vel marchio. Item quis ſit baro? Dic vt per And. infrà in 3.
lib. in conſtit. quæ incipit, ſi aliquis baro. & in c. 1. in prio.
de capi. qui cur. vend. Item quis dicitur miles? Dicetur in
hac conſtit. vbi text. de hoc, & not. glo. in l. fin. ff. ex quibus
cauſ. mai. & patet ſuprà in 1. lib. in conſtit. vt vniuerſis. Se-
25 primò quæro, vtrum † priuilegia iſta, de quibus in iſta con-
ſtit. quæ dantur militibus, dentur etiam nobilibus perſo-
nis more militari viuentibus? Dicit hic Andr. q̃ non, quia
conſtit. ſolum loquitur de militibus: & ſic ille, qui non eſt
miles, quantuncunque militariter viueret, non haberet pri
uilegia huius conſtit. Et ex hoc infertur, q̃ iſta priuilegia
non tranſeant etiam in filium militis, qui non eſt miles,
quia conſtitutio iſta ſolùm milites priuilegiat. Ideo talia
priuilegia perſonalia non extenduntur, vt in regula, priui-
legium. lib. 9. Secus quando priuilegium eſſet conceſſum
ſibi, & ſuis, tunc veniunt etiam tranſuerſales vſq; ad quar
tum gradum, ſecundùm Bald in l. petitionem. C. de aduoc.
diuer. iudi. Bene tamen priuilegium nobilitatis tranſit etiã
in filium & deſcendentem ordine ſanguinis, vt dicit hic
Andr. per l. primam. C. de priuileg. eorum, qui in ſac. pala.
milit. lib. 12. inde dicit Nicola. de Lyra in lib. Machabæorũ
26 in cap. 7. quòd † nobilitas generis ex generatione prouenit
& ipſis deſcendentibus quandam neceſsitatem imponit ra
tionabilem, ne à maiorum ſuorum probitate degeneretur
vt dicit Nicol. de Lyra Deuterono. cap. 5. Hoc idem, quòd
nobilitas aſcendentium tranſit ad deſcendentes, firmat
Bartol. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. & Iacob. de Aluar. in d. ca.
1. quis dicatur dux, comes, vel marchio. Et ſi per ſententia
ſit pronunciatum, quòd vnus frater ſit nobilis, quia natus
ex parte nobili, & ſunt plures fratres ex eodem parte, per
iſtam ſententiam intelligitur pronunciatũ eſſe, quòd om-
nes fratres ſint nobiles. Ita in effectu voluit Angel. in anth.
vt liceat matri & auiæ. §. ad hæc. in fine per illum textum.
Octauò quæro, quid de filio comitis, an uiuo patre gau-
deat priuilegijs huius conſtitutionis? And. tenet hic, quòd
ſic, quia filius comitis habentis comitatum in feudum vi-
uo patre dicitur etiam comes, vt eſt gloſ. notab. in cap. cœ-
pit Ermigildus. 24. quæſt. 1. & iſtam gloſſ. ſolitus eſt alle-
gare Andrę. non ſolùm hic, ſed in cap. 1. quis dicatur dux.
& in prologo iſtarum conſtitutionum, & in prælu. ſeu. Se-
cus de filio baronis, quia non reperitur, quòd ſit baro in vi
ta patris, ſicut eſt in feudo titulato de comitatu, vt beoe
ſentit hic Andręas. Eſt aliud ſpeciale in iſtis feudis digni-
27 tatum ab † alijs feudis non titulatis, quia in feudis digni-
tatum appellatione filij non intelligitur de hærede, ſed in
alijs feudis ſic. ita Bald. ſentit in 1. volum. conſi. 361. Aliud
ſpeciale in iſtis feudis dignitatum ab alijs fendis, poſui in
deciſionibus meis, deciſ. 265. Sed qnid ſi comes fuit inue-
ſtitus de comitatu, ſed non habuit poſſeſsionem, & voca-
tur comes, vtrum ipſe & eius filius gaudeant priuilegijs
huius conſtitutionis? Dic quòd non, quia non dicitur per-
fecta inueſtitura de comitatu, nec conſumata, niſi interue-
niat tradito corporalis, ſecundùm Bald. in l. executorem.
10. colum. C. de executio. rei iudic. Bene facit, quod dicit
Bald in l. 2. C. de ſeruit. & aqua. in 19. colum. quòd poſſeſ-
ſio, quæ conſiſtit in dignitate, vel officio ſtatim perditur,
cum perditur poſſeſsio. alleg. Innoc. in cap. cum noſtris. de
conceſſ. præben. Decimò no. ex tex. ibi, vel de perſonæ con
28 ditione, vt puta de homagio. quòd cauſa † vbi agitur de con
ditione perſonæ in petitorio, puta, quia talis angarius, vel
perangarius alicuius nobilis, dicitur grauis, & magna cau-
ſe, & ſic etiam cauſa, quòd talis eſt homo meus, & mihi fe-
cit iuramentum homagij, ſeu vaſallagij, dicitur ardua cau-
ſa, ſicut cauſa capitalis, vel cauſa omnium bonorum, vel
maioris partis eorum, vel cauſa de vno caſtro: ſecus ſi eſſet
ſuper poſſeſſorio, quia non diceretur cauſa grauis, ſecun-
dùm quòd ſcribit Felyn. in c. edocen. in e. colum. de reſcr.
Et tene menti iſta ſpecialia arduæ cauſæ, quę ponit iſta cõ
ſtitutio, vt ſuprà dictum eſt. Sunt quidem alia ſpecialia in
arduis cauſis. Nam ſi cauſa ardua cõmittatur per Regem
uidetur electa induſtrie perſonæ eius, cui committitur, ſe-
cundùm Innoc. & Moder. in c. fin. de offic. deleg. & ibi vi-
de Felyn. qui ponit alia priuilegia facti ardui. Cui addo
Andr. Barbat. in 1. conſil. in 4. char. vbi multa alia priuile-
gia cauſæ arduę, & alias quotas alleg. Et inter alia refert, &
dicit, quòd in facto arduo epiſcopus non poteſt conſtitue-
re ſolus procuratorem ad agendum ſine ſuo capitulo, vt
voluit Innoc. in c. 1. de procura. Item quaodo cauſa eſt ar-
19 dua, quis non † tenetur mittere procuratorem. ita Bald. in
cap. ſi pro debilitate de offic. deleg. & eſt gloſ. in clem. 1. de
foro compet. Cui addo gloſſ. in c. cum dilecti. in verbo, re-
ſponſalem. extra de dolo & contume. Item in facto arduo
vniuerſitatis debent exprimi nomina ſingulorum, vt dicit
Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit. de ſyndico. §. 1. Item in fa-
cto arduo debent vocari abſentes, ſecundùm Innoc. in c. 2.
de oper. noui nunci. Item cauſa ciuilis ardua æquiparatur
cauſæ criminali, ſecundùm Bald. in l. parentes. C. de teſti-
bus. Item cauſę arduæ ſunt committendę ſubtilibus &
magnis aduocatis, ſecundùm Bald. in l. fin. C. de hæred. in-
ſtit. & idem dixit idem Andr. Barb. in conſil. 43. quod in-
cipit, pæclarè ſcribitur iudi. &c. in 2. char. Cui adde, quòd
ſi factum eſt erduum, requiritur ſpeciale mandatum. c. fi.
de procur. lib. 6. Sed quia hic fit mentio de cauſa homagij,
quæro, quid ſit homagium, & an ſit de iure ciuili, & an ac
quiratur præſcriptione? Vide per Franciſ. de Aret. in c. ve-
niens. de accuſa. Et an filius hominis mei, ſit homo meus?
Vide Specul. in tit. de feudis. §. quoniam. & per Andręam
de Baru. & Lucã de Penna in l. cum ſcimus. C. de agri. &
cenſi. li. 11. & And. in conſtit. infra, quæ incipit, ſi dubita-
20 tio. Et eſt ſciendum, quòd † extra regnum poteſt quis eſſe
homo meus abſque feudo: puta, quando per contractum
ſe obligauit ad certa, & determinata ſeruitia perſonalia,
pro ſe, & ſuis, probatur in l. 1. §. 1. & in l. iuriſgẽtium. §. prę-
tor ait ff. de pactis. & probatur in capit. grandi. in verbo, ex
pacto. de ſuppel. neglig. pręlato. facit d. l. cum ſcimus. C. de
agric. & cenſ. lib. 11. & firmat Alber. de Roſ. in l. fi. C. de pa
tri qui fil. diſtrax. Sed in hoc regno nihil valeret talis obli-
gatio ſine regio aſſenſu, quia Rex eſt dominus perſonarũ
vt infrà in conſt. quie frequenter. in 3. lib. & ideo ſine eius
aſſenſu non ualet obligatio perpetua, quia pręſumitur exa
cta talis obligatio contra libertatem, per l. nec ſi uolens. C.
de lib. cauſ. quam ad hoc alleg. Bal. in l. fi. C. de tranſa. Pri-
uatio ergo huiuſmodi contractus per dictam conſtitutio-
nem, frequẽter. inducit priuationem quaſi poſſeſsionis hu
ius iuris, vt dicit Bal. in l. 2. in 5. colum. C. de ſerui. & equa.
vnde non cadit in iſto iure perſonali ſine feudo aliqua qua
ſi poſſeſsio non tributata, niſi eſſet poſſeſsio, quæ haberet
uim priuilegij, de que loquitur c. 1. de præſcrip. lib. 6. cum
conco. ſuis. Et pro hoc facit, quia ſi dominus Rex poſſidet
perſonas hominum regni, ipſi homines non poſſunt eorũ
perſonas alijs tradere ſine rege, qui eſt eorum dominus. Et
ideo dicit Andr. infrà in 3. lib. in conſtit. comite, nel baro-
ne, quòd rarò reperiuntur iſti veſalli in regno ſine feudo.
21 Et in præiudicium † alterius domini non poſſunt vaſalli
ſe obligare cum iuramento in perpetuum ſine Regis con-
ſenſu, & tunc non præiudicat primo domino. Bene facit
infrà in conſtitu. quiſquis de burgenſibus. Sicut dicimus,
aliquis habet iuriſdictionem in certis hominibus, illi ho-
mines non poſſunt alteri ſe ſubmittere, ut priuent illum
dominum ſua iuriſdictione, ut dicit Innoc. in cap. olim in-
ter. de reſtitutio. ſpoliat. & pro hoc l. ſi coloni. C. de agri. &
cenſ. & ſentit Bald. in d. l. 2. colum. 14. uerſic. ſed quid ſi fa

ciat

ciat homines confiteri. C.de ſeruit.& aqua. Et iſta ſeruitſa
perſonalia ultra iuramentum fidelitatis præſumuntur à va
ſallis exacta per vim & metum, & ſuprà dixi, referendo
Bal.in tit. de pace Conſtá.in uerbo, pactiones. Facit l.li per
impreſſionem.C.quod met.cau.c.ſanè.de exceſſ.prælа.bo
nus eſt tex.in d.l.cum ſatis.§. caueant. Qualiter autem pro-
betur, ꝙ aliquis ſit uaſallus ſuus, quando non habet ſeudũ
ab eo, vide infrà in conſt. probationum defectum.rub. 35.
ubi de hoc dicetur. Vndecimò no.ex tex.ibi, induci, aut in-
22 ductus, ꝙ paria ſunt nullum teſtem inducere, uel produ-
i cere teſtes, qui legitimè ſunt repulſati, i iſta cõſt. expreſſè.
h.d.quam ad hoc alleg. And.ſuprà in 1.lib.in conſti. uſura-
riorum. & pro concordantijs allega.l.ſi pretor.§. Marcel-
lus.ff. de iudi. & uoluit Andr. in conſtit. peſſimam. & in c.
1.in uſib.ſeud. qui teſtes ſint neceſſ.ad proban. uot.inueſti.
Bene facit ad hoc l.3.§.eiuſdem.& l.ob carmen.§. ſi teſtes.
ff.de teſtib. Et glo.ſuper hoc uerbo dicit, ꝙ qui prohibetur
induci in teſtem, productus non facit fidem, ut ff.de quæſ.
l.1.§.ſi quis dicatur.& d.l. diuus. Nam paria ſunt aliquid
non eſſe & nulliter eſſe, ut in l. non putauit.§. non quæuis.
ff.de bo.poſ.contra tabu. & in l.4.§. condemnatum.ff.de re
iud.& in l.3.§.ſi ſeruus.ff.de acq.poſſ.cum ſimil.allega.per
Andre.in c.1.§.præterea.quæ ſit prima cauſa beneſi.amitt.
Sic etiam paria ſunt, non eſſe, & eſſe, & non poſſe probari,
ut in l.in lege.ff.de contrahen.emp.l.duo ſunt Titij.ff.de te
ſta.tut.c.cum contingit.de reſcr.cum ſim. alleg. per Alex.
in 4.uol.conſil.127.in fi. Sic etiam paria ſunt non eſſe præ-
ſentatum inſtrumentum, uel eſſe præſentatum, & illud nõ
legitimè, ut in iurib.alleg.per Alex.in 4.uol.conſil.208.in-
cip.uiſo, & conſiderato, &c.in princi. Item dicit Andre.in
conſt.in cauſa depoſiti.ult.col. ꝙ paria ſunt ponere, & non
23 probare, & nihil ponere. Interdum tamen teſtis, qui non
debet examinari, examinatus facit indicium, ſecundũ Bar.
in l.maritus.ff.de quæſt. Abb.Sicu.in c.ex literis.de tranſa.
Duodecimò no.ex tex.ibi, vel arbitro. ꝙ iſtud, quod hic di
citur, ꝙ ſi comes, baro, uel miles litigat coram arbitro, in-
tellige ſolùm, quando litigaret de bonis omnib.burgenſa-
ticis, vel maiori parte bonorum eius, & non quando cauſa
eſſet criminalis, vt ſuprà in conſti.accuſatorum.& ſeq. uel
de vno caſtro, tunc non valeret compromiſſum, ut infrà
in conſtitu.conſtitutionem diuæ memoriæ. Et tene menti
iſtum tex.ad hoc, ꝙ ſi unum uerbum in ſcriptis redactum
poteſt referri ad omnia præcedentia, ſi tamen in aliquo re-
ſultaret iurium correctio, non refertur ad illa, ſed tantùm
ad illa, in quib. non reſultat correctio iurium, ut hic. Fa-
ciunt ad hoc ſcripta per Fely.in c.cauſam, quæ.de reſcri. Et
ideo dicebat Ang.in l.ſi cui.ff.de ſeruit. ꝙ uerba indefinitè
prolata ſunt accipienda modeſto modo. Et pro hoc facit,
24 quia debent † intelligi ſecundum naturam eius, ſuper quo
proferuntur, ut dicit Bart.in l. 1.C.de nego.geſt.& ſic limi-
ta illud, quod dicitur, ꝙ quãdo unum verbum relatum eſt
ad duo determinabilia, debet uniformiter determinare, vt
in l.nam hoc iure.ff.de vulg.& pupil. Et ad hoc accedat id,
quod dicit Bal.in c. 1.in 7.col.de offi.deleg.ubi dicit, ꝙ uer
ba intelligenda ſunt circa id, quod eſt habile, uel poſſibile,
non autem iudaicè, ſecundùm Bald. in l.quicunque.C.de
ſeru.fug. Decimotertiò no.ex tex.ibi, in contractibus. ꝙ in
contractib.comitum, baronum, & militum, teſtes debent
eſſe eiuſdem qualitatis, ut ſunt ipſi. Et ſic talis debet eſſe te
ſtis, qualis eſt is, contra quem teſtificatur. 2.q.7.c.teſtes.cir
ca fi.de quo per Luc.de Pen.in l.1.C.de reis poſtu.poſt pri
mam glo.in fi. Et in eorum defectum numerus teſtium eſt
hic taxatus in text.ut dixi in 5.parte huius conſtit.intellige
quando contrahitur de maiori parte bonorum, uel de uno
caſtro, aliàs contractus redditur nullus, deficiente dicto nu
mero, quia iſte tex.dicit, ac ſi ſine teſtib.eſſet contractus ce-
lebratus. Item pondera iſtum text. qui dat pro forma nu-
merum teſtium, tunc ſi deficit unus, nõ ualet probatio, ſe-
cundùm Bald.in l.2. C. de bono. poſſ. ſecundùm tabul.ego
nunquam de hoc uidi, uel audiui, ꝙ fuit in contradictorio
iudicio oppoſitum, & hæſitatum. Decimoquartò nota ex
25 tex.ibi, contra quos. quòd non † poſſunt reprobari teſtes per

probationem oblati duelli, vt hic, quia iſta eſt probatio re-
probata, ut hic, & in conſti. ſequen. Decimoquintò no.ex
tex.ibi, quatuor barones. quòd tantũ probat teſtimonium
quatuor baronũ, quantum teſtimonia duorum comitum
contra comites, & teſtimonium octo militum, quantum
teſtimonium quatuor baronum: & ſic patet, quòd duo te
ſtes habentes dignitatẽ præferuntur quatuor teſtibus non
habẽtibus dignitatem, quia dignitas perſonarum compen
ſatur cum numero.glo.eſt in cap.in canonicis.19.diſtin. Et
alibi dicit gl. ꝙ tãtum valet teſtimonium quatuor clerico-
rum, quantum ſex laicorum.in c.clerici. 81. diſt.ſecũdùm
Fely.in c.in noſtra. in princ.extra de teſt.adde quod uoluit
allegare glo.77.diſtin.cap.monacus.quod limita, ut ibi per
K eum. Item vides k hic, quòd in defectum teſtium ſupplet
numerus, glo.eſt in l.3.§.eiuſdem.ff.de teſtib.& Io.And.in
addit.Specu.in titu. de noto.crimine.§. ſama.& Nicola.de
Neapo.in l.excuſentur.ff.de excuſa. tuto. Sic etiam ſi teſtis
non eſt idoneus, numerus teſtium plurium ſupplet illum
defectum, ſecundùm Bald.& Ange.in l.ſi quis ex argenta-
riis.§.1.ff.de eden. Bald.in l.1.in 2.colum.C.de teſt. Iacob.
Butrig in l.3.ff.de teſt. Alex. in ſecundo volumi. conſil.47.
Io.de Imo.in l.qui teſtamento.in princ.ff.de teſtam. Idem
dixit Bald.in authent.ſed cum teſtator. C.ad legem Falcid.
quòd plus creditur teſtibus notariis, quàm totidem nõ no
tariis. Item plus creditur teſti ſacerdoti, quàm alteri laico;
vt in Specu.de inſtrum.edi.6.compendioſè.verſ.item per
ius canonicum, vt patet in dicta gloſ.in c.monacus.77.di-
ſtinct. Decimoſextò no.ex text.ibi, crimen læſe maieſtatis
26 excipimus. ꝙ inter alia † ſpecialia, quæ ſunt in crimine læ-
ſæ maieſta.eſt iſtud, quòd omnes teſtes, etiam inhabiles in
aliis cauſis, in hoc crimine ſunt habiles, quia omnium te-
ſtium etiam accuſatorum in hoc exæquata eſt conditio, ꝙ
intellige ſecundùm Bart.in l.in quæſtionibus.ff.ad legem
Iul.maieſt. Duo alia ſpecialia vide in primo libro, in con-
ſtit.hi qui.ſub rubrica 51. Triginta alia ſpecialia in hoc cri
mine poſui in ca.1.in verbo, & bona committentium cri-
men læſæ maieſta.quæ ſint regalia.& gl.hic in verbo, accu
ſatorum.numerat aliqua ſpecialia in hoc crimine. Videli-
cet, ꝙ infames & inhabiles admittuntur ad teſtificandum,
& ad accuſandum, vt in l.famoſi ff.ad leg. Iul.maieſt.& in
l.nullus.C.eod.tit.ſubaudi cum tormentis, ſecundùm glo.
hic, per l. de minore.ff.de quæſt.& dictum fuit ſup.in 1.li-
bro, in conſtit.inconſutilem.& in conſtit. pacterenorum:
Item perſonæ exiſtentes in dignitate, quæ non poſſunt tor
queri ex priuilegio, in hoc crimine torquentur præceden-
tibus indiciis. Item pondera illum text. inquantum dicit,
27 quòd in † hoc crimine tam accuſatorum, quàm teſtiũ exę-
quata eſt conditio, videtur tollere priuilegia conceſſa ho-
l minibus l exiſtentibus in dignitate, vt non poſſint torque-
ri, de quo priuilegio in l. & ſi excepta. de maleſi. & mathe.
not.Barto.in l.omnes iudices.C.de decur.lib.10. & not.in
l.milites. C. de quæſt. Et ſic princeps poteſt tollere priui-
legia, & per conſequens poteſt Rex mandare, quòd exiſtẽs
in dignitate, vel nobilis torqueatur, ſubaudi, præcedẽtibus
iudiciis, ſecundùm glo.& And. hic in fi.ſed non præceden-
tibus, indiciis, non poteſt hoc mandare de poteſtate ordi-
naria, & ſi faceret de poteſtate abſoluta ſine iuſta cã, malè
faceret, quia excedit ſuam poteſtatem, quia ipſe eſt rex à
regendo ſecundùm iuſtitiam.25.quæſt.5.ca.regum. vt di-
cit hic And.& in c.1.de pace ten.ſed nullus inferior poteſt
ei dicere, cur ita facis, in hoc mundo non habet, qui ſua fa
cta iudicet, ut in Pſ. Tibi ſoli peccaui. Sed bene debet conſi
derare, ꝙ eſt homo, & Deo ſubiectus, & ſi ſuam poteſtatẽ
contra iura excedit, parum regnabit ipſe, vel eius poſteri-
tas, vt tota die experientia oſtendit: ideo conſulo, ꝙ Re-
ges habeant iuxta eorum latus bonos iuriſtas, & conſcien-
tiatos; & ſi ſuam poteſtatem excederet, mandando nobi-
lem torqueri ſine indiciis, & ille tortus confeſſus fuerit, ni
hil de iure nocebit illa confeſſio, per l.diuus.§. ex quibus.
ff.de quæſt.ſecundùm Andr.hic.& ſupra in conſtit.ſi dam-
na clandeſ.in 3.col.& ibi dictum fuit in 9.no.in 3.q. Deci-
28 moſeptimò no.ex tex.ibi, eos tantummodo milites. ꝙ † non

omnes iſti milites, qui ſunt noſtris temporibus, ſedẽtes io ſedibus, qui facti ſunt milites per Regem, vel Imperatorẽ, & non exercent militiam. i. non habent equos, nec arma, & vix habent vnam equitaturam in ſtabulo, gaudent priuilegio militari, ſed illi tantùm milites gaudẽt priuilegio militari, qui obſeruãt honorem dignitatis militaris cũ equis, & armis, & alijs militaribus inſignijs: & de iſtis militibus loquitur gl. in l. pen. ff. ex qui. cauſ. mai. & vide ad hoc Cy. in l. 1. in 6. q. C. de iur. & fac. ign. Et tene menti hanc conſtitu. quia dicit, ꝙ militia eſt dignitas. & pro hoc l. 1. C. de equeſt. dign. li. 12. & ideo conſtit. quæ incipit, diuinæ iuſtitiæ. in 3. lib. & in conſtitu. ſeq. prohibet militare ignobiles perſonas, ſed ille tantùm debet militare, qui eſt de genere militari ortus, licet Barto. dicat contrarium in l. ex eo tempore. ff. de teſtam. mil & vide ad hoc additionem do. Lud. Bolognini, quam facit ad diſputationem dom. Signor. ſuper illo dubio, an doctor præferatur militi, in lib. tractatorum Martini de Laude. & illa diſput. Signor. eſt in conſil. ſuis, num. 23. Vltimò no. ex tex. ibi, iuſtitia præuia, & ęqui
29 tate. ꝙ ex †probatione per duellum nulli poteſt oriri iuſtitia, vel æquitas, quia vbi cadit peccatum, non poteſt reperiri iuſtitia, vel æquitas, vt dicit Bald. in c. bonæ memorię. 2. col. ibi, iuſtitia exigẽte. de electione, ideo dicitur in Leuitico, c. 19. non facies, quod iniquum eſt. In glo. 1. hæc gl. ponit ſummarium in hac conſtit. In gl. 2. hæc gl. declarat, qui ſunt ruſtici, vel villani. & qui burgenſes. dic, vt dixi ſuprà in 7. not. In glo. 3. qui ſunt iſti pauci caſus, in quibus habet locum probatio per duellum, glo. ſe remittit ad ea, quæ dixit de violentia meretricibus illata, quæ eſt rub. 20. incipit noſtri regiminis, ibi parum dicit, melios remiſiſſet ſe ad conſtit. ſeq. In gl. 4. dic, vt dixi ſupra in 11. not. In gl. 5. dic, vt dixi ſuprà in 12. not. In gl. 6. dicit gloſ. ꝙ ipſe Imperator tam in iſta cooſtit. quàm in conſti. vt vniuerſis. in 1. lib. fa
30 uet nobilibus perſonis. In gl. 7. not. iſtam glo. ꝙ †comes, uel baro, vel miles accuſatus de crimine læſæ maieſt. ſi de delicto conſtet, non habetur pro milite, ſed pro hoſte, vt in l. proditores. ff. de re mil. In glo. 8. in verbo, accuſatorum. ſigna iſtam gl. contra illos, qui dicunt, ꝙ quando proceditur contra aliquem de proditione cõtra Regem, ꝙ poteſt procedi ad torturam pro arbitrio Regis. nam hæc glo. dicit, ꝙ debent præcedere indicia, & tunc nõ excuſatur, ſi dicat ſe priuilegiatum, vt non ponatur in carceribus, vt dixi in 16. not. & idem dicit glo. in conſtit. ſeq. In ea. ibi, idem etiam, quando aliquis de conſcientia principis tormentatur. dic, vt dixi ſuprà in 16. not. In ea. ibi, idem etiam quando nobilis, ſigna iſtam gl. quæ numerat caſus, in quibus nobilis poteſt quæſtionari non obſtante, ꝙ habeat priuilegium, ꝙ nõ poſſit ſubijci quæſtionibus, & tormentis. Et ſignanter te-
31 ne menti eam, quæ dicit, quòd †ſi nobilis committit furtum, nihil proſit ſibi nobilitas. Immo ſuſpenditur ſicut popularis propter vtilitatem huius criminis. In gloſſ. penult. dic, ut dixi in 16. not. In glo. fin. dic, vt dixi ſuprà in 17. no.

ANNOTATIONES.

a Iuris.] Adde ad idem tex. in c. licet. extra de teſtibus. Batius.

b Duellum.] De materia duelli vide per Philip. Deciſ. conſil. 487. & in conſi. 686. & in quibus caſibus eſt permiſſum duellum. vide Bal. in c. 1. de pace ten. col. 7. num. 15. & in qua ætate quis poteſt duellare, ibidem. col. 11. num. 23. Io. Antn. Batius.

c Numerus.] Quid ſi ſunt plures teſtes, aliqui periti, & aliqui imperiti, tamen ſint multi imperiti, an ſtetur minori numero peritorum? Vide Alex. conſi. 149. lib. 2. & quando ſtetur pauciori numero: vide per eundem in conſi. 27. eod. lib. & ad materiam vide Panor. in c. in noſtra. de teſtibus. Io. Ant. Batius.

d Sexto.] Vide Bald. in l. cum oportet, §. cum multa. C. de bon. quæ lib. aliàs eſt in l. cum multa.

e Vilis.] Adde quòd teſti inhoneſto vili & reprehenſibilis vitæ non creditur: eſt text. in c. teſtimonium. extra de teſtib. & in l. 3. in princi. ff. eod. tit. conſuluit Alex. conſi. 105. 5. vol. & præſertim in cauſa graui in qua uiles teſtes, ſeu infames teſtificari non poſſunt, ut inquit Bal. in auth. ſi dicatur. ult. col. uerſ. tertio caſu. C. de teſtib. & in l. milites. C. de quæſt. Bald. poſt Cyn. in l. qui teſtamento. §. quæcunque. C. de teſtam. vide Thom. Gram. deciſ. 11. col. 2. Batius.

f Spurius.] Adde, quòd ſcire ſpurium reipublicæ intereſt, ne admittatur ad teſtimonium, uel ne ſpurius admittatur ad dignitates, quarũ non eſt capax: ut per Bart. & poſt eum Ange. in l. cum qui nocentem. ff. de iniu. & l. quæ omnia. ff. de procur. de quo latè uide per Thom. Gram. deciſ. 37. & in conſi. 26. col. 19. in paruo uol. & an teſtes inhabiles admitti debeant, ubi ueritas aliter haberi non poteſt? Vide latè per eundem Gram. in conſil. 45. colum. 10. & 11. lib. meo parui uolu. Ioan. Ant. Batius.

g Doctores.] Adde, quòd doctor, qui legit annis uiginti publicè efficitur illuſtris, ſecundum Bart. & Bald. in proœ. Digeſt. in princi. Bar. in l. ex eo. ff. de teſtam. mil. & in proœm C. ad fin. prin. dn. Abb. in c. propoſuiſti. de proba. Alex. & Iaſ. in l. quæcunque colum. 1. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſdict. & Bar. in l. 1. C. de dignitatibus. colum. 1. circa princ. lib. 12. Batius.

h Neapol.] Adde, quod dicta cõſuetudo incipit, ſed mulier non obſtãte. & ad deciſionẽ quęſtionis hic per auctorem poſitæ ultra allegata per eum: uide tu Fel. in c. mulieres. extra de ſent. excom. & de dicta cõne uide Neapodanum in dicta conſuet. in uerbo, nubit. Io. Ant. Batius.

i Repulſatus.] Adde, quod teſtis repulſatus nullam probationem inducit, prout in ſpecie tenet And. de Iſer. in conſtit. regni, ſi damna clandeſtina. uide Thom. Gram. deciſ. 28. col. 3. Batius.

k Item uides.] Vltra alleg. hic per Aff. uide alex. in conſi. 5. in cauſa inquiſitio. col. 2. uerſ. ſecundo reſpondeo. uol. 5. & conſil. 78. in cauſa & lite col. 2. uerſ. accedit. eod. uol. 1. & conſi. 4. uiſo proceſſu. in fi. uol. 6. & Doct. in conſ. 163. in cauſa matrimoniali. col. fi. uerſ. ſecundo principaliter. & Catel. Cotta in memoralibus in uerbo, teſtis unius. & Deci. in conſi. 11. col. 9. uerſic. non obſtat, Corn. conſi. 65. uidetur in hac. col. fi. uol. 4. & magis communiter ita tenent Doct. & uide Ang. conſi. 128. qui uidetur tenere contrarium. de quo tamen uide Fran. Curti in tract. de teſt. prima concluſione. col. 2. & Hypol. ſing. 477. in teſtibus. Barth. de Cap. & moder. de Campania poſt ipſum in cap. regni frequens. col. 31. in fi. & in conſil. 270. incipiẽ. uul. famę proloquium. col. 6. & an hæc uera ſint in cauſa grandi. Dec. in d. conſ. 163. & conſil. 133. col. 3. in fi. uerſ. non obſtat, ſi dicatur. & moder. regni in ſingu. 19. & D. Thom Gram. in deciſ. 11. num. 2.

l Hominibus.] Vide ad idem Thom. Gram. uot. 5. col. 3. Ang. in tracta. malefic. in uerbo, fama publica. in 16. char. Io. And. in c. cum in contemplatione. de re. iu. alex. in l. Centurio. ff. de uulga. & pup. ſubſtit. & an prohibitus de iure torqueri, ſi fuerit tortus, & confeſſus delicta, eius confeſſio teneat ita uel ne? vide Th. Gra. in conſ. 60. col. pe. Bat.

In quibus cauſis pugna locum habet. Rub. XXXII.

QVIA in conſt. proxima pręcedenti dixerat, quòd in paucis caſibus duellũ erat permiſſum. ideo h. d. quòd in duobus tãtum caſib. duellum eſt permiſſum, cum certis modificationibus, ideo poſuit hãc rub. & ſcias, quòd iſta conſtitu. in totum eſt correcta, quia eſt contraria diuinæ diſpoſitioni per id, quod dixi ſuprà in conſtit. præced. & bene hoc firmat hic And. & audiui à peritis regni, vt patet per Lu. de Pe. in l. 1. C. de gladia. lib. 11. quòd Papa Honorius III. & Rex Carolus II. per duas ſententias reprobauit iſtam conſtitu. & ſic hodie non eſt dare caſum, in quo duellum ſit permiſſum, & quando reges, & principes dant licentiam deueniẽdi ad duellum, peccant, vt patet per totum titulum extra de pur. vulg. & in c. 1. & 2. de clerico pugnatore. & vide ad hoc diſputationem Angel. de Peruſ. vbi multa dicit de materia duelli, quæ incipit, duo nobiles Gallici, & quæ dixi poſt Bald. in c. 1. §. ſi quis hominem. de pace tenenda.

SVMMARIVM.

1 *Certamen ſingulare, hoc eſt duellum, omnibus indiſtinctè prohibitum.*
2 *Duellum quibus concurrentibus permitti poſſit.*
3 *Pugiles potentia pares vix inueniri poſſunt.*
Tortura non debet adhiberi, niſi præcedentibus indicijs.
4 *Indicia quot requirantur, vt ad torturam deueniatur.*
Duellum in crimine læſæ maieſtatis non admittitur, niſi præcedentibus indicijs.
5 *Iuſtum vel iniuſtum apud ſubditos debet apud Regem, vel eius fiſcum reputari iuſtum vel iniuſtum.*
6 *Rex per pragmaticam, quam facit, ſeipſum ligare non poteſt.*
7 *Locutio generalis non comprehendit loquentem.*
8 *Princeps non ligatur ſua lege.*
Clauſula, ex certa ſcientia, in reſcripto poſita quid operetur.
9 *Rege ſuper iure ex certa ſcientia ſcribente, operatur hæc clauſula, ſicut ea, quæ dicitur, non obſtante.*

10 *Officiales*

10 *Officiales ſententiam in crimine læſæ maieſtatis publicè exequi debent*

11 *Procreare filios, donum Dei eſt.*

12 *Conſiliaris baronum quibus verbis vtantur erga barones deuiantes a Regis fidelitate.*

13 *Rex ſubditis ſecuritatem præſtare, & turbantes punire ſolet.*

14 *Reges quales audire debeant prædicationes.*

MONARCHIAM. Licet iſta conſtitutio non ſeruetur, tamen eius rationes non ſunt peſſundandę. Et uidetur mihi, quòd iſta conſtitutio ſit multum obſcura in ſecunda parte. & glo. hoc bene ipſam intellexit, & eius intellectum ſequar. Et pro clariori intelligentia diuido eam principaliter in quinque partes. In prima ponit generalem legem prohibentem duellum in regno, niſi in duobus caſibus, & ratio prohibitionis duelli eſt, quia per id non habetur uera probatio, ſed quędam diuinatio, quę non conſonat naturę, immo deuiat a communi iure, nec conſentit rationibus ęquitatis, cum vix, aut nunquam poterunt inueniri duo bellatores in totum ęquales fortitudine, potentia uirtute, vel ingenio, ut alter alterum non excedat, & durat uſque ibi, ab huiuſmodi. Hic eſt ſecunda pars, quę eſt nimis intricata, in qua ponitur unus caſus exceptus a prędicta generali lege prohibitiua duelli. Videlicet, quando prętenditur, quòd aliquis fecit homicidium furtiuè, puta per ueneum, vel aliter, & pro intelligentia in hac ſecunda parte ponam caſum ſic, pater meus fuit furtiuè occiſus, vel uenenatus ad mortem, uado ad iudicem, & expono ſibi querelam de dicta morte patris mei, iudex quęrit a me, ſi ego poſſum probare, quis eum occidit, ſi ego dico, quòd ſic, iudex admittet me ad probandum, & ſi probabo, condemnabit eum, alioquin illum inculpatum abſoluet, nec erit locus oblationi duelli, uel inquiſitionis. Si uerò ego dicã, domine iudex, ego non habeo probationes de dicto homicidio, quis fecerit, ſed habeo indicia contra talem, quę indicia uolo probare, quibus probatis, volo offerre probationem per duellum, tunc iudex ex officio ſuo ſimiliter debet inquirere de dicto homicidio, & ſi per inquiſitionem factam per eum conſtabit plenè de homicidio, procedet cõtra eum, nec habebit locum oblatio duelli, nec recipit probationem indiciorum. Si uerò per inquiſitionem nõ probatur plenè homicidium, tunc iudex admittet me ad probandum indicia, quibus probatis mihi accuſanti tribuet licentiam offerendi duellum, non tamen ex probatia per inquiſitionem, quando per eam non probatur ad plenam aſſumetur probatio indiciorum, ſed per alios teſtes poſtea producendos debent probari indicia, ut ſentit hic glo. Si uerò iudex ex ſuo officio nõ inuenit plenè probatum, nec ego offero uelle probare indicia contra aliquem, non potero offerre duellum, ſed ſi uolo ordinariè accuſare, licet mihi, nec obſtabit mihi, quòd facta fuit per iudicẽ inquiſitio, & nihil conſtat, quia quod fecit iudex ex officio, nullũ pꝛ iudicium mihi parat. Et iſta eſt ſecũda pars, quę durat uſque ibi, crimen etiam lęſę maieſ. Hic eſt tertia pars, in qua ponitur ſecundus caſus exceptuatus a dicta generali lege, uidelicet ſi aliquis dicat, ꝙ talis commiſit contra Regem crimen læſę maieſ. & ille negat, habet locum probatio per duellum oblatum, ſubaudi, pręcedentibus indicijs, ſecundùm gloſ. hic, & bene. Et durat uſque ibi, nec mirum. Hic eſt quarta pars, in qua ponitur rõ, quare in dictis duobus caſibus, & non in aliis, habet locum oblatio duelli, ſubaudi, pręcedentibus indicijs. Et dicitur, ꝙ ratio eſt, quia hoc potius permiſſum eſt ad errorem hominum inſidiantium uitę hominis, quem diuina potentia creauit, & ad eorum pœnam, & exemplum aliorum, & non ad uerum iudiciũ, nec illud, quod eſt iniuſtum in aliis perſonis, reputat princeps eſſe iuſtum in eius perſona, & durat uſque ibi, eos ẽt. Hic eſt quinta & ultima pars, in qua declarat, quòd omnis ille, qui incidit in crimen læſæ maieſtatis debet eſſe extra omnes modeſtiæ terminos, ex quo deliquit in ſecuritatem Regis, qui omnibus præſtat ſecuritatem, & durat vſque in finem, & ſunt etiam declaratæ gloſ. hic poſitæ. No. pri-
1 mò ex text. ibi, monarchia, quòd † ſingulare certamen, id-
eſt bellum duorum, quod dicitur duellum, eſt prohibitum etiam per iſtam conſt. iſtam omnibus tam militibus, & nobilibus, quàm Francis, & Longobardis, quia eſt irrationabile, vt in ca. 1. extra de cle. pugn. in duello. & tentatur Deus, vt dicitur in c. monomachiã. 2. q. 4. vbi dicit glo. ꝙ non eſt dandum iſtis pugnantibus euchariſtiæ ſacramẽtum, quia ſunt in peccato, exceptis duobus caſibus, videlicet in morte abſcõſa, vel furtiua, quæ autem dicatur mors abſconſa, & furtiua, dic, quòd illa, quæ facta eſt de nocte, vt ſic occulta, ita declarat Carolus de Tocco gloſſator Longobardorum in l. ſiu. de hom. lib. Et in crimine læſæ maieſ. vt hic. Sed hodie ẽt in iſtis duobus caſibus non poteſt offerri duellum, vt bene firmat And. hic, & latius Luc. de Pen. in l. 1. C. de gladia. lib. 11. Et miror profectò, ſi hodie in nullo caſu duellum eſt permiſſum, quomodo Bald. in l. cum filius. §. fin. ff. de leg. 2. dicit, quòd ipſe audiuit ab Imperatore, quòd plura ſunt neceſſaria in iſto duello. Primò, ꝙ ille,
2 qui prouocatur, ſit † diffamatus, vel ſuſpectus. Secundò, ꝙ
non poſſit probari per veram probationem. Tertiò, quòd ille, qui prouocat, ſit maior, vel par: nam minori non licet prouocare maiorem, quia non licet ſibi aſcendere. Quartò, ꝙ caſus ſit perſonalis. nam ſi contenderet ſolum de bonis, non habet locum oblatio duelli. Quintò & vltimò, ꝙ non ſit electa via ſtrepitus iudicij, ſed via armorum, & ita dicit ſe etiam audiuiſſe a do. Card. Bononienſi, & Paris de Put. qui fuit Chriſtianus, & fecit tractatum de duello, fundans ſe in conſuetudine, quæ eſt reprobata per omnia iura, & etiam per iſtam conſti. in fi. & vide glo. in §. per contrarium. inſtit. de hær. quæ ab inteſt. quæ alle. iura Romana permittentia pugnam in aliquibus cauſis, ſic etiam iura Longobarda permittebant duellum in aliquibus caſibus, quæ omnia ſunt correcta per ius canonicum. Secũdò not.
3 ex tex. ibi, ſic ęquales. ꝙ difficile eſt † inuenire pares pugiles
in fortitudine, potentia, virtute, & ingenio, ſemper. n. alter alterum in aliquo excedit. Et ideo propter inæqualitatem virium licet ſe defendere alio genere armorum, quàm cũ eo, cum quo eſt offenſus, vt dicit gloſ. in l. 1. C. vnde vi. Et quia duellum requirit æqualitatem inter perſonas, ut dicunt ſcribentes de materia duelli. Et iſta æqualitas per omnia non poteſt haberi, vt hic dicitur, meritò iure licito iſta etiam ratione attenta prohibitum eſt duellum. Tertiò not. ex tex. ibi, indiciis præcedentibus. ꝙ ſicut non poteſt deueniri ad torturam, niſi indiciis præcedentibus, vt in l. 1. in princ. ff. de quęſt. & l. milites. §. oportet. C. eo. ti. & in l. ſicut. in fi. C. ad le. Cor. de falſ. ita ſi reperit caſus, in quo habeat locum oblata probatio per duellũ, non debet concedi duellum, niſi præcedant indicia contra illum, cui offertur, quia iſtud duellum æquiparatur torturæ, vt dicit Bal. in d. c. 1. §. ſi quis hominem de pace tenen. Sic etiam quando ſunt adhibendi ſacramentales, debent præcedere indicia, vt in capi. primo. de conuentione inter dom. & fidelem, per Andrę. & hic per eum. Sic etiam quando adhibetur teſtimonium ſeptimæ manus ad probandum frigiditatem viri debet præcedere confeſſio ipſorum coniugum de dicta frigiditate, ut no. in cap. 1. de frig. & malefi. An autem ſufficiat
4 vnum indicium, vel de neceſſitate † ad minus duo indicia
debent præcedere, vt deueniri poſſit ad torturam, vel dictum iuramẽtum remitto me ad ſcripta per Fran. de Aret. pro nunc, quia non eſt propria materia, in c. tertio loco. 3. col. uerſ. & utrum unum indicium. extra de prob. Quartò no. ex text. ibi crimen læſæ maieſta. ꝙ in hoc crimine læſę maieſta. non poteſt deueniri ad duellum, niſi etiam pręcedentibus indiciis, ſicut in morte abſcõſa, & furtiua, vt expreſsè dicit iſta conſtit. Et hoc propter illud uerbum, etiã. quod eſt implicatiuum, ut habetur in l. etiam. ff. ſolu. matrim. Et ſic probat ille textus, quòd in crimine non poteſt deueniri ad torturam, niſi pręcedant indicia, licet Azo in

ſumma C. de q. ver. & iſta ſunt regularia. videatur tenere
contrarium. Sed eius opinio non probatur iure, & regula
eſt quòd non eſt incipiendum à tortura, vt in cap. cum in
contemplatione. in glo. extra de regul. iur. & ita firmat do.
Franc. Brunus de ſancto Seuerino in tract. de indic. & tor-
tura. in octaua charta, in prima colum. & firmat bene glo.
hic, quam ipſe non vidit. Quintò no. iſta verba menti te-
5 nenda: non quòd † in ipſis noſtra ſerenitas iuſtum æſtimet,
quod iniuſtum alij reputant. quòd ſi per pragmaticam re-
giam reputatur aliquid iuſtum, vel iniuſtum apud ſubdi-
tos, illud idem debet Rex, vel eius fiſcus in ſe, & ſuis rebus
reputare iuſtum, vel iniuſtum. tex. eſt hic rotundus. Faciũt
not. per Alber. de Roſ. in l. princeps. ff. de legibus. Sed hic
a quæro, [a] Rex noſter catholicus fecit pragmaticam, ꝙ non
audiantur petentes ea, quæ erepta & capta fuerunt per Re-
gem Ferdinandum Primum, modò quædam bona ſtabilia
erepta & capta per Regem Ferdinandum Primum poſſi-
dentur per Regem catholicum, qui per ſuas literas mãdat
reſtitui illis, quibus fuerunt conceſſa per dictum Regem,
ſed non fuit tradita poſſeſſio, & non eſt ibi clauſula dero-
gatoria, ſed eſt clauſula ex certa ſcientia, fiſcus opponit de
dicta pragmatica. Quæritur, an obſtet dictis literis regijs
poſt pragmatica prædictam obtentis. Et licet multa poſ-
ſint allegari hincinde, tamen ſtringendo pro iſta parte. ſ. ꝙ
literæ regiæ debeat mandari executioni, non obſtante alle-
gatione dictę pragmaticæ facta per procuratorem fiſci, al-
legabo infraſcripta. Et primò, Rex faciendo pragmaticam
6 per illam † non poteſt ligare ſeipſum, vt ſi velit ea, quæ ſunt
penes ſe, non poſſit concedere, licet fuiſſent erepta, vt ſu-
pra, arg. l. pen. ff. de arbit. vbi dicitur, ꝙ nemo ſibi ipſi impe
rare, vel prohibere poteſt. Et in re ſua quilibet eſt modera
tor, & arbiter. l. in re mandata. C. manda. Secundò non eſt
veriſimile, catholicum Regem, quando fecit dictam prag-
maticam ſenſiſſe, ꝙ ſi aliqua bona erepta, & capta per Re-
gem Ferdinandum Primum peruenirent ad eius manus,
quòd ipſe non poſſit poſtea concedere. nam videretur ſibi
ipſi tollere liberum arbitrium ſibi conceſſum à iure, per re
gulam cap. in generali. de reg. iur. lib. 6. iuncta l. quam Tu-
ronis. ff. de pec. quam alleg. Bald. in c. cum in iure. de ele-
ctio. Et ſi fuiſſet Rex interrogatus, vtrum per dictam prag-
maticam voluiſſet ſibi tollere liberum arbitrium, ꝙ vt non
poſſit illa erepta & capta in ſuis manibus exiſtentia conce
dere, reſpondiſſet, ꝙ in hac generali lege non comprehen-
ditur perſona loquentis, vt in l. inquiſitio. de ſolu. Et ideo
habetur pro expreſſo, vt dicit glo. ſingul. in l. tale pactum.
§. fin. in vlt. gloſ. ff. de pact. Tertiò pro hoc allego id, quod
dicit And. infra in conſt. beneficium. vbi dicit, publicum
iudicium competit cuilibet de populo, non principi, vel
fiſco condenti legem, quia in loquella generali non com-
7 prehenditur † princeps loquens, vt d. l. inquiſitio. & l. qui
inſulam. § fin. ff. loca. vbi locata inſula cum pacto, ꝙ reſti
tuatur incorrupta præter vim & vetuſtatem, ſi colonus nõ
fortuito caſu incedit uillam, tenetur conductor de facto
ſuæ familiæ, ſecus ſi ab extraneo fuiſſet combuſta. & gl. ibi
dicit, quia in generali ſermone non continetur perſona lo-
quentis. Et pro hoc eſt gl. not. in c. t. 22. q. 2. quę dicit, ꝙ in
generali ſermone non comprehenditur ipſa perſona ſer-
monizans, Idem dicit Bald. in d. c. cum in iure. de electio.
hinc eſt, quod dicimus, ꝙ ſi epiſcopus facit ſtatutum ſub
pœna excommunicationis, ꝙ ſi ipſe facit contra ſtatutum,
non incidit in pœnam excommunicationis. & pro hoc eſt
tex. in ar. l. Lucius Titius. § Lucius Titius. ff. de fideicom. lib.
ſecundùm Bart. ibi, & hoc etiam dicit Salyc. in l. cum ipſe.
in fi. C. de contrah. empt. & firmat Io. And. in mercur. in
reg. cui licet. in 6. & Archid. & Pet. de Anch. in c. ut anima-
rum de conſtit. lib. 6. niſi illa pœna in caſu ſtatuit ſit de iu-
re communi, tunc ligatur non vigore ſtatuti, ſed vigore iu
ris communis, vt dicit Pet. de Anch. in d. c. vt animarum.
& Io. And. in d. c. cui licet. in 4. col. & ſeq. Idem dicunt An
gel. & Paul. de Caſt. in l. t. in princ. ff. quod quiſque iur. &
Bald. in l. quibuſcunque. C. de ſacroſ. eccl. & idem Bald. in
l. digna uox. C. de legi. & in l. unica. §. ſimilique modo. C.
de lat. lib. toll. & in l. ſi conſul. ff. de adop. & Abb. Sic. in c.
1. de rapto. Et pro iſta deciſ. allegatur Bald. in d. l. ſi conſul.
8 vbi etiam dicit, quod † princeps ſua lege non ligitur, quia
non uidetur velle ſe ligare, per l. ſi peculium. §. ſicut. ff. de
pec. leg. Et ſi vellet ſe ligare, non poſſet, vt in l. prætor. ff. de
tuto. & cur. da. ab his. Et ita intelligitur, ꝙ Rex, quod alijs
ſtatuit, debet ipſe ſeruare, vt dicit And. in conſtit. pacis cul
tum. in fin. tanquam irrationabile videatur vnum ſtatuere
pro ſe, & aliud in ſubditis, vt dicit Bald. in c. cum omnes.
5. col. de conſti. & ſic intelligitur id, quod dixi ſuprà in con
ſtit. cum conceſſiones. in 5. no. Nec obſt. ꝙ Rex in conceſ-
ſione ex certa ſcientia non dicit, non obſtante regia prag-
matica, quia per illam clauſulam, ex certa ſcientia, derogat
ſuæ pragmaticæ. hoc expreſsè voluit Andr. ſuprà in 1. lib.
in conſtit. edictorum. in 4. col. ibi, niſi ex certa ſcientia vel-
let contrarium. & hoc quando reſcribit contra legem ſuã,
b & in ſui præiudicium, tũc tantum [b] operatur clauſula, ex
c certa ſcientia, ſicut clauſula, non obſtante [c]: ſecus quando
contra ius commune, & in præiudicium tertij, tunc clau-
ſula, ex certa ſcientia, non operatur contra ius tertij, ſed cõ
tra ius commune. Ita firmat do. Franc. de Aret. in conſ. 15.
incip. Reuerendiſſime pater. in 2. dubio. dum alleg. Andr.
de Iſern. in ca. t. §. naturales. in princ. ſi de ſeu. fuer. contr.
inter dom. & agn. per l. idem Vlpianus. ff. de excuſ. tu. Item
9 quia ſemper, quod † Rex ſcribit ſuper iure, ex certa ſcien
tia, iſta clauſula operatur, ſicut clauſula, non obſtante, ſecũ
dùm Bald. in l. fin. C. de fruc. & lit. expen. & in l. impetra-
ta. C. ſent. reſcin. non poſſ. & Salyce. in l. fin. C. ſi contra ius
vel vtil. publ. Item clauſula, ex certa ſcientia, trahitur ad ea
quę veriſimiliter ſunt nota Regi, ſecundùm Bald. in l. im-
petrata. C. ſent. reſcin. non poſſ. & Fely. in c. nonnulli. verſ.
limita ſecundò. de reſcr. Et adde, ꝙ quando certa ſcientia
ſubſtantiat actum, non ſufficit, ſi eſt dubius, ſecũdùm Bal.
in l. qui in aliena. ff. de acquir. hær. Et ille dicitur ſcire, qui
ſcit rem per cauſam, & ille dicitur neſcire, qui non cogno-
ſcit rem per cauſam, ſecundùm Bal. in l. pupillus. ff. de ac-
quir. hær. Et hoc tene menti, quia fiſcales Reges catholici
aliter aſſerebant, & non bene, iudicio meo per prædicta.
Sextò no. ex tex. ibi, & aliorum exemplum publicè tex. ex-
10 preſſum, ꝙ † non licet officialibus domini Regis contra de-
linquentem in crimine læſæ maieſt. per ſententiam condẽ
natoriam ad mortem exequi ſententiam illam clam & oc-
cultè, ſed publicè debet exequi in conſpectu hominum, in
exemplum & terrorem aliorum, vt arceantur, vt dicitur in
c. clericos. de cohab. cler. & mu. & pro hoc l. moueor. C. ſi
ſer. ex port. væni. Inde dicit tex. in c. quando. de tranſlat. ꝙ
tranſgreſſores puniẽdi ſunt, ne peruerſitas eorum fiat alijs
exemplum. Et vide multa moralia exempla per Luc. de Pe.
in l. exemplo. C. de decurio. lib. 10. Alios autem de alijs cri-
minibus condemnato ad mortem propter agnatos vel co-
gnatos honoratos, ne eis fiat iniuria, vidi, ꝙ fuit diſpen-
ſatum per Regem, ꝙ exequatur ſententia condemnatoria
ad mortem clam, & occultè. Regulariter executio pœna-
rum corporalium debet fieri in loco conſueto pœnarum,
vt dicit Bal. in rub. C. de fi. inſtr. in fi. niſi ex cauſa, ſecũdùm
eum ibi, puto. n. iuſtam eſſe cauſam, quando ad inſtantiam
conſanguineorum honeſtorum petitur, quòd eorum con-
ſanguineus, qui debet ſuſpẽdi, quòd ſuſpendatur clam, ne
fiat eis iniuria, ſi palam fiat in loco ſolito, & hoc per legem
ob maritorum. C. ne vxor pro mar. vbi retractatur execu-
tio ſententiæ, quia vergit in iniuriam tertij, quam alleg. ad
hoc Bald. in l. obſeruare. § proficiſci. 23. q. ff. de offi. pro-
conſ. & lega. & ſic videtur, quòd etiam iudex ex hac cauſa
11 poſſit diſpenſare. Septimò no. ex tex. ibi, quos ſola † diuina
potentia creauit. quod donum Dei eſt, ꝙ quis procreat fi-
lios, quia ipſe Deus eſt, qui creat homines. vidi enim mul-
tos diuites non habere filios, & multos pauperes plures
habere filios. Et ideo caueant homines, hominem occide-
re, quia procuocant contra ſe diram, non ſolùm ipſum
Deum, & omnes cęlos, ſed omnis creatura petet à Deo vin
dictam de eo, quia vſurpant, quod Dei eſt, vt dicitur in li-
bro Ariſtotelis de regimine principum. 3. char. ſub rubr.
de regis

de regis iuſtitia. Sed quando iudex ritè & rectè contra condemnatum ad mortem facit exequi ſentētiam ipſam, hoc facit vt miniſter Dei, quia omnia iuriſdictio eſt à Deo mediatè, & immediatè, vt dicit Inno. in c. licet ex ſuſcepto. de fo. compe. & in c. quòd ſuper de voto & voti re. & de hoc dixi dum ordinariè legerem rub. ff. de iur. omn. iud. Nam dicit Deus Exodi. 22. loquendo iudicibus. maleficos non patieris viuere. & ca. rex. 23. q. 5. intellige ritè & rectè. vt 23. q. 3. ca. ne amiſſo iudicio. de quo per beatum Thom. de Aquino. 22. q. 64. & Ariſto. vbi ſup. bene facit. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & l. non putauit. §. non quęuis. ff.
12 de bono. poſſ. contra tab. † Octauò no. ex tex. ibi, extra modeſtię terminos. per quem conſiliarij baronum, quando vident barones velle deuiare à fidelitate regis, dicunt eis, ꝙ ipſi excedunt terminos modeſtię, & non ſeruant mediū inter eos, & eorum ſuperiorem, ideſt, iuſiurandum, quod eſt inter eos, & regem. Nec poſſunt barones aliquā iuſtam cauſam ſibi perſuadere ad eandem modeſtiam non obſeruandam, niſi vnam, videlicet, quando rex non durat in ſtatu ſuo. i. quia non habet dominium regni, quia tantum durat fidelitas pręſtita regi, quātum durat ipſius dominium, vt dicit Abb. Sicu. in c. per venerabilem. in fi. de elec. Idem Fed. de Senis tū conſil. 28 r. vide ad hoc Andr. in conſt. ſup. in 1. li. quę incipit. non ſine grandi. Rurſus gloſ. not. iſtum tex. ꝙ in crimine lęſę maieſtatis poteſt procedi per inquiſitionem. vide in conſti. hi qui. in 1. lib. Concordat text. ad repr. quę eſt extrauagans Fed. Primi, & c. regni. nuper apud
13 Tranum. † Nonò & vltimò not. ex tex. ibi. pręſtatur ſecuritas. ꝙ rex pręſtat ſubditis ſecuritatem, quia eos regit in pace, & eos turbantes in perſona, vel in bonis, vel iniuriam alteri inferentes exhibet iuſtitiam, quia ſic pręſtatur ſecuritas. Mira quidem ſecuritas cordis aliena non quęrere, vt dicit beatus Greg. ſuper lib. 15. Iob c. 41. ideo à ſubditis ipſe debet eſſe ſecurus, vt in nullo lędatur. ſunt ergo reges debitores ſubditis ad iuſtitiam miniſtrādam, quia ſic eam miniſtrando ſecuri ſunt, & ſi illam denegent. vel aliter eam tardant, incurrunt periculum animę, & corporis, quia quando ipſi excedunt, exceduntur, & quod faciunt alijs, ipſi ſuſtinebunt, vt ff. quod metus cauſa. l. ſed & poſt. & in auth. de ſanct. epiſ. §. omnibus. & in auth. ſcenicas. circa medium. & ſic eueniet ſibi id, quod nō vult, & hoc iuſtum eſt, & tunc iuſtitiam percuſſionis inuenit, vt dicit beatus
14 Gregor. ſuper lib. 23. Iob c. 18. † Et hęc ſunt ſępius prędicanda regibus, & non quęſtiones ſubtiles de theologia, prout faciunt Moderni prędicatores ante reges, ut uideantur docti, attamen receperunt mercedem ſuam. Gloſſę, quę ſunt in iſta conſtitutione, tendunt ad declarationem eius, & ipſas reaſſumpſi in exponendo text. ſecundùm intellectum iſtarum gloſſarū, ideo nō aliter reaſſumo, ſed poteris eas legere per te, quia nihil noui inuenies ultra prędicta.

ANNOTATIONES.

a Quæro.] Adde, quòd iſta pragmatica incipit, Ferdinandus, & ad materiam vide Matth. deciſio 391. col. 2. ibi, ſecundo facit.

b Tantum.] Adde, quod clauſula, ex certa ſcientia, ſolùm operatur in his, in quibus princeps præſumitur ſcire, ſecus circa ea quæ in facto conſiſtunt, ſecundum Bald. in l. fina. colum. 2. verſicu. dicas etiam. C. ſenten. reſcin non poſſ. quem refert & ſequitur Alexan. conſil. 125. viſo titu. quæſtionis. in fin. lib. 2. Paul. de Caſt. conſil. 142. quæſtio iſta vertitur, in fine. vbi inquit, quòd clauſula illa, ex certa ſcientia, nihil operatur in his, quę apparent ignorata. Allegat notata per Barto. in l. fina. §. idem quęſiuit. ff. de condi. indebi. & de iſta clauſula ex certa ſcientia, & de clauſula de plenitudine poteſtatis, quid operentur, vide latè per Phil. Deci. conſi. 198. Ioan. Anto Batius.

c Non obſtan.] De iſta clauſula, non obſtante, & eius effectu vide latè per Philipp. Decium in conſi. 165. & per Fely. in ca. cauſam quę. colum. 9. verſicu. non obſtante de reſcript. Et quid de clauſula, non obſtante pacto vel quibuſcunque capitulis, an tollat pacta, vel capitula iurata, vel ſententiam confirmatam. vide gloſſ. ſingu. in cle. dudum § pen. in gloſſ. in verbo pactum. de ſepul. & Fely. in cap. ſuper eo. de offic. & pote. iud. delega. colum. 2. Et de iſta clauſula, non obſtante, late dicit Barto. in l. omnes. colum. 2. C. ſi contra ius vel vtil. public. & in extrauagan. ad reprimendam, in verbo non obſtantibus. & Bald. in titu. de pac. Conſtan. vide late per Alexandr. in additio. ad Bartol. de dicta clauſula, non obſtante, in d. l. omnes. C. ſi contra ius vel vtil. publi. Batius.

De cauſa depoſiti. XXXIII.

SVPRA proximè dictum fuit, quòd in duobus caſibus tantùm hoc iure admittitur probatio per duellum uidelicet in morte abſconſa hominis, & in crimine lęſę maieſt. uerùm quia poterat dubitari, an probatio per duellum habeat locum contra negantem depoſitum, prout antiquitus habebat locum, hodie uerò non habet locum per iſtam conſtitutionem, ſed depoſitum in pecunia debet probari cum ſolemnitate hic contenta. ideo ſequitur hęc rub.

SVMMARIVM.

1 *Depoſita olim inter Longobardos fiebant ſine ſcriptura.*
Depoſitum infra libram auri conſiſtens in præſentia trium teſtium omni exceptione maiorum fieri debet.
2 *Solemnitatis debitæ omiſſio actum vitiat.*
3 *Depoſitum de vna libra auri an probetur ſufficienter per tres teſtes.*
4 *Depoſitum in bonis mobilibus an poſſit probari per teſtes contra hæredem depoſitarii.*
5 *Depoſitarius debitum confitens, ſed ſe ad reſtitutionem non teneri aſſerens, an poſſit ſtatim condemnari.*
6 *Solemnitas non neceſſariò probatur, quando quis factum confitetur.*
7 *Confeſſio extraiudicialis de depoſito recepto an ſufficiat ad condemnationem.*
8 *Teſtes quot requirantur ad probandam partis confeſſionem ex cauſa depoſiti excedentis libram auri.*
9 *Actio ex ſtipulatu non poteſt intentari pro debito.*
10 *Depoſitum vltra libram an poſſit peti condictione ex aliqua lege.*
11 *Condictio certi generalis pro re depoſita competere dicitur reſpectu poſſeſſionis tantùm.*
12 *Accuſatio criminalis de furto an poſſit intentari contra negantem depoſitum teſtibus probatum.*
13 *Depoſitum an debeat eſſe ſignatum & ſigillatum, vt conſtituto de repetendo habeat locum.*
14 *Depoſitum an poſſit probari teſtibus, ſi in loco nullus fuerit notarius tempore depoſiti, qui inſtrumentum conficeret.*
15 *Deponere volens pecuniæ quantitatem vltra libram auri, debet petere cautelam manu notaris confectam.*
Scriptura publica requiritur ad probandum depoſitum vltra libram auri.
16 *Notarius iuſſu iudicis inſtrumentum conficiens, non excuſatur à falſo, dicendo ſe interfuiſſe, ſi non interfuit.*
17 *Solemnitas alia in depoſito requiritur de iure communi, & alia iure conſtitutionum.*

IN cauſa depoſiti. Iſta conſtitutio eſt exorbitans à iure communi & ideo tanquam odioſa eſt ſtrictè intelligenda. Breuiter hoc intendit, Depoſitum factum in quantitate pecunię non poteſt probari per oblationem duelli, prout olim erat permiſſum, ſed debet probari per tres teſtes ad minus omni exceptione maiores, ſi eſt infra libram auri, ſi eſt vltra libram auri, debet probari per publicum inſtrumentum confectum per notarium, qui non dicat ſe mandato iudicis interfuiſſe, & cum interuentione trium teſtium ad contractus, & ſe ſubſcribentium in inſtrumentis, vel cum deſcriptione vnius iudicis, & trium teſtium, aliter depoſi-
1 tum in quantitate negatum, non poteſt probari. h. d. † Not. 1. ex text. ibi, olim pugna. quòd olim ita erat bona fides inter Longobardos, quòd depoſita fiebant ſine ſcriptura, & ſine teſtibus, & ſi denegabat depoſitarius, deponens poterat offerre duellum, & ſi deponens vincebat in duello, obtinebat in iudicio, aliàs non, ut dicitur in Longobarda,

quæ

quæ incipit ſi quis per ſe ipſum, ſub rub. qualiter quis debeat ſe defendere, & io quibus caſibus pugna prohibetur, vel fieri præcipiatur, totum hoc corrigitur per illam conſtitu. Secundo no. ex tex. ibi ſub tali cautela volumus depoſitum celebrari. quod depoſitum conſiſtens iniquitate pe-
a cuniæ infra libram auri[a] debet fieri in præſentiam trium[b]
b teſtium omni excep. maiorum. Facit ad hoc tex. in auth. vt lic. matr. & auiæ. §. hoc autem. ſed ſi depoſitum excedit libram auri, debet fieri depoſitum per publicum inſtrumẽtum in præſentia notarij, iudicis, & trium teſtium ad minus, & omnes iſti debent ſe ſcribere dicto inſtrumento, & iſte eſt vnus de caſibus, io quo requiritur ſcriptura publica, ſcilicet ad probationem depoſiti. Et dicit glo. a. hic, ꝙ ſi aliter fiat depoſitum, habetur pro non facto, vt in l. 1. in prin. ff. de his, quæ in teſta. delen. & l. non dubium. C. de le-
2 gi. † nam omiſſio ſolennitatis vitiat actum, vt plenè per Abb. Sicu. in c. quoniam frequenter. ſuper gl. in uerbo, non valeat. extrà vt lite non conteſta. & ibi vide Felyn. in princi. 5. col. qui arguit de glo. in c. 1. in verb. vxoratus. de conuer. coniuga. quę dicit, ꝙ ſi vir vult intrare religionem, vxor debet promittere continentiã, tamen ſi vir profitetur omiſſa hac ſolemnitatẽ, tenet profeſſio, quia illa iura dicunt, ꝙ aliter factum non valeat, ſed illa ſolemnitas ex interuallo poteſt interuenire, ideo tunc eius omiſſio nõ vitiat actum ſed in caſu huius conſtitu. ſolemnitas debet à principio interuenire, quando ſit depoſitum vltra libram, ideo eius omiſſio reddit nullam probationem depoſiti. & pro hoc gl. illa, quam ipſe alle. in cle. 1. in verb. inhibentes. de iure patro. cum alijs ibi per eum allegat. Et ſic poteſt dici, ꝙ non probatur depoſitum vltra libram factum, ſi probetur per teſtes. Et ſic patet, ꝙ iſta conſti. arctat modũ probandi depoſitũ. Et ſic eſt correctoria iuris communis, quia corrigit tex. in auth. de inſtr. cau. & fi. §. ſi quis uult. & ideo ſtrictè eſt iſta conſti. intelligenda vt dicit hic Andr. & Bart. in l. ſi minores. ff. qui petant tutor. Et propterea quæro hic de
3 10. q. † Et primò quid ſi depoſitum in pecunia fiat de vna libra auri tantùm, vtrum ad eius probationem, ſi negetur, ſufficiant tres teſtes ad eius probationem, vel requiratur inſtrumentum publicum, ſecundùm quod dicit iſta conſ. quando depoſitum eſt vltra libram auri? Gl. 4. tangit hoc dubium, & arguit ad partes, & remittit ſe ad id, quod dixit in conſtit. inſtrumentorum robur. in glo. in verb. infrà libram. ibi tenet ꝙ id, quod ſtatuitur in exceſſu, habet locum in eo, quod non excedit, ſed eſt medium inter nõ exceſſum & exceſſum, per l. ſi quis dixerit. ff. de verbo. ſigni. & ff. de verb. obli. l. quicquid in fin. & ff. de ſucceſſ. edic. l. 2. §. quod diximus. Bene facit l. pen. ff. de in li. iur. & gloſ. ſup. in conſti. quæ incipit, quęſtiones. rubr. 61. de iſta q. remittit ſe ad iſtam gl. Et pro hoc facit illud, videlicet, ꝙ cui conceditur maius, conceditur id, quod eſt minus, vt not. glo. 16. q. 2. c. 1. niſi aliud expreſsè agatur, vt hic. Ac autem medium trahatur ad principium, vel ad vltimũ, vide And. quæ ſunt regalia. in prin. Iaſ. in l. Pomponius. § quęſitum.
4 ff. de acqui poſſ. † Secundò, quæro, quid ſi fiat depoſitum, non in quantitate pecuniæ ſed in bonis mobilibus, vel ſuppellectibus, quæ ſunt magni valoris, & etiam de auro & argento conſiſtente in uaſis, vel in ſpecie penes abbatem alicuius monaſterij, uel alteri perſonę. & non fit publicum inſtru. de depoſito, & moritur abbas, uel depoſitarius, vtrũ contra ſucceſſorem, uel hęredem poſſit fieri probatio per teſtes? Reſpondetur ꝙ ſic. quia illa conſti. non loquitur, niſi quando depoſitum fuit in quantitate & non dicit, quando fit in ſpecie, & ſic poteſt probari per teſtes, vt dicit tex. in auth. de inſtr. cau. & fid. §. ſi quis vult ibi, dum dicit tex. neque enim vt abbreuiemus probationes, ponimus legem, ſed ut eas, & cautè eſſe faciamus. & ſic concludit in effectu hic And. & prædicta vera, ſiue res ipſæ depoſitę ſunt ęſtimatæ, ſiue non, ut hic latius per eum. Sed ego dubito de iſta deciſione, quia uerbum, quantitas. hic poſitum in text. non ſolùm poteſt referri ad pecuniam, ſed etiam ad corpora, per text. in l. quiſquis. ff. de leg. 3. quem tex. ad hoc alle. Roff. Beneuen. in tit. de certi cond. generaliſſima. ver. quid

5 autem hodie, ideo cogita. † Tertiò quæro, pone, ꝙ quis per ſcripturam ſuę proprię manus confitetur ſe habuiſſe depoſitum in quantitate pecuniæ vltra libram auri, & eſt citatus ad recognoſcendum ſcripturam prædictam, ſi eſt ſuæ propriæ manus, ipſe comparet, & recognoſcit, & dicit, ꝙ eſt ſcripta ſuæ propriæ manus, ſed dicit ſe non teneri ad reſtitutionem. An iudex ſtatim condemnabit ad reſtitutionem depoſiti, vel dabit ſibi terminum ad docendum, quare non tenetur? Videtur, ꝙ debet ſibi dari terminus ad docendum, quare non tenetur, quia confitens factum poteſt ipſum impugnare, ex defectu ſolennitatis. C. ſi aduer. rem iudic. l. ſi eum. & in l. 1. C. de fide inſtru. & iur. haſt. fiſc. lib. 10. & ff. de tranſact. l. cum hi. §. ſi emptor. ff. de rebus eorum. l. magis puto §. ne paſſim hinc eſt, ꝙ dicebat Ange. in repet. l. ſciendum. ff. de verbo. oblig. ꝙ quando ſcribens intellexit, quod ſcribit, tunc ſufficit hæc confeſſio, ſecus ſi non habuit notitiam, vt eſt, quando quis ſe ſubſcribit in charta vacua, in qua nihil eſt ſcriptum, tunc hoc probato talis confeſſio, ꝙ eſt ſcriptura ſuæ manus, nihil operatur
6 in præiudicium ſcribentis. † Sed in contrarium facit, quia quando quis confitetur, non eſt opus probare ſolennitatem. l. ſi veritas. C. de fideicom. dicit notanter Dominic. de ſancto Gemi. in c. ſacerdotes. 12. q. 4. ꝙ ſi quis confitetur per ſcripturam propriæ manus, non poteſt allegare, nec probare errorem, ſecus in alia confeſſione non facta per ſcripturam propriæ manus. Solutio, dicit Io. Fabri. in ſi. de fidei. hære. §. fi. ꝙ Iaco. de Arena tenet, ꝙ quando pars confitetur non requiritur hæc ſolennitas, de qua in iſta conſti. & pro hoc facit l. ſi debitori. ff. de iudi. & ideo And. de Iſer. hic in prin. firmat, ꝙ ſi pars confitetur depoſitum in iudicio, habetur pro iudicato, vt in l. 1. ff. de confeſſ. Et ſubdit, ꝙ ſi cõuentus actione depoſiti confitetur ſcripturam eſſe propriæ manus, vel confitetur ipſum depoſitum, nullum eſt dubiũ, ſi de depoſito non eſt factum inſtrumentum. quod intellige, vt ſuprà dixi ex authoritate Ange. alleg. Inno. in c. 2. de
7 fi. inſtru. & illa eſt veritas. † Quartò quæro, quid ſi de pecunia depoſita vltra libram non eſt confectum inſtrumentum publicum, deinde agitur contra depoſitarium, & ille negat in iudicio, datur terminus ad probandum, & actor probat confeſſionem depoſitarij factam extra iudicium, parte præſente, ꝙ habuit dictum depoſitum, vtrum poſſit ſequi cõdemnatio? Videtur ꝙ non, quia non eſt ſolennitas huius conſti. dicit hic And. ꝙ iſta conſti. non eſt extendenda, quando probatur depoſitum per confeſſionem factam extra iudicium per teſtes, qui interfuerunt dictæ confeſſioni, ſed reſtringenda in caſu tantùm, de quo loquitur, quia eſt exorbitans, arctans modos probandi depoſitum, & ideo eſt ſtricte intelligenda, vt in l. cum quidam. cum ſimi. ff. de lib. & poſthu. de iure enim depoſitum poteſt probari per confeſſionem partis, vt in l. Publia. §. fi. & l. Lucius. ff. depo. & hoc ſiue agatur directa. vel vtili actione depoſiti, ſe-
8 cundùm And. hic, & bene. † Quintò quæritur, an ad probandum confeſſionem partis ex cauſa depoſiti extra iudicium excedentis libram auri ſint neceſſarij quinque teſtes vel ſufficiant duo tantùm teſtes? Glo. in auth. rogati. in uerbo. confeſſioni. C. de teſti. tangit hoc dubium, & refert opiniones contrarias inter Ioan. & Azo. ueritas eſt ſecundùm opi. Azo. ꝙ requiritur quinque teſtes, quia ſi ad probandũ reſtitutionem depoſiti ultra libram, ut in l. teſtium. C. de teſti. requiruntur quinque teſtes, ergo & in confeſſione depoſiti, cum eadem ſit ratio. & hanc opi. approbauit Pet. de Bellaper. Cyn. Bald. & Saly. ibi, mihi uidetur, ꝙ ex quo depoſitum non fuit factum in ſcriptis, mediante publico inſtrumento, prout dicit iſta conſti. ſed ad probandum depoſitum ultra libram adducuntur teſtes ad probandum confeſſionem extra iudicium. ꝙ ſufficiant duo, uel tres teſtes. & iſta conſtitut. non eſt trahenda ad hunc caſum. & hoc eſt, quod ſentit And. inquantum dicit, niſi dicas hanc conſti. odioſam, & propterea non trahendam ad ſimilia.
9 † Sextò quæritur, quid ſi feci tibi depoſitum de quantitate pecuniæ ultra libram, & non fuit confectum inſtrumentum ſecundum ꝙ dicit iſta conſti. ſed in præſentia teſtium

in numero

in numero opportuno ſtipulatus ſum mihi reddi pecuniã
prædictam depoſitam, ago certi condi. ex ſtipulatu, vt re-
ſtituas illam quantitatem pecuniæ, & probo per teſtes ſti-
pulationem prædictam, tu opponis, ꝙ non eſt probatum
depoſitum, prout requiritur per iſtã conſti. quæritur quid
iuris? Reſpondit huic. q. And hic, ꝙ non poſſum agere ex
ſtipulatu, quia actio ex ſtipulatu, ſequitur naturam eius,
cui apponitur, vt in l. certi condictio. ff. ſi cert. peta. & ſub-
rogatum aſſumit naturam eius, in qua imponitur, vt in l. ſi
eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. cum ſimili. & ſub-
dit And. idem, ſi actioni depoſiti ſit innouatum per ſtipu-
lationem, ſed ſi mihi daretur audacia, dicerem contrariũ,
ſcilicet, ꝙ poſſit agere ex ſtipulatu, ad reſtitutionem dicti
depoſiti probati per duos, vel tres teſtes, quia noſtra inter-
eſt plures actiones habere, vt ſi per vnam actionem habe-
re non poſſum, poſſim per aliam, vt dicunt hic glo. & An,
& infrà dicam, & probatur in l. ſi actor. ff. de iureiu. nec
obſtat, ꝙ ſtipulatio aſſumit naturam eius, ſuper quo impo
nitur, quia illud intelligitur quantùm ad hoc, vt plus, vel
minus exigatur cum effectu ex ſtipulatione, quàm veniret
exigendum ex illo contractu, ſuper quo eſt impoſita, vt in
l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. Ita dixit Alc. de Imo. in l. 1. in 5. co-
lum. ff. de pact. vnde ſi præceſſit mutuum, & ſtatim ſequi-
tur ſtipulatio, non naſcitur actio ex mutuo, ſed ex ſtipula-
tione, ſecundùm Bar. & Ang. qui idem dicunt in alijs con-
tractibus, qui re contrahuntur, vt refert & ſequitur Ale. in
l. ſingularia. in 6. col. ff. ſi cert. pet. Item quia ſtipulatio de-
bet taliter interpretari, vt poſſit prodeſſe, & aliquid opera
ri, vt eſt tex. & ibi Alex. in l. 1. in prin. in 5. col. ff. ſi cert. pet.
facit l. quoties in ſtipulationibus. ff. de uerb. obli. & c. Ab-
bate. de verb. ſigni. ſed ſi teneremus opi. Andr. nihil opera-
10 retur dicta ſtipulatio, igitur &c. † Septimò quæro vnà cũ
glo. & And. hic, quid ſi facto depoſito ultra libram, & non
confecto inſtrumento publ. agatur contra depoſitarium,
vt reſtituat depoſitum condictione. l. ſi me & Titium. ff. ſi
cer. pet. & l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. quæ vult, ꝙ
ſi res mea peruenit ad te, æquum & iuſtum eſt, ꝙ eam mi-
hi reſtituas, ille conuentus oppoſuit de ſolennitate huius
conſti. vtrum debeat fieri reſtitutio? Glo. hic concludit, ꝙ
ſic, ex æquitate dictæ legis, ne quis locupletetur cum alie-
na iactura. Nec obſt. ꝙ ſi ageretur depoſiti, depoſitarius nõ
poteſt opponere exceptionem dominij, vt in l. ſi quis. C.
depoſi. cum concord. hic in glo. allegatis. & ſi ageretur cõ-
dictione. d. l. ſi me & Titium. conuentus poſſet opponere
exceptionem dominij, quia ſi in hoc grauatur, releuatur
in alio in actione depoſiti, quia non poſſet agere ex defe-
ctu carentiæ inſtrumenti, ut hic, & ſi egi vigore. d. l. ſi me
& Titium, probaui, ꝙ res mea peruenit ad te. ideo debet
mihi reſtitui, nec inconuenit, ſecundùm And. hic, ꝙ res,
vel quantitas, quæ non poteſt recuperari, vt in exemplis
hic poſitis per And. videlicet indebitum ſolutum ex cauſa
iudicati, non poteſt reperti condictione indebiti, vt in l. 1.
C. de cond. inde: Et tamen per condictionem ſine cauſa po
teſt repeti, ut not. glo. ff. mand. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus.
Sunt tamen alia exempla, vt per Roffr. in libellis, in tit. de
certi condictione generaliſſima. in 3. col. uerſ. ſed opponi-
11 tur, nam non videtur. † Competit ergo certi condictio gene
ralis pro re depoſita reſpectu poſſeſſionis tantum, non re-
ſpectu proprietatis, ut dicit Roff. in d. tit. verſic. item quę-
ritur, an certi condictio competat pro re commodata, uel
depoſita. Idem dicit hic Andr. eum referendo latioribus
uerbis, ſed ſtat difficultas in hoc, qualiter probetur, ꝙ pe-
cunia mea peruenit ad te per teſtes, quia non ſequitur ſe-
cundùm And. hic, ſemel poſſedit, ergo præſumitur nunc
poſſidere; vt C. de prob. l. ſiue poſſidetis. & ff. de acquir.
poſ. ſi quis vi. §. differentia. cui adde gl. in cap. ſcribam, in
uerb. neglectis, de preſump. & vide Ale. in 1. vol. conſ. 47.
in 5. col. dicit ipſe And. ꝙ oportet, ꝙ probetur, ꝙ dolo de-
ſiit poſſidere, vel fuit in culpa, vel mora, vel ꝙ de dicto de-
poſito fuit locupletatus, conuertendo depoſitum in ſuum
vſum. Et tunc etiam furtum commiſiſſe, vt dicitur hic in
glo. poſtea dicit ipſe And. ꝙ abſurdum videtur, ꝙ in hoc

ſuccumbat iſte agens, ſi prædicta non probet, & ſic videtur
tenere, ꝙ competit ſibi certi condictio generalis vigore æ-
quitatis dictæ l. ſi me & Titium. reſpectu poſſeſſionis, etiã
12 ꝙ non probetur, ꝙ dolo, vel culpa deſiit poſſidere. † Octa-
c uo quæro, an contra illum, qui conuentus negat [c] depoſi-
tum ultra libram auri, & non fuit confectum publicum in
ſtrumentũ, poſſit fieri accuſatio criminalis de furto, ſi pro-
betur per teſtes ipſum depoſitum, uel probentur indicia
ſufficientia ad torturam. Et an poſſit deueniri ad tortu-
ram? Glo. fi. dic aperto ore concludit, ꝙ poteſt fieri accuſa-
tio criminalis de furto, per l. 3. §. pen. ff. de acquir. poſſ. &
ibi concord. & petat, ꝙ officio iudicis fiat ibi reſtitutio, ut
in iuribus in ea allegatis. Idem dicunt alia gl. & And. in 4.
col. ſup. in 1. lib. in conſti. ſi quis in poſterum, & Bar. in l.
interdum. §. qui furem. ff. de furt. & dixi in conſti. cum ſa-
pis. in fin. & uide apoſtillam Alc. in d. §. qui furem. Et ſtan-
tibus indicijs contra negantem depoſitum poteſt deueni-
ri ad torturam, & dicit, ꝙ hęc uia eſt magis tuta, & uide cã.
13 † Nonò quæritur, utrũ ut habeat locum iſta conſt. requira
tur, ꝙ depoſitum fiat ſignatum, & ſigillatum, uel ſufficiat,
ꝙ depoſitum in quantitate pecunię ſit numeratum, & in
numero conſignatum? Dicit hic And. ꝙ ſi tempore, quo cõ
ſignatur pecunia, non datur ſignata, nec ſigillata, ſed nume
rata, poſtea remanet depoſitum, ut in l. 1. §. idem Pompo-
nius quærit. ff. depo. Et habet locum iſta conſti. quia licet
depoſitarius poterit uti illa pecunia, tamen tenetur ad tan-
tundem quantitatis pecunię, ut in l. Lucius. & l. dies ſpon-
ſaliorum. ff. depo. & poterit agi actione depoſiti, ut in d. §.
idem Pomponius quærit. Sed ſi ex poſt facto pecuniã tra-
ditam ſigillatam in depoſitum, uel numeratam permittit,
ut poſſit illa uti, illa pecunia tranſit in uim mutui, & non
poterit agere depoſiti, ſed certi condictione ex mutuo, vt
in l. certi condictio. §. fina. ſi cert. pet. Et hoc prodeſſet ipſi
deponenti ultra libram auri, ſi non feciſſet fieri inſtrumẽ-
tum de depoſito, quia poſſet probare per teſtes, ꝙ ex inter
uallo dixit, ꝙ uteretur dicta pecunia depoſita, & poſtea re-
14 petere tanquam pecuniam mutuatam. † Decimo & ulti-
mò quæro, quid dicendum in locis, ubi non ſunt notarij
publici, & quid habet facere deponens ultra libram auri,
utrum deponendo in præſentia teſtium fide dignorum,
poſſit poſtea repetere per probationem ipſorum teſtium
examinatorum, ſi depoſitarius ſit mortuus, & hæres nihil
ſciat de dicto depoſito? Glo. in uerbo, per manus tabellio-
nis. credit, ꝙ iſta conſti. non habet locum in hoc caſu, quia
credit, quando fuit facta iſta conſti. de hoc non fuit cogi-
tatum, & ſic non extenditur ad hunc caſum incogitatum,
& ſic poterit probare per teſtes. Sed in contrarium facit,
quia conſt. iſta generaliter loquitur, ideo generaliter debet
intelligi. l. de pretio. ff. de publi. & Bartol. in l. 1. ff. de iur. &
fac. ign. Et ſi in loco non eſt notarius, uadat ad terram, ubi
eſt notarius, & ſi propter periculum perſonæ non poteſt
accedere, lex adaptatur ad ea, quæ frequenter accidunt. l.
nam ad ea. ff. de legi. nam ordo iuris eſt uniformis, ut dicit
Bal. in auth. qui ſemel. 5. colu. uerſi. ſed quid ſi non poteſt.
C. quomodo & quando iudex tamen quia hoc rationabile
eſt, ideo eſt dubitandum, ut dicit glo. in l. nemo. C. de ſum-
ma tri. & in l. antiqui. in uerb. qua licrunt. ff. ſi pars hęr. pe-
ta. & ſi dubitandum eſt, debet recurri ad principem, ſecũ-
dùm Bar. in l. fi. C. de legi. quicquid ſit, magna eſt authori-
tas gl. quæ dicit, ꝙ ad hunc caſum non extenditur hęc con
15 ſtitu. † Tertiò not. ex tex. ibi, qui interfuit ipſi depoſito non
iuſſione iudicis. ꝙ qui uult deponere aliquam quantitatẽ
pecuniæ ultra libram auri penes aliquem, debet in ſcri-
ptis cõfici facere cautelam per manus publici notarij, qui
dicat, ſe præſentialiter interueniſſe unà cum iudice, & ad
minus tribus teſtibus, & cum ſubſcriptione eorum pro-
priæ manus. Et ſic caueat notarius conficere inſtrumentũ
depoſiti, in quo ipſe non interfuit rogatus, ſed iuſſione iu-
dicis illud conficit, quia incideret in pœnam falſi. Bene fa-
teor, ꝙ per mortem notarij, qui interfuit, poteſt reaſſumere
inſtrumentum illius notarij mortui iuſſione iudicis, non
ꝙ fateatur ſe interueniſſe in illo depoſito, ſed iuſſione iu-
dicis

dicis illud reaſſumpſit loco, & vice illius notarij, qui dixit in ſuo protocollo ſe interueniſſe, prout dictum fuit in 1. libro. in conſtit. inſtrumentorum robur. Et ſic patet ex iſto tex. quod ad probandum depoſitum vltra libram auri requiritur ſcriptura publica. Et iſtum caſum adde ad gl. in c. 1. in verb. in ſcriptis. de cenſi. libro ſexto. quæ ponit caſus, in quibus requiritur ſcriptura ad probationem, & nõ ſufficit probatio per teſtes, vt etiam dicit gloſſ. fina. hic dum
16 allegat. l. contractus. C. de fide inſtrumen. cum ſim. †Quæro pro intelligentia, quare tex. iſte dicit, quòd notarius non faciat inſtrumentum iuſſione iudicis, vbi non interfuit, cum ſi iuſſione iudicis faceret inſtrumentum, in quo non interfuit, & diceret, ſe interfuiſſe, non excuſaretur a falſo? Reſpondeo, ſortè erat antiquitus conſuetum, quòd notarius iuſſione iudicis faciebat inſtrumẽtum, vbi non interfuit, & conſuetudo prædicta excuſabat eum a falſitate, vt dicit Bal. in capi. primo. ſecunda colum. de feud. cogn. ſortè in actu debebant eſſe duo notarij, & vnus quando ille actus celebratur erat abſens, & erat conſuetum, quòd notarius abſens dabat fidem geſtis per alium notarium, & de mandato iudicis ſe ſubſcribebat, ac ſi interueniſſet. Et vltra Bald. allego, quòd idem dixit gloſ. in capi. cum venerabilis. de conſue. quam ibi not. Anton. de Butr. & Abb. Sicu. in c. denique. 50. diſtin. Et idem dicit Pet. de Anch. in conſi. 50. incip. conſuetudo. & Ludo. Roman. in conſilio 446. & Pau. de Caſ. conſi. 170. & conſi. 189. & Fely. in cap. ex tenore. in uerb. cęterùm. in fi. de reſcrip. hoc eſt prohibitum per iſtam conſti. in inſtrumento depoſiti ultra librã, quod
17 tene menti. †In glo. 1. 2. & 3. hæc glo. ſummat iſtam conſti. & dicit, quòd alia ſolennitas eſt de iure communi, quando quis vult facere depoſitum, vt in alleg. §. ſi quis vult, in authen. de inſtru. cau. & fide, & ſi ille text. docet cautè deponare, hic docet cautius, & eſt differentia inter illum text. & iſtum quia ibi non neceſſitatur ad illam cautelam faciendã, ſed poteſt legitimè probare per legitimas probationes, ſed iſta conſtitutio arctat ad probandum per inſtrumentũ publicum, ita quod ſi non adhibeatur inſtrumentum publicũ in depoſito ultra libram, probatio aliter facta habetur, ac ſi eſſet non facta, ut ſup. dixi. Et ſic corrigitur dictum ius cõmune per iſtam conſt. In gl. 4. in verbo, vltra libram. dic, vt dixi ſup. in 2. not. in 1. quæſt. In glo. 5. & 6. in uerbo, per manus tabellionis. dic, ut dixi ſup. in 10. q. In glo. fi. in prin. dic, vt dixi ſup. in 7. q. In eadem ibi, dum conſultus fuiſſem. dixi ſup. verſ. 8. quæro. In eadem in fi. ſigna iſtam glo. quòd ſi negetur depoſitũ vltra libram auri, poteſt agi contra eum criminaliter de furto præcedente accuſatione de furto, & procedit ad torturam, præcedentibus iudiciis, & maximè ſtante. c. 1. §. ſi quis quinqua ſolidos. de pace ten. & c. regni edito per regem Carolum Primum, quod incipit, ad hoc. per quod imponitur pœna mortis, quod capitulum eſt in viridi obſeruantia. ſecus ſi ciuiliter ageretur actione depoſiti prædicti, & negaretur, tũc non poteſt deueniri ad torturam, vt not. in l. ex libero. ff. de quæſtio. niſi in caſu l. quoties. C. de naufrag. dic, quod in illa. l. nihil dicitur de tortura principalis, ſed ſolum glo. in verbo, habita. dicit de tortura teſtium, ſi vacillent, & dicant ſe interfuiſſe naufragio, & no. gl. in l. vnius. §. teſtes. ff. de quæſ. & in l. presbyteri. C. de epiſ. & cler.

ANNOTATIONES.

a Auri.] Intellige infra libram, etiam ſi ſit libra completa, vt ff. de ver. ſig. l. ſi quis ſic dixerit & de verbo. obl. l. quicquid. in fi. & de ſucc. edic. l. 1. §. quod diximus. Io. Anto. Batius.

b Teſtium.] Et an duo teſtes ſufficiant, vide text. in conſtit. inſtrumentorum robur. Et quid de eo, quod dicitur de inſtrumento continente ſummam excedentem libram auri, quo caſu requiritur ſubſcriptio trium teſtium, an habeat locum in inſtrumento dotali, ſi reperitur habere ſubſcriptionem duorum teſtium præter iudicem & notarium, cum alii teſtes ſint mortui, & videtur quòd non, arg. eorum, quę no. per Sal. in l. ſi. 4. no. C. de iu. do. & per Matt. in conſt. baiulos omnes. colum. 19 cir. prin. ver. item dico. vide regiam prag. Reginæ Ioannæ, inci. Io. in fo. 7. Ant. Cap. deciſ. 171. Batius.

c Negat.] Qua pœna debet plecti negans depoſitum, vide regiam prag. quæ incipit condemnationem contra negantes depoſitum ante mutuum. & conſtitutio. regiæ maieſtatis ſup. fo. 56. li. meo. & an negans depoſitum poſſit criminaliter de furto accuſari, vide gl. fi. in hac conſti. & eundem Matth. in fi. Io. Ant. Batius.

De teſtibus producendis ante litem conteſtatam. Rubr. XXXIIII.

IN præcedenti proxima conſtit. dictum fuit, quòd ille, qui depoſuit quãtitatem pecuniæ infrà libram auri, debeat deponere in præſentia trium teſtium omni exceptione maiorum, & per illos tres teſtes poterit poſtea probari depoſitum, ſi negetur, verum quia interdum ille, qui depoſuit pecuniã prædictam penes depoſitarium, adhibuit teſtes ſenes, vel valetudinarios, & abſuturos, & timetur de eius morte, vt ſi antequam agat, illi moriantur, vel reus antequam conueniatur, habent teſtes ſenes, vel valetudinarios, vel abſuturos longa abſentia, per quos poterit probare ſuam defenſionẽ, vel exceptionem, vtrum tam actor, quàm reus poſſit examinari facere dictos teſtes ante litem conteſtatam, de quibus non erat hucuſque dictum, ideo ſequitur hęc rubri. Et licet hæc conſtit. intelligatur per gloſſ. in reo, tamen conſtitu. loquitur generaliter, & ſic debet intelligi tam in reo, quàm in actore, ſecundùm And. hic, & bene, quia ſi in reo tantùm intelligeretur, nullum de nouo induceret, cum reus de iure communi indiſtinctè poteſt inducere teſtes ad æternam rei memoriam, vt extrà de teſti. capitu. ſignificauit. in c. Albe. eo. titu. & firmat Barto. in authen. ſed & ſi quis. C. de teſti. & eſt concors Ang. in authen. de teſti. §. fina. & And. hic, ergo multò magis, quando ſunt teſtes ſenes, vel valetudinarij, & abſuturi lõga abſentia, cum id fiat per neceſſitatem. Et eſt ratio, quia non eſt in poteſtate ſua, quando reus conuenitur. l. purè. §. fi. ff. de doli excep. & poterant tunc ad inſtantiam rei publicari, ſecundùm Angel. in d. §. fi. & Abb. in c. quoniam frequenter, in princ. 5. col. extrà vt lite non conte. ſed actor non poteſt ante litem conteſtatam producere teſtes, ut examinentur ante lit. conteſ. niſi quando occurrit iſta neceſſitas, quia habet tres ſenes vel ualetudinarios, vel abſuturos longa abſentia, alios autem teſtes nõ poterit examinari facere ante lit. conte. quoniam eſt in ſua poteſtate, quando uelit agere, & tales teſtes non publicabuntur, niſi quando fit publicatio in cauſa, facta lit. conteſ. ſecundùm Bar. in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infect. & Innocent. in dicto capitu. ſignificauit. niſi quando debitum eſſet in diem, vel ſub conditione, tunc quia ante diem uel ante conditionis euentum non poteſt agere, ut in l. prima. in fi. ff. quando dies vſufruc. lega. ced. tunc poteſt producere duos teſtes, quia non dependet ab eius poteſtate agere, & in hoc ęquiparatur reo. Et de iſta materia, quot requirantur, ut teſtes poſſint recipi, & examinari, lite non conteſtata, vide plenè per Abb. Sicu. in d. capit. quoniam frequenter. in prin. in 2. glo. extrà ut lit. non conteſt. & vide gloſ. magiſtram ibi. & per Lanfrancum de Oria. qui repetiuit illud cap. quoniam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes quo caſu ad inſtantiam utriuſque partis lite nondum conteſtata examinari poſſint.*

2 *Teſtes in cauſa ciuili quot concurrentibus ante litem conteſtatam poſſunt recipi.*

3 *Teſtes an poſſint ante litem conteſtatam examinari de facto recenti, ne ex temporis longinquitate exeat ab eorum memoria.*

Teſtes longa abſentia abſuturi per quem iudicem lite nondum conteſtata poſſint examinari.

4 *Remiſſio ad partes ante litem conteſtatam nunquam fit per iudicem cauſæ.*

5 *Teſtes an poſſint examinari lite non conteſtata in cauſis, in quibus non neceſſariò conteſtatur.*

Citatio

Citatio ad domum quo caſu non ſufficiat.
6 *Teſtes quo caſu ante litem conteſtatam examinari poſſint non cita-*
to eo,qui futurus ſperatur aduerſarius.
7 *Citatio ad domum quando ſufficere dicatur, iudicis arbitrio relin-*
quitur.
Citatio quomodo fieri debeat.
8 *Nuntius an teneatur citandum, requirere per totam ciuitatem.*
9 *Citatus ad videndum examinationem teſtium ante litem conteſta-*
tam non comparens, an poſſit condemni.
10 *Citatus ad examinationem teſtium ante litem conteſtatam, an poſ-*
ſit omni tempore contra eos & eorum dicta opponere.
11 *Exceptio tribus caſibus contra perſonas teſtium opponi poteſt, pu-*
blicatis atteſtationibus.
12 *Forma debita omiſſa reddit actum ipſo iure nullum.*
13 *Argumentum à ſenſu contrario ſumi poteſt, ſi conſtitutio iuri com*
muni ſit conformis.

a PRORATIONVM [a] incurſibus. Duo
dicta principaliter continet hæc conſti.
Primum & ſecundum dictum eſt con-
forme cum iure communi. ſecundum
dictum eſt ibi, quarum depoſitionum.
Primum dictum hoc intendit. Ab eo
qui vult ſibi cauere, ideſt, euitare iacturam ſuæ cauſæ, &
ſic tam ex parte actoris, quàm ex parte rei, lite non con-
teſtata, poſſunt produci coram iudice, vt examinentur te-
ſtes, vel valetudinarij, vel ſenes, de quorum morte time-
tur, vel abſuturi longa abſentia, dummodo per iudicem ci-
tentur, & eequiratur ille, qui erit futurus aduerſarius per-
ſonaliter, ad videndum iuramenta dictorum teſtium vale-
tudinariorum, vel ſenum, aut abſuturorum longa abſen-
tia, ſi eius præſentia de facili haberi poteſt. Et ſi citatus
perſonaliter ſi abſentet, & ſi ſit contumax, eius contuma-
cia non impedit ipſam examinationem, ſubandi ſecun-
dùm Andr. hic. Et depoſitiones teſtium valebunt perpe-
tuò prout de iure communi eſt clarum. Et ſic ſi aduerſa-
rius vidit iuramenta teſtium, vel citatus fuit contumax,
valebunt in perpetuum depoſitiones teſtium, & erit ei ſal-
uum omnes ius opponendi contra perſonas, & dicta ip-
ſorum teſtium, & iſtud eſt primum dictum. Secundum
dictum eſt, ſi aduerſarius, non poteſt citari ad videndum
iuramenta teſtium valetudinariorum, vel ſenum, vel abſu
turorum, fortè quia Gallus, vel Hiſpanus diſrobauit Nea-
poli, & ſtatim receſſit in Galliam, vel Hiſpaniam, tunc po
terit fieri receptio dictorum teſtium abſque eius citatio-
ne, quia ſi requireretur citatio aduerſarij exiſtentis in Fran
cia, vel Hiſpania, interim poſſent illi teſtes ſenes, vel va-
letudinarij, vel abſuturi mori, vel abſentari, debet tamen
intra annum, a die receptionis ipſorum teſtium illi aduer-
ſario Gallo, vel Hiſpano receptio facta de dictis teſtibus
denunciari, & ſi non ſit facta talis denunciatio intra an-
num, poſt annum depoſitiones ipſorum teſtium non va-
lent, quia non fuit lis conteſtata intra annum, ex quo fie-
ri non potuit, quia minimè fuit illi aduerſario abſenti fa-
cta dicta denunciatio, ergo ſi facta fuit denunciatio illi ab-
ſenti Gallo, vel Hiſpano, & fuit contumax, valebunt de-
poſitiones etiam poſt annum, hoc dicit, ſecundum intelle-
1 ctum Andr. hic vſque in finem. † Not. primo, ex text. ibi,
lite in iudicio nondum conteſtata. caſum, in quo recipiun-
tur teſtes tam ad inſtantiam actoria, quàm rei ex genera-
litate huius literæ ibi. ab eo &c. ante lit. conteſtatam vide-
licet quando petútur teſtes valetudinarij, vel ſenes, aut ab-
ſuturi longa abſentia, exami. concordat tex. in ca. cum dile-
cta. de confir. vti. vel inut. vbi dicit tex. nos igitur attenden
tes, quòd iure ſit ciuili ſtatutum, vt quando periculum te-
ſtium formidatur, ne veritas occultetur, & probandi co-
pia fortuitis caſibus ſubtrahatur, etiam lit. non conteſtat.
teſtes valetudinarij, & alij, de quibus ex aliqua cauſa ra-
tionabili timetur, ad teſtimonium admittantur. Et gl. ibi in
verbo, iure ciuili, allegat iura ciuilia ibi, & etiam iura cano
nica. Alios autem caſus, in quibus poteſt de iure procedi
ad teſtes recipiendos, & examinandos, lite non conte. vide
per gloſ. & Abb. Sicu. in d. c. quoniam frequenter. in 2. col.
& in c. ſignificauit. de teſt. & ibi vide Fely. qui ponit duas
concluſiones. An, & quando, & à quo poſſit peti receptio
teſtium, de qua hic, & ibi ponit multas quotas, in quibus
tangitur iſta materia. & vide quæ ſuprà proximè dixi in
2 præſenti Rubrica. † Secundò [b] not. ex eo. text. ꝙ quatuor re-
b quiruntur, vt poſſint in cauſa ciuili teſtes recipi ante lit. cō
te. quia in criminali nō habet locum receptio iſta teſtium
ante lit. conte. ſecundùm An. hic. Primò eequiritur, quod
ſubſit cauſa rationabilis, vt quia timetur de morte teſtium
vel eorum abſentia longa. Secnodò requiritur citatio ad-
uerſarij, ſi citari poteſt. Tertiò, quod ſi non poteſt citari,
debeat conueniri intra annum à tempore, quo poterit con
ueniri, vel ſaltem denuncietur ſibi huiuſmodi receptio fa-
cta, aliàs talis receptio eſt nulla. Quartò, quòd agatur ci-
uiliter hæc etiam colliguntur per text. in d. capit. quoniam
frequenter. in princip. & ibi per Abb. Sed iuxta prædicta
quæro breuiter & ſuccinctè de quinque queſtionibus, Et
c primò. [c] quæritur. Qui dicuntur teſtes ſenes, & qui uale-
tudinarij, uide Abb. Sicu. in d. cap. quoniam frequenter. in
princip. uerſicu. 4. quæro. & Fel. ibi. in colum. 72. vbi dicit,
quòd mulier prægnans eſt ſimilis valetudinariæ perſonæ.
3 † Secundò quæro, quid ſi teſtes non ſunt abſuturi, nec ti-
metur de morte propter longam abſentiam, ſed petitur
ante lit. conteſta. examinari, quia factum eſt recens, ne ex
longinquitate temporis factum exeat à memoria teſtium,
an ante lit. conteſt. poſſint examinari? Gloſſ. in verbo, ſub-
trahatur. in d. §. quoniam frequenter. dixit, quòd ob iſtam
cauſam poteſt fieri receptio. & allegat bonum text. in l. 4.
§. duæ. ff. de carbo. edi. Idem firmat Hoſti. Ioan. An. de Bu.
& Abb. Sicu. in d. cap. quoniam frequenter. licet Io. Cald.
d aliter ſenſerit, ut ibi per Abb. prædictum. Tertiò quæro [d]
per quem iudicem examinabuntur teſtes abſuturi longa
abſentia ante lit. conteſta. dic quòd examinabuntur per il-
lum iudicem, coram quo ipſa cauſa erit videnda, & exami
nanda, ut dicit Abb. Sicu. in d. cap. quoniam frequenter. in
princip. in 7. colum. Idem dicunt Doct. in cap. ſignificauit.
de teſti. & Bart. in l. cum hi. §. tranſactionem. ff. de tranſac.
& in ca. ſi quis contra clericum. de foro compe. Intantum
prædicta procedunt, quòd iudex, à quo eſt appellatum ſi
eſt ordinarius, pendente cauſa appellationis coram iudice
ad quem poterit teſtes ſenes, uel ualetudinarios, & abſu-
turos recipere, nec dicetur innouare lite pēdente, nec vi-
detur pars per hoc renunciare appellationi, ſi ipſe iudex
ad quem non poteſt ipſos examinare, quia timetur de eo-
rum morte, aut longa abſentia, ita firmant Maria. Abb. Sic.
& Felin. in d. c. quoniam, in 5. col. Et ſi teſtes ſunt abſentes
longa abſentia, ita ꝙ non poſſunt per iudicem cauſæ reci-
pi, poterunt teſtes ipſi recipi per iudicem illius loci, ubi de-
gunt teſtes ipſi, ne pereat probatio, de quo tamen uide per
4 Anto. de But. & Abb. ubi ſuprà. † Et ſcias, quòd nunquam
per iudicem cauſæ debet fieri remiſſio ad partes, ét quòd
teſtes ſunt ſenes, uel valetudinarij ante lit. conteſt. ut refert
Felin. in d. c. quoniam frequenter. in 6. col. deciſi. Rotæ in
antiquis, ſed tu de hoc vide Fran. de Aret. aliter dicentem
in ca. ſignificauit. ſuprà de teſti. Quartò quæro, quid ſi ali-
quis ciuis Neapolitanus eſſe abſuturus extra regnum per
aliquos mēſes, & deinde debet reuerti, & petitur, quòd exa
minet teſtes ante lit. conte. vtrum poſſit recipi? Inno. in d.
c. quoniam, ꝙ totum hoc remittuntur arbitrio iudicis, pu-
ta debitum eſt ad tempus longum, vel ſum conditione, quę
poteſt multum differri, tunc iudex non reputabit eum ab-
ſuturum longa abſentia, cum ſit credibile, ꝙ poteſt redire,
antequam ueniat dies, uel conditio. ſecus ſi veriſimiliter ti-
meretur de morte teſtis interim, ut bene declarat Abb. in
5 d. capit. quoniam frequenter. † Quintò quæro, quid ſi in
cauſa non debet de neceſſitate lis conteſtari, ut ſunt cau-
ſæ ſummarię, utrum in illis poſſint ſemper examinari te-
ſtes, lite non conteſta. Bald. tangit hoc in authen. ſed, & ſi
quis. C. de teſti. ult. colum. & videtur inclinare quòd ſic.
Sed aliud ſentit Franc. de Aret. in d. cap. ſignificauit. in fin.
quia

quia in cauſis, vbi lis non conteſtatur, primos actus, qui
fit, quando lis conteſt. ille actus habetur pro litis conteſta.
vt habetur in l. nulla. & l. nihil. C. de procura. vt ibi latius
per eum. Tertiò not. ex tex. ibi, præſente tamen eo, qui
aduerſarius futurus ſperatur. caſum ſpecialem, in quo
non ſufficit citatio aduerſarij in domo, quando eius præ-
ſentia haberi põt, ſed debet eſſe citatus perſonaliter, vide-
licet, quando citatur ante litem conteſtatam ad viden-
dum iuramenta teſtium ſenum, vel valetudinariorum, vel
abſuturorum longa abſentia. Bartol. in l. 4. §. prætor ait.
ff. de dam. infec. refert Dyn. idem tenere per text. in auth.
de teſtib. § pe. ibi, adeſſe voluerit, vel abeſſe, & pro ſua per-
ſona. Et hoc procedit, quando eſt periculum mortis te-
ſtium, vel eorum abſentia diuturna, ſecundùm Ioan. And.
6 in regula, præſumitur, lib. 6. in mercu. † Fallit, niſi ſemel
fuiſſet citatus perſonaliter ante lite. conteſta. Et antequam
lis conteſtaretur, peteretur, quòd examinarentur teſtes va
letudinarij, de quorum morte dubitatur, vel teſtes abſutu-
ri longa abſentia, iſto caſu poſſunt examinari teſtes, licet
non fuerit aduerſarius citatus perſonaliter ſed domi tan-
tum, per authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex.
& per cap. cauſam. de do. & contume. & firmat Bartol. in
d. l. 3. §. prætor ait. vlti. colum. & vide Bald. in d. l. ſi quis. C.
de teſti. & Alexan. in conſi. 202. in 2. volu. Idem dicit Bald.
in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. vbi pro hoc alle-
gat cle. cauſam. de elec. Idem dixit Bald. in cap. 1. de milit.
vaſal. qui contu. eſt. & Cyn. in d. auth. ſed & ſi quis, & Bar.
in l. 2. ff. de lib. agno. eſt gloſſ. in l. 1. §. ex hoc edicto. ff. quæ
ſen. ſine appel. reſcin. & firmant domini de Rota deciſi. 45.
Ioan. Andre. in mer. in dicta regula, præſumitur. Maria. de
Se. in tracta de citatio. char. 88. Sed Abb. Sicu. in d. c. quo-
7 niam frequenter. vlti. colu. dicit, † quòd quantùm ad rece-
ptionem teſtium valetudinariorum, vel ſenum, & abſutu-
rorum longa abſentia, lit. non conte. non poteſt dari certa
doctrina, ſed relinquendum eſt arbitrio iudicis, an ſuffi-
ciat citatio ad domum, ſubdens, quòd ſecundùm diuerſi-
tatem materiæ valebit, vel non valebit citatio ad domum,
de quo in cap. fin. per Abb. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei
ſer. & in ca. cauſam. de do. & contu. & per Bart. in d. l. 4. §.
prætor ait. Qualiter autem conſtabit iudici de periculo
mortis, vel de receſſu longiori, vide in d. capit. ſignificauit.
& Docto. in d. l. ſi qui teſtium. C. de teſti. Quartò not. ex
text. ibi, ſi eius præſentia haberi poteſt, quòd citatio debet
fieri hoc modo, cites eum perſonaliter, & ſi eius perſona re
periri non poteſt, citetur in domo ſolitæ habitationis. Ita
etiam tenet glo. in d. c. quoniam frequenter. & gl. in l. ſi fi-
nita. §. Iulianus. & Bart. in d. l. 4. ait prætor. ff. de dam. infec.
& Specu. in titu. de actore. §. ſequitur. verſic. ſed nunquid,
8 † An autem nuncius debeat requirere per totam ciuita-
tem, vel ſufficiat ire domum toties, quoties eum perſonali-
ter reperiet, ſi dicatur ſibi per illos, qui ſunt in domo, quòd
non eſt abſens à ciuitate? Dicit Bald. in l. conſentaneum. vl
ti. colum. C. quomodo & quando iudex, quòd nuncius ibit
ad domum citandi, & interrogabit, vtrum citandus ſit ibi,
& ſi poſſit eum inuenire. Et ſi dicatur quòd non, dimittat ibi
literas, vnde non eſt neceſſe, quòd perquirat eum per to-
tam ciuitatem, allegat gloſſ. in auth. de exhi. reis. §. ſi verò
etiam quidam. in gloſſ. ſed qualiter. vide ad hoc Abb. Sicu.
in d. c. cauſam. de dolo & contuma. & Alexan. in 3. uolum.
conſil. 2. & Alexan. in d. §. prætor ait. Cætera de iſta mate-
ria citationis ad domum vide per Barto. & Alexan. & alios
ſcribentes in d. §. prætor ait. Quintò not. ex text. ibi, contu-
maciam abſentantis. quòd ad receptionem teſtium, lit. con-
teſt. valetudinariorum, de quorum morte timetur, vel de
eorum diutina abſentia, citato aduerſario, ut ſuprà perſo-
naliter, uel in domo, poteſt deueniri, etiam quòd non com
pareat, & contumaciter exiſtat, vt hic. ad idem in d. ca. cau-
ſam. de dolo & contuma. Bene facit, quod not. per Abb. in
capitu. fin. de eo qui miſſus eſt in poſſeſ. ad idem in d. capi.
ſignificauit. de teſti. & Bald. in d. authen. ſed & ſi quis. C.
de teſti. & eſt tex. expreſſus in d. capi. quoniam frequenter,
à quo videtur mihi, quòd ſit ſumpta hæc conſti. Interdum

e in caſu ſpeciali [e] lit. non conteſta. & parte non citata reci-
piuntur teſtes ad æternam rei memoriam, vt patet in l. 2.
& ibi Barto. C. de naufragijs. ad hoc vide Franc. de Aret. in
9 capi. 2. extra de teſtib. † Sed vtrum iſte aduerſarius ad præ-
dicta citatus per magnam curiam vic. & non comparens
poſſit pro contumacia condemnari ad tertiam partem bo-
norum ſuorum mobilium, prout vult conſtitutio regni?
Dico quod non, ſed ſat eſt, quòd in eius contumacia reci-
piuntur teſtes, & eſt ratio, qui vbicunque actor nihil pe-
tit ab aduerſario ſuo, ſed ſolùm aliquid petit à iudice, &
pars citatur ad hoc, ſi non comparet, non poteſt aliter mul
ctari per ſuam cõtumaciam. Vide ad hoc, quæ dixi ſuprà,
in conſtitutione ſpeciale quoddam. in 1. no. Hoc egregiè
probat Franc. de Aret. in d. capitu. ſignificauit. in 5 not. de
teſti. fretus auctoritate Barto. in l. cum de ætate. ff. de mi-
no. & in l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de offici. pro-
conſul. & lega. ſecus vbi aliquid petitur à parte, vt in ca. ac-
10 cedens. el primo, vt li. non conteſt. quod tene menti. † Sex-
tò not. ex text. ibi, omni iure. quòd ſiue citatus ad dicen-
dum, quare recipiendi non ſint teſtes ſenes, & valetudina-
rij, vel abſuturi longa abſentia, & ad videndum eorum iu-
ramenta compareat, ſiue ſit contumax, omni tempore po-
teſt opponere cõtra teſtes, & dicta per iſtum text. quem in
telligo, dummodo iuret, quòd non malitioſè opponit con
tra teſtes, & dicta, vt dicitur in capi. præſentium. de teſtib.
An autem hoc procedat, ſi nihil ſit proteſtatũ tempore re-
ceptionis dictorum teſtium contra perſonas, & dicenda?
Gloſſ. hic ſe remittit ad glo. Caroli de Tocco in Longobar
da. de teſti. l. 2. vbi tenet. quòd ſine proteſtatione prædicta
non poteſt, poſtquam ſunt recepti, opponere contra perſo
nas, niſi de nouo ſuperueniſſet in notitiam inhabilitas te-
ſtis, allegat. c. denique. de excep. tu vide in l. ſi quis teſtibus
in glo. C. de teſti. & de hoc eſt tex. in d. ca. præſentium. ex-
11 trà eodem titu. vbi traditur iſta regula. † Quòd poſt pu-
blicationem teſtium non poteſt obijci contra perſonas te-
ſtium, niſi in tribus caſibus. Primus, ſi iurat, quòd non ma
litioſè opponit. Secundus, ſi ante publicationem fuit con-
tra perſonas teſtium proteſtatus. Tertius, ſi non facta pro-
teſtatione vult probare, quòd de nouo ſuperuenit notitia
exceptionum contra teſtes, ſecundùm dominum Abb. Si-
cu. ibi. An autem ille, qui fuit proteſtatus ante publicatio-
nem teſtium contra perſonas & dicenda teſtium, poſſit il-
lis teſtibus ſe iuuare, uide Abba. Sicu. & poſt eum Felyn.
in d. cap. præſentium. Septimò & ultimò no. ex text. ibi, in-
tra annum. quòd teſtes ſenes, & valetudinarij, uel abſuturi
longa abſentia, recepti contra aduerſarium abſentem lon-
ga abſentia, qui non poterat faciliter citari. quia erat Gal-
lus, vel Hiſpanus, eorum depoſitio tunc demum ualet poſt
annum, ſi intra annum fuit denunciata illi aduerſario, aliàs
ſecus, & in hoc concordat tex. in d. c. quoniam frequenter
12 uerſic. ſed ſi actor. ut lite non conteſt. † Et ſic cum iſte text.
requirat denunciationem pro forma, omiſſa iſta denuncia
tione in hoc caſu, depoſitio teſtium redditur ipſo iure nul-
la pro utraque parte, quia text. iſte dicit, quòd tales teſtes
poſt annum, non facta denunciatione, non habent uigo-
rem. quod tantum eſt dicere, quod ſunt nulli. Et de iſta cõ
ſtitutione non fuit memor Lucas de Penna in l. prohibi-
tum. in gloſſ. fina. ubi loquitur de iſto uerbo, uigore. C. de
iure fiſca. lib. 10. Et ſic ipſo iure abſque ſententia non valé-
bunt. Gloſſ. tamen ibi. & aliqui tenent, quòd pro aduerſa-
rio bene ualebunt, quia ipſe nullum dolum adhibuit. Tu
diſtingue, ut diſtinguit Abba. Sicul. in dicto capitu. quo-
niam frequenter. in 6. colum. Et tene menti hoc, quòd
probatio ualet ad tempus, & poſt tempus non ualet, &
hoc eſt in caſu ſpeciali. In gloſſ. prima dic, ut dixi ſuprà
in expoſitione literæ. In gloſſ. ſecunda, & tertia hæc gloſſ.
allegat iura communia pro concordantibus cum iſta con-
ſtitutione. In gloſſ. quinta tene menti iſtam gloſſ. ad hoc,
13 † quòd quando conſtitutio eſt conformis cum iure com-
muni, licet ſumere argumentum à contrario ſenſu, & il-
lud eſt ualidum. De iſta materia uide copioſè per Iaſo-
nem in dicta l. 2. §. huius rei. ff. de offi. eius, cui mandata eſt
iuriſdi,

iuriſd. In glo.ſexta.dic, vt dixi ſuprà in 6.nota. In gloſ.fin. ſigna eam, quòd iſtæ conſtitutiones non extenduntur ad caſus, de quibus non loquuntur, ſed illi caſus debent determinari ſecundùm ius commune. Idem dixit gloſſ. ſuprà in hoc 2.libro in conſtitutio,exceptiones. ſub Rubr. 22. Andrę.hic dicit.quòd vbi deficit lex ciuilis, ſeruatur ius canonicum rationabile, de quo in capitulo primo. de oper.no. nunciatione.

ANNOTATIONES.

a Probationum.] Adde ad materiam, quod antequam iudex examinet teſtes ad perpetuam rei memoriam, debet interloqui, teſtes abfuturos, vel valetudinarios eſſe, ita Bar & Doc.in l.lege aquilia. in gl.magna.in fi.ff.ad leg.aquil.Guido Papæ conſi.231.3. parte.

b Secundò.]Vide de hac per Lanfranc.de Oria.in c. quoniam contra. §. teſtium depoſitiones. num 46.de probat.pro quo vide etiam per Alexand. de Imo. in conſilio 200. colum.fina.volum.4. & Socyn. conſilio 254.inci.conſiderato.verſicu. quartò contra eum teſtem volum. 2.& eundem Socyn.in ſuo tractatu fallen.in regula 242. incipien.lite non conteſta. Batius.

c Primò.] Dic hoc eſſe in arbitrio iudicis, ita moltùm notabiliter voluerunt Ioan.And. in cap. oouit de iudi. & hoc ideo Bald.in ſua margarita.in verbo. ſenex. Floria.in l.lege Aquilia ſi deletum.ff.ad legem aquil.vide Specu.in titu.de teſti.§.2.in verſic.ſed quos. & in §.de teſtium compulſione.vbi dicit, quod hi, qui ſunt annorum ſeptuaginta, dicuntur ſenes, & excuſantur à totela l.2. ff.de excuſa.tuto.l.1.C. qui ætat. vel morbo ſe excuſ. l.inuiti.C.de teſt. ideo tales non compelluntur inuiti teſtificari, vt in ca.quiſquis.& in ca.1. de crimi.fal.& no.Docto in cap.ſiquis teſtium. de teſtib. verum ſi propter ſenectam non poſſuot venire ad iodicem, debet mitti tabellio ad eos pro recipiendo dictum ſouin, vt eſt gloſ.in d.capit. ſiquis teſtium. & adde q ſenex ſeptuaginta annorum non tenetur perſonaliter comparere, niſi ſit robuſtus, vt volunt domi.& Rota deci.426.quæ incipien.ſenex.io nouis impreſſis, & adde, quod ſenex ſexaginta annorum, oon tenetur ire ad bellum.l.fina & ibi Bartol. C.qui profeſ. vel ætä. libro 10. & tenet gloſ.in d.l.inuiti.& in l.cum ob prouectæ. in verſicu.ſenium. C.de his qui non impe. libro 10.& excuſatur etiam a collecta impoſita pro eundo in exercitum, ſicut etiam excuſantur infirmus & fœmina.l.1.& 2.C.qui æta.libro 10.nota.Bald in l.4.§.actor.ff.de re iudi. Quis autem dicatur ſenex, vt poſſit examinari ad perpetuam rei memoriam? Dicas, quod hoc eſt io arbitrio Iudicis, & hoc modo debent intelligi iura de hoc loqoentia, vt voluerunt Innoc. Ioann.And. in capi.quoniam frequenter, vt lite oon conteſta. et Floria.de Sancto Pet.in l.lege aquilia ſi deletum ff.ad l.aquil. Et adde etiam, quòd ſenex ooo poteſt io ius vocari ſiue venia, vt notabi. voluit Spec.in ti.de actio.in verſi. ſed nunquid edictum. Quomodo autem probatur ſenectus. Dicas ex aſpectu corporis, ſecundùm Barto.in l.1.verſ.nota etiam quod ſicut minor. C.de mendican. vali.lib.11.vide Ang. in authen.de quæſtore.circa finem.colum.6.vbi dicit probari ex eo, quòd quis ſit canus pilis & Barba & Adde, quòd ſenior debet prius loqui, quàm iunior, caſus eſt ſingularis in capitu. 1.de contro.feu.apud par. quem tex. allegat Roman.in ſuis ſingu.in verbo, ſenex. & vide plene per Alexan.in l.certum.ff.ſi cer.pet.& facit pro hoc, quod dici ſolet, quod ſemper eſt veneranda ſenectus, vt eſt tex. in l. ſemper.ff.de iur.immu. & adde, quòd ſenex ſemper præſumitur habere ſenium perſeuerantem in ſanitate.l.ſenium.& ibi Bald.circa principium.C. qui teſtam.fac.poſſ & adde, quod verba ſenis plus valent, quam enſis iuuenis, vt eſt tex.in cap.1.de renunc.& not.Bald.in l.ſenium.Ioann. Anto.Batius.

d Quæro.]Vide Fed.de Senis in conſi 231.& Capic.in deci.18. nu.5.

e Speciali.]Et eſt quando aliquis patitur caſum naufragij in certo loco, nam poteſt facere examinari teſtes ſuper illo caſu, & ſic ſuper remiſſione rerum, & poſtea illa probatio faciet fidem coram iudice competenti, etiam ſi tempore depoſitionis teſtium non fuit citatus aduerſarius qui lædi poterat, ſi erat in loco longinquo, ita Bar. in d.l.2 quē ſequitur ibi Ange.& Luc.de Pen.& Alexan.in l.4.§.prætor ait.num. 21.ff.de dam.inſe.& in d.l.2.in addi.ad Bart. & Maranta in prac.in 6. parte.verſi.propoſui.nu.23.

Quæ probationes in cauſa homagij requirantur. Rubri. XXXV.

CONTINVATIO patet, quia dictum fuit ſuprà proximo titulo de probatione requiſita in cauſa depoſiti. Erat videndum, quando nobilis habens feuda quaternata agit contra aliquem, dicendo illum eſſe ſuum vaſallum, & ille negat, quæ probatio ſit neceſſaria in hac cauſa vaſallagij ex parte ipſius agentis, de qua non erat dictum ideo ſequitur hæc Rubrica, quæ probationes requiruntur in cauſa homagij, ideſt vaſallagij, de qua materia vide in Specu.in titu.de feudis.§.quoniam. Et quæ differentia ſit inter iuramentum ligij, ideſt hominem lignum, & iuramentum homagij, ideſt vaſallagij, & iuramentum fidelitatis & aſſecurationis vaſallorum. vide hic Andr. & latius dixit in c. 1. qualiter vaſallus iura. debet fidelita. Et non credatis, quòd homagium, vel vaſallagium ſint nomina, quæ reperiantur in iure cōmuni. Sed homagium eſt vocabulū Gallicum, & tantum eſt, ſicut vaſallagium in Italia.

SVMMARIVM.

1 *Dominia rerum non niſi traditione ſecuta quæruntur.*
2 *Vaſallagium ex quatuor probari poteſt.*
3 *Quæſtio de homagio inter baronem & vaſallum orta qualiter & coram quo diſcutiatur.*
Vaſallos ad ſeruitia perſonalia ſibi præſtanda nemo poteſt ſibi acquirere ſine feudo.
4 *Vaſallagii iura in eum, qui nunquam fuit vaſallus regis poteſt quis emere abſque regio aſſenſu.*
5 *Decima etiam de iuſtis laboribus eccleſiæ eſt debita.*
6 *Dominus ſub qua conditione terram vaſallo dare cenſeatur.*
7 *Vaſallus alium dominum recognoſcens, non poteſt priori domino præiudicare.*
8 *Vaſallus baronis, vel militis per inſtrumentum publicum probari poteſt abſque conſenſu regis.*
9 *Grauare poteſt quis ſeipſum ex pacto.*
10 *Habitantes in aliqua terra domino iuramentum præſtant ſecuritatis, & tamen eius per hoc non ſunt dicendi vaſalli.*
11 *Vaſallus regis per acceptionem alicuius feudi a barone an poſſit effici vaſallus baronis abſque aſſenſu regis.*
Vaſallus duorum dominorum eſſe nequit, ſi ſit ligius.
12 *Conceſſio feudi facta a comite, vel barone qualiter poſſit probari.*
13 *Vaſallagium in perſona filii probatur ratione originis paternæ.*
14 *Literæ regiæ continere debent clauſulam, dummodo nihil legitimè obſtet.*
Reſcripta, ſaluo iure alterius, ſunt intelligenda.
15 *Dominium vaſalli qualiter & per quæ poſſit probari.*
16 *Vaſallus negans ſe vaſallum alterius an aliquo caſu debeat hoc probare.*
17 *Vaſallo contra dominum agente & ſe vaſallum regis aſſerente, an teneatur dominus dominium vel poſſeſſionem vaſallagii probare.*
18 *Libertas in dubio præſumitur potius, quàm ſeruitus.*
Reus quando ſit fauorabilior actore.
19 *Conuento neganti licet excipere in termino probatorio.*
Filius vaſalli mei eſt vaſallus meus.
20 *Filii vaſalli ſine feudo, qui pacto ſolo ſe vaſallum conſtituit, an ſint vaſalli.*
21 *Vaſallus comitis vel baronis excipere poteſt ſe liberatum a iure vaſallagii dicti comitis, vel baronis.*
Exceptio poſt publicationem in cauſa an probari poſſit.
22 *Terminus ad probandum datus tam pro reo quàm pro actore eſt intelligendus.*
Comes vaſallum a iure vaſallagii liberare non poteſt abſque aſſenſu regio.
23 *Dominium iuris vaſallagii quando per teſtes non poſſit probari.*
Dignitas regia nunquam moritur.
24 *Demanium an in aliquo differat a dominio.*
25 *Iuramentum homagii nil differt a iuramento fidelitatis.*
26 *Inueſtitura feudi differt a natura feudi.*

PROBATIONVM defectum. Hęc conſtitutio diuiditur in tres partes. In prima dicit, quando eſt quæſtio inter militem, vel baronem ſuper dominio rei iuris vaſallagij, & quendam hominem habitantem alibi, quàm in terra baronis, quem dicit eſſe ſuum vaſallum, & ipſe negat ſe eſſe eius vaſallum, ſed dicit eſſe ſolum vaſallum Dñi Regis

gis, vel eſſet quæſtio inter comitem ex vna, & baronem &
militem ex altera, quia comes dicit illum eſſe ſuum vaſal-
lum, & ille negat, & dicit, ſe vaſallum regis in capite, quid
ipſe actor habeat probare, quando agit petitorio contra il
lum, quem dicit eſſe ſuum hominem, & vaſallum? Et re-
ſpondet hic litera, quod habet probare uel per priuilegiũ
prędeceſſoris, vel viuentis regis, quòd ille eſt ſuus vaſallus,
vel per publica & authẽtica inſtrumenta, uel per teſtes fide
dignos omni exceptione maiores, qui dicant ſe interfuiſſe,
& præſentes fuiſſe quando dicti conuenti, vel ſui prędeceſ-
ſores conſtituerunt ſe vaſallos dicti militis, vel baronis, vel
prædeceſſoris eorum, ſubaudi, & fuerunt in poſſeſſione.
2 †Quia dominia rerum & perſonarum nõ acquirũtur, niſi
traditione ſecuta, Et tunc ſi conuenti nihil in contrarium
probent. quòd legitimè obſtabit, iudex, ſubaudi, concluſo
proceſſu, non tardabit ferre ſententiam in fauorem mili-
tis, vel baronis. Et durat vſque ibi, quòd ſi legitimè. Hic eſt
3. pars, in qua dicitur, quando eſt quæſtio de vaſallagio in
ter militem vel baronem, & hominem imperitum, negan-
tem eſſe eius vaſallum, ſed eſſe vaſallum regis, & non po-
teſt probare per priuilegia, vel per teſtes, qui interfuerunt
conceſſioni, quid habeat probare miles, vel baro cõtra ho
minem imperitum ſuper homagio, & vaſallagio, vt poſſit
obtinere, quando directè non poteſt probare ſupradictis
modis de dominio. Et reſpondit litera, quòd ipſi agenti in
cumbit neceſſariò probare quatuor copulatiuè, per quæ
3 præſumitur de dominio. † Et primò, quòd ipſi militi, uel
baroni, uel ſuis prædeceſſoribus homo impetitus, uel eius
prædeceſſor pręſtitit iuramenta fidelitatis & homagij. Se-
cundò, quod præſtitit ſeruitia ut vaſallus. Tertiò, ꝙ actor,
vel ſui prædeceſſores ei fecit iuſtitiam, ſiue quando agit, ſi-
ue quando fuit conuentus. Quartò, quòd ab ipſo actore,
vel eius prædeceſſoribus tenet quandam terram, ne uidea-
tur potius recommendatus quàm vaſallus. Et quod di-
ctum eſt, quando de vaſallagio eſt quæſtio inter militem
vel baronem ex vna, & hominem impetitum ex altera pro
cedit, etiam ſi eſt quęſtio inter comitem ex vna, & militem
vel baronem ex altera de vaſallagio, ſecundùm vnam lectu
ram, quæ dicit, quæ omnia etiam in militibus. Et ſi non ha
bes in tex. etiam. ſed dicitur, quæ omnia in militibus, & ſic
habebat glo. in lib. ſuo, dicas, quòd iſta conſtitutio non ha-
bet locum, niſi quando eſt quęſtio inter comitem & baro
nem, vel militem de vaſallagio & non quando inter baro-
nem & impetitum de homagio, nam tunc in probando ſer
uabitur id, quod ius commune ſtatuit, & hoc quando agi-
tur petitorio. Sed quando agitur poſſeſſorio, debet proba-
re id, quod dicitur infrà, in 3. li. in conſt. ſi dubitatio. Et du-
rat uſque ibi, in omnibus tamen. Hic eſt 4. pars, in qua dici
tur, quid ſi actor, quando egit petitorio, uel quando egit
poſſeſſorio ſuper homagio, non probat ſufficienter prædi-
cta, ita quòd probatio facta eſt dubia, quid faciet iudex? Et
reſpondet litera, ꝙ in dubio iudicabit pro libertate uaſal-
li, quia ſecundum leges communes præſumitur pro liber-
3 tate, & ſic iudex abſoluet conuentum, hoc dicit. †Not. 1. ex
4 text. ibi ſuper homagio. 2 ꝙ ſæpe oritur quęſtio de homa-
gio inter baronem, & vaſallum, quando uaſallus non habi-
tat in terra baronis, ſed habitat fortè in terra alterius baro
nis, uel in terra de demanio regis. Et tunc ſi agatur petito-
rio, neceſſitatur agens probare illum eſſe hominem ſuum
per priuilegium regium, ut hic, idem ſi non probaret, ꝙ do
minus baro fuit in poſſeſſione illius hominis, & ſuorum
anteceſſorum per tantum tempus, in cuius cõtrarium me-
moria hominum non exiſtat, ut in capi. 1. de præſcrip. lib.
6. cum concor. ſuis. Ex hoc putat, ꝙ nemo poteſt ſibi ac-
quirere vaſallos ad præſtandum ſeruitia perſonalia ſine
feudo, qui ſunt uaſalli domini regis ſine regio priuilegio,
nec emere ab alio milite, uel barone vaſallos obligatos, ad
ſeruitia perſonalia alteri ſine regio aſſenſu, per conſtitutio.
conſtitutionem diuę memoriæ. & quia iſtę angariæ ſunt
de iure regio, ut in capi. quę ſint rega. Et quia rex eſt domi
nus perſonarum, vt dicitur in conſtit. quia frequenter
4 †bene fateor, ꝙ ſi aliquis emiſſet iura uaſallagij in aliquẽ
hominem, qui nunquam fuiſſet uaſallus regis, ab ipſomet
uaſallo, uel ab alio, quòd in hac emptione nõ requiritur re
gius aſſenſus, quia uideretur iſte uaſallus eſſe homo meus
in burgenſaticum, & hoc eſt, quod dicit hic gloſſ. & An-
dręas, ſi quidem hic uaſallus non erat de feudo, ſolùm in-
ſtrumentum emptionis ſufficit, ut fit Surrenti, uel Salerni,
& in multis locis ſunt huiuſmodi uaſalli non de feudo,
ſed de burgenſatico. Vnde non oportet emptionem talem
per regem confirmari, quia iſti nũquam fuerunt uaſalli re
gis, ſecus ſi erat de feudo &c. Et ſic ſi aliàs fuiſſet uaſallus
regis, non ualet emptio ipſius uaſalli ſine regio aſſenſu,
quia ille uaſallus eſt uaſallus regis, & in præiudicium do-
mini regis non ualet emptio, nec recognitio ipſius uaſalli,
nec etiam ſi eſſet uaſallus alterius domini poſſet confiteri,
& recognoſcere ſe eſſe uaſallum alterius domini, & in eius
pręiudicium, ut bene firmat hic Andrę. argu. l. 1. §. quod
5 ſi in litem. ff. ſi quis in fraudem patroni. † Cui addo, quod
ex quo eccleſiæ debetur decima etiam de iuſtis laboribus,
ut in capitulo non eſt imputandum. 1. quęſtione prima.
& in capi. decima. 17. quæſtione prima. & conſtitut. regni.
quando mandat ſolui decimas ſi debens decimas perſona
les conſtitueret, ſe uaſallum eccleſię, & promitteret pręſta
re decimam operarum, licet eſſet uaſallus regis, ualet talis
obligatio uaſallagij ſine alia conceſſione rei ſtabilis in feu-
dum. Item addo, in quantum dixi, quòd ſine feudo non po
teſt quis obligari ad ſeruitia perſonalia ſine regio aſſenſu
id, quod dicit Bald. in l. fina. C. de tranſact. ubi dixit, quòd
ſi clarum eſt, quòd quis non eſt homo meus, ipſe non po-
teſt ſe facere hominem meum paciſcendo, uel conſentien-
do. allegat textum in l. nec ſi uolens. C. de lib. cauſa, ubi di-
cit Bald. quòd per iuramentum fidelitatis exactum non
probatur, quòd ciuitas ſit ſua. ſed an iſtud dictum Bal. ſit
uerum, patebit ex infrà dicendis in ſecundo nota. Et pro
hoc facit illa ratio, quam ponit Andręas de Iſer. in 3. lib. in
6 conſtitut. quiſquis de burgenſibus. † Vbi dicit, quod cum
dominus dat terram uaſallo, dat, & concedit cum hac con-
ditione, ut de terra non diſcedat, etiam ſi non exprimat
hanc conditionem, quia conſuetum eſt ſic communiter da
ri, habetur pro expreſſo, quia tacitè ineſt, ar. l. cum quid. ff.
ſi cert. pet. ſecus ſi de contrario conſtaret. Bene facit id,
quod dicit Bal. in l. decerminus. in ſecunda columna C. de
ſacr. ſanct. eccleſi. ubi dicit, quòd quicunque ſub iuramen
to fidelitatis eſt alicui aſcriptus, non poteſt alteri ſe ſub-
mittere ſine conſenſu domini, allegat gloſſ. in l. imperia-
lem. §. pręterea inter duos. de prohi. feud. alie. per Federy.
Item dicit Arch 9. q. 3. c. conqueſtus. & Bart. in l. prima §.
& poſt operis. ff. de ope. no. nuot. & Bald. in l. ſi qui ex con-
ſenſu. pe. co. C. de epi. audi. Ioan. And. in nouella, in c. cæte-
rùm. de indi. Item pro hoc facit id, quod dicit Anto. de Bu-
tri. poſt Hoſtien. in c. uerum. de foro competen. quòd ſi ua
ſallus unius domini confitetur ſe eſſe uaſallum alterius do
mini, talis recognitio non pręiudicat domino, niſi hoc ſci-
uit & tacuit, per not. in cap. 2. extrà de in integr. reſti. & c.
olim. el terzo de reſtitu. ſpoliato. Item pro hoc allego Bald.
7 in l. 2. C. de oper. liber. † ubi dicit, quod ſi de iure ueri do-
mini aliquid diminuitur per recognitionem uaſalli factã
alteri domino, talis recognitio nihil pręiudicat uero domi-
no. l. in concedendo. in princi. ff. de aqua plu. arcen. Item
pro hoc allego Bald. in additio. Specu. in titu. de feud. in
prima colum. ubi dicit, nunquid tenet promiſſio ſine cau-
ſa, quòd aliquis ſit homo meus, & dicit, quòd promiſſio
nõ eſt efficax, ſed recognitio ſic, ſi aliquis recognoſcit ſe eſ
ſe hominem meũ, nam in perſonali requiritur cauſa, nõ in
reali. C. de iur. & fac. igno. l. cum falſa. & ſuprà allegauit
ad hoc, de ſupplen. negligen. prelatorum. libro ſexto, capi
tulo grandi. in principio. Idem firmat Baldus in lege ſe-
cunda. C. de operis liber. uerſiculo, ſed pone, an reco-
gnoſcit ſua ſponte. Sed an ille tertius dominus illius va-
ſalli poteſt comparere, & inducere probationes, & te-
ſtes, quòd ille eſt ſuus vaſallus? Dicit Baldus quòd ſic,
in lege principaliter. C. de libera. cauſa, & Bartolus in
lege, ſi perluſorio. ff. de appellatio. & in l. ſi quis liberta-
tem.

tem ff. de petit. hæredi. & Bald. in l. ſi eo tempore. C. de re
mi. pigno. & in authen. nunc ſi hætes. C. de litigioſis. & po-
teſt reuocare confeſſionem recognitionalē vaſallagij pro-
bando contrarium, ſecundùm Baldum in dicta lege prin-
cipaliter. per not. in lege ſecunda. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxa.
8 cauſa agatur. † Secundò not. ex text. tibi, vel alia legiti-
ma authentica inſtrumenta, quòd per inſtrumentum pu-
blicum abſque conſenſu, vel confirmatione Domini Re-
gis poteſt probari, quòd aliquis ſit vaſallus militis, vel ba-
ronis, nam iſte tex. primo dixit, quòd probatur dominium
vaſalli per regium priuilegium, & poſtea dicit, vel per au-
thentica inſtrumenta. & ſic dictio. vel, ponitur hic inter di
uerſa alternatiuè, vt in lege ſi ita. ff. de manumiſs. teſtam.
& Barto. in lege ſuprà iter. §. officium. ff. de aqua pluuia ar-
cenda, cum concordantiis ſuis. Intellige vt ſuprà dixi, quan
do ille, qui inſtrumento ſe conſtituit vaſallum alterius ſi-
ne confirmatione regis, non erat nec uaſallus regis, nec al-
terius baronis, per ea, quæ ſuprà proximè dixi. Et hoc
eſt, quando quis eſt liber, & non eſt uaſallus alterius, con-
ſtituitur uaſallus alterius ſine feudo per inſtrumentum ob
ligando ſe, & ſuos deſcendentes ad certa ſeruitia perſona-
lia, ut dicit Specula. in titu. de ſeud. §. quoniam. uerſiculo
quinto quæritur. & probatur in dicto capitulo grandi. in
9 uerſiculo ex pacto. † quia ex pacto poteſt quis ſe grauā-
re, ut in lege cum ſatis. C. de agri. & cenſi. libro undecimo.
inſtitut. de iure perſonar. §. penult. & firmat Alberi. de Ro-
ſate, in lege fina. in fine. C. de pact. Et ſic patet, quòd illud
dictum Bald. in dicta lege finali, non procedit ſic indiſtin-
ctè per dictum capitulum grandi. ubi eſt text. contra eum.
Item quia licet homagium ſit ſpecies ſeruitutis, tamen non
propterea ſunt ſerui, ſed ingenui, ut dicit Spec. in dicto §.
quoniam. in principio & Baldus in lege prima, C. de hære.
decurio. allegat gloſſ. inſtit. de iure perſon. quæ incipit. Sed
quid de ſtatu. & conſuluit Andrę. de Iſern. in capitulo li-
cet, ſi de feud. fuer. controu. quòd inſtrumento uaſallagij,
exprimatur ad quę ſeruitia ipſe uaſallus ſe obligat. pro hoc
capitulum de forma. uigeſimaſecunda, quæſtione ſecun-
da, & firmat Bart. in l. quod te. circa finem. ff. ſi. certum pe-
tatur. Scribentes in capitulo primo, de feud. & Bald. in l.
poſt certi. C. de liber. cauſa. Et exprimatur, quòd teneatur
iurare fidelitatem tanquam uaſallus, ut dicit Baldus in ca-
pitulo primo, in uerbo, uaſalli noſtri. de pace Conſt. quia
domeſtici etiam iurant præſtare ſecuritatem domino, &
tamen non ſunt uaſalli, ut in capitulo primo. §. ſi uerò do-
10 meſticus, qualiter uaſallus iurare debet fidelitatē. † Et om-
nes qui habitant in terra, præſtant etiam iuramentum do-
mino, reſpectu iuriſdictionis, quam habet in eis, & debent
eum aſſecurare, ut dicit Andrę. in dicto capitulo primo,
qualiter uaſ. iur. debet fidelit. Et tamen nō ſunt vaſalli, ſed
fideles habitatores, niſi quando eſſet per inueſtituram con
ceſſum feudum cum hominibus, & habitantibus in terra
per regem, tunc omnes habitantes præſentes, & futuri eſ-
ſent vaſalli ipſius, cui conceſſum eſt per regem, vt ſuprà di
ctum eſt auctoritate And. in dicta conſtitutione, quiſquis.
Et tunc ſi vltra ſeruitia contenta in inſtrumento vaſallagij,
uel inueſtitura feudi, dominus reperitur exegiſſe à dictis
vaſallis, præſumuntur exacta per uim, & metum, per tex.
in l. cum ſatis. §. caueant. de agri. & cenſi. C. lib. undecimo,
quia nulla nouitas inducenda eſt per dominos in uaſallos
ſuos, ut dicit Baldus in titulo de pace Conſtan. in uerbo,
pactiones, & fuit dictum originale. Specula. in titu. de feu.
§. quoniam. in penult. colum. verſicu. & not. quòd nouitas.
11 † Quid ſi Baro vult donare aliquod territorium feudale in
feudum alicui, qui eſt vaſallus regis, & alterius Baronis,
ut ſibi pręſtet iuramentum homagij, ſi faciat aliqua ſerui-
tia perſonalia, vtrum talis acquiſitio uaſalli poſſit fieri ſine
regio aſſenſu? Reſpondeo, de hoc non eſt dubium, quia
quis poteſt eſſe vaſallus plurium dominorum ratione di-
uerſorū feudorum, reſeruata fidelitate præſtita primo do-
mino, cui primo fuit iuratum, vt no. in l. imperialem. §. fin.
de prohib. feud. alie. per Fedèricum. & patet expreſsè in di-
cto capitulo grandi, & voluit gloſſ. in capitulo ex pre ſeden
tis. de priuileg. & Abb. Sicu. in c. eam te. de iureiu. & firmat
Spec. in d. §. quoniam. & dixi in d. capitulo primo, qualiter
vaſal. iura. debet fideli. Sed vaſallus ligius non poteſt eſſe
duorum dominorum, vt tractatur in clementi. paſtora-
lis. §. denique. de re iudica. Et de iſtis vaſallis ratione feudi
loquitur etiam iſta conſtitu. inquantum dicit, vel alia le-
gitima, & authentica inſtrumenta, ſubaudi, de conceſſione
rei ſtabilis in feudum, vt teneat tanquam vaſallus, iuncto
tex. ibi, fortè conceſſioni, & iuncto tex. ibi, terram ab acto-
12 re tenuerit. † Tertio [b] not. ex text. ibi, ſiue per teſtes fide di-
b gnos omni exceptione maiores, quòd errant aliqui Comi-
tes, & Barones dicentes, quòd conceſſio feudi facta ab eis
non poteſt probari, niſi per inueſtituram in ſcriptis, nam
hic eſt text. expreſſus, quòd poteſt inueſtitura probari per
teſtes, quibus nulla poteſt opponi repulſa, qui fuerunt prę
ſentes, quando Baro inueſtiuit eum de feudo, vt eſſet eius
vaſallus, ſubaudi, & tradita fuit poſſeſſio illius rei ſtabilis,
vt in eum tranſeat dominium, vt probat iſte text. ibi, do-
minium, per l. traditionibus. C. de pact. cum ſimilibus. Be-
ne facit text. in capitu. primo, qui teſtes ſint neceſ. ad pro-
ban. no. inueſti. Et ſic patet, quòd inueſtitura de feudo da-
to intra tempus, in quo poſſibile eſt, quòd teſtes ſint viuen
tes, qui interfuerunt inueſtituræ poteſt probari per teſtes
ſecus ſi exceſſit tempus, in quo nō poſſunt teſtes fuiſſe prę
ſentes, quia tunc ſi non probetur inueſtitura per ſcriptu-
ram facientem legitimam probationem, mouetur ſibi lis,
& tenentem feudum oporteret recurrere ad præſumptam
de qua in capitulo ſi quis per triginta. & ibi per Andr. ſi de
feud. fue. controuer. inter dominum & agnat. de qua nihil
13 loquitur hæc conſtitut. † Quarto not. ex text. ibi, vel præ-
deceſſorem, quòd ratione originis paternæ probatur in
perſona filij vaſallagium. pro hoc facit lege cum ſcimus §.
illud. & l. ne diutius. C. de agri. & cenſi. libro vndecimo, &
l. fina. C. de murilegu. eodem libro, quilibet enim in dubio
videtur promittere, & ſe obligare pro ſe & hæredibus, vt
in l. ſi pactum. ff. de probatio. & l. hęredi. §. nos autem. & l.
euus. ff. de pact. & Specula. in dicto §. quoniam. verſiculo
tertio, quæritur. Et hoc procedit, quando filius ſucceſſit
in feudo, quia tranſit feudum in filium cum iure vaſalla-
gij, vt dicit Specu. in dicto §. quoniam, verſiculo vigeſimo-
tertio, quia res tranſit in ſucceſſorem cum ſuo onere. l. ſe-
cunda, C. ſine cen. vel reli. & ſic cum iure homagij, & vaſal
lagij, vt in capitu. 1. an agnatus, vel filius defuncti. & And.
in capitulo primo, in fine. quarta columna, de ſucceſſ. feu.
& vide gloſſ. in primo libro, in conſtitut. quæ incipit, cir-
ca violentiarum, ſuper verbo, per quaſcunque, quæ alle-
gat iura facientia ad hoc. & in capitu. omnes filij. ſi de feu.
fuer. controuer. per Andrę. Sed ſi non habet feudum, quę-
ſtio eſt magis dubia, vtrum filius hominis mei ſit meus va
14 ſallus, ſed de hoc dicetur infrà in gloſſa quarta. † Quin-
tò not. ex text. ibi, ſi nullas exceptiones conuentus oppo-
nat, & probet, quòd iſta clauſula, dummodo non ſit ali-
quid, quòd legitimè obſtet, ponenda eſt in qualibet regia
littera de iuſtitia, & ſi non eſt appoſita, cenſetur appoſi-
ta, quia conſueta eſt apponi. Idem de iure canonico di-
cendum eſt de clauſula, ſi preces veritate nitantur, vel de
clauſula, ſi ita eſt: nam debet apponi, & ſi non eſt appo-
ſita, intelligitur appoſita, vt in capitulo ex parte. lo primo,
de reſcriptis, & ibi per Felynum in tertia colum. Secus de
iure ciuili, quia debet omnino apponi, vt in lege vniuer-
ſa. C. de precibus imperatori offerendis, ſed etiam in re-
ſcriptis intelligitur ſaluo iure alterius, vt lege ſecunda. §. ſi
quis a principe. & §. meritò. ff. ne quid in loco publico. &
voluit Baldus in l. ex facto. in principio. ff. de vulgari & pu-
pillari. Bald. in lege prima, ff. de conſtitutionibus prin-
cip. Vide Iaſon in lege nec auus. ff. de pactis. Fallit, niſi
expreſsè reſcribatur contra ius tertij, vt in capitulo quam-
uis. de reſcriptis, libro ſexto, & vide ad hoc gloſſ. Barto-
lum, & Iaſon. in lege finali, C. ſi contra ius vel vtil. publi.
15 Andr. in capitulo primo, & ibi dixi, qui ſucceſ. teue. † Sex-
tò no. ex tex. ibi, quòd ſi probationes de dominio. quòd il-
le, qui nō poteſt probare dominium ſui vaſalli per regium

priuilegium, vel per inſtrumentum, vel per teſtes, qui inter
fuerũt conceſſioni rei ſeudalis ei facta, vt vaſallo, tunc mi-
les, uel baro qui agit cõtra vaſallum, qui negat ſe eſſe uaſal-
lum ipſius Baronis agentis & dicit ſe vaſallum Cæſarianũ
& ſic domini regis tantũ debet probare copulatiuè iſta qua
tuor, ita ꝙ ſi vnum ex iſtis quatuor nõ probat, ſuccumbet,
videlicet, debet probare, quòd talis vaſallus ipſe vel ſui an
teceſſores ſibi, vel ſuis prædeceſſoribus pręſtitit iuramen-
tum homagij. Item, quòd ille tanquam vaſallus ſeruiuit
domino. Item, quòd dominus fecit ei iuſtitiam. Item,
quòd tenebat talem rem ſtabilem ab eo in ſeudum. Iſta
quatuor probando, dicetur probaſſe dominium iuris va-
ſallagij. Et ſic patet, quòd quantùm ad probationem ſu-
per iure vaſallagij requiritur, quòd probetur contra va-
ſallum, quòd habuit terram, vel rem ſtabilem in ſeudum-
& ſic per conſequens ſi hoc non probetur, non releuat do-
minium, ſi ſolùm probat, quòd prædeceſſores iurauerunt
fidelitatem, & præſtiterunt ſeruitia, & quòd ei fecit iuſti-
tiam, quia protuit hoc eſſe ratione iuriſdictionis, quam
habet in eum ratione incolatus, vel quòd iurauit fidelita-
tem tanquam Burgenſis habitans in terra, vel tanquam re
commendatua, ut dicit iſta litera. Et nota hanc conclu-
ſionem, & vetam, quòd Baro, vel Miles agens contra il-
lum, qui prætendit ſe vaſallum alterius, puta alterius ba-
ronis, vel domini regis & non ipſiua agentis, & ipſe agens
non ſit in poſſeſſione, ſeu quaſi iuris uaſallagij, niſi habeat
priuilegium, uel inſtrumenta, non releuat probare, quòd
præſtitit iuramentum fidelitatis, & ſeruiuit ipſi domino,
& quod dominus fecit iuſtitiam, ex quo probatur, quòd
habuit terram feudalem ab eo, vel ſuis anteceſſoribus, &
hoc quando agitur petitorio. Iſtam concluſionem expreſ-
sè firmat Lucas de Penna in l. cum ſcimus. uerſicul. Item
16 an uaſallus. C. de agri. & cenſi. libro vndecimo. † Pro de-
claratione quæro, quoniam iſte text. dicit, quòd dominus
habet probare dominium iuris uaſallagij, an in aliquo ca-
ſu ipſe dominus non probabit de iure ſuo, ſed ipſe uaſal-
lus, quòd non eſt uaſallus? Reſpondet hic Andre. in prin-
cipio, quòd quando dominus eſt in poſſeſſione, ſeu quaſi
ſui uaſalli: quia habitat in caſtro ſuo, & conſtat, quòd do-
minus eſt in quaſi poſſeſſione uaſallagij, ſi vaſallus procla
mat in libertatem, debet ipſe probare, quòd eſt liber, &
de demanio regis: & probare, quòd dominus eum tenet
iniuſtè, & probabit per communem modum probandi,
& ſic in hoc caſu non militat arctatio probationis inductę
per iſtam conſtitutionem. Si uerò uaſallus non habitat
in terra ſua, ſed in terra demanij domini regis, tunc quia
habitando in terra regis præſumitur, quòd ſit uaſallus de
demanio regis: quia quicquid eſt in terra regis pręſumitur
regis: niſi probetur contrarium, argument[illegible].l. primæ. §.
cum urbem ff. de officio pręfect. urb. & capitulo omnes ba
ſilicę. decimaſeptima, quæſtione prima, & bene probat hic
gloſſ. penultima, quo caſu dominus habebit probare domi
nium, ut ſuprà, uel illa quatuor ſupradicta per iſtam cõſti
tutionem, quando prætendit ſe poſſidere, & ſic iſta conſti
tutio multùm ſauet uaſallis prætendentibus libertatem
17 contra Baronem. & fauet fiſco. † Secundò quæro, quid
ſi non agit miles, uel baro contra vaſallum de iure uaſalla-
gij, ſed agit uaſallus contra dominum, dicẽdo, ſe uaſallum
domini regis, & eſſe in libertate, utrum teneatur Baro pro-
bare dominiũ, uel poſſeſſionem uaſallagij, ſecundùm mo-
dum traditum in iſta conſtitutione? Gloſſa penultima ar-
guit ad partes, & finaliter concludit, quòd hoc caſu non
ſeruatur iſta conſtitut. ſed probabit dominus, ius uaſalla-
gij per communem modum probandi. & uide eam per te,
& Lucam de Penna in dicta lege cum ſcimus. Tertiò quę
ro, ecce quòd tota iſta conſtitutio loquitur, quando agi-
tur petitorio de uaſallagio: quid ſi agatur poſſeſſorio, quid
debet probare actor in poſſeſſorio? Dic, ut in conſtitutio-
ne, ſi dubitatio, & ibi dicetur: & hoc firmat gloſſ. octaua,
18 in uerbo, petitorij. † Septimò not. ex text. ibi, quæ om-
nia in militibus, quòd ſi Comes agit contra militem uel
Baronem, & dicit, quòd ille miles, uel Baro eſt ſuus uaſal-
lus, & ipſe miles, uel Baro dicit, ſe Baronem in capitè à re-
gia curia: debet in probatione facienda ſeruari iſta conſti
tutio, & ita firmat gloſſ. penulti. hic: & ſi non probentur
hæc omnia requiſita, relinquuntur ſub demanio regis, ut
probat iſte text. ibi, noſtro communi dominio relinqua-
tur. Octauò & vltimò not. ex text. ibi, pro libertate in du-
bijs, quod in dubio præſumitur pro libertate, concordan-
tiæ ſunt in gloſſ. fina. hic, cui adde text. in l. libertas. la ſe-
cunda. quæ dicit, quòd omnibus rebus fauorabilior eſt. ff.
de regulis iuris, & pondera iſtum textum, quia libertas
eſt nulli neceſſitati ſeruire. Idem dixit Baldus in Rubri-
ca, C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. in conſilio ſciſ-
matis. in octaua columna. Nonò not. ex eodem tex. quòd
licet in ſententiando magis ſit in dubijs fauendũ reo quàm
actori, per l. fauorabiliores. ff. de regulis iuris. Tamen fal-
lit niſi in cauſa libertatis, ut in dubio iudicetur pro actore
pro libertate, & non pro reo, per l. lege Iulia. ff. de manu-
miſſio. & not. in capitulo ex literis. de probat. ſecundùm
Alexandr. in lege de die. in fine primæ colum. ff. qui ſatiſ-
dare cogantur, text. eſt hic in fine. Et hoc habet locum
non ſolum in ſententia, ſed etiam in probationibus. ſi eſ-
ſent pares, ſecundùm Alexandr. ibi. allegat etiam Baldum,
in capitulo primo. §. ad hæc hic finitur lex Corradi. In glo.
prima, dic, ut dixi in diuiſione huius conſtitutionis, in
19 principio. † In gloſſ. ſecunda nota. iſtam gloſſ. iuncto text.
quòd conuento neganti, licet in termino probatorio exci-
pere, quòd de iure Longobardo non erat licitum, ut in
Longobarda in gloſſ. allegata. & dicit gloſſ. quòd ita ſerua-
tur de conſuetudine in ciuitate Trani. Sed illa conſuetudo
eſt correcta per iſtam conſtitutionem, quę permittit ne-
ganti poſſe opponere exceptiones ſibi competentes. Sic
etiam permittitur confitenti etiam excipere, tene mentì
iſtam gloſſam, & etiam declarare ſuam confeſſionem an-
te ſententiam, ut in capitulo cum dilectus. de accuſa. &
Alexand. in lege edita. C. de edendo. In gloſſ. tertia, in uer-
bo, inſtrumenta. An uaſalli poſſint emi ſine regio con-
ſenſu. Gloſſ. hic dicit, quòd ſic. tu intellige, prout ſu-
prà dixi in primo & ſecundo nota. In gloſſ. quarta, in ver-
bo, prędeceſſorum ſuorum, ſigna iſtam gloſſam, quæ te-
net per iſtam conſtitutionem, quòd filius uaſalli mei eſt
meus uaſallus. Intellige, quando uaſallus eſt ratione feu-
di. ita loquitur iſta conſtitutio, ut dixi, maximè in ſexto
not. Idem dixit And. infrà, in conſtitu. domini à uaſallis.
20 † Quid autem de uaſallo libero, qui nouiter uenit in re-
gnum, qui ex pacto & ſtipulatione conſtituit ſe uaſallum
ſine feudo ad certa ſeruitia perſonalia, an eius filij & de-
ſcendentes ſint vaſalli? Specula. in titulo de feudis. §. quo-
niam. verſiculo quintò quæritur. referens Martinum de
Fano, & poſt eum Baldus ibi tangit iſtud dubium, & de
iſtis uaſallis non loquitur hæc gloſſ. Quibus addo Baldum
in lege prima. C. de patri. qui filios diſtraxerunt. qui dixit,
quòd homagium patris ſine receptione feudi non ligat fi-
lium, & filius uaſalli mei non eſt uaſallus meus, niſi fi-
lius faciat ſimilem recognitionem, vt dicit Baldus in le-
ge tranſactiones matris. C. de tranſactionibus. ſed in lege
liberos. C. de liber. cauſa. dicit, quòd ſola confeſſione, uel
uoluntate non poteſt quis effici homo alterius, vel vaſal-
lus alterius, intellige, vt dixi ſuprà, ſcilicet ſine cauſa, ſed
cum cauſa ſic, puta quia recipit ſeudum pro ſe, & hęredi
bus ſuis, ut ſuprà dictum eſt. Idem dicit Andre. infrà in
conſtitutione, domini à uaſallis. dum allegat Martinum
de Fano. & pro hoc facit titulus, ne filius pro patre, ſecun-
dùm quæ dixi ſuprà in quarto notabi. & uide ad hoc Iaco
binum in tractatu de homagijs, in primo folio, ubi reſidet
in hac concluſione, faciendo quinque capita, ut latius ibi
21 per eum. † In glo. quinta, in verbo, liberare, bene ponderat
glo. iſtud verbum, liberare, ad hoc, quòd ille, qui eſt vaſal-
lus Comitis, uel alicuius Baronis poteſt excipere, & proba
re, ꝙ eſt liberatus à iure uaſallagij dicti Comitis & Baro-
nis, etiam poſtquam Comes uel Baro probauit, ꝙ ille eſt
ſuus uaſallus, iuxta formam traditam per iſtam conſtitu-
tionem, quia ſi Comes non probaſſet, quòd ille eſt ſuus ua
ſallus,

ſallus,non eſt opus excipere,& probare,quòd eſt liberatus à iure vaſallagij,quia actore non probante,reus abſoluitur vt in iuribus vulgaribus. Sed contra hoc gloſſ. immediatè opponit, quia probatio per teſtes, quòd eſt liberatus à iure vaſallagij,poſt publicationem in cauſa non debet admitti propter timorem ſubornationis, vt in authentica, qui ſemel.C. de probationibus, & in authentico de teſtibus.§.& quoniam.not in capitulo fraternitatis,extra, eodem titulo.Gloſſ. ſatetur hoc contrarium, quòd exceptio non poteſt probari poſt publicationem in cauſa per teſtes ſed tantùm per inſtrumenta. Gloſſ. dicit verum, quia per inſtrumenta poſt publicationem poteſt probari exceptio, quia inſtrumenta poſſunt produci uſque ad concluſionem cauſæ,ut in capitulo cum dilectus.extrà de fide inſtrumentorum. Sed tu dic, prout dicit Baldus in l. exceptionem.
22 C. de exceptionibus quòd practica eſt † quòd quando datur terminus ad probandum,intelligitur datus tam actori. vt inducat ſuo teſtes, quàm reo, vt producat ſuos teſtes ad probandum ſuas exceptiones. Ad hoc allegat Innocent. in capitulo prout, de dolo & contumacia & idem uoluit Specul. in titul. de teſtibus. §. qualiter autem. uerſiculo, ſed opponitur.& hoc iure utimur.& in hoc uidetur etiam reſidere Azo in ſumma de pro.§. probari autem debet.Sed quęro hic pro declaratione, vtrum comes poſſit liberare ſuum vaſallum à iure vaſallagij ſine regio aſſenſu? Videtur quòd ſic, quia facit conditionem regis meliorem,quia liberat ab eo uaſallum, & facit eum de demanio regis, & ſic non eſt alienatio iniurioſa. Sed tene contrarium, quòd requiritur conſenſus regis in hac liberatione per conſtitutionem. conſtitutionem diuæ memorię. Item quia diminuitur feudum per dictam liberationem, nec per dictam liberationem augmentatur ſtatus regis, quia ipſe rex eſt dominus perſonarum, ut in dicta conſtitutione, & ſi frequenter. In gloſſ. ſexta, in uerbo, legitimè, tene menti
23 iſtam gloſſam, quæ vult, † quòd per teſtes non poteſt probari dominium iuris uaſallagij, quando nullus uiuit qui poſſit deponere de conceſſione facta de uaſallo per regem Gulielmum, uel Imperatorem Federicum, & ſic ex tempore redditur inutilis iſta conſtitutio, ſed ego non intelligo iſtam conſtitutionem ſolùm in cōceſſione uaſalli facta per dictos reges,ſed in conceſſione vaſalli facta per regem huius regni, & ſucceſſorem, poſtquàm iſtud non eſt immutatum, & reges approbauerunt iſtas conſtitutiones. Item hic accipiunt priuilegium conceſſum à prædeceſſoribus huius Imperatoris Federici, uel ab eo tanquam à dignitate regia, non tanquam à perſona priuata, ut patet & notatur in capite,quoniam Abbas de officio & poteſtate iudicis delegati. iuncto capitulo ſi gratioſè. §. ſecus de reſcriptis,libro ſexto, quæ dignitas regia nunquam moritur, ut dicit Baldus in l.unica.§.excepto. C.de caducis tollendis.ſicut ſedes Apoſtolica, quæ nunquam moritur, vt dicitur in dicto §. ſecus. In gloſſa ſeptima, ſigna iſtam
24 gloſſ.quæ dicit † quod idem eſt demanium, & dominium. ſed an dicat uerum dubito,quia demanium aliud eſt à dominio,ut patet ex ſcriptis per Andr.in capitulo primo, de his qui feud. dare poſſ. & per Bartol. in l. ſi quando. C. de bon.uac libro decimo,& ꝯ Do.in capitulo ut ſuper,de rebus eccleſi.non alienan. In gloſſ.octaua,in uerbo,petitorio ſigna iſtam gloſſam,quia per eam patet,quòd tota iſta conſtitutio loquitur, quando agitur petitorio, quod duobus modis probatur,ſcilicet uerè & præſumptiuè, ut dicit glo. ſequens,& non poſſeſſorio ſuper uaſallagio, tunc habet locum conſtitutio,ſi dubitatio, ut dixi ſuprà in ſeptimo notabili,in tertia quæſtione. In gloſſ. magna, uide hanc glo. quæ vult, quòd iſta conſtitutio non extenditur extra caſum, de quo loquitur, nam tunc fient probationes communes,ut dixi ſuprà in ſeptimo nota. in ſecunda quęſtione. Et tene menti iſtam gloſſam, quæ ſemper allegatur ad hoc,quòd omnes homines habitantes in terra, quam poſſidet Rex in regno, præſumuntur eſſe uaſalli domini regis & non alterius Comitis, uel Baronis, niſi in contrarium probetur,uel de demanio iuris uaſallagij iuxta formam datam per iſtam conſtitutionem,uel de poſſeſſione iuxta formam datam per iſtam conſtitutionem, uel de poſſeſſione
25 iuxta formam traditam in conſtitutione, ſi dubitatio † In gloſſ. final.not.iſtam gloſſam,quia ſemel fui interrogatus à quodam magno Barone,quæ differentia ſit inter iuramentum homagij, iuramentum fidelitatis, & dixi per iſtam gloſſam,quòd nulla eſt differentia. Item ſigna iſtam gloſſam in alio, quia dicit, quod poteſt eſſe uaſallus alicuius Baronis abſque eo, quòd teneatur ſibi iurare fidelitatem, ſed hoc eſt ex ſpeciali pacto appoſito in inueſtitura feudi, & non aliter,ut in capitu. nulla,per quos fiat inueſti. quia feudum à fidelitate dicitur, & pactum appoſitum in inueſtitura feudi derogat omni naturæ feudorum, ut dicit Bal. in cap. primo, de duo.fratr.à capi.inueſti. Et ideo dicebat Bal.in I.volumine, conſilio 70. quod potius inſpicitur tenor inueſtituræ, quàm natura feudi. Nam natura feudi eſt genus inueſtitura feudi eſt ſpecies, quæ derogat generi.& uide ad hoc Bal.in præludijs feudorum.col.19.

ANNOTATIONES.

a Homagijs.]Homagium quid ſit,& quare,& quomodo fiat, uide And. de Iſer in c. 1.de no.for.fidel.col 3. & an homagium differat a fidelitate. vide ibi eundem auctorem nu. 7. Adde etiam, quod iuramentū quod fit regi,vocatur homagium, quia efficitur quis homo regis. ligium etiam appellatur,quia ligat ad perpetuam fidelitatem,de quo vide per Par.de Put.de feudorum reintegratione.§.nunc videndum nu.5.folio 135.lib.meo.Batius.

b Tertio not. Quia Afflic. hic facit mentionem de inueſtitura, quæro, an per inueſtituram transferatur poſſeſſio, vide Affli. in conſtit.circa violentiarum col.6 nu. 22. & tene menti perpetuo, quod licet aliàs non præſumatur præſentia,Bal.in l optimam. C.de contrahen. ſtip. & Dec.conſil.18.nu.51.fallit in inueſtitura, quæ ſemper præſumitur facta præſenti. Io.andr.in addi. ad Specul.in tit.de emp.& vend.§ 1. uerſi. nunc formam.in addi.quæ incipit tradidit,& hoc not. pro limitatione l.2.C. de ſtatu.& imag.refert & ſequitur Aret. in ca.1. 2.no.col. 3.de iu.& Cate.Cotta in ſuis memorabi. i verbo tacta nō p̄ſumitur.

c Libertate.]Adde, quod nulla temporis præſcriptio,ſeu longinquitas præiudicat libertati, ut C.de long.tempor præſcri.l.quę pro libertate,& contra libertatem in rubro & nigro,uide Spec in tit de feud.§. quoniā.col.3.adde etiam,quod libera præſumitur quęlibet res mihi ſeruiens probatur in l.altius.C.de ſeruitu.de quo etiam uide Par. de Put.de feud.reinteg.col.3. Batius.

De ſacramento præſtando à campionibus. Rub. XXXVI.

SVB iſta Rubrica continentur quatuor conſtitutiones loquentes de materia duelli. Ego ipſas non legerem, quia duella ſunt probata à iure, ut dixi ſuprà in Rubri 30. & ſequenti huius ſecundi libri, niſi quia in iſtis quatuor conſtitutionibus ſunt aliquid digna notatione, & dicebat Bald.in cap. primo.§.ſi quis hominem de pace tenē.quòd iſtæ quatuor conſtitu.habent in ſe naturalem rationem. Et continuatur ſic. dictum fuit in rubrica 33. in conſtitut. monarchiam, quòd in duobus caſibus tantùm per conſti. regni permiſſum eſt, quòd poſſit fieri probatio per duellum, uidelicet in morte abſconſa noctis tempore facta,& in crimine læſæ maieſt.& deinde fuit dictum de probatione teſtium, quæ facta fuit lite non conteſtata, & quæ probatio requiritur in depoſito quantitatis, & quę probatio requiritur in probando dominium uaſallagij, uerùm quia poterit dubitari, an illis duobus caſibus, in quibus permiſſa eſt probatio per duellū, poſſit fieri duellum per ſubſtantiam perſonā, quę dicitur campio, & de ęqualibus armis, quibus partes debent uti in duello,& de iuramento, quod debent pręſtare cāpiones,antequam intrent ſticatum, ubi debet agi pugna, & quòd campiones non debeant uti fraude, uel dolo in ipſa pugna ſub graui poena, & in ipſo duello ſit ſeruāda æqualitas in omnibus,ideo de his tractat ſub pręſenti rub. Nec obſt. ꝙ iſta continuatio non videtur facta ad proxima

prout de iure fieri debet, vt dicit tex. in l. a. ff. de ſta. homi.
quia ſatis dicitur facta ad proxima, quia tempore, quo fue
runt conditæ iſtæ conſtitutiones, probatio per duellum
in dictis duobus caſibus erat permiſſa. ideo viſo de ſpecie
probationis in cauſa homagij, dicit de ſpecie probationis
per duellum per campionem, & iuraméto præſtando per
campionem, & aliis ſupradictis.

SVMMARIVM.

1 *Campio pugnaturus pro alio talis eſſe debet, quòd nunquam in duel-*
lo victus fuerit.
Repulſus a dignitate ob crimen nunquam in eadem eccleſia ad vl-
lam dignitatem admitti poteſt.
2 *Repudiatum ſemel reintegrari nunquam poteſt.*
3 *Miles deuictus campio, non poteſt eſſe campio pro alio.*
4 *Victus caſu, ſeu fortuna, non viribus, an debeat dici victus.*
5 *Dolo vti natura repugnat duelli.*
Campiones pro aliis armicuturi qualis armis debeant vti.

Vlivs campio. Tria dicta con-
tinet hęc conſtitutio. Primum dictum
continet regulam. Secundum dictum
continet exceptionem a regula. Tertium
dictum eſt, quòd inter pugiles etiam
per campioné ſeruetur in armis æquali-
1 tas. † Regula eſt, quòd ille, cui permiſſum eſt poſſe pu-
gnare per campionem, debet eſſe illo campio talis, quòd
nunquam fuit victus in alio duello, quia ſi fuiſſet victus,
legitimè poteſt repulſari. Et ſic iſte textus facit ad hoc,
a quod ſemel repulſus propter crimen [a] eſt inhabilis in alia
dignitate in eadem eccleſia. gloſſ. eſt in capitu. ſuper his.
in verbo, impedit. extrà de accuſationibus. ſecus in alia
eccleſia. dummodo eius opinio non ſit grauata, vt dicit
Abb. Sicu. poſt ſequentem gloſſ. ibi. & Andrę. de Iſern. hic
allegat Senecam dicentem: Nihil tutum eſſe poteſt con-
ſternata ſemel mente, facit capit. ſemel malus. de regu. iu-
ris. in ſexto. Et quæ allegantur in illa quæſtione, an ſi no-
b tarius fecit ſemel falſum [b] inſtrumentum, valeant poſtea
confecta per ipſum, de qua in Specu. de inſtrum. edi. §. re-
ſtat. verſic. quid ſi tabellio. & vide Barto. in l. eadem. §. pri-
mo. ff. ad leg. Iul. repe. Innocen. in capit. fraternitatis. in ver
bo, depoſitus. de teſti. Bald. in l. Caſſius. ff. de ſena. Bald. in l.
cunctos populos. in octaua columna. C. de ſumma Trinit.
2 † Sic etiam dicimus, quòd illud, quod ſemel repudiatum
eſt, reintegrari non poteſt, ſecundùm Bald. in l. fina. C. de
condit. inſer. in quarto nota. Sic qui ſemel eſt amotus a ſe-
natu propter turpitudinem, non reſtituitur ad illud, quia
reatus omnem honorem excludit. l. prima, C. vbi ſena. vel
clari. l. ſecunda, ff. de his qui notan. infam. Bene facit id,
quod dicit Bartol. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de ver
bor. obliga. inquantum dicit, quòd ſi ſtatutum reddat per-
ſonam inhabilem, non poteſt eſſe amplius de prioribus ci-
uitatis. Et dicunt Bald. & Paul. de Caſtro in l. mancipia. in
fine. C. de ſerui. fugi. quòd ſi officialis fuit repulſus ab offi-
cio, vel in ſyndicatu fuit condemnatus, amplius ad aliud
nunquam debet eligi. Et facit iſte textus contra iuuenem
aduocatum, qui primam cauſam, in qua præſtitit patroci-
nium, perdidit per ſententiam, nam præſumitur iniuſtè
monuiſſe litem, vt in l. rem non nouam. §. fina. C. de iudi. &
de facili ab aliis non aſſumitur in aduocatum, ex quo ad-
uocati militibus aſſimilantur, vt in l. aduocati. C. de aduo.
3 diuer. iudicum. † Et miles deuictus campio, non poteſt eſ-
ſe campio pro alio, vt hic. & dicit Angel. in l. prima. §. pue
ritiam. ff. de poſtulan. Caueant adminiſtratores eccleſia-
rum aſſumere nouellos aduocatos, quia ipſi ſunt confuſio
litium. & idem dicit Ioann. de Anan. in rubri. extrà, de de-
lictis puerorum. Fallit, & illud eſt ſecundum dictum hu-
ius conſtitu. ibi, niſi per ſe, niſi campio victus in vno præ-
lio, fuerit ab alio impeditus de homicidio abſconſo, vel de
crimine læſæ maieſta. tunc non poteſt repulſari, quia ſe-
mel fuit victus, & ideo hoc eſt, quia defenſio omni iure
eſt permiſſa, vt in iuribus vulgaribus allegatis in l. vt vim,
ff. de iuſtit. & iure. & ſic patet, quòd ſemel victus in duel-
4 lo, non poteſt alteri offerre pugnam. † Sed quid ſi eſſet vi-
ctus a caſu & fortuna, & non viribus, verũ dicatur victus?
Text. facit quòd non in l in bello. in prin. in verbo, virtute
bellica. ff. de capi. & ſic tenet dom. Par. de Put. in ſuo tract.
de duello. char. 128. ꝙ iſte non dicitur victus, allegat mul-
tas leges, quòd ſi quis fraude egit non habebit pramium.
ſic econtra dico, quòd non habebit repulſam. In contra-
rium facit illud Virgilij.

Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?

Hoc procedit quãdo pugnatur à tutta oltranza, ſecundum
Paridem ibi, & in folio 136. ſed in campionibus pugnan-
tibus debet ceſſare omnis fraus, vt dicit conſtitut. ſummo
periculo, & maximè propter iuramentum, quod præſta-
5 tur, vt in conſtitut. ſequenti, quæ incipit, præſenti. † Eſt
enim contra naturam duelli vti dolo, eo maximè, quia con
ſtitut. iſta. & conſtit. conſuetudinem, volunt, quòd æqua-
litas ſeruetur in pugna, & firmat expreſsè Paris de Puteo
in eodem lib. char. 129. licet Fabricius Romanus dixerit,
mos non eſt Romanis pugnare dolo, ſed bello. Vide Va-
lerium Maximum de ſtratagematis bellorum. Tertium di-
ctum eſt ibi, ſtatuimus præterea, quòd campiones quan-
do habent pugnare pro aliis, debent habere arma æqua-
lia, nec plicata ad modum putatorij, ſeu ronchæ ferreæ,
quæ erant arma, quibus Galli bellatores vtebantur, & vi-
de infrà in conſtitutio. conſuetudinem, ſub iſta rubrica, &
ſic patet, quòd inter bellantes debet ſeruari æqualitas, &
ſic æquitas, vt in lege finali, C. de fruct. & lit. expenſis, ſe-
cundum Baldum in lege omnium, C. de vectigalibus. &
de æqualitate ſeruanda dixi in capitulo primo, in primo
notabilibus.

ANNOTATIONES.

a Crimen.] Quid econtra, an ſemel approbatus poſſit amplius reproba
ri, vide Bart. in l. ſed & reprobari. ff. de excuſ. tut. Batius.
b Falſum.] Adde, quòd ſi vixerit laudabiliter per triennium poſt com-
miſſum delictum, non præſumitur malus ſecundum Ioan. de Imo. in
ca. cum deputati. de iud. & eſt tex. in auth. de monacis. collatione pri
ma. Ioan. Ant. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Campiones pugnaturi quæ debeant iurare, & quando.*
2 *Principales per campionem pugnantes doloſè accuſare, vel ſe defen*
dere non debent.
Virtus ſimul cum vitiis eſſe non poteſt.
3 *Dolus etiam in exercendis artibus reprobatis non eſt adhiben-*
dus.
Campiones ſuos principales per pacta inter ſe non debent de-
ludere.
4 *Affidatio inter campiones de ſe non offendendo eſt prohi-*
bita.
5 *Fidentiam reprobatam frangens an puniatur de fide fra-*
cta.

Reeanti laga. Tria dicta conti
net iſta conſtitutio. Primum eſt, quòd
campiones deputati ad pugnam exer-
cendam debent iurare corporaliter ſu-
per Euangeliis, quòd ipſi credunt do-
minos, pro quibus pugnare intendunt,
fouere veritatem, & quòd ille, qui accuſauit, iuret, quòd
non per calum. motus fuit ad accuſandum, nec per aſtum,
ideſt per dolum, vel per fraudem ad accuſationem proceſ-
ſit, nec ipſe accuſans per dolum ad defenſionem procedit,
& ꝙ ipſi campiones vnuſquiſq; pro ſuo domino omni vir
tute, & ſic ſine dolo, & potentia, & vigore: pro quib. pugna
re intẽdunt, certabit. Secundum dictũ eſt, quo tempore iu-
dex, qui dedit licentiã pugnãdi in ſticato, debet recipere di

ctum

ctum iuramentum à dictis campionibus, & dicit, quòd in ingreſſu ipſius ſticati circularis, & ſic immediatè, quando intrant ſticatum prædictum, debet præſtari tale iuramentũ. Tertium dictum eſt, quòd dictis pugilibus eſt expreſsè prohibitum per iſtam conſtitutionem vt ſe affidant de non offendendo ad inuicem, imò dictis pugilibus præcipitur, quòd conentur pro tota poſſe, quòd vnus alterum ſu-
1 perare habeat. †Not. 1. ex text. quòd campiones, qui habent pugnare, debent iurare iſta, quæ hic continentur, dicit hic gloſſ. idem etiam de principalibus, quando pugnant per ſeipſos, & allegat leges Longobardas. Secundo not. ex text. ibi, in ingreſſu, quòd tale iuramentum præſtandum per campiones, iudex, qui dedit ſticatum ſeu circulum pugna-
a torium, debet eis dare [a] iuramentum corporaliter ſuper Euangelijs, vel re aliqua ſacra, quia magnum eſt negotium quo caſu ſic debet iurare, vt dicitur per Doct. in auth. ſacramenta puberum. de pace iur. fir. & ibi dixi, vide tamen quòd aliud ſentit Abb. Sicu. in cap. ad aures. extrà de his quæ fiunt ui, metus &c. Item tempore, quo dicti campiones intrant circulum pugnatorium, debet præſtari hoc iuramentum, & ſic illico quando intrant ſticatum, & antequam incipiant pugnare in illo ſticatu, quia ita importat iſtud verbum, in ingreſſu, vt probat tex. in l. tertia, §. fin. ff. de libe. exhib. poteſt etiam intelligi illa dictio, in, pro cauſa in ingreſſu, ideſt duello quãdo ingreditur, vt in l. prima, §. ex incendio. ibi, in bello admiſſum &c. ff. de incen. rui. naufrag. & de iſta dictione, in, vide per Bartol. in l. Gallus.
2 §. ille caſus indifficilis. ff. de lib. & poſthu. † Tertiò not. ex tex. ibi, per aſtum, quòd principales, qui pugnant per campionem, non debent doloſè accuſare, vel doloſè ſe defendere, poſtquam iſte text. iubet campiones debere iurare, quòd iſti credunt, quòd eorum principales ſine aſtu, ideſt ſine dolo, & malitia accuſauerunt, & accuſatus ſimiliter, quòd ſine dolo, & malitia ſe defendit, & dicit gloſſ. hic, quòd ſic exponitur iſtud verbum, aſtu, in gloſſ. in authen. de teſt. §. ſi verò quidam. & C. de legibus. l. ſecunda, vbi exponit gloſ. aſtutè, ideſt malitioſè. licèt aliter exponat gloſ. in capitu. primo, §. ſi ruſticus. de pace tenenda. & allegat iura longobarda. Quartò not. ex text. ibi, & cum omni virtute, quòd campiones intrantes pro eorum dominis circulum pugnatorium, iurãt cum omni virtute pugnare, & ſic excludit omnem dolum. Quia virtus in ſe non habet dolum, nam virtus ſimul cum vitijs haberi non poteſt. de pœn. diſtin. 2. cap. ficta charitas. §. præmiſſis. egreſsus enim malitiæ virtutis operatur ingreſſum, ut dicit tex. 32. quæſt.
3 prima, cum renuntiatur. † Et ex hoc ſequitur, quòd etiam in artibus reprobatis, quæ per homines fiunt, non eſt inter ipſos adhibendus dolus, nam & inter latrones debet ceſſare dolus & fraus, vt duret eorum ſocietas, ut habetur in l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pact. per Alex. de hoc Cicero in lib. 2. de officijs. & refert Io. de Plate. inſti. de iuſti. & iure. Quintò no. ex tex. ibi, affidare, quòd campiones nõ poſſunt deludere ſuos principales per pacta habita inter eos, quòd ſe ad inuicem nec manibus, nec dentibus, uel alijs modis ſe offendent, & ſic ſe affidauerunt. Erat enim iſta affidatura per fidem facta, quæ tantum operabatur ſicut iuramentum, quòd paria ſunt promittere ſub fide, ſicut ad ſancta Dei Euangelia, vt dicit Alex. in l. 3. §. dato. ff. de iureiurand. Ex quo cum omni conatu debet operari, quòd vnus alium ſuperet in duello, & non ſe affidare, ſicut maritus affidat vxorem, ut dicitur in ca. ſuper eo, lo ſecon-
4 do, extrà de teſti. & in cap. fi. de cogna. ſpiri. † Et iſta affidatio inter iſtos campiones prohibita eſt per iſtam conſtitu. & ideo poſſent puniri tanquam tranſgreſſores legis. gloſ. eſt in l. nemo martyres. C. de ſacr. ſanct. eccleſi. per quam dicit ibi Bald quòd eo ipſo, quòd lex vetat, tacitè punit, &
b eſt pœna arbitraria, [b] vt in l. ſanctio legum. ff. de pœn. & l. 1. l. expilatores. ff. de effracto. & pro hoc gloſſ. in cap. generali. de ele. lib. 6. Et hæc procedunt quãdo faciendo contra legẽ deliquit, ſecus ſi faciendo contra legem non deliquit, ut dicunt Bald. & Paulus de Caſtro in dicta l. nemo martyres. Sed iuxta hoc quæro, quid ſi iſti campiones ſe affidauerunt ante ingreſſum circuli, deinde unus eorum non ſeruauit fidantiam & uicit, an punietur de fide fracta, ſi probetur, quòd fuit facta dicta fidantia? Videtur quòd
5 non, † quia illa fidantia eſt reprobata per iſtam conſtitutionem, & ideo non punitur de fide facta, per not. in capi. conſtitutus. de tranſact. & per Dominicum de ſancto Geminia. in cap. ſecundo, in gloſſ. ſecunda, de iureiurand. lib. ſexto, & quando pactum à iure communi eſt reprobatum, tunc non firmatur iuramento, vt in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pactis. & ibi per Alexandr. & per errorem præſumitur factum, per not. in l. de ætate. ff. de interroga. actio. de quo per Bartol. & Alexandr. in l. ſed & ſi quis. §. idem quæritur. ff. ſi quis cau. non ergo punietur de fide fracta, ſed de tranſgreſſione huius conſtitu. ut ſupra proximè dixi, quod tene menti.

ANNOTATIONES.

a Dare.] Et an tactus ſcripturarum, vel rei ſacræ ſit de ſubſtãtia iuramẽti. vide tex. in l. 1. C. ſi aduerſ. vendi. & in l. generaliter. & ibi Bald. C. de reb. cred. & eſt bonus text. in l. 3. in fi. C. ſi mino. ſe maio. dixer. vide gl. & ibi Andre. in titu. de pace iura. fir. in § item ſacramenta. facit etiam tex. in l. fin. C. ſi ex fal. inſtrum. & glo. in clemen. ne romani. ſuper verbo tactis. de iura. calum. vide Bald. & Barto. in authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendi. Contrarium videtur ſentire Spe. in titu. de iniuri. § in ſumma. Ioan. anto. Batius.

b Eſt pœna arbitraria.] Vide quæ addidi in conſti. diſputare. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Periculo grandi ſe ſupponit, qui per campionem pugnare eligit.*
Superior neceſſariò prouidere debet, vbi magnum periculum imminet.
2 *Iudex ſecundùm ſuam priuatam conſcientiam iudicare non debet.*
3 *Fraus præſumitur ex his, quæ cito & incontinenti fiunt.*
4 *Victus in duello non habetur omnino vt confeſſus delictum.*
5 *Campio doloſè permittens ſe vinci, quando debeat mori.*
6 *Pater accuſans aliquem de morte filii poteſt campionem offerre, vel contra, filius de morte patris.*
Mater mortem filii accuſare poteſt.
7 *Mater poteſt mortem filii accuſare, non obſtante patris remiſſione.*
Dolor iuſtus in aliquo excuſat excedentem terminos legales.
8 *Campio periurus punitur amputatione manus.*
9 *Accuſator criminis læſæ maieſtatis in pugna ſuccumbentis, pro conuicto & confeſſo habetur.*
10 *Indicia indubitata ad condemnationem ſufficienter ſunt inductiua.*
11 *Victus in duello ad mortem naturalem damnari non debet.*
12 *Conuictus per probationem duelli non debet mori.*

SVMMO PARICVLO. Hæc conſtitutio duo facit. Primò imponit pœnam campioni, qui poſtquam intrauit circulum pugnatorium, adhibuit fraudem, vel ſegnitiem, aut incuriam manifeſtam, ideſt quòd non fuit uſus ſua diligentia, ſed fuit tardus, & piger. Secundò declarat, quomodo conſtabit de iſta fraude, vel ſegnitie, vel incuria adhibita per campionem in ſummum periculum ſui principalis. Et ad primum, quæ ſit pœna campionis adhibentis fraudem, uel ſegnitiem, uel incuriam in periculum grande ſui principalis, ita quòd propter dictam fraudem, uel tarditatem, & minus diligentiam adhibitam per campionem, ſuus principalis ſuccumbit in cauſa. Et reſpondet hæc litera diſtinguendo, quòd aut campio, qui commiſit fraudem, uel negligentiam, eſt cãpio perſonæ accuſatæ, aut eſt campio perſonæ accuſatoris. primo caſu, ex quo perſona principalis accuſata pro crimine occulti homicidij non potuit probare ſuam innocẽtiam, & fuit admiſſus ad probandum per duellum, & campio ſuus ſuccumbit doloſè, ut quia cito in circulo ſe

reddidit aduerſario ſegniter & piger pugnando, ipſe ve-
niret puniendus pęna mortis, ſi ſine fraudare campio fuiſ-
ſet deuictus, ita eius campio debet puniri pœna mortis. Se
cundo caſu ex quo campio pro perſona principali, quia ac
cuſauit de homicidio occulto admiſſus fuit ad duellum,
& ſuccumbit per dolum, vel per ſegnitiem, vel incuriam,
& perſona principalis, quæ accuſauit, non uenit ad mor-
tem condemnanda, ex quo non probauit accuſationem,
quia iuſtum dolorem proſequebatur, puta quia erat pa-
ter, aut mater filij occiſi occultè, tunc campio ipſe accu-
ſatoris non punietur pœna mortis, ſicut in primo caſu,
ſed punietur pœna amputationis manus propter periu-
rium, quod commiſit: quia iurauit non uti dolo, vel frau-
de, & ipſe uſus eſt dolo, uel tarditate, & pigritia, & ſic
periurus, ſed ſi campiones intrauerunt campum ex cauſa
criminis læſæ, maieſtatis, tunc ſiue campio ſit accuſatoris,
ſiue accuſati, & commiſit dolum, uel incuriam, vel ſegui-
tiem, punitur ſemper pœna mortis naturalis. Ad ſecun-
dum quæſitum, uidelicet quomodo conſtabit de iſta frau
de, uel ſegnitie, uel in curia campionis? Reſpondet lite-
ra, quòd de hoc ſtatur iudicio illorum, qui fuerunt præ-
ſentes, & conſiliariorum, qui fuerunt præſentes. quan-
do ipſi campiones pugnabant, ut ſi dixerint, quòd fraudē
adhibuit, uel in eo fuit ſegnities manifeſta, & ſic quòd me-
lius potuit ſe defendere, antequam cederet alteri cāpioni,
probata dicitur ipſa fraus, uel ſegnities, & hoc dicit tota
1 iſta conſtitu. † Not. 1. ex text. ibi, ſummo periculo, quòd in
maximo periculo ſe ponit ille, qui per campionem vult
pugnare, quia poſſet ille campio eum prodere, & ipſo cum
multa cautela ſunt deputandi, & eligendi iſti campiones,
ut eligatur perſona, de qua meritò ſit confidendum, quia
dicit Bart. in l. ſi patronus. ff. de confir. tuto. quòd is, qui eli
git aliquem ad aliquod officium, præſumitur ipſum habe-
re notum. facit. ff. aduer. nau. cau. ſta. l. 1. Secundò not. ex
tex. ibi, prouiſionem neceſſariam. quòd ubi periculum eſt
magnum, ibi debet ſuperior neceſſariò prouidere. Bene
facit ca. vbi periculum. de electio. lib. 6. Tertiò not. ex text.
videatur, caſum a in quo iudices ſunt teſtes, & iudices.
Nam hic ſecundùm vnum intellectum, conſiliarij in iu-
dices adhibiti ſuper pugna campionum, deponunt de frau
de, uel ſegnitie campionis, & poſtea ipſum campionem
2 condemnant. † Sed hoc eſt contra ius, quia iudex non
debet iudicare de ſua priuata conſcientia, vt in l. illicitas.
§. veritas. ff. de offic. præſid. de quo in l. ne in arbitris. C. de
arbi. & per Felyn. in cap. cum à nobis. de teſtib. Et ideo vt
euitetur hoc contrarium, dic, quòd iſti, qui ſunt præſen-
tes in pugna campionum & conſiliarij non ſunt iudices,
ſed teſtes, & poſtea iudex, qui dedit ſticatum, iudicabit ſe-
cundùm quòd viderunt ipſi, qui fuerunt præſentes, & con
ſiliarij, qui fuerunt pręſentes, & ſecundùm quòd dicunt,
ſe vidiſſe, ſic iudicabit. Et iſte ſecundus intellectus uerior
& iuſtior eſt, maximè, quia in littera nihil dicitur, quòd
iudex ſit teſtis ſuper hoc, nec illi conſiliarij ſunt iudices,
ſed potius aſſeſſores. C. de aſſeſſo. l. conſiliarios. Fallit in
iudicibus baiulorum, qui ſunt iudices, & non aſſeſſores,
ut in conſtitut. cū noua, in tertio nota. & in iudicibus ma-
gnæ curię, qui ſunt regij conſiliarij, & iudices. Idem de
regijs conſiliarijs, qui habent de iure ordinariam iuriſdi-
ctionem, ſecundùm Bartol. in l. præcipimus. §. quòd ſi a du
ce. C. de appel. ſed. Bald. ibi dicit, quòd habent hanc iuriſ-
dictionem ordinariam, quando ſunt ſimul cōgregati, aliàs
3 non habent niſi delegatam, in cauſis delegatis. † Quartò
nota. ex text. ibi. nec tam cito, quòd ex his, quæ fiunt cito,
uel incontinenti pręſumitur fraus, ut hic, & in l. ſi uir. §.
fin. ff. de priuil. credit. cum concor. allegatis per Bartol. in l.
poſt contractum. verſicu. quintò præſumitur, ff. de donat.
Quintò not. ex textus ibi, aliorum conſilio, qui tunc tem-
poris inueniuntur, quòd dato circulo pugnatorio ipſis pu-
gilibus per ſuperiorem, in ipſo duello debent deputari cō-
ſiliarij, & alij qui ſint præſentes, & uideant ſi ipſi campio-
nes ſine fraude, & dolo pugnent, & ipſi habent de hoc face-
re teſtimonium ſuperiori, & in haſtiludijs uidi hoc ſerua-
ri. Sextò not. ex text. ibi. mori debebat, quòd non eſt ve-
rum, quòd iſte tex. probent, quòd reus conuictus in duel-
lo de crimine capitali debet mori, ſed bene dicit, quòd ſi
fuiſſet contra eum legitimè probatum delictum, pro quo
4 imponitur pęna mortis, quòd debet mori. † Et ſic tene men
ti, quòd reus uictus in duello non habetur per omnia, ut
confeſſus delictum, quia conuictus per duellum dicitur
confeſſus pręſumptiuè. Et ideo ex pręſumptione non po-
teſt ad mortem condemnari, ſicut ille, qui verè eſſet con-
feſſus. & pro hoc cap. afferte. de præſumptio. & ita firmat
Bald. per gloſſa in capit. 1. §. ſi quis hominem. de pace te-
nenda, quod tene menti. Septimò not. ex text. ibi, campio
ſimiliter periculum mortis incurrat. quòd campio accu-
ſati, ſi ſine fraude commiſſa per eum ſit conuictus per
duellum de morte abſconſa, vel de crimine læſæ maieſtat.
5 principalis debet mori. † Sed ſi doloſè paſſus eſt campio
accuſati ſe deuinci, licet ipſe debeat mori, non tamen pro
hoc debet mori principalis, imò ſecundùm gloſſ. hic debet
abſolui & ſi condemnatus fuiſſet per iſtam falſam proba-
tionem, quia ſuus campio doloſè paſſus fuit ſe vinci, debe-
ret retractari ſententia per viam reſtitutionis in integrum,
licet non ſit appellatum, vt in l. prima, ſecunda, & tertia,
C. ſi ex falſis inſtrumentis. Iuxta hoc quęrit gloſſ. hic in
verbo, ſimiliter, qualiter puniatur iſte campio accuſati de
homicidio occulto, vel de crimine lęſę maieſta. qui vſus
fuit fraude & dolo in pugnando, & ſic ſuccubuit, & de
hoc accuſatur? Dicit gloſſ. quòd punitur ſicut falſus te-
ſtis ex officio iudicis ſine accuſatore. Et huius occaſione gl.
hic ponit multos caſus, in quibus iudex ſine accuſatore
procedit ex officio, quibus adde id, quod dictum fuit ſu-
prà, in primo libro in conſtit. inquiſitiones. & in conſtit. hi
6 qui, in 11. not. ſub rub. 51. & ibi cōcordantes. † Octauò no.
ex text. ibi, cæterum, quod pater, vel mater accuſans aliquē
de morte abſconſa filij ſui, vel filiæ, ſeu econtra filij accu-
ſando aliquem de morte patris, vel matris abſconſa, poteſt
per duellum probare dando campionem, & hoc non cor-
rigitur per conſtitu. ſequentem, vt dicit hic gloſſ. in verbo,
accuſes. Nonò text. ex text. ibi, mater, quòd mater accuſat
de morte filij, iſta conſtitutio bene hoc probat, & gloſſ.
hoc ponderauit. idem puto de iure communi, per l. vxor.
& l. Senatus. & l. de crimine. C. qui accuſa. non poſſunt.
vbi mulier proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam po-
teſt accuſare. Sed ſi cōcurrat in accuſando pater, & mater
prius admittitur pater, quàm mater, ratione patriæ pote-
ſtatis, & ratione ordinis huius literæ, quæ primò ponit pa
trem, & poſtea matrem. Idem dicit Salye. in d. l. vxor. & vi-
de ad hoc Barto. in l. a. de accuſa. & Abb. Sic. in ca. nonnul
7 li. de reſcript. † Et ſi pater remiſit, mater poteſt accuſare,
quia proſequitur ſuam iniuriam, vt dicit Saly. in d. l. vxor.
An autem vxor poſſit accuſare de morte mariti? Gloſſ. hic
tenet, quòd ſic, quia ſi poteſt de morte ſui conſobrini accu
ſare, vt in d. l. vxor. & l. ſororem. ff. de his quibus vt indig.
& in d. l. ſecunda, ff. de accu. multò fortius de morte mari-
ti, & hoc propter ſuum intereſſe, non propter intereſſe ma-
riti, quia vxor non agit de iniuria facta marito niſi concer
nat etiam ſuam iniuriam, vt no. in §. patitur. inſtitu. de in-
iu. Et quod dico de vxore, idem puto de ſpōſa, ut dicit Are
ti. in dicto §. patitur. in gloſſ. in verbo, per vxorem. in fin.
Decimò not. ex text. ibi, iuſti doloris, quòd parcendum eſt
in aliquo illi, qui iuſto dolore terminos legales excedit, ut
hic. & in l. Graccus C. de adulte. & gloſſ. ibi allegat concor-
dantes. Difficillimum enim eſt iuſtum dolorem tempera-
re, ut dicit iure conſultus in l. ſi adulterium cum inceſtu.
8 §. Imperatores. ff. ad l. Iuliam de adult. † Vndecimò nota.
ex tex. ibi, campio tamen manum amittat, quòd pro periu
rio commiſſo per campionem punitur ipſe pœna amputa-
tionis manus, & hoc regulare eſt, ut pro periurio impona
tur pœna manus, ut infrà in fi. tertij lib. in conſtitu. eos qui
ſcienter, dicit hic gloſſ. quam manum poteſt redimere ſol-
uendo regiæ curiæ libram auri puriſſimi, ſubaudi, iudicis
arbitrio. pro hoc gloſſ. in capitulo à crapula. de uita & ho-
ne. cleri. ſubdit tamen hic glo. permittente tamen rege. er-
go ſi

go ſi rex non permittit, iudex non faciet hanc commuta-
tionem, ſed de hac poteſtate regis non eſt dubium, quia om
nis pœna in lege eſt arbitrata, vt dicit Bald. in l. legis vir-
tus. ff. de legi. & ff. de ſenato l. fin. & in l. cunctos populos.
9 C. de ſumma trinita. † Duodecimò & vltimò no. ex tex. ibi
in crimine tamen læſæ maie. hoc ſpeciale in crimine læſæ
maie. quòd accuſator, qui ſuccumbit in pugna perinde ha
betur, ac ſi confeſſus & conuictus fuiſſet. & ideo punitur
vltimo ſupplicio, quod non eſt ſic in alijs criminibus, ut di
xi ſuprà, in 6. not. Occurrit mihi vna dubitatio, ecce nun-
quam concedendum eſt per ſuperiorem duellum, niſi prę
cedentibus indicijs in crimine mortis abſconſę, vt dicitur
in conſtit. monarchiam, pone, quòd pręceſſerunt indicia
contra accuſatum de homicidio occulto, & conceſſus fuit
circulus ad pugnam, & pugnãtes ad inuicem, accuſatus ſe
reddit accuſanti, & ſic per iſtam victoriam accuſatus vide-
tur confeſſus, vt ſuprà dixi in 6. not. verum iſte ſic victus,
& prę ſumptiuè confeſſus, & ſtantibus pręcedentibus in-
10 dicijs poſſit cõdẽnari ad mortem? Videtur quòd ſic, † quia
ex indicijs indubitatis poteſt iudicari ad mortem, vt dicit
Ange. Aret. in tractat. maleficio. in verbo, comparuerunt.
char. 166. & ſequẽ. & in verbo, fama char. 54. & idem Bal.
& Ioan. de Imol. in l. fi. ff. de hęred. inſtitut. & Paris de Pu-
teo in tracta. de ſyndi in verbo, tortura. in princip. & Bald.
in l. fi. C. de proba. & in l. milites. C. de quęſtio. & in l. qui-
cunque. de ſeruis fugi. Abb. in capit. tertio loco. de probat.
& Bald. in l. excipiuntur. ff. ad ſylla. & Tancre. in ſua mar-
gari. chart. 19. q. 7. Secus quando indicia ſunt arbitraria,
tunc debet ſententia temperari, vt dicit Abb. Sicu. in capi.
11 auditis. de prę ſcript. † In contrarium tamen dicendum
eſt, quòd iſte victus in duello non debet condemnari ad
mortem naturalem, ſed ad aliam pœnam minorem, quia
quando quis debet condemnari ad mortem, non ſufficiũt
indicia, & prę ſumptiones, vt dicit Innocen. in capit. quia
veriſimile. de prę ſumpt. & ibi Antonius de Butri. & Abb.
Sic. & idem Abb. in capitu. auditis, prę allegato. & Ioannes
Andr. in addi. Specu. in titu. de proba. §. t. verſicu. 13. & Pe-
trus de Anchar. in regula, ſemel malus. to. colum. libro 6.
& firmat Antonius de Buir. in d. c. afferte. & Paulus de Ca-
ſtr. in vltimo conſi. 1. volum. & uide ad hoc Oldra. in con-
ſilio 192. incip. uiſo diligenter. pro hoc eſt deciſio Andre.
12 in allegato. §. ſi quis hominem. † Vbi dicit, quòd conuictus
per probationem duelli non debet mori. Et firmat Paris
de Puteo in dicto tracta. de ſyndi. char. 142. & licèt illa prę
ſumpta confeſſio, uel expreſſa fuit meticuloſa timore mor-
tis, tamen metus iſte eſt de natura uictorię, & ideo eſt lici-
tus, ſicut quando iudex adhibet torturam prę cedentibus
indicijs, ut firmat Paris in dicto tracta. char. 145. In gloſſ.
1. hęc gloſſ. eſt declaratiua literę, dico vt dixi in princip.
huius conſtitu. In gloſſ. 2. ſigna iſtam gloſſ. quia ponit mul-
tos caſus, in quibus poteſt procedi ex officio iudicis ſine
accuſatore, uel denunciatore. alios caſus poſuit And. in cõ
ſtit. hi qui. & ibi dixi In gloſſ. tertia, in uerbo, accuſet, quę
rit gloſſ. An iſta conſtitutio ſit correcta per conſtitut. ſeq.
& concludit quòd non, ut dixi ſuprà in 7. not. & dicetur
infrà in conſtitutio. ſeq. In gloſſ. 4. in uerbo, mater, dic, ut
dixi ſuprà in nono not. In gloſſ. quinta, quę eſt fin. dic, ut di
xi ſuprà in 11. not.

ANNOTATIO.

a Caſum.] Vide Innocen. Hoſtien. & alios in c. cum à nobis. de teſtibus
Bar. in l. nec aliter. C. de arbi. Abb. Panor. in c. 1. extra vt eccl. benefi.
Bald. in l. iubemus. la 2. § ſane C. de ſacroſanct. eccle. in fi. Anton. de
Butrio conſi 29. incip. quęſtio eſt dubia. text. in c. ſtatuendam. 2. q 6.
& in §. quęritur. ea. q. & ea. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo irrationabilis dicitur, quòd accuſans duellum offerens
modum pugnæ poſſit eligere a.*
*Ratio eſt conſuetudinis veſtimentum, ſine qua frigida dicitur & nu-
da.*
2 *Accuſans in caſu permiſſo duellum offerre poteſt ſecundùm qua-
litatem accuſati.*
3 *Accuſans qua ratione non habeat electionem qualitatis & modi
duelli.*
4 *Reus in dubio fauorabilior eſt actore in fine cauſæ.*
5 *Accuſatus, cui duellum offertur, electionem habet an eques vel pe-
des pugnare velit.*
6 *Duellum recipere non tenetur annum non attingens vigeſimumquin
tum, aut ſexageſimum excedens.*
Senex quis ſit dicendus.
7 *Maſculus uſque ad ſexageſimum annum generare poteſt.*

CONSVETVDINEM Prauam. Duo
dicta continet hæc conſtit. Primò dicit,
ille, qui offert duellum accuſato in caſu,
quo licet duellum offerre, quia concur-
runt omnia requiſita, non habet ipſe ele
ctionem eligẽdi qualitatem armorum,
& modum pugnandi, ſed ipſe accuſatus, cui per accuſan-
tem offertur duellum, habet eligere arma, & modum pu-
gnandi, & ſecundùm eius qualitatem & conditionem de-
bet regulari ipſa pugna facienda, vt ſi accuſatus vult pede-
ſter pugnare, & accuſans vult pugnare equeſter, vel econ
tra, ad electionem accuſati fiet ipſa pugna. Item ſi accuſa-
tus eſt debilitatus aliquo membro, puta oculo, vel bra-
chio, accuſans debet ſibi ipſi claudere oculum, & cũ vno
brachio pugnare, & ſic ſeruatur æqualitas inter eos. Se-
cus dicendum eſt, ſi accuſans eſt debilitatus aliquo mem-
bro, & obtulit duellum accuſato, qui eſt integer homo,
& fortis, iſte accuſatus pugnabit integer, cum ipſo accu-
ſante debilitato. & ponitur in text. ratio diuerſitatis, & du-
rat vſque ibi, nec illud prætermittendum. Hic ponitur
ſecundum dictum, videlicet, vt ſi accuſans obtulerit duel
lum accuſato ſeni annorum ſexaginta vel adoleſcenti, qui
nondum compleuit vigeſimumquintum annum, iſte po-
terit dicere, nos non tenemur acceptare, ſed ſi vult, po-
terit dicere, quòd vult pugnare per campionem ad ſui de-
fenſionem, non autem ſi ipſe accuſaret alium, poſſet dice-
re, quòd offert duellum per campionem, hoc dicit vſque
1 in fine. † Nota primò, ex text. ibi, prauam, quòd dicitur
praua & irrationabilis conſuetudo illa, quòd accuſans,
2 qui obtulit duellum, poſſit eligere a modum & qualita-
tem pugnandi, cum accuſatus, cui offertur duellum, non
ſit eiuſdem qualitatis, & venit ad pugnam per neceſſita-
tem, & non voluntariè, ſicut ipſe accuſans, vt dicitur hic
in textum. qui ſumptus fuit ex. l. purè §. fina. in fine. ff. de
doli exceptione, & ideo fuit caſſata & annullata per iſtam
conſtitutionem dicta conſuetudo, debet ergo conſuetudo
eſſe rationabilis, & honeſta. & ideo dicebat Bald. in capi-
tulo ſicut. de probat. quòd ratio eſt veſtimentum conſue-
tudinis, & ſine ratione dicitur frigida, & nuda. Et propte-
rea Papa caſſauit conſuetudinem volentem, quòd ſenten-
tia lata à non ſuo iudice valeat, ut in capitu. ad noſtram. de
2 conſue. quia erat irrationabilis conſuetudo. † Secundò no.
ex tex. ibi, cõditionem & qualitatem, quòd accuſans in ca
ſu permiſſo poteſt offerre duellum, nõ prout ipſe vult, ſed
ſecundum conditionem, & qualitatem accuſati, & ſic non
ad electionem accuſantis, vt hic. ergo ad electionem accu-
ſati, & ſecundum eius cõditionem, & qualitatem, vt ſi mi-
les accuſans offerat duellũ ruſtico accuſato, miles pugna-
bit ſecundùm conditionem ruſtici, & non more militari,
& ſic patet, quòd ſi miles accuſauit ruſticum, & obtulit ei
duellum nõ poteſt dare campionem alium ruſticum, tum
quia eſt accuſatus, tum ẽt quia conſt. iſta non dat faculta-
tem pugnandi per campionẽ, niſi ſenibus, & minorib. 25.
3 an. † Tertiò no. ex tex. ibi, præmeditari tñ debet rationem,
quare accuſans non habet electionem eligendi qualitates,
& circunſtantias duelli per cũ oblati accuſato, quia actor,
vel accuſator antequam agat, vel accuſet, ſcire debet ſuam
conditionem, ut in l. 1. in ſi ff. de act. emp. & conditionẽ ſui
aduerſarij, & an velit accuſare dependet ab eius voluntate,
& ideo debet prouidere quis & qualis ſit ille, cui duellũ ip

ſe vult offerre, quam prouidêriam facere non poteſt reus,
vel accuſatus, ex quu de neceſſitate venir ad duellum, item
quia accuſatus ſe defendit, & accuſans propulſat, & offen-
dit, & poſſibile eſt, quòd accuſans confiſus in ſua poten-
tia contra veritatem confugiat ad duellum, vt dicit iſte
text. Et pro iſta ratione facit tex. in d. l. purè. §. fi. in fi. quem
alleg. hic gloſſ. 1. & l. 1. in princip. ff. ſi pars hære. pera. vbi
metitur ius agendi ex perſona actoris, & ſi contingit, quod
ſibi non placet, hoc ſua culpa euenit, quod eſt ſibi imputan
dum, vt in l. fi. C. de neceſ. ſer. hær. inſti. Bene facit text. in l.
ſi quis domum. §. 1. ff. locati. ibi, hoc euenire poſſe proſpi-
cere debuit. & l. qui bona. §. cum inter. ibi, proſpicere ſibi
potuerit & ff. qui. ex cau. ma. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi
ferre ibi, quia proſpicere eas potuit, debuitque actor, ne in
eas incidat, & ibi gloſſ. alleg. concordantes, & ita vult dice-
4 re. 1. gloſſ. †Quarto not. ex text. ibi, ſuæ defenſionis, quòd
iura in fine cauſæ magis in dubijs fauent reo, quàm acto-
ri, vt in l. fauorabiliores. ff. de re iudic. & l. Arrianus. ff. de
actio. & obligat. Fallit, quando reus ſe aſtringit ad proban-
dum id, quod ſibi non expedit, tunc in pari probatione prę
dicta ſuccumbit reus, ſecus ſi actor nihil probaret. iſta
ſunt verba Bald. in l. fin. in 16. colum. verſicu. tertiò gene-
raliter conſideret. C. de edic. diui Adr. tol. Quintò not. ex
tex. ibi, forſitan, quòd non præſumitur, quòd accuſans, qui
offert duellum in vim probationis habeat iuſtitiam, quia
poteſt eſſe, quòd contra veritatem accuſet. text. hic not.
5 †Sextò not. ex text. ibi, ſed ſi fuerit is, qui pugna impetitur,
quòd eſt in elec. accuſati eligere, vtrum uelit in duello pu-
gnare eques, vel pedeſter, & non accuſatoris. Septimò not.
ex text. ibi, illud etiam, quòd ſi accuſator, qui offert duel-
lum accuſato in aliqua parte ſui corporis eſt læſus, puta
quia habet vnum oculum, vel vnum pedem, aut vnam ma-
num, & accuſatus eſt integer, ipſe accuſatus pugnabit inte
ger, ſecus ſi accuſatus eſt læſus in aliqua parte ſui corpo-
ris, nam ſi accuſator eſt integer, debet ſe debilitare in eo
membro, in quo eſt debilitatus ipſe accuſatus, vt ſi vnum
oculum haber ipſe accuſatus, accuſans claudat ſibi ocu-
lum ſuum, in quo patitur accuſatus, ſimiliter in alijs digi-
tis, & membris, & iſto modo ſeruabitur ęqualitas inter ac
cuſatorem, & accuſatum, & non aliter. Et ſic iura conſti-
tut. regni ſeruant æqualitatem inter partes. & pro hoc. l. ſi
cum dies. §. penult. & ibi gloſſ. alle. concordantes ff. de ar-
bi. dixi in c. 1. Imperator Lotharius. in vſi. feud. in quæ-
ſtione magna, & iſtam æqualitatem, de qua hic, adde ad
Bart. in l. ſi finita. §. ſi ante hac ff. de dam. inſe. dixi ſuprà, in
6 conſtitu. nullus campio. in fine. †Octauò not. ex text. ibi,
nec illud prætermittendum, quòd qui tetigit annum. 60.
vel qui non tetigerit an. 25. ſi ſibi offeratur duellum non
tenetur de iure illud acceptare, ſed ſi vult acceptare, pote-
rit pugnare per campionem. Et ſic tene menti, quòd in 60.
an. quis non eſt aptus ad pugnam, ſiue duellum, & tamen
non dicitur ſenex, niſi ille, qui eſt in 70. an. vt dicit Abbat.
Sic. in c. quoniam frequenter. in 8. col. ut li. non conteſ. Vi-
de Io. de Ana. in rub. de delictis puerorum. & Abb. in cap.
ſi quis teſtium. 2. colum. ver. ſed quæritur. de teſtibus. & ex
his pater, quòd in ſenibus. 60. ann. non eſt virtus corporis,
licet ſit in eis maior virtus animi, inde dicit Bal. in ca. lite-
ras. de renun. quòd plus valet vmbra ſenis, quàm eloquen-
tia iuuenis. & dicit Alb. de Roſ. in l. ſi maior. C. de leg. hęre.
7 †quòd maſculus poteſt generare vſque ad 60. ann. & dicit
hoc probari in tex. iuncta glo. in l. ſi pater. §. fin. ff. de adopt.
Sed ego vidi plures ſenes ſeptuagenarios generare, ſenium
enim eſt à 70. ann. vſque ad 80. vt dixit idem Albe. in l. ſe-
nium. C. qui teſtam. facere poſſunt. & in lege prima, C. qui
ætat. ſe excuſant, & vide gloſſ. in l. non aliter. ff. de leg. ter-
tio, & vide Ioannem Andream in gloſſ. proœm. ſexti, in ver
bo, profectus. vbi ponit ſex eſſe ætates. Et vide ad hoc
Lucam de Penn. in l. prima, C. qui æta. vel profeſſi. ſe excu-
ſant, libro decimo. Item tene menti iſtum textum, quòd
ætas. 18. anno. non eſt apta ad pugnam. Idem dixit gloſſ. &
Bal. in capitulo primo, in ſecunda columna, de pace iura-
mento firman. & ſic ætas apta ad pugnandum eſt ann. 25.
vſque ad 60. annum, & ſic per annos 35. quis eſt aptus ad
pugnam. hic ſunt tres glo. de quibus feci mentionem in no
tabilibus, ideo non aliter ipſas aſſumo.

ANNOTATIO.

a Eligere]Electio armorum cui cõpetat in duello, & uidetur quòd reo prouocato, ſecundum Bald. in titu. de pace tenenda in prin. col. pen. in fine, quem refert & ſequitur Philip. Dec. conſil. 487. & conſil. 686.

De reſti. mulierum. Rub. XXXVII.

DICTVM eſt in pręcedentibus de proba
tionibus communibus & ſpecialibus,
quæ fiunt per duellum iudicis auctori-
tate, verum quia interdum mulieres gra
uantur ratione ſexus in probationibus,
& læduntur, utrum ratione non modicę
læſionis debeant in integ. reſtitui, de quibus non erat di-
ctum, ideo ſequitur hęc conſtitut. quę fuit regis Rogerij
aui huius Imperatoris ex parte matris. Et eſt conſtitu. ni-
mis generalis, quæ fuit poſtea per Imperatorem Federi-
cum interpretata, & declarata, ut patet infrà in conſtit. ob-
ſcuritatem.

SVMMARIVM.

1 *Mulier allegans ſe læſam ex ignorantia iuris, non reſtituitur.*
2 *Mulier modicè læſa in iudicio non reſtituitur.*
3 *Reſtitutio in integrum læſis in iudicio mulieribus per quos concedi poſſit.*
4 *Reſtitutio mulieri in iudicio concеſſa beneficium dicitur & ſubuentio.*

VLTERIVS. De iure communi non re-
peritur, quòd mulier reſtituatur in iu-
dicio, ſi eſt non modicè læſa, ſed per con
ſtitutionem regni prouiſum eſt, quòd
mulier ſi ſit non modicè læſa in iudicio
reſtituitur in inte. tam per regem, quàm
per officiales, & iudices regis, & propter fragilitatem ſe-
xus, hoc dicit. No. 1. ex iſta conſti. quod dictum eſt in ſum
mario. accedat ad hoc id, quòd dixit Bald. in rub. extra de
1 co. cleri. & mulie. †quòd mulier de iure communi propter
fragilitatem ſexus non reſtituitur in integ. ſi alle. ſe læſam
ex ignorantia iuris. allegat no. in l. fin. C. de iur. & fac. igno.
quæ incipit, ne paſſim. ubi mulieribus non ſubuenitur, ni-
ſi in caſibus expreſſis à iure, ut dicit ibi text. vbi gloſ. ponit
quibus caſibus mulieribus ſubuenitur de iu. cõmuni extra
iudicium. Sed in iudicio in illis caſibus, in quibus maſculis
ſubuenitur, ita etiam & fœminis, vt dicit ibi glo. Item ius
commune ſubuenit illis mulieribus intercedentibus pro
alio per ſenatuſcon. uelleia. ut in l. 1. & 2. C. ad ſenatuſcon.
uelle. Fallit in caſu l. ſi ſine & in auth. ſi qua mulier. & in l.
antiquæ. & l. veterum. & l. fin. C. eo. titu. Et ex hoc infero.
quòd ex quo iſta reſtitu. quæ datur mulieribus læſis in iu-
dicio eſt contra ius commune, quòd eſt reſtringenda, &
non amplianda, quia dicit Innocen. in capit. ex tranſmiſſa.
quòd quando reſtitu. conceditur contra ius commune, eſt
reſtringenda, & non amplianda, & uidi iudices quoſdam
2 contrarium ferre, & malè. † Secundò not. ex text. ibi, non
modicè, quòd pro modica læſione, quam patitur mulier
in iudicio, non conceditur ſibi reſti. & pro hoc l. ſcio. ff. de
reſtitu. in integr. Abb. Sicul. in cap. cum ex literis. de reſtit.
in integ. & conſtitu. ſequenti. Ergo mulier petens reſtitu.
in integr. in iudicio debet probare de læſione non modi-
ca, hoc probatur in cap. conſtitutus. extrà de reſtitut. in in-
teg. & in l. minoribus. C. de in integ. reſtitut. & in l. nam &
poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiuran. & eſt gloſſ. in conſtitut.
ſequen. in verbo, probatur. Tertiò not. ex tex. ibi, æquita-
tem ſectantes, quòd reſtit. in integ. datur mulieri per iudi-
cem

cem in iudicio, vbi æquitas ſuadet, ergo ſi ceſſat æquitas,
ceſſat reſti. vt in l. nec vtilem, & ibi Bart. in princ. ff. ex qui.
3 ca. ma. † Quartò no. ex text. ibi, tam per tuos, quàm per uo-
ſtros oſficiales. quòd reſtitu. in integ. læſis mulieribus in iu
dicio concedi poteſt, non ſolùm per regem, & magnam cu
riam vica. ſed etiam per iuſtitiarios & barones, qui habent
iuriſdictionem à rege, per iſtum textum. Facit glo. in l. fin.
ibi, apud iudicem, cui aliqua iuriſdictio eſt. C. vbi & apud
quem. & not. Bartol. in l. in cauſæ, la ſecunda. §. nunc viden
dum. ff. de min. Not. ergo, quòd mulieres litigantes coram
epiſcopo, vel iudice eccleſiaſtico, non habent integram re-
ſtit. quia iſtæ conſtitu. in foro eccleſiaſtico non ſeruantur,
quia diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet. Tamen
in curia eccleſiaſtica reſtituitur mulier ex clauſula gene-
rali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, ad examinan-
dum poſt didicita teſtificata, vt dicit Ioan. Andr. in c. fra-
4 ternitatis, in 8. q. & in c. intimauit. extra de teſti. † Quintò
uot. ex text. ibi, ſubueniendum. quòd reſtitu. in integ. quæ
a conceditur mulieri [a] in iudicio per iudicem, dicitur bene-
ficium, ſiue ſubuentio, quod beneficiũ appellatur, & ideo
procura. earum dicunt, quòd pro minoribus, vel mulie-
ribus petunt reſtit. in integr. & non dicunt primum, vel ſe-
cundum beneficium, nõ noſtro nomine, ſed nomine prin-
cipalium. & quando hoc non dicerent, ſic debet intelligi,
vt dicit Barto. in l. 1. §. nuntiatio. verſi. quæro, quid ſi pro-
cu. nuntiaret. ff. de no. oper. nuntia. & in l. ſi ita ſtipulatus. §.
Chryſog. ff. de verb. obl. & in l. ſi quis apud. ff. iu. ſol. & in l.
ſi pupilli. §. 5. ff. de nego. geſt. & in l. procur. qui pro euic. ff.
de procu. Cætera dicentur infrà, in conſtit. obſcuritatem,
vbi declaratur iſta conſtitu.

ANNOTATIO.

a Mulieri.] Adde, quòd mulier in iudicio quãdo eſt læſa habet primum & ſecundum beneficium ad pinguius probandum, vt declarat idem Matth. in deciſ. 35. Bauus.

De reſtitutio. minorum. Rub. XXXVIII.

DICTVM eſt ſuprà de reſti. mulierum in iudiciis, quæ ſunt læſæ non modicè, erat videndum de reſtit. minorum quando læduntur, tam in iudiciis, quàm in contractibus, ideo ponitur ſtatim hæc rubri. & ſcias, quòd iſta conſtitut. in totum continet ius commune, præterquam in vno, quia iure communi minor ætas eſt vſque ad xxv. an. ſed per iſtam conſtit. eſt vſque ad xviij. ann. in iſtis regnis.

SVMMARIVM.

1 *Dictio immodicè, ponitur pro valde.*
2 *In materia reſtit. eſt duplex tempus conſiderandum.*
3 *Si minor in iudicio læditur, ſubuenitur ei per viam reſtitut.*
4 *Infra quantum tempus conceditur reſtitu. mino.*
5 *In omnibus caſibus, in quibus de iure minori datur reſtitutio, datur etiam de iure regni.*
6 *Si minor fecit pacem de morte patris, an reſtituatur.*
7 *Minoribus in delictis non ſubuenitur remedio reſtitu. in integ. fallit vt infrà, num. 9.*
8 *Fiſco an detur reſtitut. in integrum aduerſus ſententiam iudicis condemnatis ad minorem pœnam, vbi debuit condemnare ad maiorem.*
10 *Iudex habet arbitrium in pœna inferenda minori propter ſuum delictum.*
Statutum pœnale comprehendit minores.
11 *Quis dicatur pupillus.*
12 *Confeſſio delicti facta per minorem coram iudice ſine tutore vel curatore ad litem an valeat.*
13 *Minores ligantur pœnis ſtatutis per conſtit. regni.*
Minores an ligentur conſuetudine ciuitatis.
Statutum generaliter loquens an comprehendat minores.
Tempora iudicialia currunt minoribus.
14 *In iſtis regnis minor ætas tam in maſculis, quàm fœminis durat vſque ad annos 18.*
15 *Feudatarius anno. 15. an habeatur in omnibus pro maiore.*
16 *Decretum iudicis an ſuppleat defectum non interuenientis tutoris, vel curatoris.*
17 *Minor 18. annis non poteſt alienare bona ſtabilia.*
18 *Minor quando dicatur læſus ſui facilitate, & quando dolo aduerſarii, & quando ſimul.*
19 *Si minor læditur propter factum ſui procura. tutoris, aut curatoris an debeat reſtitui in integrum.*
20 *Quando minor eſt læſus, an ipſo iure eius iura inuiolata ſeruentur per reſtitut. in integrum.*
21 *Vt reſtitu. minori concedatur per iudicem, debet prius probare de læſione, fallit in aliquibus caſibus, vt infrà nu. 22.*
23 *Minor xviii. annor. an reſtituatur aduerſus venditionem rei ſtabilis, ſi interuenerunt ſolemnitates requiſitæ a iure in ipſa alienatione.*
24 *Quæ ſolemnitates requiruntur in alienationibus rerum ſtabilium minoris xviii. annorum.*

MINORVM IVRA. Diuiditur iſta con
ſtit. in quinque partes. In primo ſtatuit,
quòd iura minorum tam in iudiciis, quàm
extra iudicium, ſcilicet in contractibus,
ſi non modicè lædantur, ſed grauiter, ſer
uentur illæſa per beneſi. reſtitu. in integ.
ſecundùm quòd volunt iura communia, videlicet, ſi faci-
litate tutorum, vel curato. vel baiulorum, ſeu procura. frau
de, vel negligentia, aut dolo aduerſariorum ſuorum ipſi
minores læſi probantur, & durat vſque ibi, eis autem de-
linquentibus. Hic eſt ſecunda pars, in qua deciditur vnum
dubium, vtrum minor, ſi delictum committat, poſſit pe-
tere reſtitut. in integr. tanquam læſus, & ſic euitare pœ-
nam delicti. Et reſpondet hic litera, quòd in delictis com-
miſſis doloſè per minorem, & ſic ex animo, non ſubueni-
tur per reſtitutio. in integr. niſi aliqua ratio mouerit iudi-
cantem, & durat vſque ibi. illud etiam. Hic eſt tertia pars,
in qua ſtatuit, quòd in omnibus cauſis tã ciuilibus quàm
criminalibus, etiam publicis tangentibus minores litigan-
tes aſſiſtant authoritas tuto. vel cura. aut baiulorum, & du
rat vſque ibi, abundantiorem. Hic eſt quarta pars, in qua
ſtatuitur, quòd ſiue minores in iudicio ſint accuſatores,
ſiue ſint accuſati criminaliter, etiam de publicis iudiciis,
dum ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequẽtur, poſſunt per
eorum tutores, vel curato. ad lites datos, cauſas ipſas tra-
ctare, & pœnæ ſtatutæ per ius commune vel per conſtitu.
regni vendicant ſibi locum etiam contra minores princi-
pales delinquentes, & durat vſq; ibi, minores autem. Hic
eſt quinta, & vltima pars, in qua corrigitur ius commune,
quod vult, quòd minor ætas duret vſque ad 25. annos. hoc
corrigitur in d. regnis, quia minor ætas durat vſque ad 18.
annos completos. illis ergo completis dicitur maior tam in
iudiciis quàm in omnibus, quia dicitur perfectæ ætatis, &
1 durat vſque in fin. Not. primo ex tex. ibi, immodicè. † quòd
iſta dictio ponitur hic pro valde. ad idem in l. Gallus. §. il-
le caſus. ff. de liber. & poſib. cum ſimil. quia, vt dixi in præ-
cedenti conſtitu. pro modica læſione non datur reſtitu. per
l. ſcio. ff. de reſtitut. in integr. & in c. 1. & in cap. cum ex li-
teris, per Abb. Sicu. de reſtitu. in integ. & hoc firmat hic gl.
6. in verbo, læſi, dicens, quòd pro minima re non datur reſtit.
minori, ſed pro magna. Et aduerte, quia ſi minor eſſet læ-
ſus in tempore minori, quàm eſſet quadriennium, puta di
cit lex ſtatutaria, quòd minor poſſit petere cõgruum intra an-
num, teſte Neapo. vel 4. mẽſes vt dicit lex, ſancimus. de iu-
re protomiſeos, an detur minori poſt lapſum dicti tempo-
ris reſtit. intra 4. annos, vel intra illud tempus, in quo eſt læ
ſus? Bar. in l. interdum. ff. de min. dicit, quòd ex quo illud tẽpus
eſt minus quadriennio. habebit tantum tempus ad peten-
dum reſtit. quantũ eſt illud, in quo eſt læſus. Sed Car. Ho. in
2 cle. j. de in inte. reſti. dicit, † quòd in materia reſti. duplex tẽpus
eſt

eſt conſiderandum,ſcilicet tempus, intra quod debet peti,
& illud eſt quadriennium, & tempus,ad quod datur reſti-
tut.& illud eſt tantum,quantum fuit temporis læſio,ut ibi
& ff.ex quibus cau.ma.l.ſed & ſi.§.quoties.& §.ſed cum ſe
riæ.& l.nec non.§. ſi quis ſępius. Et ita etiam tenet Cyn.
poſt Pet.in l. ſuperuacuam.vlt. colum.verſi.3.ad id, quod
obijcitur.C.de tempo.in integ.reſtitut.& vide ad hoc op-
timè.Paul. de Caſt.in l.1. C. de reſtitu.mili.& Bart. in l.ab
hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ff.ex quib.cau.ma.& Pau.
de Ca.in l quod tempore.C. de reſtitut.mino.in 3. colum.
vbi aliud ſentit,tamen opin.Cardin.& cano.eſt in obſeruā
3 tia,ut ego vidi,quicquid dicunt legiſtæ in dictis locis. †Se-
cundò not.ª ex tex.ibi,beneficio in integ.reſtituit. quòd ſi
minor in iudicijs læditur, ſubuenitur ei per viam reſtitut.
in integ aduerſus ipſam læſionem, & iſta reſtit.in integ.di
citur beneficium,ut in c.fi.& ibi Abb.Sicu. extrà de reſtit.
in integ.& licet hodie,quando procur. petunt beneficium
& non dicunt, pero reſti. in integ.aduerſus læſionem prin-
cipalium,ſiue hæc læſio obueniat ei ob ſui facultatem,ſiue
ob ſui aduerſarij calliditatem, ſiue in lucro captando,ſiue
in damno euitando, tamen uidetur hoc petere eorum no-
mine,quia dicti principales ſunt læſi, ut dixi ſuprà in conſ.
præce.in fi.& ideo conceditur eis reſtitut. in integ. ut ff. de
mi.l.ꝙ ſi minor.§.non ſemper.& l.non omnia.& l.ait præ-
tor.§.fi.Siue quia omiſit probare id,quod erat ſibi utile, di
citur lęſus,& debet reſtitui in integ.ad illud omiſſum pro-
bandum,ut in l. minor autē.§.4.& l.minor.25.annis omiſ-
ſam.ff.de min.& iſta læſio non eſt aliter probanda,ut dicit
Specu. in tit.de reſtitut.in integ.§.1.verſi.illud quoque. Si
ue minor compromiſſit,ubi non erat ſibi utile compromit
ti,ut in l.ſi minor.§.minores.ff.eod.titu.de quo per Bald.in
l.non uidetur.C.de in integ.reſtitut.min. Siue minor fide-
iuſſit,ut ff.de mino.l.ait prætor.§.non ſolum.& ff.qui ſatiſ-
dat.cog.l.de die.niſi pro ſuo procuratore,ut dicit Specu.in
tit.de reſtit.in integ §.1.in princ. Vel adiuit hæreditatem,
vel ſe immiſcuit,& non expedit ſibi,ut in l.minoribus. 25.
ann.ff.de mino ut dicit Spec.in loco præalleg. & in multis
alijs reſtituitur,de quibus per Spe.in d.loco,& per Roſ.Be
ne.in titu de offi. iudic.quo datur reſtitutio minori,& pa-
ter in legibus poſitis in titu.C.de in integ.reſtitut.mino.Et
aduerte,quia ſi minor habens tutor. vel curator. ſine tuto-
re uel cura.contrahit, uel agat vel confiteatur in iudicio,
vel extra iudicium ipſo iure ſine petitione reſtitu.in integ.
ſeruatur illęſus,vt in l.ſi ex cauſa iudicati.§.nunc uidendū.
de minor.& ff.de confeſſis.l.certum.§.penult.ſed ſi nō ha-
bet tutorem, nec curo & contrahit,contractus ualet,ſed ſi
læditur,reſtituitur,ut in l.ſi curatorem.C.de integ.reſtitu.
min.& firmat gloſ.4.hic. Iuxta hoc quærit glo. 2.hic. intra
4 quantum tempus conceditur iſta reſtitut.Et†bene conclu-
dit,ꝙ intra 4.annos,poſtquam effectus eſt maior,ut in l.fi.
C.de temp.in integ.reſtitut.& etiam poteſt petere reſtit.in
integ.intra tempus minoris ætatis, ſecundùm Bald. in l.ea
quæ.C.de temp.in inte.reſti.Et tranſit iſtud tempus etiam
ad eius hæredem,ſi intra tempus moritur, vt in l.non ſolū.
ff.de in integ.reſtit. Secundo quęrit glo.ecce text.in l. 2.C.
de his qui veniam ęta.dicit,ꝙ maſculus maior annis 20.po
teſt impetrare veniam ætatis,ſed mulier poteſt impetrare
veniam æta.quando eſt annorum 18.pone,ꝙ princeps mu
lieri in 18.an.conceſſit veniam æta.vt habeatur pro maio-
re,uel maſculo exiſtenti in ęta.20.annorum conceſſit ve-
niam ętat.& ſic ꝙ habeatur pro maiore, vtrum illud tem-
pus quadriennij ad petendum reſtit.currat à tempore præ
ſentati reſcripti,vel currat à tempore, quo finiuntur anni
25.ſi ſunt lęſi minores ante impetratam veniam ęta. Tan-
git glo.in d.l.ea quæ.& concludit,ꝙ maſculus poterit pete
re reſti.uſque ad tempus 25.annorum, & ſic habebit quin
que annos,& fęmina habebit 7.an.& ita tenet etiam Odo.
& Albe.de Ro.in d.l.ea quæ.Sed Andr.hic refert,ꝙ Mode.
ſuo tempore aliud ſentiunt,ſcilicet,ꝙ quadriennium illud
currit à tempore, quo habitus eſt pro maiori per reſcriptū
principis,& ſic videtur tenere hic And.quibus addo id,qđ
dicit Pau.de Caſt.in d.l.ea quę,qui facit differentiam,quā-

do ſtatutum, vel lex noua taxat ętatem legi. ſicut facit iſta
conſtit.& quando in reſcriptis principis conceditur venia
ęta.ut primo caſu reſtit.in inte.intra quadriennium currat
finitis 18.annis, quia illa ætas eſt loco ętatis 25. annorum.
Secundo caſu procedat opi.gl.in d.l.ea quę.& hic Paul.di-
cit ueritatem, & cum eo tranſeo. De geſtis autem poſt 18.
annos non poteſt petere reſti quia eſt maior,ut dicit Paul.
in d.l.ea quę.an autem in iudicio poſſeſſorio habeat locum
benefi.reſt.in inte. dicit Bald.in c.cum non liceat.de præ-
ſcrip.qui tex.ſingu.eſt ibi,ꝙ ſic,licèt glo.diſputet in l.uni-
ca.C.ſi de momen.poſſe.fuerit appellatum,& miror ꝙ nec
Abb.nec Felyn.ponderauerint dictum text.ad hoc, prout
ponderauit Bald.ibi.& firmat idem Bald.in l.fi. C.qui leg.
5 per.ſed non alle.dictum text.†Tertiò no. ex tex.ibi, in qui
bus ueteres leges ſuccurrebant, ꝙ in omnibus caſibus, in
quibus minori de iure communi datur reſtit.in illis etiam
caſibus in illis regnis utriuſque Siciliæ debet concedi reſt.
conſtito iudici de minori ętate, & eius lęſione, ut hic,&
in l.non uidetur. per Bald.& Pau.de Ca. C.de in inte.reſti.
min.ubi etiam dicit Bald.ꝙ libellus debet continere, quòd
fuit lęſus propria facilitate, uel dolo aduerſarij, & ſic non
ſufficit ſolùm allegare læſionem.Et ſubdit, ꝙ ſi ſolùm dice
retur,ꝙ eſt læſus,& non diceretur, ſua facilitate, uel dolo
aduerſarij,eſſet ineptus.Idem dicit Bart.in l.uerum.§.ſcien
dum.ff.de mi.Et ſi diceret,ſe circumſcriptum, & non dice-
ret,ſui facilitate,uel dolo aduerſarij, libellus non procede-
ret.Idem dicunt Doct.in l.nam & poſtea.§.ſi minor.ff. de
iureiur.& firmat gl.7.hic.Et ſi minor petat reſt.aduerſum
ſententiam principis, tunc debet ſpecialiter narrare cām,
in qua fuit lęſio, ſeu deceptio,ut dicit Bart.in l.minor autē
grauatus.§.ſi autem ff.de mi.Sunt tamen aliqui caſus,in q
bus minor non reſtituitur,de quibus not.per Inno. in cap.
quoniam.de in inte.reſti.& in l.ſi creditor. C.ſi tutor, uel
6 cura.interuc.†An autem minor,ſi fecit pacem de morte pa
tris,reſtituatur in integ.tangit Alb.de Ro. in rub. de in in-
teg reſtit.mi.& concludit, ꝙ non.idem tenet Cy.in l.1.eo.
titu.& ſic patet,ꝙ minor poteſt facere pacem de morte pa-
tris,ſi habet aduerſarium nimis durum, ut dicit Bald. in l.
minoribus.ff.de mino.Quartò not.ex tex.ibi,eis autem de-
7 linquentibus † quod minoribus in delictis non ſubuenitur
remedio reſtit.in integ. & hoc eſt de iur.communi,ut in l.
auxilium. §. in delictis.ff.de min. Intellige ſanè de minore
proximo pubertati, quę eſt in maſculo annorum 11. cum
dimidio, & in fœmina annor.9.cum dimidio,vt inſtitu.de
obli.quę ex delicto.§.fi.& tunc minor iſte obligatur ex om
ni delicto, pręterquam ex delicto carnis, vt habetur in l.cla
rum.C.de authoritate pręſtanda.nam in delictis minor re-
putatur maior.l.1. C.ſi aduerſus delictum. Si verò infans
deliquit, non poteſt ex delicto teneri.ff. de condict.indeb.
l.pupillus.& in l.1.C..de falſa moneta. delinquens ergo nō
meretur habere priuilegium, ut dicit Bal.in l. Papinianus.
in princi.ff.de mino.quia qui facit contra leges,non mere-
tur habere priuilegiū,ut dicit Bal.in l.Papinianus. in prin.
ff.de minor.quia qui facit contra leges, non meritur legib.
adiuuari, ſecundùm Bald.in d.l.auxilium.& pro hoc cap.
quia fruſtra.de uſuris & ibi uide glo.& Inno. in c.intellexi
mus.de adulterijs Imo. in l. uiro ff.ſolut. mat. ſic qui facit
contra pactum, nō debet pacto adiuuari.l.cum proponas.
C.de pact.cum ſi.Et ſic patet, ꝙ minor non reſtituitur ad-
uerſus accuſationem omiſſam,ubi prętendit ſolùm uindi-
ctam,nec in delictis atrocioribus dolo commiſſis. firmat
Ale..in 1.uol.conſil. 103.in 6.colum.Lud.in ſingu. ſuis, in
uerbo,minor.Nec ad opponendum crimina,uel defectus,
ut dicit Bald.in d.l. auxilium. bene tamen quando agitur
cauſa criminalis contra minorem 18.annor. ad validita-
tem iudicii requiritur in iudicio authoritas tutoris,vel cu-
rat.vt dicunt Doct.in d.l.clarum,& firmat iſta conſtitu.in
8 uer.illud autem.& uide infrà in 6.not.†An autem fiſco de-
tur reſtit.in integ.aduerſus. ſententiam iudicis condemnā
tis ad minorem pęnam, ubi debuit condemnare ad maio-
rem,uide Ang.in l.quid ergo.§.quāuis.ff.de infa.& Andr.
in ca.1.in uerbo, bona committentium crimen lęſę maie.

in 3.columna,quæ ſint regalia. vbi dicit ſe audiuiſſe regem
Carolum Primum feciſſe ſuſpendi iudicem pro eo, quòd
ſuſpendendum ad manus mutilationem tantum condem-
nauit,& Lucas de Pen. in l.1.in verbo, diſtulerit.C.de de-
9 ſer.lib.12.† Et iſtud,quod hic dicitur,quòd minor non re-
ſtituitur in delictis, limito procedere in facto principali,
ſed in emergēti in ipſa lite criminali bene reſtituitur, ſi eſt
læſus.ita dicit notanter Bald.in l.ſi ex cauſa.§.nunc viden-
dum.ff.de mi.Et ſubdit,ꝙ minor reſtituitur aduerſus ban-
num.Item reſtituitur,ſi potuit habere concordiam, & nō
habuit,ſecūdùm eum,quod eſt ſatis menti tenendū.Quin-
10 tò no.ex tex.ibi,niſi miſeratio ætatis iudicem mouerit. †ꝙ
iudex habet arbitrium in pœna inferenda minori propter
ſuum delictum.Ex quo infero,ꝙ ſtatutum pœnale cōpre-
hendit etiam minores,ſed iudex poteſt reſpectu ætatis mi-
nuere pœnam, etiam vbi doloſè deliquit minor.pro hoc l.
1.C.ſi aduer.delictum. & l.ex cauſa.§. nunc videndum.ff.
de minor.& l.fi. C.in quibus cauſis in integ.reſtitu.non eſt
neceſ.& not.in l.& ſi ſæuerior.C.de infam.& in d.l.auxiliū
§.in delictis.ff.de min.& in d.l.quid ergo.§. pęna grauior,
ſed ſi ſine dolo deliquit,reſtituitur in integr.ſecūdū Bal.in
l.ſi ex cauſa.§.fi.ff.de minor.& in l.1.C.ſi aduer.delic.Abb,
Sicu.in c.2.de delictis puerorum. hoc verum intellige,ni-
ſi ſtatutum puniat aliquid, quod de iure cōmuni non erat
punibile, quia tunc non includit perſonam minoris, per
tex.ſing.in capi.a. de delictis pue. firmat Romanus in ſin-
gu.ſuis in verbo,minor. & ideo dico, quòd ex quo de iure
communi minor ex contumacia non poteſt condemnari
ad mortem,vt dicit Bald.in l.clarum.C.de autho. pręſtan,
ſtatutum puniens ad mortem contumacem non compre-
hendit minorem , niſi ſtatutum ſentiret etiam de minore,
ſecundùm Bald.in d l.clarum.Sextò not.ex text.ibi deſunt
gratiæ noſtræ pupillis.ꝙ iſte tex. facit differētiam inter mi
nores,& pupillos. Nam pupilli dicuntur minores non ha-
11 bentes † patrem.ff.de verb.obli.l.quod pupillus. & l.patres
ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iuris. minor eſt,ſiue habet pa
trem,ſiue non. Et ideo iſte text. dicit , ꝙ pupillus,ſubaudi
proximus pubertati in cauſa criminali, eo quia non habet
patrem, in cauſa criminali in iudicio ſi accuſat proſequen
do ſuam, & ſuorū iniuriam,vel ſe defendendo, debet cum
authoritate tutoris,vel cura.dandi ad litem procedi, vt hic
& in l.clarum.per Alb.de Roſ.poſt Cy.C.de auth.tut. ſed
ſi minor delinquens habet patrem , requiritur authoritas
patris,licèt iſta conſti.nullam faciat mentionem de mino-
re habente patrem,quia pater etiam vbi requiritur ſpecia-
le mandatum,admittitur pro filio minore in poteſtate, vt
in l.patri pro filio.ff. de min. Et licèt pater authoretur filio
minori,non tamen per hoc ceſſat in integ.reſt.ut in l.etiam
12 ſi patre.ff.de min.† An autem confeſſio delicti facta per mi
norem coram iudice ſine tutore,vel cura.ad litem, valeat?
Iſta conſti.videtur ſentire,ꝙ non valeat,poſtquam requi-
rit ſolemnitatem interuentus tutoris , vel curat.Item quia
verbum iudicis,ꝙ minor 18.annis torqueatur, eſt ſenten-
tia interlocutoria,& ſententia interlocutoria,vel diffiniti-
ua lata contra minorem indefenſum eſt nulla, vt in l.circa,
§.fi.& l.contra pupillum.ff.de re iu.Et dicit Alb.de Roſ.in
d.l.clarum. ꝙ ipſe ſæpe impugnauit cōfeſſiones minorum
factas in tormentis ſine autho.tut.vel cura.ad litem, per d.
l.clarum.& vide eum in l.1.in 2. col.de confeſ. ibi Bald.in
verſic.ſed pone.& Abb.Sicu. in c.1.in 1. requiſito extrà de
confeſſis.Item minor 14. annis non torquetur ea tortura,
qua torquentur maiores,ſecundùm Bar. in l.de minore.in
prin.ff.de quęſt.& Bal.in l.tale.C.de his qui.vt indi.& vide
Saly.in d.l.clarum.poſt Nic.de Matha.& Bal.qui tenent,ꝙ
ad veritatem eruendam minor. 18. annis poteſt torqueri.
Idem Bald.in addi.Specu. in tit.de confeſſionibus.in prin.
tis.& Spe.in ti.de reſt.in inte.§.vlt.ver.quid ſi in cauſa.Be-
ne facit tex.in l.minor xxv.annis omiſſam.ff. de min.& ego
14 vidi obſeruari in ſacro regio conſil. ꝙ †conceditur benefi-
cium reſt. in inte. etiam poſt concluſionem in cauſa,& ſic
tacitè reſcinditur cõcluſio, ſed ſi poſt concluſum in cauſa
relator cauſæ facta citatione ad dicendum & allegandum,
quę habet vim citationis ad ſententiam, incipit facere re-
lationem cauſæ ad diffinitiuam, & facta relatione prędi-
cta peteretur beneficium reſti.in inte.non ſolet concedere
ſacrum conſ.d.beneficium.& pro hoc ego allego tex.in l.ſi
rem.§.fi.ff.de mi. vbi denũciatio litis poteſt fieri venditori
omni tempore litis,dum tamen non fiat prope ipſam con-
demnationem, vt dicit gl.dummodo non ſit renunciatum
allegationibus, ſed ſatis dr̃ renũciatũ allegationibus,ſi poſt
factum mandatum ad dicendum, & alle. nihil fuit allega-
tum de reſti.in inte.& cauſa eſt prope ſententiã,quia eſt re
lata,& ſic poſt completorium non eſt amplius loquẽdum.
Facit l.2.§.ſi quis tamen.ff.ſi quis cau. vbi non ſubuenitur
ei,qui nimiũ ſe arctauit,& ſic poteſt intelligi illud,quod di
citur,ꝙ concluſio in cauſa claudit os partibus,vt in c.audi
tis.de fide inſtrum.cum ſim. Decimò quæro,pone,ꝙ vnus
15 minor litigat in †iudicio cum alio minore conuento, vel
mulier cum vno minore, vel alia muliere,actor habuit pri
mum & ſecundum beneficium,vtrum reus ex ſua perſona
in eadem cauſa poterit petere primum & ſecundum bene-
ficium? And.hic concludit ꝙ ſic:& ſic in vna cauſa dantur
iſto caſu quatuor reſtitutiones,etiã ꝙ altera pars ſit vſa il-
lis reſtitutionib.conceſſis aduerſario per l. petendæ. C. de
tẽp.in inte.reſt. Plus cõcludens, quòd cõceſſo beneficio mi
nori,& per conſequens aduerſarius poteſt illo vti, nec po-
teſt minori renũciare dicto beneficio in præiudicium ad-
uerſarij, per l.nemo poteſt.ff.de re iud. & pro hoc l.ſi quis
poſt mortẽ.§.fi.ff.de bon.poſſ.contra tabu. Cui adde,quòd
idem tenet Bart.in l.1.§.nunciatio valet, ſed reſtituto mi-
nore.ff.de oper.no.nunc. & alleg.l.1.& 2.C.ſi aduer.tranſ.
cũ ſim.Et ſic patet,quòd minor contra minorẽ reſti.in in-
teg.Ita dicit Bald. in l.pupillorum. C. de repud. hære. Sed
aduerte,quia inquantum eſt dictũ,quòd reſtit.in integ.cõ
ceſſa minori prodeſt aduerſario, etiam ſi minor non vult
ea vti.Dic,quòd contrariũ videtur dicere Io.And.in addit.
Specu. in titu.de appell. §.1.in fi. quòd reſtitutio data mi-
nori,ſi minor non vult ea uti, quia non in fauorem aduer-
ſarij fuit conceſſa,ſed contra illum, non proficit aduerſa-
rio,per l.ſi iudex. ff.de min.Bene facit pro hoc id,quod di-
cit Bald.in l.quod fauore. in 2.col.C.de leg. quòd ſi minor
16 eſt reſtitutus ad†aliquã dilationem probatoriam,aduerſa-
rius poterit illa uti, certè ſi minor renunciat reſtitutioni,
aduerſarius non utetur, quia dilatio fuit data eius fauore,
alleg. Cyn.in d.l.petendæ. & dicta l.ſi poſt mortem.§.ult.
& Inn.& Hoſt.in c.ex conqueſtione.de reſt.ſpo. Tene opi.
Andr.hic,quia iſta reſtitutio in integ. quæ conceditur mi-
nori,uel mulieri conceditur à iure,& per iſtam conſtituti.
quę reſtitutio trahitur ad eius aduerſarium etiam ex diſpo
ſitione iur.per d.l petendę. Vnde poſtquam conceſſa eſt,
non eſt ſibi ab homine auferenda. ff. de don.l. patronus.&
l.ſi arrogator.Et ſæpe quis conſequitur ex perſona alterius
quod ex ſua non poteſt,ut in l.ſi commune.ff.quemad.ſer-
ui.amit.cum ſim.alle.per Spec.in tit.de dila.§.fi.uerſic.ſed
17 ſi reus. †& pro hoc facit, quia tantum operatur reſtitutio
in inte.in minore, quantum appellatio in maiore,ut dicit
hic Andre.per l.pręſes prouincię,ff.de mi. & l.pręfecti,ſed
ille,contra quem,poteſt proſequi.& uti appellatione inui-
to appellante,ut in l.ampliorem. C.de app.& l.fi.§.fi.C.de
temp.app.ergo poterit uti beneficio reſtitutionis eo inuito.
Et licet Iac.de Are.in d.l.ſi iudex.ut refert Albe de Roſ.re-
ſpondeat huic ultimo motiuo,quòd aliud eſt in appellatio-
ne,& aliud in reſtit. in inte.quia uterque põt appellare,ſed
uterque non poteſt reſtitui,ſed reſtitutio eſt in fauorem mi
noris tantùm,& tenet, prout dicit Io. An.in d.c.1.in fin.de
app.tñ Bald.in d.l.ſi iudex dicit,quòd d.l.ſi iudex.non ob-
ſtat,quia ibi ius erat quęſitum iure ſingulari,non iure cõi,
ſecundùm Cy.in d.l.petendę. & hoc etiam ſentit Bal.in d.
l.quod fauore.Item d.l.ſi iudex,non loquitur de reſtitutio
ne lite pendente, ſicut loquitur iſta conſt.ſed de reſtitutio-
ne poſt ſententiam,non obſtat differentia Iacob.de Areti.
pręallegata,quia tex.in d.l. præſes, ſoluit motiuum. Item
plenius eſt beneficium reſtitutionis in integ. quàm appel-
latio. ut dicit Bald.in l. cum & minores.uerſic.3.opponi-
18 tur. C.ſi aduerſus rem iudicatam. † Vndecimò quęro,
conceſſum eſt beneficium reſtitutionis in integrum mino-
ri,uel mulieri ad pinguius probandum,utrum aduerſarius
ſuus maior poterit ſimiliter pinguius probare, & de nouo
producere,ſi minor etiam de nouo uult producere? Andr.
hic concludit,quòd ſic.Cui addo Bald.in l.ſcio etiam.§.ſed
utrum.ff. de mino. ubi dicit, quòd ſi conceſſa eſt reſtitutio
minori, intelligitur etiam conceſſa maiori litiganti cum
minore. Et pro hoc bene facit d. l. petendę. & quod dicit
Spec.in ti.de dila.§.fina.uerſi.in ſumma no. quòd ſi impe-
trauit.ubi per duas col.hoc tãgit.& idem Bal.in l.per hãc.
C.de temp.appel.& Bart.in l.1.§.nuntiatio. ff.de oper.no.
nuntia.& Bald.in l.quod fauore.in 2.col. C.de legib.Dicit
tamen Iaſ.in d.§.nuntiatio.in 7.col.quòd quãdo minor eſt
lęſus dolo aduerſarij,& ideo conceditur ſibi reſtitutio,tũc

reſtitutio conceſſa minori nunquam prodeſt eius aduerſa-
rio.tex. eſt in l.qui res in princi.ff.de ſolu.& ibi Bart.idem
dicunt Paul.de Caſt.& Lud.in d.§.nunciatio.Duodecimò
quæro, li. pend. inter maiorem & minorem in cauſa ciuili
19 moritur† minor relicto hærede, vtrum hæredi minoris, qui
eſt maior, poſſit competere reſtitutio in integrum ad pin-
guius probandum, & proponendum, ſicut poſſet ipſe mi-
nor, ſi viueret? Prima facie poſſet dici, ꝙ non competit hæ
redi minoris d.reſtit.in integrum, quia priuilegium ætatis
non tranſit in hæredem, vt in l.priuilegium. & in l.in om-
nibus.ff.de reg.iur.bene facit l.Emilius. ff. de min.& quod
no.Bald.in l.ſi infanti.pen. col. C. de iure delib.In contra-
rium facit, quia quando minori competit aliquod priuile-
gium, non quia minor, ſed quia læſus, tale priuilegiū tran-
ſit in eius hæredem.text.eſt in l.ea quæ.C.de temp.in inte.
reſt.& ff.de in integ.reſt.l.non ſolum. & ff.de min.l.an his.
§.fi.& ibi Bal.& ideo non conceditur reſtit. eo quia minor
ſed quia læſus, vt dicit conſtit.minorum iura.Vnde ſi pro-
betur de minori ætate, & non de læſione, non concedere-
tur reſtit.& ſic non ætas ſola eſt cauſa reſtitutionis in inte
grum concedendi, ſed læſio, & minor ætas.& hoc firmat
Oldr.in conſil.224.incip. iſtæ ſunt allegationes. in 16.col.
idem firmaui in deciſio.221.Decimotertiò quæro pone, ꝙ
20 cauſa† inter maiores reducta eſt ad terminum concluſionis
deinde moritur actor, vel reus, ſuperſtite ſibi filio pupillo,
& hærede, vtrum iſte pupillus poſſit petere primum & ſe-
cūdum beneficium reſtitutionis in integrum ad pinguius
probandum, & ponendum? Videtur ꝙ non, quia minor nō
vtitur iure ſuo, quando ſuccedit defuncto, cui non compe-
tebat reſtit.in integrum, ſecundùm Bart.in l.cum filius.§.
in hac.ff.de verbo.obli. & Bald.in auth quas actiones.in 4.
col.& melius in 5.colū. dum allegat d.l.Emilius. de mino.
C.de ſacroſ.eccl.& audio ſic ſeruari.Decimoquartò quæ-
ro, pone, ꝙ agitur actione hypothecaria cōtra hęredes de-
bitoris, qui diuiſerunt inter eos bona obligata, ſuper quib.
agitur hypothecaria, vnus iſtorum hęredum eſt minor, re-
liqui ſunt maiores, minor petit beneficium reſtitutionis
ad pinguius probandum, & de nouo ponendum, & con-
ceſſum eſt, an iſto beneficio gaudebūt cohęredes maiores?
Gl.in l.vnica.C.ſi in communi, eademque cauſa in integr.
poſtu.dicit ꝙ ſic. Et pro glo.facit, quia in connexis eligen-
21 dum † eſt id, quod magis prodeſt, quàm quod nocet.ff.de
iure fiſ.l. non intelligitur. C. de libe.cauſ l.liberis.§.ſi duo.
Sed aduerte, quia Cyn.ibi tenet contra gl.tam in diuiduis,
quàm in indiuiduis.Idem contra gloſ.tenent Guido de Su-
za.& Alber.de Roſ.& Paul de Caſt.ibi, & dicit Alb.de Ro
ſa. in l.2.C.ſi vnus ex pluribus appell.ꝙ beneficium reſtit.
in integrum non extenditur ad conſortem, vt in d.l.2.in fi.
hoc verum dicit, niſi rei indiuiduitas, in qua ſunt conſor-
tes, hoc inducat, quia tunc etiam ſpeciale beneficium ex-
tenditur ad conſortem, vt in l.ſi communem. ff.quemad-
modum ſeru. amit.& ibi per Angel. & Bald.in l. ea lege.&
Ioan.An.in cap.1.de iure patro.lib.6.& per Iaſ.allegantem
27.ſimilia in l.ſi emancipati. C. de collat.& per Fel.in c.1.
de præſcript.& per Alex. in 4. volum. conſil 122.4.col.&
ſeq.Et pro iſta parte bene facit.l. non idcirco.ff.de iud.vbi
in indiuiduis propter litem, quæ eſt inter plures, non tar-
datur expeditio cauſæ & proceſſus, ſi aliqua ex ipſis litibus
poteſt expediri, & alia non, ſecus in indiuiduis. An autem
22 iſta hypothecaria † intentata contra hæredes ſit diuidua,
vel indiuidua, licet res hypothecatæ ſint diuiduæ. dicit
Bald.in l.3.§.ſed vtrum. ff. de minor. ꝙ aut negotium erat
connexum, & proſit maiori, aut ſeparatum, & tunc non
proſit, dicebant Domini de conſilio, quòd ſi hæredes in
communi poſſident res hypothecatas, beneficium reſtitu-
tionis competens minori prodeſt maioribus, ſed ſi poſſi-
dent pro diuiſo, non, & ita fuit iudicatum per ſententiam
ſacri conſilij per votum omnium doctorum de ſacro con-
ſilio Sed iuxta hoc quęro de quadam noua quęſtione, po-
ne, quòd agitur tribus remedijs, uidelicet hypothecaria, &
aſſiſtentia, & adiudicatione rei obligatę pro debito contra
hęredes debitoris, inter quos eſt vnus infans, qui non eſt
citatus legitimè. & de forma citationis infantis, vide per
Bald.in ca.1.de milite vaſal. qui contum.eſt.& per Ioann.
Andre.in addit. Specu.in titu. de reo.in addit. quę incipit,
quęrit Roffred.& Bartol. & Bald. in l.1. ff.de condict.fur.
Anton.de Butr.in ca.quia V.de iudic.Bald.in l.ſi quis fun-
dum.C.ſi.cen.vel reli.Iudex interponit decretum, aſſiſten-
tiam eam prętandam pro debito petito &c. pro parte in-
fantis dicitur decretum nullum, & non poſſe exequi, quia
decretum eſt indiuiduum, quod non poteſt pro parte vale-
re, ſcilicet quatenus tangit partem maiorum, & quatenus
tangit partem infantis non valet, dicit Bald. in 1.volum.cō
ſil 90.incip. proponitur, ꝙ vnus hęredum &c. per l.in hoc
indicio.ff.fam.erc. Item quia ſicut decretum redditur nul-
23 lum, ex eo† quia latum vltra ſortem debitam, vt in l.ſi non
ſortem §.ſi centum. & ibi per Bar.& Paul.de Caſt.& Iaſ.ff.
de cond.indeb. Alexan.in l.1.§.pen.ff.de verb.oblig.ita dici
debet decretum nullum, quia latum contra infantem non
citatum, vel nulliter citatum, tam reſpectu ipſius infantis,
quàm aliorum maiorum, quia decretum eſt indiuiduum,
& res hypothecata pro indiuiſo tenebatur. & hoc voluit
Bald.in d.conſi.inquantum tenet, ꝙ decretum dicitur nul
lum reſpectu etiam alterius perſonę, per d.§.ſi centum.li-
cet idem Bald. ſibi contradixerit in hoc, in l.ordo. in fi. C.
de exec. rei iud. ſed in vtroque loco loquitur in agente, &
non quando ſunt plures rei, inter quos eſt vnus infans non
legitimè citatus, quo caſu decretum in totum redditur nul
lum, per d.l.in hoc iudicio, quę licet loquatur in ſenten-
24 tia† abſolutoria, vel condemnatoria in vno cap.non poteſt
pro parte valere, & pro parte non, quò ad perſonas, quę in-
teruenerunt, & quę non interuenerunt in iudicio, tamen
fortius dicendum eſt in decreto, in quo non ita ordinariè
proceditur ſicut in ſententia, vt dicunt Doct.& ibi Alex.de
Imo.in l.iuſtè poſſidet.ff.de acq.poſſ.& ideo decretum erit
nullum in totum ratione ſuę indiuiduitatis, ſicut eſt indi-
uiduum iuramentum ſuper contractu interpoſitū in quan
titate, licet quantitas ſit diuidua, vt dicit Bald. in l.fin.C.ſi
ex fal. inſtrum. & habetur in l.ſi ex falſis. C. de tranſactio.
Idem dicimus in ſeruitute, vt aut tota retineatur, aut tota
amittatur l.vna via.ff. de ſeru. ruſti. pręd.Item negari non
poteſt, ꝙ decretum prędictum non fuerit obtentum per
ſurreptionem, quia non fuit dictum, ꝙ erat vnus infans,
qui non fuit legitimè citatus, & ideo decretum nullum eſt
in totum.l.magis puto. in fi.ff.de reb.cor.Abb.Sic.in c.ſu-
per literis.2.colum.verſic deſcendo &c.de reſcrip.quia de-
cretum in totum eſt nullum, cum aliquid de ſubſtantiali-
bus eſt omiſſum. l. cum hi. §.ſi prętor.ff de tranſactio.ſed
omiſſa fuit legitima citatio infantis ad decretum adiudi-
candum, ergo totum decretum dicitur nullum. Decimo-
25 quintò quęro, vtrum beneficium † reſtitutionis in inte-
grum competens minori, vel mulieri in iudicio ad pin-
guius probandum, vel de nouo petendum competat etiam
eius fideiuſſori? Dicit Ludouic. Roman. in l. cum qui-
dam.in princip. ff. de acquiren.hęred.quòd ſi abſenti cau-
ſa reipublicę competit reſtitutio in integrum, tale bene-
ficium extenditur ad eius fideiuſſorem. In contrarium
facit, quòd beneficium reſtitutionis integrum eſt perſo-
nale, & non tranſgreditur perſonam, vt ff.de exceptio.l.ex-
ceptione.in fi.& pro hoc l. 3. §. ſed an hoc auxilium. ff. de
minor.& l.ſi pupillus. ff. de arbitr. & C. de fideiuſſ.minor
l.2.& in l.in cauſę. in princip. ff. de minor. Solutio. dicit
gloſſ.in l.minor. ff.de procurat. quòd aliqui dicunt, quòd
in iudicijs, ideſt in fideiuſſore iudicij reſtitutio minoris
prodeſt etiam fideiuſſori, per d.l. ſed in contractibus non,
in quibus non debet ſubueniri fideiuſſori in necem credi-
toris, vt in l.in cauſę. in princip.ff.de minor.ſed iſtam ſolu-
tionem non tenet ibi gloſ.ſed Specu.in titu.de execut.ſent.
§.ſequitur videre.ver.quid ſi ſententia, videtur eam appro
bare, vbi diſtinguit inter fideiuſſorem iudicij, & fideiuſſo-
rem contractus.idem Bal.in d.l.minor.approbat hanc ſo-
lutionem dicens, quia cum fideiuſſor iudicij obligetur ex
proceſſu principalis perſonę, meritò ex eadem perſona dēt
commodum ſentire.C.vſu rei iud.l.ſi.in fi.Et hoc vbi non
interuenit

interuenit dolus aduerſarij, nam interueniente dolo ad-
uerſarij, ſemper ſuccurritur fideiuſſori, tam iudicij, quàm
contractus, quia hoc eſt propter odium doloſi. & propte-
rea dicebant Bart. & Paul. de Caſt. in d.l.a. de fideiuſ. min.
quòd quando minor læditur ſui facilitate, beneficium re-
ſtitutionis competens minori non trahitur ad fideiuſſo-
rem, quia eſt perſonale beneficium, ſecus ſi dolo aduerſa-
rij læditur, tunc illud beneficium eſt reale & non perſona
le, & tranſit ad fideiuſſorem. & de iſto articulo uide glo. in
d.l.a.C. de fideiuſſo. minor. & ibi per Bald. & gloſſ. magi-
ſtram in d.l. minor. ff. de procura. & gloſ. in l. Marcellus.
ff. de fideiuſſ. Decimoſextò & vltimò quęro, quid ſi mu-
lier eſt tutrix laudata, & comparet in iudicio, & vult eum
defendere, & petit beneficium reſtitutionis in integrum
ad probandum, vtrum debeat ſibi concedi. vide in deciſio
nibus meis, deciſ. 15. Quintò no. ex tex. ibi, dum fortè non
26 ſunt ſoluendo. quòd † ſi procurator commiſit negligen-
tiam, vel dolum in iudicio, ſi non eſt ſoluendo, reſtituitur
dominus: & hoc nón ſolùm eſt virtute huis conſtitutio-
nis, ſed eſt de iure communi in multis, ut ſi procurator
fuit negligens in appellando procuratore non exiſtente ſol
uendo, reſtituitur dominus ad appellandum, ut dicit Saly-
cetus. in authent. hodie. C. de appellatio. & gloſſ. & Docto.
in l. prima. §. fin. ff. quando appell. ſit. Idem quando domi-
nus læditur in iudicio ex facto procuratoris, debent agere
contra procuratorem, & eo exiſtente non ſoluendo poteſt
in ſubſidium petere reſtitutionem in integrum, vt in l. ele-
ganter. §. ſi dolo. ff. de dolum. Et hæc reſtitutio non ſolùm
datur minori & mulieri, ſed etiam ciuilibet maiori ex clau
ſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa. & hoc firmat Abb. Si
cul. poſt gloſ. in cap. cum ueniſſent. 6. colum. in uerſicu. in
glo. in verbo, reſtitutiones. de reſtitut. in integrum. Et hoc
verum ſecundùm eum, ſi procurator fuit in dolo, ſecus ſi
fuit negligens. Nam tunc non exiſtente procuratore ſoluē-
do non reſtituitur dominus. Quia imputatur domino, qui
eligit ſibi talem procuratorem negligentem, per l. cum mā-
dato. ff. de minor. Fallit, quando dominus eſſet eccleſia, &
negligentia ſui procuratoris non exiſtentis ſoluendo, eccle
ſia paſſa eſt intereſſe, tunc poterit agere contra tertium, ad
quem peruenit vtilitas ex negligentia procuratoris eccle-
ſiæ, ſecundùm dom. Abbat. Sic. ibi. etiam ſi procurator pu
pilli, vel adulti per ſuam negligentiam fecit labi inſtantiā
cauſæ, non aliter reſtituitur minor, niſi quando eius procu
rator non eſt ſoluendo intereſſe, quod patitur minor ea la-
pſa inſtantiæ, ut in l. properandum. in fi. C. de iudic. Sextò
no. ex tex. ibi, nimiam ſimplicitatem ipſorum. ꝙ differen-
27 tia † eſt inter negligentiam & ſimplicitatem nimiam, nam
ſi propter negligentiam procuratoris mulier eſt læſa, pri-
mò agit contra procuratorem negligentem, vt reſarciat læ-
ſionem, quam paſſa eſt propter eius negligentiam: & eo
non exiſtente ſoluendo, petet reſtitutionem in integrum.
ſed quando propter nimiam ſimplicitatem procuratoris
paſſa eſt læſionem, non agit contra procuratorem, ſed reſti
tuitur in integrum. & ſic maius delictum eſt negligentia,
quàm nimia ſimplicitas, quia negligentia culpa eſt, vt ff. ad
le. Aquiliam l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius. ſed ſimpli
citas non habent in ſe dolum, nec culpam, immo ſimplici-
tas eſt amica legum, ſecundùm glo. hic, quę allegat bona iu
ra ad hoc. Cui, adde ꝙ homo debet habere in ſe ſimplicita-
tem columbæ, ne cuiquam dolo. malo noceat, & ſerpenti-
nam aſtutiam, ut ne aliorum inſidijs ſupplantetur, ut 9. q.
1. c. ex merito. & 16. q. 1. c. ſi cupis. & ſic patet ex iſta conſti
28 tutione, quòd nimiæ † ſimpliciati datur uenia. ad idem de
conſecr. diſtinct. 1. c. ſcriptura. & not. in c. ſuper literis. de
reſcrip. & vide moralia, quæ allegat Luc. de Pen. de ſimpli-
citate columbina & aſinina, in l. a. ult. col. C de pon. & au.
illa. lib. 10. & uide Abb. Sicul. in c. accipimus. de priuil. &
in c. diuerſis. de cler. coniu. & in c. ex ſtudijs. de pręſumpt.
Et pondera iſtum text. inquantum dicit, nimiam ſimplici
tatem quia ſi non eſſet nimia ſimplicitas, eſſet uirtus, quia
ſimplicitas inclinat in mediocritatem, ut ff. de ædi. edic. l.
ſi quid uenditor. quam allegat Lucas de Penna in l. a. in

princip. C. de fide inſtrum. & iur. haſt. fiſc. lib. 10. Et de iſta
dictione, ſimpliciter, quid importet, uide Docto. in l. 1. §. ſi
quis ſimpliciter. ff. de uerb. oblig. maximè Alex. & Franciſ.
de Aret. in dictionario Alberic. de Roſ. in uerbo, ſimplex.
Nunquam enim poteſt eſſe ſimplicitas, ubi datur contra-
rietas, ut dicit Ioann. Andr. in c. cum Ioannes eremita. de
fide inſtrum. & Salyc. refert eum in l. ſcripturæ. C. de fide
inſtrum. Sed pro declaratione quæro unà cum glo. hic, in
quo cōſiſtebat iſta nimia ſimplicitas procuratoris, per qua
fuit læſa mulier? Dicit glo. ꝙ iſte procurator in rebus alie-
nis utebatur ea ſimplicitate, qua in rebus ſuis, & qui aliter
facit, quia non adhibet illam diligentiam in rebus alienis.
ſicut in ſuis, dicitur eſſe in dolo, ut legitur & notatur in l.
quod Neruа. & ibi not. per Bart. ff. depoſiti. Septimò nota
29 ex text. ibi, enorme damnum. ꝙ tunc † mulieri in iudicio
læſæ ſuccurritur remedio beneficij reſtitutionis in inte-
grum, quando enorme damnum incurrit, ſecus ſi non eſt
enorme, ſed modicum, ut in l. ſcio. ff. de in integ. reſtitut. &
idem in minore, ut ſuprà dictum fuit in conſtit. minorum
iura. & de iſto enormi damno facit mentionem tex in l. 1.
C. ſi aduerſ. uend. pign. Et tantum eſt dicere enorme, ſicut
magnum, uel graue, ut dicit hic gloſ. pen. ſed aliter accipi-
tur hic enorme damnum, uidelicet, quando mulier non
probauit, quod probare potuit, & propterea euenit ſibi
enorme damnum, ideſt amiſſio litis. Octanò no. ex tex. ibi,
in contractibus autem. quò ſi mulier contrahit, & ex con-
tractu ſuo, uel ſui procuratoris ritè conſtituti læditur, non
ſuccurritur ſibi per remedium reſtitutionis in integrum
ex fragilitate ſexus, quia ignorauit ius, ſed bene reſtituitur
ſicut maſculus maior reſtitueretur in integrum, & in alijs
caſibus ſpecialibus poſitis per glo. magiſtram in l. fin. C. de
iur & fact. igno. & in caſibus in hac conſtitutione expreſ-
ſis. & dici in diuiſione huius conſtitutionis. Et inquantum
iſta conſtit. ſubuenit mulieribus in hoc caſu ſpeciali, quan
do promittit, uel conſtituit dotem immoderatam ultra ui-
res patrimonij ſui, ſiue pro ſe, ſiue pro eius filia propter ge-
neralitatem, & pro hoc text. in l. ſiue generalis. ff. de iure
dotium, & ibi gloſſ. concordat gl. in l. unica. C. ſi aduerſ. do.
30 tem. Quæro cum iſte text. loquatur de † promiſſione, ſeu
conſtit. dotis immoderatæ, quid ſi in reſtitutione dotis ſit
læſa, puta per inſtrumentum, dicit ſibi eſſe ſatisfactum de
dote, quam dedit, & aliter non apparet de ſatisfactione, vel
eſt decepta in pretio bonorum ſibi conſignatorum per re-
ſtitutionem dotis, & uocauit ſe contentam, utrum reſti-
tuatur in integrum. Videtur ꝙ non, quia non reperitur iu-
re cautum, ꝙ in hoc caſu reſtituatur mulier ſolùm ex fragi
litate ſexus in contractu. In contrarium facit, quia illud,
quod obſeruatur in conſtitu. dotis, debet ſeruari in reſtitu
tione dotis, per l. 1. ff. ſol. matrim. ſed ſi mulier in dote con
ſtituenda eſt decepta ultra uires ſui patrimonij, datur reſti
tutio in integr. per iſtam conſtit. ergo & in dote reſtituen-
da datur reſtitutio, ſi eſt decepta. Et pro hoc bene facit tex.
in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. ff. ſol. matr. ubi in reſtitutio-
ne dotis, ſi mulier eſt decepta recipiendo animo nouandi
debitorem pauperem, reſtituitur, ut poſſit agere contra
primum obligatum, & hoc fauore dotis. Item quia eiuſ-
dem naturæ eſt diſtractus, cuius eſt contractus, ut not. gl.
& ibi Doct. in l. de tutela. C. de in integ. reſtit. minor. & gl.
& Barto. in l. pen. C. de dolo. item ſicut contractus dotis eſt
bonæ fidei, ut in l. ab emptione. uerſi. quia bonæ fidei. ff. de
pact. ita & ipſe diſtractus eſt bonæ fidei, ut dicit Bart. in l.
ſumma. ff. de condi. inde. & in l. ſub prætextu. la prima C.
31 de tranſ. Item quia ſol. † matrim. ea uiuente non poteſt ſibi
in dotem præiudicare, ut in l. 2. & l. ut ante. ff. de pac. dota.
& hoc propter ſpem futuri matrimonij, ne indotata rema-
neret: & ideo debet dari reſtitutio mulieri deceptæ in re-
ſtitutione dotis. Et idem dicendum de læſione partis do-
tis, ſicut de tota dote, argumen. l. quę de tota. ff. de rei uen-
dic. quia etiam deficiente parte dotis, etiam non eſt facta
integralis obſeruatio, per multa iura, quæ allegat Alexan-
drum in quarto uolu. conſi. nonageſimo octauo, incipien-
te, uiſo & conſiderando themate. in ulti. colum. Sed quid ſi

iſta mulier in dicto diſtractu, in quo eſt læſa, iurauit non contrauenire, an competat ſibi reſtitutio in integrum prædicta abſque abſolutione à iuramento. Remitto me ad ſcripta per Ioann. de Imo. in cap. cum cauſam. de empt. & vendit. & Ludou. in l. fin. ff. de in litem iuran. ſed ego ſemper
32 conſulerem, quòd † peteret abſolutionem à iuramento ad effectum agendi, quando læſio non eſt modica, per ea quæ habentur in c. cum contingat. de iureiur. & quæ habentur in authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. uendi. ſecus ſi eſt modica, quia tunc non datur abſolutio, vt in ca. 1. de reſtitu. in integ. & in cap. Abbas. quod metus cauſa. de quo pleuè per Vitalem in clauſulis ſuis, ſub rubrica de abſolutione à iuramento. char. 185. Et talis abſolutio ad effectum agendi, ſi conſtat de non modica læſione in proceſſu operatur effectum reſcindendi ipſum contractum ſine alia abſolutione ad effectum reſcindendi, vt patet in meis deciſionibus, deciſ. 322. circa fin. In glo. 1. iſta glo. eſt declaratiua literæ. In glo. 2 dic, ut dixi in 3. not. In glo. 3. in princ. dic, vt dixi in 4. not. in prima quæſt. & vide eam. In eadem ibi, item ſuccurritur mulieri. dic, vt dixi in quarto not. in ſecunda quæſtio. In eadem ibi, in præmiſſis caſibus ſigna
33 iſtam gloſſ. quòd in † iudicijs datur reſtitutio in integrum tam minori, & mulieri, quàm fiſco eam petenti ſine alia cauſæ cognitione, quia læſio apparet in promptu, quia dicit, quòd non probauit integrè eius intentionem, & ideo reſtituitur. Bene facit l. minor viginti annis filio. §. minores. ff. de minor. & in c. auditis. de reſtitut. in integrum. In glo. 4. in verbo, ſimplicitatem. in princip. vide eam, & quæ dixi ſuprà in 6. not. In eadem ibi, ſin autem quæris. Quærit hic gloſ. rationem differentiæ, quare minor litigans per tutorem, vel curatorem, ſi eſt læſus in iudicio per tutorem, vel curatorem, habet electionem, an velit agere contra tutorem, vel curatorem, vel petere contra aduerſarium reſtitutionem in integrum, & ſi mulier litigat in iudicio per ſuum mundualdum, & eſt læſa eius facto, non habet iſtam electionem, ſed debet prius agere contra mundualdum, & eo non exiſtente ſoluendo, tunc poteſt petere beneficium reſtitutionis in integrum, ſicut dicimus, quando mulier, vel minor litigat per procuratorem. uide iſtam gloſ & glo. in allegata conſtitutione ſuprà, minorum iura. in uerbo, procuratorum. In eadem ibi, ſed quare non incurritur.
34 hic glo. quærit de ratione, quare non † detur reſtitutio mulieri, ſi in contractibus extraiudicialibus lædatur, ſed tantùm ſi in iudicijs lædatur, & minori ſiue lædatur in iudicio, ſiue in contractibus datur reſtitutio in integrum. & breuiter dicit, quòd in muliere maiore ideo hoc eſt, quia ineſt in contractu eius conſenſus, ſed in minore ex defectu ætatis ſine tutore, vel curatore non poteſt dici conſenſus integer, & ideo reſtituitur, vt not. in l. 1. C. ſi aduer. ſolut. In gloſſ. penult. dic, vt dixi in 7. not. In glo. fin. dic, vt dixi ſuprà in octauo not.

ANNOTATIONES.

a Quartò.] Nota. quòd mulieres litigantes per earum procuratores, ſi per negligentiam, vel fraudem ſui mundualdi, vel procuratoris enormiter læſæ probantur, competit eis beneficium reſtitutionis in integrum, idem ſi litigant per ſe, & in iudicio ſunt læſæ, quia habent binam reſtitutionem, quæ in regno dicitur primum & ſecundum beneficium, ſecundum Andr. de Ifern. hic, & Matth. deciſ. 35. & an mulier poſſit tacite, vel expreſsè renunciare beneficio reſtitutionis in integrum, vel maritę poſſint compelli ad petendum reſtitutionem, ſeu beneficium. vide Anto. Cap. deciſ. 110 Baius.

b Quintò.] an aduerſus lapſum termini repulſę mulier & minor reſtituantur. vide infrà, & Capi. deciſ. 62. in fi. & an in termino dato ad repulſam poſſit articulari illud idem. vide Matth deciſio. 216. Capic. deciſ. 62. in princ. Panorm. in cap. fraternitatis. colomna octaua, & nona, de teſtibus. & in c. ex tenore. in fi & in c. cum clamor. colum. 2. de teſtibus Baius.

c Quarto.] Quid ſi in termino ad repulſam quis vult examinare teſtes ad comprobandum dictos teſtes ſuper negotio principali, an iſto caſu detur reſtitutio in integrum, ſi terminus eſt elapſus, cum magis talis repulſa concernat negotium principale quàm repulſa teſtium. vide Capicium in deciſio. ſeptuageſima ſecunda, & Ioan. Andr. in clemen. non poteſt. de procur. & Imo. quem refert & ſequitur Capella Toloſana in deciſ. 53.

De alienationibus rerum in iudicio deductarum. Rub. XLI.

SIc poteſt continuari. Dictum eſt ſuprà proxi. quòd in contractibus mulier maior ſi dicat ſe læſam, non reſtituitur ex iuris ignorantia, ſicut non reſtituitur maſculus maior, niſi in caſibus exceptis in d. l. fin. C. de iur. & fac. ignor. in gloſ. & in conſtit. præced. Verùm quia poterat dubitari, quid ſi ipſi contractus facti à maioribus tam maſculis, quàm fœminis fiant de rebus mobilibus, vel immobilibus in alium potentiorem cauſa mutandi futurum iudicium, an per conſtitut. regni ſit aliquid immutatum diſpoſitioni iuris communis. ideo ſequitur iſte titulus, & ſubnectitur conſtitut. per quam apparet, quòd in aliquibus eſt innouatum diſpoſitioni iuris communis, ut infrà patebit. Sed quæro, quæ differentia eſt inter titulum. ff. de aliena. iudi. mutan. cauſa fa. & titulum de litigioſis, & titulum C. ne liceat potentioribus? Dic vt per Azo. C. de alien. iudi. mutan. cauſa fac. & per Roffr. Beneuent. in titu. de actione in factum deſcendente ex illo edicto, de alien. iud. mutan. cauſa fac. char. 47. Breuiter dic tu, quòd differentia eſt in hoc, quia titulus de alienatione iudicij, habet locum, quando non eſt facta alienatio lite pendente, ſed quando eſt facta ante litem motam, tunc erat certum, quòd debebat moueri lis poſſeſſori, & fit alienatio in potentiorem, puta clericum, vel aliam perſonam duriorem cauſa mutandi iudicium, quia forte fuit poſſeſſori denunciatum, quòd talis volebat ſibi mouere litem, iſta alienatio non eſt prohibita, ſicut eſt prohibita alienatio rei litigioſę, quia tunc alienans tenetur de iure communi aduerſario, qui uolebat litem mouere ad intereſſe, vt in l. 1. & in l. item ſi res. §. idemque. & ibi Barto. eod. titu. & C. eod. titu. l. vnica. ſed titulus de litigioſis habet locum, quando oblatus fuit libellus contra poſſeſſorem, & poſtea ipſe alienauit, tunc incidunt contrahentes in pœnam, prout diſtinguit Azo in ſumma C. de litigioſis. ſed titulus C. ne liceat potentio. loquitur, quando facta eſt alienatio in potentiorem ratione officij, vt dicit Barto. in l. pen. ff. de alien. iud. &c. quia alienans cauſa mutandi iudicij ſolùm tenetur, de quo in l. ex hoc edicto. §. ait prætor. & ibi Bald. ff. eod. titu.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem litigioſam ignoranter, an recuperet pretium à venditore.*
2 *Poſſeſſor alienans doloſè rem in potentiorem, ſuper qua ſciebat ſibi litem mouendam, qualiter puniatur.*
3 *Alienatio qualiter probari poſſit facta iudicii mutandi cauſa.*
4 *Actor pro re litigioſa alienata beneficio tituli de litigioſis uti poteſt, & actione in factum ex illo edicto intereſſe petere.*
Probatio intereſſe difficilis eſt & incerta.
5 *Res quando litigioſa eſſe dicatur.*
6 *Litis pendentia an inducatur per citationem circumductam.*
Litis pendentia an inducatur per proceſſum nullum.
7 *Citatio quæ & quando litis inducat pendentiam.*
8 *Res quando in vitium litigioſi incidere dicatur.*
9 *Vitium litigioſi locum non habet, ſi coram arbitratore litigetur.*
Vitium litigioſi locum habet in re ſe mouente.
Res litigioſa non poteſt pignorari abſque vitio litigioſi.
10 *Alienatio rei litigioſæ eſt nulla ipſo iure.*
11 *Sententia lata contra alienantem poſt litis conteſtationem executioni mandatur contra nouum poſſeſſorem.*
12 *Sententia an poſſit exequi contra poſſeſſorem nouum, ſi non reperiatur, quòd voluntate conuenti translata fuerit in eum poſſeſſio lite pendente.*
13 *Alienatio rei litigioſæ quibus caſibus fieri poſſit.*

14 *Iudicium non transfertur in ceſſionarium, ſi ceſſio fiat lite ſuper actione perſonali pendente.*

15 *Vitium litigioſi non contrahitur, ſi res litigioſa poſt concluſum in cauſa alienetur.*

16 *Vitium litigioſi ſi inducatur per alienationem rei deductæ in iudicio perempta inſtantia, non tamen annulla tur venditio & contractus.*

17 *Feudum quaternatum ſi pendente lite de regio aſſenſu alienetur, an vitium litigioſi contrahatur.*

Litigioſi vitium non contrahitur, ſi res litigioſa alienetur ex cauſa neceſſaria.

18 *Poſſidens rem litigioſam an poſſit à tertio non litigante ſuper re litigioſa ius acquirere abſque vitio litigioſi.*

19 *Vitium litigioſi non incurritur, ſi bona publicanda alienentur.*

20 *Vitium litigioſi non incurritur, ſi res litigioſa lite pendente & facta renunciatione liti alienetur.*

21 *Pœna litigioſi contractus qualis ſit.*

22 *Vitium litigioſi contrahitur, qualitercunque res litigioſa alienetur.*

a EORVM fraudibus [a]. Diuiditur iſta conſtitutio in quatuor partes. in prima loquitur de materia edicti de alienatione iudicij mutandi cauſa facta, & hoc intendit prima pars. Si poſſidenti rem mobilem, uel immobilem, corporalem, uel incorporalem fuerit notum, quòd talia dixit, quòd nolebat ſibi mouere litem ſuper illa re de dominio, uel quaſi, & ipſe antequam citaretur in iudicio alienauit rem illam in aliquem potentiorem hominem, puta militem, uel minorem, qui à iure priuilegiatus eſt pluſquam maior, vel potentiorem ratione dignitatis cauſa mutandi iudicium, & ſic doloſè, iſte alienans de iure communi puniabatur tantùm ad ſoluendum intereſſe, quod patitur ille, qui uolebat mouere litem contra eum ratione dicti iudicij mutati doloſè de perſona ad perſonam, ſed quia iſta pœna deludebatur, quia illud intereſſe non poterat ne facili probari: ideo hæc conſtitutio ultra iſtam pœnam iuris communis imponit aliam pœnam, uidelicet, quia punit ipſum alienantem ratione ſui doli in tertia parte æſtimationis illius rei, quam alienauit, applicanda regio fiſco. h. d. uſque ibi, ſi poſt litem motam. Hic eſt ſecunda pars, in qua loquitur de materia tituli de litigoſis, & hoc intendit, ſi poſt citationem factam contra poſſeſſorem rei ſuper dominio, ipſe poſſeſſor conuentus rem ipſam litigioſam alienauit, & tranſtulit poſſeſſionem in emptorem ſcientem rem fuiſſe litigioſam, credens per hoc proceſſum iudicij impedire, alienatio prædicta ipſo iure non ualet, & uenditor carebit pretio, & emptor carebit re, & mulctabitur in pretio, quo emit, & ſic fiſcus duplex pretium conſequetur, unum à uenditore, aliud ab emptore. h. d. uſque ibi, ſi autē ſciens. Hic eſt tertia pars, in qua deciditur unum dubium in iſta
1 materia de litigioſis. uidelicet, quid ſi emptor rei † litigioſæ ignorauit quando emit, quòd res illa erat litigioſa, utrum poſſit recuperare pretium, quòd ſoluit uenditori. & dicitur in litera quòd ſic, immo non ſolùm emptori tenetur reſtituere pretium, ſed ipſe uenditor, qui fuit ſciens, tenetur ſoluere tantam pecuniam, quantum fuit illud pretium pro tribus partibus fiſco, & pro tertia parte ipſi emptori, nec tamen pro hoc recuperat rem uenditam, & durat uſque ibi, quæ omnia. Hic eſt quarta & ultima pars, qua deciditur in iſta materia de litigoſis aliud dubium, uidelicet, utrum uitium litigioſi contrahatur non ſolum per contractum emptionis, & uendicationis, ſed etiam per alios contractus. & hic dicitur, quòd ſic, niſi in contractu dotis, uel donationis propter nuptias, uel tranſactionis, uel diuiſionis rerum hæreditariarum, uel alienationis tituli legati, uel fideicommiſſi, & in alijs contractibus contentis in iure communi, & durat uſque in fi. No. primo ex tex
2 tu ibi, non ut olim tantùm, ſed in tertia. quod † conſtituto iudici, quod poſſeſſor rei erat conueniendus ſuper re illa rei uenditæ ab aliquo, & quòd ipſe poſſeſſor doloſè rem illam mutandi cauſa iudicij alienauit in potentiorem, non ſolùm iſte poſſeſſor, qui tranſtulit poſſeſſionem in potentiorem debet condemnari ad intereſſe, quod paſſus eſt ille, qui volebat agere cōtra illum poſſeſſorem propter dictam alienationem in potentiorem, prout erat de iure communi, vt ff. & C. de aliena. iudic. mut. cauſa fac. ſed etiam debet condemnari uigore iſtius conſtitutionis in tertia parte æſtimationis rei, quam alienauit, & tranſtulit poſſeſſionem, quæ tertia pars applicatur regio fiſco. Ex quibus infertur, quòd ſi alienatio nō eſt facta in potentiorem, ſed in aliam perſonam non potentiorem, & ſic non eſt effecta deterior conditio agere uolentis, ceſſat iſta pœna, & intereſſe ſolutionis, vt in l. quia etiam. §. ſed ſi hominem. & Bartol. in §. item ſi locum. ff. de alien. iudic. mut. cauſa facien. Item infertur, quòd ſi alienauit doloſè in potentiorem cauſa mutandi iudicij rem ipſam, & non tranſtulit poſſeſſionem, non incidit in pœnam prædictam, per iſtum text. Item infertur, quòd tria ſunt neceſſaria coniunctim probanda in hoc iudicio, ut habeat locum pœna huius conſtitutionis, & refectionis intereſſ. Primò debet probari, quod alienatio facta fuit de re, de qua erat conueniendus poſſeſſor iure dominij, vel quaſi. Secundò, translatio poſſeſſionis doloſè facta cauſa mutandi iudicium. Tertiò, & in potentiorem, & ſic vt conſtituatur durior aduerſarius. Qualiter au
3 tem probetur, quòd cauſa † mutandi iudicium dolo ſit facta alienatio? Dic, quòd probabitur, ſi poſſeſſor ſciebat me moturum ſibi litem ſuper dominio illius rei, quia dixeram ſibi in præſentia teſtium, quòd volebam ſibi mouere litem per leges, quas allegat Bartol. in l. item ſi res. §. idemque. ff. de alien. iudic. erit ergo practica formandi libellum in hoc dicto de alienatione, prout format Roffred. in hoc titu. & poſtea petat, conſtitutio de prædictis, condemnari dictū alienantem ad dictam tertiam partem æſtimationis regio fiſco applicandum uigore huius conſtitu. & ſic concurrit remedium dicti edicti cum remedio condictionis ius cōſtitutionis. quia quādo pœna pecuniaria applicatur fiſco, qualibet de populo poteſt agere pro fiſco, ut dicit gl. & Bald. in l. Neſennius. C. de litig. uerſiculo quæro de iſta pœna. & dicit Iacob. de Aret. ut refert Alberic. de Roſa. in l. ex hoc edicto. §. ait prætor. ff. de aliena. iudic. quòd illud edictum concurrit cum titu. de litig. & cum titu. ne liceat
4 poten. unde ſi res litigoſa † alienatur, poteſt actor uti beneficio illius tituli, de litigoſis, dicendo, quòd non teneat alienatio, ſi facta eſt lite pendente, & nihilominus actione in factum ex illo edicto petere intereſſe, & unum non impedit aliud. & dicit Bald. referendo Iacobum de Rauen. in dicto §. ait prætor. quòd licet rei litigioſæ non ualeat alienatio, hoc uerum, ſi uult actor, tamen ſi actor uult, quòd ualeat, & agere ad intereſſe ex illo edicto de alienatione iudicij, poteſt, quia in ſuum fauorem inductum eſt, quòd non ualeat alienatio rei litigioſæ. Item ſi alienatio facta eſt in potentiorem ratione officij, poterit uti beneficio illius tituli, ne liceat potentioribus: & ſic iſta tria auxilia licet pœnalia poſſunt concurrere, & etiam auxilium huius conſtitutionis quò ad pœnam applicandam fiſco. Secun
b dò nota ex textu ibi, ad intereſſe. [b] quòd probatio intereſſe eſt difficilis, & incerta, & ideo ſi petitur debitum liquidum, & conuentus reus opponit de intereſſe, uel uult compenſare, non tardabitur liquidum per non liquidum, ut in l. fin. C. de compenſat. quia probatio intereſſe eſt difficilis, & incerta, ut hic, & in §. fina. inſtit. de verbo. obligat.
5 Tertiò. no. ex tex. ibi, quòd ſi poſt litem motam. quòd † tūc res mobilis, uel immobilis dicitur eſſe litigoſa, quando poſſeſſor eſt citatus ad inſtantiam alicuius dicentis dominium, uel quaſi dominium ſpectare ad eum. Licet adhuc non ſit lis conteſta. ut probat iſte tex. ibi, poſt litem motam nam lis dicitur etiam ante litis conteſta. ut dicit glo. in l. litis nomen. ff. de uerbo. ſign. & plenior glo. eſt in l. cauſas, uel litis. C. de tranſact. licet glo. & Bald. in l. exceptionem. ult. col. C. de probat. dicant, quòd ante litem conteſt.

dicitur initium litis, & ſic ſufficit initium litis, vt conſti-
tuatur res litigioſa, per text. in auth. res litigioſa. de litig. &
in auth. eod. ti. §. ideoq;. vbi dicitur, ꝙ per ſupplicationem
principi oblatam, & iudici præſentatam, & parti intima-
tam, dicitur res litigioſa. Sed aduerte, quia hoc procedit,
quando agitur actione reali: ſed ſi ageretur actione perſo-
nali, ad hoc, vt ipſa actio ſit litigioſa, requiritur litis conteſ.
Ita declarat Angel. in authen. litigioſa. C. de litigioſis. de iu
re canonic. per ſolam citationem dicitur lis pendere, vt in
clem. 2. vt lite penden. Sed iuxta hoc quæro de tribus quę-
6 ſtionibus & primò, vtrum † per citationē [c] circunductam
c inducatur litis pendentia? Videtur, quod non, ex quo non
operatur ſuum effectum, vt dicit Bald. in l. fina. poſt prin.
verſic. in eadem gloſſ. ff. de eo, per quem fact. erit. & in l. &
poſt edictum. §. 1. circa medium, verſicu. extrà quæro. ff. de
iudic. & in l. 1. in princip. ff. de in ius vocan. Bald. in l. mo-
re. in fine. ff. de iuriſd. omn. iudic. vbi dicit, quòd per cita-
tionem circunductam non perpetuatur iuriſdictio delega
ti. & dicit Fely. in capit. illud. in 3. colum. de præſcri. quod
ipſe vidit dubitari in Rota, vtrum per citationem circun-
ductam inducatur litis pendentia. & ipſe dicit, quòd non
allegat Gulielm. de Cun. in l. ſicut. C. de præſcript. triginta,
vel quadraginta annor. Secundò quæro, vtrum ſi proceſ-
d ſus [d] eſt nullus, fortè quia fuit citatus infans, & ſic citatio
non valuit, vt per Bartol. & Bald. in l. prima. ff. de condict.
furt. & per Bald. in cap. 1. in 10. col. de milite vaſal. qui con
tum. eſt. cum ſimi. vel non interuenit perſona legitima pro
conuentis, vel conuentus nō erat de iuriſdictione iudicis,
vtrum inducatur litis pendentia in prima inſtantia, non di
co in cauſa appellationis, & ſic ſi alienetur, contrahitur vi-
tium litigioſi. hoc dubium non reperi in ſpecie eſſe tactū,
ſed ego dicerem, prout dicit Phil. de Franchis in c. dilecto.
in 19. colum. de appella. quòd donec diſcutitur, an citatio
ſit nulla, & habeat locum remedium attentatorū, & etiam
titulus de litigioſis reuocabiliter, ſi feratur ſententia, quòd
citatio & proceſſus eſt nullus, ſicut dicimus, ſi lata eſt ſen-
tentia ſuper nullitate, omnia geſta lite pendente ſuper nul
litate reuocantur, vt eſt textus in cap. cum cauſam. de ap-
pellat. nihilominus cogita, quia vidi peritos dubitare. Ter-
7 tiò quæro, emanauit † citatio iudicis ſup dominio, vel qua-
ſi rei, quæ poſſidebatur per Titium, iſte Titius taliter lo-
cit, quòd nuncius non potuit eum citare. vtrum ex dicta
citatione inducatur litis pendentia ad effectum, vt res dica
tur litigioſa? Dicerem quòd ſic, quia paria ſunt quem eſ-
ſe citatum, vel non citatum, dummodo ſtetit per eū, quo-
minus citaretur, vt probat text. in dicta clemen. 2. ad idem
in clemen. 1. de iudi. & in clemen. 1. de foro compet. & Bal.
in l. nam ita diuus. 2. colum. ff. de adop. & tenet Innocen. in
cap. ex literis. de exceſſ. prælato. & aduerte, quia quod di-
ctum eſt, quòd per citationem validam cōtrahitur vitium
litigioſi, intellige eſſe verum, quando agitur iudicio vniuer-
ſali, per l. dinus. ff. de petitio. hæred. ſed in iudicio particu-
lari contrahitur vitium litigioſi poſt litem conteſtatam, vt
in l. 2. C. de litigio. & firmat And. in capit. primo. in uerbo,
condemnatorum, & proſcriptorum. quæ ſunt rega. & Vi-
talis in clementi. nil nouari lite pendente, char. 36. Quartò
8 no. ex tex. ibi, in vitium litigioſi. quòd † tunc dicitur res in-
cidere in vitium litigioſi, quando agitur in iudicio de do-
minio rei, uel quaſi, ut ſupra dixi in tertio nota. hoc decla-
rat text. in authent. res litigioſa. & ibi per Cyn. C. de litigio.
& ideo ſi ageretur de iure pignoris, uel poſſeſſionis, tunc
non efficitur litigioſa, nec impeditur eius alienatio, ut pro-
batur in l. prima. C. de litigioſis. & in authenti. de litigio. §.
ideoque. & in §. & hæ autem. & uoluit Bald. in l. prima. C.
de reuoc. his quæ in fraud. credi. & Bartol. in l. creditores.
C. de pignor. & gloſ. in capitu. primo. de confirma. utili uel
inutil. Abb. Sicu. in cap. eccleſia. ut lite penden. hoc uerum
de iure communi. Sed in iſto regno conuentus poſſeſſorio
an incidat in uitium litigioſi, ſi alienat rem pendente lite
ſuper poſſeſſione, hoc non declarat tex. in capit. regni con-
uentus, infra allegando. ſed ſolùm dicit, quod fit executio
ſententiæ contra iſtum nouum poſſeſſorem etiam non ci-
tatū, & ſic ipſa poſſeſſio remanet litigioſa, prout dicit Ab-
bas Sic. in d. ca. eccleſia. Sed iuxta hoc quæro de octo quę-
ſtionibus. Et primò, utrum ſi litigetur coram arbitrato-
9 re † habeat locum uitium litigioſi? Dic quòd non, ſecun-
dùm Innocent. in capit. Quintauallis, de iureiuran. & Bal.
in l. 2. C. de reſcinden. uendi. Secundò quæro, an res, ſuper
qua petita eſt in integrum reſtitutio, efficiatur litigioſa, ut
interim non poſſit alienari? Reſpondeo, quòd dicitur li-
tigioſa, & habet locum uitium litigioſi, hoc tenet Bald. in l.
2. C. de in integ. reſtitut. poſtula. Tertiò quæro utrum, ui-
tium litigioſi ſicut cadit in re mobili, uel immobili, cadat
etiam in re ſe mouenti, ut in iumentis, & equis, & aliis ani
malibus? Dic quòd ſic, text. eſt in authent. de litigioſis. §.
ideoque ſancimus. firmat Azo in ſumma C. eodem titulo.
Quartò quæro, utrum res litigioſa poſſit pignorari ſine ui
tio litigioſi? Dic quòd non, ut in l. ſi filium. §. fi. ff. quę res
pignor. obliga. poſſunt. Abb. Sicul. in dicto capitu. 3. ut lite
penden. & Bart. in l. 1. ff. de litigio. Quintò quæro, quia iſta
conſtitutio non facit mentionem, utrum alienatio rei liti-
gioſæ ſit ipſo iure nulla, quæro, utrum iſta conſtitutio ſen-
tiat, quòd alienatio rei litigioſæ ſit ipſo iure nulla? Dico
10 quòd ſic, quia † punit uenditorem & emptorem ſcientem,
& ſic tacite ſentit, nullam eſſe uenditionem: & hoc expreſ-
ſe tactum eſt in iure, ut eſt tex. in l. ſina. & in authent. ſi hę-
res. C. de litigio. & in gloſ. in clement. ſæpe. de reſtitu ſpol.
& Bald. in l. Neſennius. C. de litigioſ. Innocent. in cap. in-
ter dilectos. in uerbo, litigioſa, de donationibus. Nam eo
ipſo, quòd res eſt in litigioſa, expreſſè prohibetur alienari,
ut in l. alienatione. ff. fam. erciſcun. & l. item ueniunt. §. pe-
titam. ff. de petit. hæred. & uoluit Bald. in l. dinus. ff. de peti.
hæred. Sexto quæro, quid ſi alienetur res litigioſa, an ante
iſtam conſtitutionem de iure communi in eum, cui facta
eſt alienatio, tranſeat inſtantia? Iſta conſtitutio uidetur di
cere, quòd non, inquantum dicit, ut proceſſum iudicij ua
leat impediri. Dic contrarium, quòd ex eadem inſtantia
agi poteſt contra nouum poſſeſſorem. l. chirographis. §. fin.
ff. de adminiſtra. tutor. ſecundùm Bald. in l. certa forma. C.
ut in poſſeſſ. legatorum, qui allegat etiam Innocent. in cap.
quia V. de iudic. immo fortius dico, quòd non ſolùm tran-
ſit inſtantia in nouum poſſeſſorem lit. conteſta. ſed etiam
11 ſi, feratur ſententia † contra illum, qui alienauit poſt litem
conteſtatam ſit exequutio contra nouum poſſeſſorem ſine
alio proceſſu, ut eſt cap. Regis Caroli Secundi, quod inci-
pit, conuentus. char. 27. Bene facit pro hoc id, quod dicit
Cyn. in d. l. unica. C. de alien. iudic. mut. cauſa fac. in 5. qō.
quòd ſi condemnatus in reali dolo deſinat poſſidere, pote-
rit fieri exequutio cōtra nouum poſſeſſorem ſine alio pro-
ceſſu, & noua ſententia, per l. certa forma. C. ut in poſſ. le-
gatorum. licet Bartol. in l. fina. ff. ſi mulier uentris nomine,
teneat contrarium, per l. 1. §. neceſſariò. eodem tit. ſed Flo-
rian. de S. Petro de Bononia in l. ſi bona fide. ff. de nox. con-
cordat iſtas opiniones, uidelicet, quòd ſi dolus commit-
titur in fraudem paratæ exequutionis, procedat prima
opinio. ſed ſi dolus committitur in fraudem creditorum,
ut minus reperiatur in bonis, tunc ſit agendum uia ordi-
naria, ut in §. ſi quis in fraudem. inſtitut. de actio. uide ad
hoc Ange. de Aret. inſtitut. de actio. §. omnium. in gloſſ. in
uerbo, poſſident. & uide Barto. in d. l. Neſennius. in uerſic.
ego autem dico. qui concurrit cum prouiſione facta per
d. cap. conuentus. Et ſcias, quòd ſi lite pendente fuit res
permutata, & iudex condemnauit ad rem, credens, quòd
non fuit permutata, poteſt ſententia mandari exequutio-
ni contra illam rem permutatam, quia illa dicitur ſubro-
gata loco primæ rei ante permutationem. Et eſt ratio quia
hoc eſt de conſequutiuis ſententiæ. nam ea, quæ ſunt con-
ſequutiua, cenſentur dicta in ſententia. ſecundùm Inn. in
c. cum ſuper. de re iud. & Abb. Sic. in c. eccleſia. ut ſi. pen. &
maximè ſi res eſſet ſequeſtrata, ut in l. ſi. ff. de requi. reis. &
Bald. in l. ſi oleum. ff. de dolo. Septimò quæro, quidam fuit
12 conuentus † de poſſeſſione rei, uel re ipſa, lite pendente re
peritur, quòd poſſeſſio peruenit ad alium nouum poſſeſſo-
rem, & non conſtat, quòd de uoluntate primi conuenti ha

buit poſſeſſionem, ſed probatur, quòd ille conuentus ſci-
uit & tacuit, vtrum ſi feratur ſententia contra illum con-
uentum, poſſit exequi contra illum nouum poſſeſſorem?
Ego dicerem, ꝙ ſic propter illud uerbum poſitum in d.ca.
regni, conniuente. quod exponitur, conſentiēte. ſatis enim
dicitur conſentire ille, qui ſciuit & tacuit, & potuit prohi-
bere & non prohibuit, vt dicit gl. in §. præterea quid ſit in-
ueſt.& not. Bart. in l. quæ dotis. ff. ſol. matrim. Ita exponi-
tur illud verbum, conniuente. in l. quiſquis. C. de poſtu. in
gloſ. & 23. q. 5. c. Regum. ſecundùm Archid. ibi, & Lucam
de Penna in l. per Illyricum. C. de cohorta. lib. 10. & ex hoc
infero, ꝙ ſi ipſo conuento non conſentiente poſſeſſio rei,
de qua eſt conuentus, ad alium perueniret, puta quia mu-
tatis vexillis res peruenit ad iſtum poſſeſſorem, non dici-
tur alienatio facta cum vitio litigioſi, nec contra iſtum no
uum poſſeſſorem poſſet fieri executio ſententiæ ſine nouo
13 proceſſu. Octauò quæro, in quibus caſibus poteſt † fieri
alienatio rei litigioſæ, & non contrahitur vitium litigioſi.
In iſta conſtitutione enumerantur quinque caſus, & con-
cordat l. fin. C. de litigio. Primus caſus eſt, ſi alienatur res
litigioſa per contractum dotis, vt hic. Secundus caſus, ſi
alienatur res litigioſa per contractum tranſactionis uali-
dæ. Tertius eſt, ſi alienatur res litigioſa per contractum do
nationis propter nuptias. Quartus caſus eſt, ſi alienantur
res hæreditariæ litigioſæ per contractum diuiſionis inter
hæredes, vt hic, concordat text. in auth. de litigio. §. & hoc
adijciendum. Quintus caſus eſt, ſi res litigioſa legetur in te
ſtamento alteri, & virtute legati, vel fideicommiſſi tran-
ſeat poſſeſſio in alium, ut hic, & in §. hæc autem præſenti.
concordat auth. nunc ſi hæres. C. de litigi. Sextus caſus eſt,
ſi agatur actione hypothecaria ſuper aliqua re obligata. &
pendente dicto iudicio alienetur, certè res illa non cadit
in vitium litigioſi, vt dicit text. in auth. de litigio. §. ab hoc
autem litigioſi vocabulo hypothecas ſeparari decernimus.
Idem firmat Bart. in l. 1. ff. de litigi. & Bald. in l. 1. C. com-
mun. diuid. & Vitalis in dicta clauſula, nil nouari lite pen-
dente, licet ipſa actio efficiatur litigioſa, vt dicit Azo in
ſumma. C. de litig. & ſi lite pendente ſuper actione perſo-
14 nali † fiat ceſſio in ceſſionarium non transfertur iudicium
ſed currit iudicium cauſæ cedenti, licet vtilitas poſſit trāſ-
ferri in ceſſionarium. Ita dicit Abb. Sic. in c. 2. de alien. iud.
mut. cau. fac. poſt Innoc. ibi, & ſi per actionem perſonalem
agatur ad ipſam rem, non impeditur alienatio rei propter
litis pendentiam, quia res non efficitur litigioſa, quia non
agitur de ipſius dominio, ut dicit text. in d. auth. de ling.
poſt principium, & firmat Felyn. in c. dilecte in Chriſto.
vlt. colum. de except. & Bartol. in l. 1. C. comm. diui. & in
l. 1. C. de litigi. Septimus caſus eſt, quando agitur officio iu
dicis, puta imploratur officium iudicis, ut aſſiſtat captioni
poſſeſſionis, ubi debitor conſtituit ſe precario nomine cre-
ditoris tenere, & poſſidere, prout dicitur in l. creditores.
C. de pign. tunc lite pendente poterit alienari, & non con-
trahitur uitium litigioſi. ita dicit Ant. de Butr. poſt Innoc.
in c. cum M. vt lite pendente, quia officium iudicis non eſt
actio, ut inſtit. de act. in princ. & connumeratur inter per-
ſonales, & non reales, & in perſonalibus actionibus motis,
non eſt dare vitium litigioſi, ut in l. fin. C. de litigio. Barto.
in l. 1. C. eod. tit. Item quia non petitur aliquid à parte, ut
dicit Bart. in d. l. creditores. in vlt. char. Idem firmat Ange.
in alleg. l. diuus. ff. de petit. hæred. & Specu. in tit. de appell.
§. nouiſſimè. uerſic. uerum. & Hoſtien. in ſumma, de alien.
iudi. mut. cauſa fac. Octauus caſus, ſi rei litigioſæ fiat alie-
15 natio † poſt concluſum in cauſa, non contrahitur uitium li
tigioſi, quia concluſio habet vim quaſi ſententiæ ſecun-
dum Bald. in l. ſi pro ea. C. manda. ut in auth. vt cum de ap-
pell. cog. in princi. & C. de adult. l. quamuis indubitati. &
Bald. in l. denique. §. ſi quis eum. ff. de mino. Nam poſt con-
cluſum in cauſa non dicitur cognoſcere, ſed cognitum eſſe
ſecundùm Bald. in auth qui ſemel. C. de probat. item quia
poſt concluſum in cauſa non poteſt iudicari de iure ſuper-
ueniente in eadem ſententia, ſecundùm Bart. in l. ſi mater.
§. eandem. ff. de exceptio. rei iudic. Item quia poſt conclu-
ſum in cauſa non admittitur obiectio exceptionis nouiter
ſuperuenientis, vt dicit Ant. de But. & alij in c. paſtoralis.
de except. & pro iſta deciſione allego glo. in c. 1. de mutuis
petitio. & in c. forus. de verborum ſignificat. & deciſi. do-
minorum de Rota deciſi. 84. allegat gloſſ. in verbo, gratia.
in c. non ſolum. de appellat. lib. 6. Item iſta conſtitutio in-
quantum dicit, vt proceſſum iudicij valeat impediri, ſen-
tit, quod ſi non impediatur proceſſus, non contrahitur ui-
tium litigioſi, ſed poſt concluſum in cauſa non impeditur
proceſſus, igitur &c. ſed non fuit intentio Imperatoris hoc
dicere per dicta uerba, quia pars conuenta per alienatio-
nem factam lite pendente credebat impedire iudicium, &
ſic errabat in iure ipſe alienans. Nonus caſus eſt, ſi aliena-
16 tur res deducta † in iudicio, perempta inſtantia, tunc licet
inducatur vitium litigioſi, tamen venditio non impedi-
tur, & contractus non annullatur, ſecundùm Barto. in d. l.
fin. allegat l. 1. C. de præſcript. lon. tempo. Decimus caſus
eſt, ſi ego, qui non litigo, emo à Titio rem, quę eſt in litigio
inter A. & B. non contrahitur vitium litigioſi: hoc expreſsè
voluit Angel. in authent. de litigio. in princip. ideo caute-
la eſt, vt res litigioſa ematur à tertio, qui non litigat, caueat
tamen, ne cum voluntate litigantis habeat poſſeſſionem
lite pendente, per d. capit. regni, conuentus. ut ſuprà dixi.
Vndecimus caſus eſt, ſi res litigioſa pendente iudicio alie-
netur iuſſu, vel licentia iudicis, quia valebit talis alienatio
per text. in dicta l. diuus. in fine principij. ibi, res tempore
perituras permittere debet prætor. ff. de petit. hæredit. per
quem textum dicebat ibi Angel. limitari omnia iura dicen
tia, rem litigioſam alienari non poſſe, quia de iuſſu & licen
tia iudicis poteſt alienari: & hoc procedit, quando ex iu-
ſta cauſa iudex conſentit: puta, quia res erat tempore peri-
tura, vel alia ſimilis cauſa ſubeſt. & pro hoc l. alienationes.
ff. famil. erciſc. Sed quid ſi litigatur feudum quaternatum
17 & poſſidens † lite pendente cum aſſenſu regio illud alie-
nat, vtrum incidat in vitium litigioſi? Dico, quòd non, in
caſibus, in quibus Rex tenetur aſſentire, de quibus per An
dre. & ibi fuit dictum in conſtitutione, ſi quis poſt litem.
vel expreſsè deroget vitio litigioſi. ſecus ſi conſentiret de
gratia, quia ille, in quem alienatur, non ſolum habet feu-
dum à Rege propter conſenſum, ſed etiam ab alienante,
& ſic à duobus, vt dicit Andre. ſuprà in conſtit. cum circa.
& ibi dixi, rubr. 71. & ideo ſi eſſet feudum litigioſum re-
futatum Regi, & Rex aliter conceſſiſſet, ceſſaret uitium li-
tigioſi, quia habet inſolidum nouus poſſeſſor à regio fiſ-
co. Duodecimus caſus eſt, quando iudicium eſt uniuer-
ſale, & ille, qui eſt conuentus, uult lite pendente alienare,
& præſtat idoneam fideiuſſionem, ſecundùm formam d. l.
diuus. tunc non contrahitur uitium litigioſi, ſecundùm
Angel. ibi, quod eſt nota. dignum. Tertiuſdecimus caſus
e eſt, ſi res ᵉ litigioſa alienetur ex cauſa neceſſaria, tunc non
contrahitur vitium litigioſi. l. peto. §. prædium. ff. de legat.
ſecundo. l. 1. ff. de fun. dota. l. ſecunda. C. de litig. Bartol. in
l. inter quos. § ſi domus. ff. de damno infecto. idem Hoſti.
in ſumma de alien. iudic. §. primo. nec tenetur ex edicto
de alienatione iudicij mutan. cauſa fac. ut dicit gloſ. in ca.
18 primo, de alien. iudic. Quartuſdecimus caſus eſt, ſi † poſſi-
dens rem litigioſam poteſt à tertio, qui non litigat, acqui-
rere ius ſuper re litigioſa, & nō dicetur incidere in vitium
litigioſi, per l. diuerſos. §. exceptis. C. manda. ſecun-
dùm Bald. in l. cogi. C. de petit. hæred. & in l. 2. verſicu. ad-
de, quòd vbicunque dixi. C. ne liceat potentio. bene facit
cap. abbate. de re iudic. lib. 6. cum ſimilibus. Quintuſdeci-
mus caſus eſt, ſi eſt quæſtio de opere, vel ædificio facto in
fundo, & lite pendente alienatur fundus, ubi eſt ædificium
non contrahitur uitium litigioſi, per text. in authent. liti-
gioſa. C. de litig. unde ſi lata fuerit ſententia de opere de-
ſtruendo, non fiet executio contra illum, qui nunc fundū
poſſidet, niſi prius agatur reuocatoria. Ita dicit Bartol. in l.
quanquam. §. Iulianus. ff. de aqua plu. arc. Sextuſdecimus
caſus eſt, ſi res litigioſa alienetur in fiſcum, tunc non ca-
dit in uitium litigioſi, ita dicit Alexand. de Imo. in apoſtil-
lis in d. l. fi. C. de litig. per text. in l. ſi conſtante. §. fin. & ibi

per Io.de Imo.ff.ſo.matrimo. Sed ego dubito de iſto dicto, quòd non ſit uerum.per text.in l.quicunque. C.de litigio. vbi fiſco non poteſt fieri legatum rei litigioſæ, nec fideicommiſſum, vel aliter relinqui in teſtamento in præiudicium litigatoris. Ad idem in l.a. C. ne fiſcus, uel reſpublica, niſi dicamus, ꝙ eſt correctum per authent.nunc ſi hæres, & per iſtam conſtitutionem. Decimuſſeptimus caſus
19 eſt, ſi † accuſatus de crimine, in quo ueniunt bona publicanda, lite pend.alienat aliqua bona, non incidunt res illæ in uitium litigioſi, licet fiſcus poſſit illam alienationem reuocare, per not.per Bal .in l.poſt contractum. ff.de don.ita inquit Bal.in l.non ſolùm.in lectura antiqua. ff. de in inte. reſt.& Bar.in l.abſtinendi. ff.de reſt.in integ.& iſtud eſt dictum Ale.in apoſtillis,& in l.lite. C. de litig. Decimuſoctauus caſus eſt, ſi eſt res litigioſa,& lite pend.alienantur fructus rei litigioſę, ſuper iſtis fructibus non cadit uitium litigioſi,& ſic valet venditio.ita dicit Abb.Sic.in c.cum veniſſent.in 4.col.ſuper gl.in verbo,incumbentes. de reſt.in integ.allegat.16.q.4.cap.volumus.& quod ibi notatur,& l.fi. C.de rei vend. & ideo ille ignorans iudex, qui iudicauit, ꝙ quia mula nata fuit ex iumento litigioſo, non ualuit uenditio tanquam litigioſa, malè iudicauit: ſed parcendum eſt eius iuuentuti, quia iuuenis fuit. Decimuſnonus caſus, nõ dicitur res litigioſa ex eo, ꝙ de ipſa poteſt fieri iuſta quæſtio.ita dicit Bald.in l.2.C. de diſtract.pign.per illum text. ex iſto dicto infero, ꝙ ſi poſſidens conuentus de proprietate rei prætendit, ꝙ iniuſtè mota fuit lis contra eum, ꝙ ſi lite pendente alienauit rem illam, ꝙ lata ſententia iuſtè in eius fauorem, non poteſt dici, ꝙ res incidat in uitium litigioſi.& ſic uitium litigioſi dependet ex futuro euentu, ſi declarabitur, quòd iuſtè fuit lis mota, quod nõ eſt obliuioni
20 mandandum. Vigeſimus caſus eſt, quando † lite pendente renunciatur liti & cauſæ, & poſtea alienatur res litigioſa, non incidit in uitium litigioſi, per l. poſtquam liti. C. de pact.& habetur in clemen.1.ut lite pend. & firmat Abb.in c.3.ut lite penden.4.col.dum allegat d.l. poſtquam liti.ſed an ille, qui rem litigioſam alienauit, poſſit conuenire & euitare pœnas litigioſi? Dicit Innoc.in c.inter dilectos.in gl.in verbo, litigioſa. ꝙ non poteſt conuenire. Vigeſimuſprimus caſus eſt, cũ agitur de hęreditate, & expedit fieri ſumptus pro funeralibus, vel pro ſolutione debiti, uel cibarijs familiæ, iudex permittendo, ꝙ alienẽtur aliqua bona hæreditaria lite pendente ualet alienatio, & non incidunt in vitium litigioſi, ut dicit glo.pen.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.Io primo.vt lite pendente, per d.l.diuus. Vigeſimuſſecundus caſus eſt, quòd non contrahitur vitium litigioſi, ſi agatur de iuribus incorporalibus, ut dicit Hoſt.in ſum. de ali.iudic. ſed de hoc dic, ut per Abb.Sicu.in d.c.3.vt lite pend.& per Ang.in d.auth.litigioſa.& Inno.in c.cum M.in glo.in uerbo, reuocatis.de conſtit.& in Specu.de appell.§.nouiſſimè. uerſic.uerum. Vigeſimuſtertius caſus eſt, in l.ſi poſt acceptum. ff.de rei vend. ubi ſi conuentus actione reali ad rem mobilem, ſi lite pendente uſucapionem perfecit, poteſt illam rem uſucapiam in alium transferre, non obſtante litis pendentia. quod eſt not.dignum, ſecundùm Ange.in l.lite. C.de litig. Et idem dicit in d.l. ſi poſt acceptum. Quintò
21 not.ex text.ibi, mulctetur. ꝙ pœna † litigioſi contractus eſt, quòd emptor ſciẽs rem litigioſam pretium amittit, & rem reſtituit, non vt cedat venditori, ſed fiſco. Et uenditor, qui præſumitur iuris pręſumptione, ꝙ ſciuit rem litigioſam, perdit pretium, & aliam tantam quantitatem pro mulcta ſoluet fiſco, ſed ſi emptor ignorauit rem litigioſam, recuperabit pretium à uenditore, & habebit quartam partem pretij tangentis fiſcum: ſed de iure communi habebit tertiam ut in l.fin.C.de litig.& glo.hic etiam dicit in d.cap.3.ut lit. pend.& ibi per Abb.Sic. Et ſic pœna iſta conſtit.habet concomitantiam cum iure communi, præterquam in illa tertia parte, quæ de iure communi erat tertia, & nunc per iſtã conſtit.eſt quarta, ut ſuprà dictum eſt. Et ſigna bene iſtum text. ꝙ difficilis, immo impoſſibilis eſt probatio ignorantię in uenditore uendente rem litigioſam, niſi fortè eſſet ſucceſſor uenditoris per regulam, qui in ius alterius ſucce-

dit.de reg.iu. Et eſt ſciendum, quòd tam actor, quàm reus ligatur vitio litigioſi, ideſt, quod ſi actor lite pendente iura ſua alienat, incidit in vitium litigioſi, & ille qui habet cauſam ab eo. Et ſic actor lite pend. non poteſt impunè cedere rei vendi. quam intentauit, vt dicitur in d.l.lite.C.de litig.& ibi per Doct.maximè Bal.& Ange.& Alber.de Roſa. An autem ſi emens rem litigioſam ſcienter & expreſsè voluit ſibi promitti, ꝙ ſi euinceretur, venditor teneretur ad duplum, & fiſcus euincit, an poſſit agere contra venditorem ad duplam? Vide Cy. & Alber.de Roſa. & Bal.in d.l. fina.C.de litig. Sextò no.ex tex.ibi, quæ omnia nõ tantum.
22 quòd uitium † litigioſi non tantùm contrahitur per contractum emptionis, & venditionis, ſed per quemcunque contractum fiat alienatio rei litigioſæ. Et ſic ſiue alienetur per contractum emphyteuticum, ſiue per locationem ad longum tempus, ut dicit Abb. Sicul. in dicto capit.3.ut lite pendente. ſiue per contractum permutationis, aut donationis, aut cuiuslibet alterius contractus, niſi in caſibus ſupra expreſſis. In gl. unica ibi, non punit ad intereſſe. dic, quòd iſta conſtitutio non corrigit ius commune, quod punit ad intereſſe alienantẽ cauſa mutandi iudicium. ſed addit iſtam pœnam, de qua hic, ut ſupra dictum eſt, propter illa uerba, quæ ſunt in tex.ibi, non ut olim tantùm. ut in l. non tantùm. ff.de appel.cum ſimi.

ANNOTATIONES.

a Fraudibus.] Adde, quod de materia huius conſtitutionis loquitur capit.regni, quod inci conuentus.& vide per Bar.in l.3.C.de pig.& per Bal.in l.1.C.de alien.iud.mut.cauſa.& in auth.de litigio. §.litigioſæ.& in l.2.C.de litigioſis. Batius.

b Intereſſe.] Quid debeat probari ad hoc vt debeatur intereſſe: vide eũdem Matt.deci.20.& Fel.in c.cum venerabilis.de exce.col.6.Philip. Deci.conſil.321.col.2.& an in ſolito negociari in contractibus bonæ fidei conſideretur intereſſe lucri ceſſantis, & an intereſſe debeatur iure actionis, vel officio iudicis, vide Cap. deciſ.19. Batius.

c Citationem.] adde, quod circuncidere nihil aliud eſt, niſi tollere. ita Panor.in c.conſuluit.in gl.2.de offi.deleg. vide deciſ. Rot 445.in nouis. Adde etiam ad hoc vt citatio circunducatur, dum debent concurrere, primum, quod citatus compareat, & ille, ad inſtantiã cuius fuit citatio exequuta, non compareat. l.poſt edictum.§.1 ff de iudic. per quem textum ita concludit Phil.Deci.in d.c.conſuluit.de offi.dele. & de materia circunductionis vide plene per Fely. Philipp. Deciſ.& alios in d.c.conſuluit.& per Pau.de Caſt.Ang. & alios in l.ad peremptorium.& l.& poſt edictum ff de iudic. & hodie in magna curia vicariæ eſt obſeruantia, quod ſi actor accuſat primam contumaciam, & ſtat per vnum menſem, & nihil dicit: citatio eſt circunducta. ſed extra ciuitatem, ſi actor nihil dicit per duos menſes, eſt etiam circunducta citatio. de quo uide etiam glo.ritus curiæ archiepiſcopalis Neapol. Io.ant.Batius.

d Proceſſus.] ad idem adde, quòd proceſſus, in quo infans fuit citatus, eſt ipſo iure nullus, ut per Matth.deciſ.262.& an quando periculum eſt in mora, infanti poſſit dari curator. & uide Bal. in l.qui habet.§.ſi pupillus ff.de tute. Batius.

e Res.] adde quod cauſa neceſſaria dicitur, quando imminet æs alienũ, ut d.l.peto.§.prædium.uel ſi fit alienatio propter dotem, uel donationem propter nuptias.de quo uide Bart.in § diui.l filiusfam.col 3. ff de leg.1.& adde Pau.de Caſt.conſi.13.& 14.& Angel.conſil.180.& Roma.conſi.267. Batius.

De expenſis quæ fiunt in litibus. Rubr. XLII.

ISTAM rubricam cum nigro habebat Andr. de Iſern. in libro ſuo primo, uidelicet in libro primo ante conſtitutionem ſequentem, noſtrorum fidelium. ſub Rubrica 95. & ibi eam legit. poterit ſic continuari. poſtquam Imperator dixit de reſtitutionibus in integrum. & de pœna incidentium in uitium litigioſi. Erat uidendum de condemnatione expenſarum, quæ fiunt in litibus, multa habentur in iure communi de materia expenſarum in litibus, ut patet in l ſancimus. & in authent.ibi poſita.C.de iudic. quæ loquitur de expenſis ratione contumaciæ, & in authenti. de iudi.

de iudi. §. oportet. & ibi vide Angel. in l.non ſolùm. ff. de rei uen.& Iaſ. in l.properandum. §. ſinautem alterutrum. C.de iudi.vbi copioſè loquitur de matetia expenſarum ratione victoriæ.& vide glo.a.q. 1. c.in primis. in uerbo, expendiſſe. C.de fru ctib. & lit.expen.l. 2.& 3.& C. quando prouo. non eſt ne.l. omnem.& in l.eum quem temere.ff. de iudi. in cap. finem litibus, de dolo & contuma.& uide Spec.de expenſis.

SVMMARIVM.

1 *Victus victori eſt in expenſis condemnandus.*
2 *Cauſa iuſta litigandi non excuſat ab expenſis, ſi ſtatutum dictet, victum victori ad expenſas condemnandum.*
3 *Iuramentum calumniæ an excuſet victum ab expenſis.*
Iudex cauſæ appellationis an poſſit condemnare ad expenſas in prima inſtantia omiſſas.
4 *Sententia incerta ferri poteſt ſuper acceſſoriis.*
Probatio expenſarum litis facta per legitimas probationes differt à probatione expenſarum facta per iuramentum.

DIVORVM Principum. Omnibus iudicibus per hanc conſtitu. præcipitur vt in ſententiis diffinitiuis victum victori condemnent in expenſis, & illas de facultatibus condemnatorum faciant ſatisfacere, nec cauſa ignorantiæ excuſat eos. Item datur hoc arbitrium ipſi victori, an uelit expenſas, ad quas fuit condemnatus aduerſarius eius probare di lucida probatione, vel velit probare per ſuum iuramentum, vt ſi elegerit probare per legitimas probationes expenſas prædictas, tunc iudex non habet ipſas taxare, moderari, ſed ipſas faciat ſoluere, prout ſunt probatę. Si autem elegerit per ſuum iuramentum verificare, tunc iudex
1 ipſas taxabit, & moderabit. h.d. †Not. 1. ex tex. quòd vltra iure commune, quod eſt in l.properandum. §. ſinautem alterutrum. C. de iud. cum ſi. prouiſum eſt per conſt. iſtam,
a ꝙ victus [a] victori condemnetur in expenſis. Hoc verum intellige, ſi ſunt petitæ ſed ſi non ſunt petitæ, non tenetur iudex condemnare. ſ ad illas, quæ factę ſunt ante lit. conteſt. vt eſt glo. ſing. in c. finem litibus. de do.& contu. quam alle gat pro ſing. And. Barba. in conſi. 51. incip. ſcripſit ſapiens. in penult. col. ſed tu adde gloſſ. in c. ſi. de reſcrip.& ibi per Abb. Sic. ſed in expenſis poſt lit. conteſt. non petitis poteſt condemnare, quia iſtæ veniunt iudicis officio mercenario, l. edil. §. iudici. ff. de ædi. edic.& firmat Iaſ. in d. §. ſinautem alterutrum. poſt Bartol. in l. 4. §. hoc autem iudi. ff. de damn. infec. Et idem in expenſis ratione contumacię, vt dicit Iaſo. in d. l. ſancimus. C. de iudi. Et ex hoc ſequitur, ꝙ ſi iudex in ſententia non condemnauit victum victori in expenſis, nec abſoluit ab expenſis, licet de iure communi videatur tacitè victum abſoluere nihil dicendo de expenſis, per not. in l. 4. C. depoſiti & in l. terminato. C. de fructi. & lit. expen. tamen hoc intelligitur, quando veniunt expenſę officio iudicis. ſed ſi veniunt iure actionis, vel promiſſionis, vel condictione ex lege, tunc poterit poſtea victor cõdictione ex iſta conſti. petere, ꝙ victus condemnetur in expenſis. Ita dicit Bar. in l. ſi mulier. §. ſi rem. ff. de legat. 3. & ibi vide apoſtillam Ale. qui hoc firmat. hoc idem firmauit Ange. in l. non ſolùm circa. fin. ff. de rei vend. & in authen. de iudi. §. oportet. Alexan. in 5. volu. conſi. 183. & firmant Moderu. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligat.
b Et in tantùm hoc eſt verum, ꝙ licet aliàs iuſta cauſa [b] ignorantiæ, vel iuſta cauſa litigandi excuſet litigantem ſuccumbentem ab expenſis, quæ veniunt officio iudicis mercenario, vt in l. qui ſolidum. §. 1. ff. de legat. 1. & notatur in l. properandum. §. ſinautem alterutrum. C. de iudic. & Bald. in l. generaliter. in 3. col. C. de epiſcop.& cler.& in l. eos. §. cautione. C. de appel.& Areti. inſtitu. de pœna teme. litig.
2 & Lanfran. in c. quoniam contra. in fi. extrà de proba. †Tamen ſi expenſæ debentur uigore ſtatuti, quia ſtatutum dicit, victus victori condemnetur in expenſis, iuſta cauſa litigandi non excuſat ab expenſis, vt dicit expreſsè Ange. in d. l. non ſolùm.& Ange. in auth. de exhib. reis. circa princ.& Albe. de Ro.& Iaſ. in d l. properandum §. ſinautem alterutrum.& in 2. parte ſtatutorum. q. 192. incip. quid ſi ſtatuto cauetur Et pro hoc facit, quia iſtæ conſtitu. debent intelligi, vt aliquid addant vltra ius commune, ſecundùm Bar. in l. 2. ff. de vſuca. & in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec. Sed aduerte, quia, ut refert Iaſ. in d. §. ſinautem alterutrũ. multi Doct. tenent contrarium, vt fuit Bal. in d. l. terminato. vlti. col.& in l. eos. §. cautione. 2. colum. C. de appella.& Ale. de Imo. in d. §. ſinautem alterutrum.& Raph. Fulgo. in cõſil. 50. inci præſuppoſitis duobus ſtatutis, tamen ego obtinui ſecundùm illud dictũ Ang. in d. l. non ſolùm, quia iſta conſt. dicit, ꝙ fiat cõdẽnatio in expẽſis rõne victoriæ, quos victos ignorantię cauſa probabilis & euidens. non excuſat Et ſic expreſsè vult, ꝙ iudex victum victori debeat condẽnare ad expenſas, nulla habita ratione, ſi habuerit iuſtam cauſam litigandi. Sed in ſacro conſilio malè hoc obſeruatur, quia ſemper abſoluit ab expẽſis ex cauſa iuſta ipſum victum. Et ſic iſta conſti. ligat iudices omnes, & non ipſum regem, vel eius ſacrum cõſilium. Et hoc ideo, quia eſt exorbitans à iure communi. quod vult, ꝙ iuſta cauſa litigandi excuſet ab expenſis, per iura ſup. allegata, tunc conſt. exorbitans non ligat ipſum condentem per ea, quæ dicit Alex. in l. 1. in prin. ff. quod quiſque iur. Et ſi diceres mihi, ꝙ iſta conſt. nullum nouum inducit, quia dicit, diuorum principum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærendo &c. Reſpondeo. fateor, ꝙ in hoc caſu inhæret conſtitutionibus principum. ſ. ꝙ victus victori in expenſis condemnetur, ſed inquantum dicit, victos, quos ignorantiæ cauſa probabilis & euidens non excuſat, ſtatuit nouum ius, vt probabilis cauſa litigandi eos non excuſat à condemnatione expenſarum. & hoc eſt nouum, quod inducit iſta conſti. contra
3 ius commune. †Iuxta iſtam conſti. quærit hic And. vtrum iuramentum calumniæ excuſare habeat victum, vt non cõdemnetur ad expenſas? Et concludit, ꝙ iuramentum calumnię habet ipſum excuſare ab expenſis. Idem firmauit ipſe And. ſup. in conſti. pœna calum. in hoc. 1. lib. ſub rub. 14. & ibi dixi in 4. nota. & hoc per gloſ. in §. oportet. in authen. de iudi. ſed Bartol. in d. §. ſinautem alterutrum. tenet contrarium, & in multis alijs locis allegatis per Ale. ibi. Et iſta opi communis, ſecundum Salv. in l. qui crimen. in fin. C. qui accu. non poſ. & eam tenet Inno. in d. c. finem litibus.& Ludo. Ro. in l. 3. Idem tenet in l. 1. in princ. ff. de iureiu.& Bal. in d. l. generaliter in 3. colum. ideo aliter hic non me extendo. Secundò quęrit hic Andr. vtrum iudex appellationis poſſit condemnare ad expenſas factas in prima inſtantia, in qua iudex à quo non condemnauit? Et arguit ad partes. Et primò ꝙ iudex cauſę appellationis poſſit condemnare ad expenſas omiſſas in prima inſtãtia, & hoc per tex. in l. omnem honorem. C. quando prouoca. non eſt neceſſ.& ſi iudex appellationis cognoſcit de principali, ergo de acceſſoriis. In cõtrarium facit, quia iudicis officium expirauit per ſententiam latam, in qua omiſit iudex condemnationẽ expenſarum. vt in d. l. 4. C. depoſi. Quomodo ergo iudex appellationis ſupplebit, licèt pars poſſit agere contra iudicem, qui omiſit &c. per d. §. ſinautem alterutrum.& C. de fructib. & lit. expen. l. terminato. Bene iudex cauſæ appellationis poterit condemnare ad expenſas factas in cauſa appellationis, vt ff. de re iudi. l. fin. C. de appel. l. negotiorum.& ff. de vſu. l. rector. & C. de decur. l. 2. libr. 10.& in Specu. in tit. de expenſis. §. nunc videndum reſtat. Quibus adde, ꝙ primam partem tenet Inno. in ca. ſæpe. de appel.& eum ſequitur ibi Philip. ſuper glo. fin. in fin. verſi. 7. quęritur. vbi dicit, ꝙ iudex cauſæ appellationis non ſolùm condemnabit ad expenſas factas coram eo in cauſa appellationis, ſed ad expenſas factas in proceſſu cauſę principalis, quia iudex appellationis ſuccedit loco iudicis à quo c. Raynu.& c. Raynald. extrà de teſta.& not. glo. 12. diſtin. c. illud. ſicut ergo iudex appellationis poteſt addere & reformare in totum, vel in partem, vt in dictis iuribus, codẽ modo poteſt condemnare in omnibus expenſis, ſi iudex à

quo

quo iniuſtè omiſſit, & poterit abſoluere ab expenſis, ſi iudex à quo iniuſtè condemnauit, quia non ſolùm tota cauſa ad eum deuoluitur, ſed etiam officium primi iudicis, ſecundum Innocen. & Bald. in d. cap. ſæpe in 3. colum. fallit in expenſis ſententiæ interlocutoriæ, vt latè ibi per Abba. & Philipp. prædictum.
4 † Secundò nota ex text. quòd ſuper acceſſorijs poteſt ferri ſententia incerta, videlicet cõdemno in expenſis taxandis. ad idem text. in l. terminato & ibi Bal. in quarta not. Et ſic valet iſta petitio, peto rem cum fructibus, vt dicit Bald. in d. l. terminato. in 2. colum. allegat Inno. in multis locis, vt ibi per eum. Cui addo. Cyn. in l. cum propria. C. ſi quis alteri vel ſibi. vbi valet petitio generalis ſuper acceſſorijs, puta fructibus, vnde de neceſſitate non ſunt fructus ſpecificè ſpecificandi, quando petitur res cum fructibus, vt firmat Alexan. in 2. volum. conſi. 90. in 5. colum. & in l. ſi filius. §. 1. ff. de verborum obligationibus. Tertiò not. ex text. maximam eſſe differentiam inter probationem expenſarum litis factam per legitimas probationes, & probationem expenſarum factam iuramento illius, qui vicit per ſententiam, in qua fuit dictum, victus victori condemnetur in expenſis, quia primo caſu, quando expenſę ſunt legitimè probatę, non requiritur, quòd iudex illas taxat, ſed in ſecundo caſu iudex dato iuramento parti illas taxat, & moderatur, tex. eſt hic. & in conſtitu. accuſatorum, & not. in l. ſancimus. iuncta authen. poſt iuſiurandum. C. de iudic. & Bald. ibi in 2. colum. verſi. ſecundò oppono, quòd non fiat taxatio. & gloſſ. in cap. cum olim. lo ſecundo, de priuileg. cum concord. allegatis per Specul. in titu. de expenſis. §. poſtremò. in princip. & idem firmant Docto in c. dilecti, de foro competen. hic non ſunt glo. nec And. aliquid vltra dixit. Et licèt materia iſta expenſarum litis ſit multum diffuſa, & ampla, tamen iure communi ſatis eſt nota, vt patet in locis præallegatis, & per Lucam de Penna in l. 1. C. de ſumptuum recuperatio. libro 10. & per Hoſtien. in ſum. de dolo & contumacia. §. qua pœna. & in c. finem litibus. de dolo & contumacia. per ſcribentes, & in l. fi. C. de fructi. & li. expen. & in d. l. ſancimus. & vide inf. in conſtit. exceptiones.

ANNOTATIONES.

a Adde,] quod debet intelligi de expenſis neceſſarijs vtilibus, & moderate factis, ſecundùm gloſ. magiſtralem in c. finem litibus. extrà de dolo & contumacia. item veniunt tantummodo expenſæ factæ in lite. non autem habetur ratio aliorum damnorum. Secus quando expenſæ ueniunt ratione contumaciæ, uel retardi proceſſus, glo. eſt ſolemnis & ſingu. in l. 1. ff. de aliena. iudi. mut. cauſa fact. in glo. fi. uerſi. tenebitur. quam Bart. ibi multum not. & reputat mirabilem, & idem Bartol in l. eum quem temere. ff. de iudic. Specul. & Ioan. And. in tit. de expen. §. fi. verſi. quid ſi victor artifex. Batius.

b Cauſa.] In hac materia expenſarum quando excuſetur quis, uide latè apoſtil. Dyn. in regula. cum quis, de regu. iur. lib. 6. in nouis impreſſionibus, ſuper litera. B. & Lanfran. de Oria. in repet. ca. quoniam cõtra. de proba. in uerb. expenſæ. latis per moder. in l. properandum. §. ſin autem. C. de iudi. Soci. in tract. fallen. in regu. 139. Philip. Deci. in reg. qui in alterius. col. 4. de reg. iur. Batius.

De ſalario pro ſcriptura ſententiarum. Rubrica XLIII.

DICTVM eſt ſuprà titu. præcedenti, quod victus victori debet condemnari ad expenſas litis, verùm quia poterat dubitari, vtrum in iſtis expenſis litis computentur expẽſæ, quæ fiunt pro ipſa ſententia in ſoluendo iudicibus, & baiulis, & magiſtro actorum. Et de iſtis expenſis pro ſententia, in quantum ſunt taxatæ, non erat dictum, ideo ſequitur immediate hæc rub.

SVMMARIVM.

1 *Curia baiulorum pro viribus ſententiæ centeſimam partem æſtimationis rei in iudicium deductæ debet habere.*

2 *Iuſtitiarij & eorum iudices & actorum notarij an poſſint exigere centeſimam pro viribus ſententię.*

3 *Sententiam pro ſe referens magiſtro actorum ſua iura ſoluere debet.*

4 *Sententia damnans actum victori in expenſas, ad quas dicatur extendi.*

PRO Scripturis. Iſta conſtitutio, prouidet ſolùm quantùm ad baiulos, & iudices, & notarios actorum curiæ baiulorum, & non in alijs tribunalibus. Et hoc intendit. pro viribus ſententiæ in curijs baiulorum non ſoluatur, niſi centeſima pars æſtimationis in litem deductę, quam ſoluere debet ille, qui habuit ſententiam in ſui fauorem, vel ille, qui voluerit in ſcriptis habere ipſam ſententiam. Et diuiditur baiulos. & iudices, & actorum notarios pro portionibus. Et poſtea ipſas expenſas victore recuperabit à victore, ex quo
1 fuit condemnatus in ſententia. † Not. s. in centeſimã partem. quòd curia baiulorum pro viribus ſententiæ diffinitiuæ debet habere centeſimam partem æſtimationis rei deductæ in iudicio, ſed diuiditur inter baiulos, iudices & actorum notarios proportionabiliter, & iſta centeſima eſt vltra triceſimam, quæ eis debetur, vt ſup. in conſtitu. conſtitutionum prædeceſſorum. in 5. lib. ſub rub. 70. Et pondera, quòd dicit text. portionibus, & nõ dicit ęquis vnde portio erit, prout eſt conſuetum, vt not. in l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verbo. ſignifica. aliàs intelligitur ceſſante vſu, vel continuatione, ęquis portionibus, ut ibi dicitur, quia conſuetudo habet vim pacti, vt dicit glo C. de decre. decu. in rub. lib. 10. & Bald. in l. liberti. in 15. colum. verſic.
2 quæritur de eo. C. de oper. liber. † Sed iuxta hoc quæro, an iuſtitiarij, & eorum iudices, & notarij actorum poterunt exigere iſtud ius pro ſententia. Reperio quoddam c. regis Caroli Secundi editum in planitie ſancti Martini, quod in capit. Item ſtatuimus, ꝙ ſine magna curia. char. 22. vbi dicitur, ꝙ iuſtitiarij, iudices, & actorum notarij pro ſubſcriptionibus, vel ſcripturis ſententiarum nihil debẽt exigere, cum iuſtitia aliquo modo vendi non debeat, ſed debent eſſe contenti ſuis ſalarijs. fortè tunc temporis actorum notarij habebant gagia à regia curia. Sed quid dicendum hodiernis temporibus, in quibus actorum notarij non ha-
a bent gagia à regia curia? Dico[a] quòd regina Ioanna ſecunda in ordinatione rituũ magnæ curiæ voluit, ꝙ actorũ notarij pro ſcripturis ſententiarũ poſſint recipere, prout eſt laudabiliter obſeruatum, & incipit ille ritus, Itẽ ꝙ magiſtri actorum. in 4. char. 1. colum. In regia camera ſummariæ eſt obſeruantia, ꝙ pro ſententia excedente ſummam centum ducatorum ſoluantur magiſtro actorum tareni quinque, & à centum ducatis infrà tareni duo. Audio ꝙ rex noſter catholicus taxauit iura ſententiæ competentia magiſtris actorum in ſacro conſilio, & in magna curia vicariæ. & quia dictam taxam non uidi authenticam. ideo non re-
3 fero. † Secundò not. ex text. ibi, quàm à uictore. ꝙ ille, qui habuit ſententiam pro ſe, debet ſoluere iura, quæ competunt magiſtro actorum, & eadẽ iura poteſt recipere ab eo, qui cupit pro ſuo intereſſe. & ipſam ſententiam in ſcriptis habere, ſubaudi, fidẽ facientẽ, & ſic de validis, & nõ de inualidis, ut uoluit Bero. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bono. poſſeſ. contra tab. & Barto. in l. diuus Traianus. ff. de teſta. mili. Alex. in 2. volu. conſi. 3. Pro hoc facit, quod dixit Bal. in c. 1. in princ. ſi de inue. inter dominum & uaſſ. lis ori. ubi in dubio appellatione probationis intelligitur de plena, ut no. in l. Lucius. ff. de condi. & demon. Sic etiam dicimus, ꝙ qui facit aliquem actum, videtur eo propoſito facere, ut habeat effectum, ſecundùm Bal. in l. proinde. §. Papinianus. ff. de acqui. hæredit. Et ſic ille, qui dat ſcripturam ſententię pro ſalario taxato à lege, intelligitur, ut illa ſcriptura habeat effectũ, id eſt quòd legitimè probet. quod facit contra notarios, qui dant copiam, quę non facit fidem
4 nam tenentur dare aliam, quę faciat fidem. † Tertiò nota. ex text. ibi, ſalarium autem. ꝙ ſententia, quę condemnat victum

victum victori ad expenſas, extenditur, etiam ad expẽſas, quæ fiunt pro ipſa ſententia habenda in forma probante. Et ſic poteſt fieri condemnatio ad expenſas faciendas neceſſarias, ſecundùm Inn. in c. cum veniſſent. de eo qui mit. in poſſ. poſtquam in condemnatione expenſarum veniunt expenſæ faciendæ pro ſententia, ex quo illæ ſunt neceſſariæ, & iudex de illis tacitè intellexit. Bene facit ad hoc id, quod dicebat Angel. in l. ſi vir vxori. ff. ad leg. falcid. quòd vbi quis facit expenſas, quæ ſpectabant ad alium pro parte, ſemper intelligitur expendiſſe eo modo, quo ille tenebatur, & non vltra, vel minus hic non ſunt glo. nec And. aliquid ſcribit.

ANNOTATIO.

a Dico.] Dic tu in char. 1. in noua impreſſione ſub rubr. de off. magiſtrorum actorum & ſubactuariorum. col. 1. vide alium ritum, qui incipit, item ꝙ actorum notarij pro ſcripturis ſententiarum. vbi habetur, ꝙ actorum notarij nihil accipere debent pro ſcripturis ſententiarum fo. 12. in noua impreſſione. col. 1. circa ſi. Batius.

De cauſis in iudiciis cito decidendis. Rubr. XLIIII.

SVPRA proximè dixerat legiſlator, iudices neceſsitatos eſſe pronũciare ſuper expenſis litis, quãdo diffinitiuè pronunciant in cauſa principali. Et deinde taxauit iura competentia baiulis, iudicibus baiulorum, & magiſtris actorum pro ipſa diffinitiua ſententia. Nunc monet vniuerſos iudices regni, vt cito decidant cauſas per diffinitiuas ſententias, ne propter phylacterias aduocatorum iuſtitia tardetur. Et ideo ſtatuit terminum, quando aduocati ſunt audiendi. Et poſtquam ſunt auditæ eorum diſputationes, & ſic in cauſis concluſum procedat ad diffinitiuam ſententiam cito, prout poſsibile fuerit. Et pro hoc videtur corrigi conſtit. ſup. in 3. lib. quæ incipit, hac lege.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa examinari debet, antequam diffinitiua proferatur ſententia.*
2 *Iudex verboſis aduocati loquelis finem imponere debet.*
3 *Iudex quatenus aduocatos cauſarum audire debeat.*
4 *Diſputatio aduocatorum in cauſa an ſit de ordine iudiciario.*
5 *Publicatio teſtium an ſit de ſubſtantia ordinis iudiciarij.*
6 *Concluſio in cauſa poſt teſtium publicationem an ſit de ordine proceſſus ſubſtantialis.*
7 *Sententia an ſit nulla, in qua dicitur, viſa concluſione, ſi in proceſſu nulla inueniatur concluſio.*
8 *Iudex prouidere debet, quòd partes concludant in cauſa.*
9 *Iudex condemnare poteſt ad expenſas partem prorogantem concluſionem fruſtratoriè.*
10 *Iudex ſecundùm Deum & iuſtitiam iudicare tenetur.*
11 *Iudices an ſtatim pronunciare debeant poſt concluſum in cauſa.*
12 *Breuitas in multis commendatur.*
13 *Aduocati in cauſarum deliberationibus ſunt vocandi.*
14 *Iudex ſub certo peremptorio termino ambas partes citare debet ad publicandos teſtes examinatos.*

VNIVERSOS & ſingulos. Votum & deſiderium regis eſt, quòd vniuerſi & ſinguli iudices regni cauſas bene examinatas cito decidant per diffinitiuas ſententias, & cum iſto voto regis debent iudices ſe conformare, ſicut præſumitur iudex eſſe conformis menti legis, vt dicit Bald. in l. ſi is qui. C. ſi pend. appel. mo. inter. remotis phylacteriis aduocatorum, ſed ipſos audiant, quatenus neceſsitas cauſarum expoſtulat, poſt publicationem, & concluſionem in-
tra duos dies. Et ſic per duos dies datur audientia aduocatis in qualibet cauſa, & non plus ad diſputandum de iure
ſuper probationibus factis. Et ſi principales litigantes, vel
aduocati eorum ſint tardi, & pigri, altera parte inſtãte mulctetur in expenſis probandis per ſacramentum partis inſtãtia, præuia iudicis taxatione, & moderatione. Et licet fuerit ſtatutum, ꝙ iudices intra 10. dies poſt concluſum in cauſa debeant diffinire cauſas, tamen impoſsibile eſt hoc ſeruari poſſe propter multitudinem cauſarum, ideo remittitur iudicis arbitrio, vt ad diffinitiuam, ſecundum deum & iuſtitiam procedant. h. d. vſque in fi. iſta conſtitu. bene glo.
1 †No. 1. ex text. ibi, examine. ꝙ cauſa, antequam diffinitiua
proferatur ſententia, debet examinari, & poſtquam eſt bene examinata, & ſeruati ſunt termini ſubſtantiales, debet
a cito expediri per iuſtitiam. hoc bene[a] probat text. in l. qui
ſententiam. C. de pœnis. & in l. fin. ibi, inſtructa. C. de proba. & l. vbi. C. de falſis. 2. q. 1. c. Deus. Et iſtud eſt deſideriũ regnãtis. ſ. ꝙ ritè & rectè iudicetur, & ſine examinatio negotio, aliàs dicitur, nimis cito procedis. & eſt hoc reprobatum, vt in l. nimis properè. C. de ex. rei iudi. & ff. de custo. reo. l. ne quis. In multis enim eſt accelerandum, & in multis eſt tardandum, vt colligit gl. in c. fin. in verbo, celeritate. de elec. lib. 6. Secundò not. ex tex. ibi, aduocatorum phylacteria. ꝙ iudex aduocatos paraboIanos, qui inculcant eorum verba per ſynonyma, & cum verbis ſuperfluis potius orando, quàm iura clientulorum patrocinando debet reprehendere, & interrumpere, ſecundùm And. hic, glo. 3. allegat euangelium, & non dicit ubi. dic ꝙ eſt euangelium Matth. 23. c. & ibi Nico. de Lyra declarat, quid ſit phylacte
2 ria, vt ibi per eum. †Imponit ergo iudex finem verbolis loquelis aduocati, vt dicit text. in l. proximè. in fin. ff. de his quę in teſt. delen. Sed quando loquitur pertinenter, debet ipſum patienter audire, vt in l. quiſquis. §. pen. C. de poſtu. poteſt etiam iudex facere oppoſitionem contra partem, & eius aduocatum, vt in l. Offidius. ff. de leg. 3. Bene ad hoc facit illud Boetij. t. de conſula. quem refert Luc. de Pen. in l. 1. C. de lucr. aduo. Miror quemadmodum religioſæ aures audire feſtinent huiuſmodi diſputationes aduocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad ſubuerſionem veritatis proficiunt &c. Sunt enim nonnulli iuuenes aduocati, quibus nulla eſt obſcuritas in legibus, & iſti ingerũt quæſtiones ex ſtudio, & ad ſuam intẽtionem obſcuritatem introducunt, vt in auth. conſt. quæ ex aſcriptitijs. colum. 5. hi ſunt, qui grandis aut tortuoſo uiſu ſeſe pluſquam neceſſe eſt exercentes, ex nimia ſubtilitate ſæpe falluntur. 49. di. hinc etenim hi vocantur callidi & fatui, vt in d. auth. conſti. quæ ex aſcriptitijs. §. 1. hoc habui à Lu. de Pen. in l in 3. colum. circa fi. C. de profeſſo. qui in vrbe Conſtan. lib. 12.
3 †Tertiò no. ex tex. ibi, neceſſitas exegerit. ꝙ iudex debet audire aduocatos cauſarum eatenus, quatenus eſt neceſſariũ pro dubijs decidendis de iure ſuper probationibus factis, vt probat iſte tex. ad diſputandum de iure, quod nota contra iſtos aduocatos, qui volunt factum diſputare. Quartò no. ex tex ibi, publicatorum. ꝙ poſtquam eſt publicatio teſtium facta, & concluſum in cauſa, intra duos dies aduocati debent diſputare & iure, & non in facto, ꝙ ſic eſt, vel nõ eſt, nam quęſtio facti eſt, vbi debent probationes recipi, dicit Bald. in c. ſæpe. de appell. & non facta publicatione non debent aduocati diſputare. quis poteſt peti repulſa, & fieri prǽſentationes ſcripturarum, ſed poſtquam eſt in cauſa cõcluſum, & ita ſeruatur. Et ſic debet dicere iſte text. & concluſum in cauſa, & non debet dicere ad concludendum, quia prius concluditur, & poſtea dantur aduocatis duo
4 dies ad diſputandum in iure. Sed hic quæro, vtrum † diſputatio aduocatorum in cauſa ſit de ordine iudiciario in hoc regno? Iſta conſti. videtur ſentire ꝙ ſic, & hoc videtur ſentire glo. hic in uerbo, indulgentes. dum dicit, ꝙ diſputatio eſt de proceſſu. Diſputatio ergo ſonat ſuper dubiis, quę oriuntur in iure ex probationibus, ut ff. man. l. ſi fideiuſſit. §. quædam. Sed contrarium tenet hic And. ſ. ꝙ diſputatio aduocatorum nõ eſt de ordine iudiciario, vnde ualet etiam ſententia, quamuis aduocati non diſputauerint, quia gloſſ.
in l.

in l.prolatam.C.de ſen.& inter.om.iudi.& in ca.quoniam
cōtra falſam.extrà de proba, quando numerat ea,quę ſunt
ordinis iudiciarij non ponit diſputationem aduocatorum.
Et iſta pars eſt verior.Nec obſtat iſta conſti. quia diſputa-
tio aduocatorum exigitur ad reuelamen iudicum, qui ha-
bent ſententiare, quia merita cauſarum partium aſſertione
panduntur,vt C.ſi per vim vel alio modo.l.fi.Nam in mul-
tis iudex ſupplet officium ſuum impartiendo,etiā parte nō
petente,vt declarat Bar.in l.4.§.hoc autem iudicium.verſi.
5 3.quæro.ff.de dam.infec.† Secundò quæro, vtrum publi-
b catio teſtium[b] ſit de ſubſtātia ordinis proceſſus,ita quòd ſi
non ſit facta,& proceſſum ſit ad ſententiam diffinitiuam,
ſententia ſit ipſo iure nulla?Glo.in l.prolatam tenet,ꝙ pu-
blicatio ſit de ſubſtantia proceſſus, & ita videtur probare
iſta conſti.& glo.hic in uerbo,publicante.& dicit,ꝙ ambę
partes ſunt citandæ ad publicandum,ſcilicet antequam fe-
ratur ſententia. & cum gloſſ.tranſit hic And.Sed aduerte,
quia Bar.& And.in d.l.prolatam.tenet,ꝙ omiſſio publica-
tionis teſtium non reddit proceſſum, neque ſententiam
nullam ipſo iure,ſed dicitur lata contra ius partis,quando
eſt petita,& non facta,ſecundùm Io.Ana.in c.licet Heli.§.
cum igitur.de ſimo.per glo. in c.fi.de hær.lib.6.& pro hoc
c. 2.de accu.lib.6.reperio Bal.in c.1.§.item ſi uaſal.de coo
tro inueſti.& in c.1.ſi de inueſti. inter dominum & vaſ.lis
oria. tenentem, ꝙ valet ſententia omiſſa publicatione. Et
ſubdit,ꝙ in curia Romana non publicantur teſtes, niſi vſ-
que ad tertiam inſtantiam.hanc ſententiam firmauit Petr.
de Ancha.in conſil. 52.incip. omiſſio publicationis.& fir-
mat, ꝙ per omiſſionem publicationis non tollitur defen-
ſio, & ideo non redditur ex eius omiſſione ſententia nulla
per c.fi.præallegatum,de hęre.lib.6.Idem firmat Abb.Sic.
in c.cum dilectus.1.colum.de fide inſtru. & Lanfran.in c.
quoniam contra.in uerbo.interlocutiones.in 11.colum.de
proba.& dicit Ioan.de Imo.in c.cum.I. & A. de re iudic.ꝙ
iſta eſt communis opi.ꝙ omiſſio publicationis etiam peti-
tæ non vitiat ipſo iure,licèt poſſit appellari, & tamen ſi ap
pellat,valet ſententia. Nec obſtat opi.glo.hic,quia licet re-
quiratur publicatio in cauſa,ut hic, tamen nō dicitur hic,
ꝙ ſit de ſubſtātia proceſſus,vt dicit Abb.Sic. in d. c,cum I.
6 & A.& idem dicit Barto.in d l.prolatam.† Tertiò[c] quæro,
c an concluſio in cauſa poſt publicationem teſtium ſit de or
dine ſubſtantiali,ita ꝙ eius omiſſio vitiat proceſſum & ſen
tentiam? Tex.huius conſtitu videtur probare,ꝙ ante ſentē
tiam requiratur concluſio in cauſa glo. hic diſputat.& nō
concludit.ſed gl.in conſti.iuriſperitorum.tenet, ꝙ conclu-
ſio in cauſa ſit de ordine proceſſus. Andr. hic dicit,ꝙ ualet
ſententia ſine concluſione, ſi partes ante ſententiam petie-
runt à iudice,ꝙ proferat ſententiam,quia videtur tacitè cō
cludere,petendo ſententiam.Item ſi citetur ad concluden-
dum,& ſit contumax, dummodo iterato citetur ad ſenten
tiam, vt not.in l.iubemus.C.de iudi. Item quia gloſſ.in d.l.
prolatam,nō probat, quod concluſio ſit de ordine proceſ-
ſus.Item exemplo Salamonis in 3.lib.regum,iudex cum ſi-
bi conſtat de veritate,poteſt iudicare ſine concluſio.tranſ-
latiuè.in c.afferte.de præſump.& firmat Bart.in extrauag.
ad reprimen.in verbo, & figura iudicij. In contrarium fir-
mant Domini de rota, deciſ.5.tenentes in addi.ꝙ in cauſa
profana, ꝙ omiſſio cōcluſionis reddit proceſſum nullum,
allegat ca.quoniam contra falſam. de prob.& ca.dilectus.
de fide inſtru.& l. iubemus. C.de iudi.ſed in corpore deci-
ſionis tenent, ꝙ in cauſa beneficiali requiritur concluſio,
niſi ſit cā ſummaria, ſecus in profana ordinaria. Et poſt-
ea,idem in profana ſecundùm alios. ſed gloſ.in cle.ſæpe.in
verbo,concluſione.de verbo.ſign.tenet, ꝙ in foro ciuili nō
fit concluſio,ſed in foro eccleſiaſtico ſic.Idem dicit Io.An.
in addi.Spec.in tit.de renun.& concluſi in prin. Et ſic con
cluſio nō eſt de ſubſtantiali ordine iudicij, licèt iudex poſ-
ſit compellere partes, vt concludant, quando ſunt ſeruati
omnes termini, & valet concluſio facta inuita parte,vt di-
cit Bald.in c.2. ſi de inueſti.inter dominum & vaſ.lis oria.
dicit tamen idem Bald.in l.ne cauſas.C.de appel.ꝙ de iure
ciuili non vtimur concluſione in cauſa, niſi quando debet
fieri relatio princip, vt ibi. Et de effectibus concluſionis
cauſa,vide Fely.in d.c.dilectus.& Ant.de But.in c.auditis.
7 de procu.& Bal.in auth.qui ſemel.in fi.C.de prob.† Quar-
to quæro, quid ſi iudex in ſentētia dicat,viſa concluſione,
& in proceſſu non reperitur concluſio in cauſa,an ſenten-
tia ſit nulla? Dicit hic Andr.quòd non, quia concluſio in
cauſa non eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij,& propterea
dicit,quòd ſi narratur id,quod nō eſt verum, in ſententia,
quod non tangit ſubſtantiam, non redditur ſententia nul
la ſecus ſi tangeret ea,quæ ſunt ordinis iudiciarij, vel per-
ſonas neceſſarias in iudicio, videlicet quòd talis tanquam
procurator rei, vel actoris comparuit, & non conſtat in
proceſſu,quòd eſt procurator,tunc ſententia redditur nul
la,ſecundùm Andrę.hic in fi.inquantum dicit, ſecus ſi vi-
tium eſſet ratione perſonæ,vt in ca. cum ſuper abbatia. de
offi.deleg.Bene faciunt ea,quæ habentur in cap. cum Ber-
tol.de re iudica.quando iudex dicit mendacium,non refe-
rendo ſe acta, vt dicit Abb. Sicu. in c. quoniam contra.in
12.colum. Fallit,niſi iudex defectum perſonæ potuit ſup-
plere,vt quia interpoſuit decretū, quòd ille eſt verus pro-
curator, vel quòd decreuit illum eſſe tutorem vel curato-
rem,vt inquit Bald.in l.prima.§.1.ff.quod fal. tuto aucto.
Item ſecus in ſententia antiqua, nam poſt biennium præ-
ſumitur pro ſententia, & proceſſu,ſecundùm Hoſt.vt re-
fert Io.And.in c.in præſentia. de renun.& hoc refert Bald.
in c.1.in 5.col.de mili.vaſ.qui contu.eſt. & Alex. in 2.vol.
conſi.22.incip. viſo proceſſu.& conſi.3.incipien.viſo pro-
ceſſu.in 2.colum.& in conſi.136.incip.in cauſa.& ſit.in 5.
col & hoc verum,niſi pars appellaſſet.ita Bald.in l.emanci
patione.C.de fi.inſtru.vnde ſi partes fuiſſent præſentes, &
non appellaſſent, & ſententia eſſet antiqua, præſumitur
pro ſententia,licèt acta non reperiātur, vt ibidem per Bal.
Sed non pręſumitur pro ſententia antiqua,quando lata eſt
vna parte præſente,& alia abſente, ſecundum eum in d.l.
emancipatione. Inno.in c.quoniam contra.& ibi Abb. Si-
cu.in 10.col.de proba.& Alex.in 2.volum.conſi.199.inci.
8 viſo & diſcuſſo proceſſu.† Quintò no.ex tex.ibi, & conclu
ſum in cauſa.ꝙ iudex debet vigilare, quòd partes conclu-
dant in cauſa.An autem ſit differentia inter concluſionem
& renunciationem? Reſpondeo, duæ ſunt renunciationes
& concluſiones in cauſa, vna eſt in teſtibus, quando ſunt
publicati,& didicita teſtificata. Et iſta dicitur renūciatio,
& concluſio ſpecialis quò ad teſtes. Alia eſt renunciatio &
concluſio generalis in fine cauſæ,& poſt iſtam nō poſſunt
fieri probationes per ſcripturas, niſi ſint reſeruatæ earum
productio,& impugnatio.& de hoc plenè per ſcribētes.&
maximè per Fely.in d.c.dilectus. de fide inſtr.cū concord.
allegatis ibi per eum. Sextò no.ex text.ibi,quorum ſegni-
tiem.quòd punitur ſegnities & tarditas aduocati in diſpu-
tando in expenſis integris alteri parti, quod non memini
ma alibi legiſſe. Fallit, niſi eſſet aduocatus aduena, qui ne-
ſciret iſtas regni conſti quia non intelligitur eſſe piger,qui
ignorat,vt dicit Bald.in rub.de appel.in decretalibus,in 6.
9 col.† Septimò no.ex tex. ibi,qui concludere nolunt. quòd
ſi iudex vidit partem fruſtratoriè prorogare,condemnabit
ad expenſas litis ſacramēto partis,ſecuta taxatione,& mo-
deratione iudicis,quod non memini alibi me legiſſe,ꝙ an-
te ſententiam pars differens concluſionem poſſit condem-
nari ad expenſas probandas iuramento partis cum mode-
ratione & taxatione iudicis.Bene tamen legi,quòd in cau-
ſa appellationis veniunt expenſę ratione tardati proceſſus,
vt in l.non ignorat.C.de fru.& lit.expen.& Bald.in capitu.
ſæpe.de app & ſic no. iſtum modum compellendi partem
ad concluſionem.Et ſi poſtea ſequatur cōcluſio, non pro-
pterea recuperabit expēſas ſolutas niſi in caſu, quo per ſen
tentiam fuiſſet aduerſarius condemnatus ad expenſas, nō
intelligeretur de expenſis ſemel ſolutis, quia ſemel tan-
tùm ſunt reficiendæ, ſecundùm Bal.in ca.ſæpe.de app.ar.
10 l.ſi ſeruus.§.bene.ff.de condi.furti.† Octauò no.ex text.ibi
d ſecundùm Deum, [d] & iuſtitiam. ꝙ legiſlator onerat iudi-
ces ad iudicandum ſecundum Deum & iuſtitiam,i.ſecun-
dùm veritatem, quia Deus veritas eſt, & iuſtitia de cœlo
proſpe-

proſperit. Et ſic iudex cum miſericordia debet iudicare;
quia iuſtitiæ & veritati concomitatur opus miſericordiæ,
vt in Pſal. 88. in princip. & ibi gloſ. Nicola. de Lyra. omnia
ergo ſunt cedenda varitati. 8. diſtinct. cap. veritati. cap. qui-
cunqua 81. diſtinct. veritas ergo debet præferri conſuetu-
dini & ritul curiarum, vt in d. c. veritati. quia Chriſtua non
dixit, ego ſum cõſuetudo, ſed dixit, ego ſum veritas. Et ego
ſolitus ſum dicere, quòd quando pro aliquo maleficin in-
culpatus fugit, ne veritas inquiratur, eſt magnũ indicium
contra eum, quia dicit Bald. quòd videtur quodammodo
confiteri, ſecundùm Bald. in l. de crimine. C. de adult. nam
propter fugam ſeipſum accuſare videtur, argum. l. prima.
§. ſi quis. verſ. ſi cum dominus. & l. ſi quis in graui. §. de his
autem. ff. ad Sylla. cum concord. allegatis per Gandi. in ru-
bri. de indiciis, quibus proceditur ad torturam in 2. colũ.
nam qui confidit de innocentia ſua, non vadit per mendi-
cata ſuffragia, ſed feſtinat, vt veritas inquiratur. l. ſi fideiuſ-
ſor. §. quædam. ff. manda. ſecundùm Bald. in cap. licet cau-
ſam. in 5. char. de proba. & dicit Bal. in l. fin. C. de maleſ. &
mathe. quòd nullus debet facere, ꝙ veritas non poſſit appa
rere, quod facit contra teſtem cælantem veritatem in cau
11 ſa criminali. † Nonò no. ex tex ibi, infrà decem dierum. ꝙ
illa conſtitut. quæ incipit, hac lege. in primo libro, ſub ru-
bri. 39. quæ vult, quòd iudices intra decem dies, poſt con-
cluſum in cauſa, debeant pronunciare, non poteſt ſerua-
ri propter multitudinem cauſarum, quæ ſunt coram iudi-
cibus ordinariis conſtitutis a regia maieſtate, & ideo poni
tur in arbitrio iudicantium, vt iudicent, quando poſſunt,
remota negligentia. In gl. 1. hæc gloſ. ponit ſummarium in
hac conſti. In gl. 2. in prin. dic, vt dixi in 2. no. In eadem ibi
& Salomon. hæc gloſ. probat per multa iura, quòd breues
debent eſſe ſermones, dummodo non omittatur, quod eſt
neceſſariũ. Et ſic intelligitur illud, ꝙ nõ eſt multùm loquẽ-
12 dum. † Et dicit gl. ꝙ Galſi diligunt breuitatem, & ſic breui
tas commendatur. l. fi. §. in refutatoriis. & ibi Bal. C. de ap-
pel. Et gaudent breuitate Moderni, vt no. glo. in l. 1. ff. quod
met. cau. & breuiter eſt reſpondendum, vt in ca. ſuper his.
accuſa. ſicut etiam breuis debet eſſe ſupplicatio, quę prin.
offertur, vt in l. fi. C. de preci. imper. offer. & de appel. l. am-
pliorem. §. in refutatoriis. quæ iura allegat Luc. de Penn. in
rubr. C. de leg. lib. 10. in ver. 12. caueat. & ibi allegat multa
moralia de breuitate ſeruanda. In glo. 3. in verbo, indulgen
13 tes. in princip. dic vt dixi ſuprà in 2. nota. † In eadem. ibi ſed
alij aduocati ſic. no. iſtam gloſ. quòd aduocati debent vo-
cari in deliberationibus cauſarum, ſcilicet illi, qui nõ ſunt
aduocati in illa cauſa, allegat l. cuſtodias. ff. de publ. iud. Et
ego vidi tempore Regis Ferdinandi Primi, quando Reue-
rendus Dominus Archiepiſcopus Neapo. antequam fuiſ-
ſet Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, fuit præſidens in
conſilio, & in deliberationibus cauſarum adhibebat vota
aduocatorum in cauſis, ſcilicet illorum, qui non erant ad-
uocati in illa cauſa, & eis dabat partem triceſimæ. In ead.
ibi, intellige in hac conſtit. quòd diſputatio eſt de proceſ-
ſu. dic, vt dixi ſup. in 4. no. in 1. q. In glo. 4. in verbo publica-
14 torum. in fi. no. iſtam glo. † quòd iudex ſub certo perempto
rio termino, ſ. parte inſtante, debet citare ambas partes ad
publicãdum teſtes examinatos hincinde. facit c. conſuluit.
de off. deleg. cum ſimi. In gl. 5. in verbo, concluſionem. dic,
vt ſup. dixi. in 4. no. in 3. q.

ANNOTATIONES.

a Bene.] An & quando cauſa dicatur inſtructa, dic antequam eſſent da-
tæ dilationes ad probandum, vt per Alexan. in l. poſtquam liti. C. de
pact. facit tex. in c. ſuborta. & in c. cum Bertol. extra de re indica. vel
quando eſt in terminis, in quibus finiri poteſt c. dudum. lo primo, ex-
tra de elect. & c. ex parte decani. extra de reſer. c. capientes. §. ſi verò.
iuncta gl. in verbo, inſtrui. de elect. lib. 6. Batius.

b Quæro.] Adde, quòd communiter tenetur, quod omiſſio ſupplicatio-
nis non vitiat proceſſum, de quo vide late per Abba. & Fely. in c. cum
I. & 2. de re iudica. & Bartol in l. prolatam. C. de ſentent. & Corne.
conſil. 102. colum. fina. in litera B. in 2. volumi. Adde etiam, quod ho-
die in regno publicatio fit ipſo iure, per regiam pragmat. quæ inci-
pit, curſu dilationum.

c Tertio.] Adde videndum Abb. & Fely. in d. capit. cum I. & 2. de re iu-
dic. & Card. in clemen. ſæpe. §. & quia. in 19. q. de ver. ſign. vbi dicunt
quod concluſio non eſt de ſubſtantia, ſed potius ex quadam conſue-
tudine. inde ſi omittatur, non vitiat proceſſum, tanto magis in cauſis
ſummariis, in quibus de neceſſitate nõ requiritur, ut eſt tex. in d. cle.
ſæpe. §. & quia. Idem tenet Io. And. in addi. Spec. in tit. de renuncia. &
conclu. in princ. & ibi vide per Specu. de reliquis facientibus ad hanc
materiam concluſionis. Batius.

d Deum.] Adde, quòd iudex, qui iudicat, Deum & iuſtitiam ante ocu-
los habere debet, per text. in l. quòd ſi Epheſi. ff. de eo, quod certo
loco. Batius.

De appellationibus. Rubrica XLV.

QVONIAM in præcedentibus dictum
eſt, quòd iudices in ſententiis debent vi
ctum victori condemnare in expenſis,
& quòd proferant ſententias ſecundùm
Deum, & iuſtitiam. Verùm quia appel-
latio eſt remedium contra iniquitatem
iudicantium, licet interdum iudex ad quem ſententias be-
ne latas in peius reformet, vt dicit Vlpianus in l. 1. in princ.
ff. de appella. Et appellatio eſt remedium non ad defenſio-
nem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ inſtitutum,
vt dicit text. in c. ſubiectum. & in c. cum ſpeciali. §. porrò.
de appellatio. & dicit Bald. in l. vnica. in fi. C. ſi de momen.
poſſeſ. fuer. appell. quòd appellatio eſt theriaca contra ve-
nenum iudicis, & ęmula ſententiæ, ideo poſtquam lata
eſt ſententia, licet illi, contra quem lata eſt, appellare,
quia effectus appellationis eſt defenſio. Et ſic de iure na-
turali, vt dicunt Moderni in rub. extrà de appel. & ſtatui-
tur hic ius nouum, prout infrà dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio diffinitiuam ſententiam ſuſpendit inſpecto euentu fu-
turo.*
2 *Dilatio vna & uniformis eſſe debet ad præſentandum appellatio-
nem & proceſſum regiæ curiæ.*
3 *Adire infrà triginta dies poteſt de iure is, cui delata eſt hæredi-
tas.*
4 *Terminus, qui per iudicem præfigitur, valet, ac ſi à lege ſtatue-
retur.*
5 *Iudex appellationis licitè poteſt abbreuiare tempus præfixum à
lege.*
6 *Factum legis auctoritate, fieri cenſetur ab ipſa lege.*
7 *Appellans nono die poſt latam ſententiam quinquaginta & nouem
dies habet ad præſentandum appellationem.*
8 *Dies de momento ad momentum non currit in actibus iudiciali-
bus.*
9 *Iudex ex officio poteſt pronunciare appellationem deſertam parte
non inſtante, licet præſentata poſt terminum debitum.*
10 *Appellans præſumitur appellationi renunciaſſe, ſi intra quinquagin
ta dies proceſſum non præſentauerit.*
*Sententia interlocutoria dicitur, quæ ſuper appellationis deſertione
fertur.*
11 *Appellans ſex impedimentis excuſari poteſt à proſecutione appel-
lationis.*
12 *Forma iuris à partibus de iure mutari non poteſt.*
13 *Conſenſus partis tacitus, vel expreſſus non poteſt facere, quòd ap-
pellatio deſerta ſit non deſerta.*
14 *Appellatio deſerta cenſetur ipſo iure, ſi proceſſus intra quinquagin-
ta dies non præſentetur.*
*Iudex à quo non appellatione deſerta poſſit ſuam exequi ſententiam
abſque noua citatione.*
15 *Inhibitio iudicis facta contra ius nullitatem actorum non inducit.*
16 *Sententia, à qua fuit appellatum, & non fuit præſentatus proceſſus
infrà terminum debitum, habetur, ac ſi non fuiſſet appellatum.*
17 *Appellans proceſſum & appellationem intra quinquaginta dies prę
ſentare tenetur.*
18 *Iudex ad quem an poſſit pręcipere notario, vt det appellanti copiam
proceſſus abſque ſalario.*

19 *Curia magna vicaria cognoſcit de cauſa appellationis ad regem deuoluta.*

20 *Curia magna vicaria in quo differat ab aliis iudicibus ſuperioribus.*

21 *Appellans non releuatur ab onere petendi apoſtolos.*

22 *Apoſtoli an ſint plures petendi à iudice à quo.*
Iudex à quo cuius expenſis apoſtolos dare debeat.

23 *Apoſtoli an ſint dandi appellanti clauſi, ſigillati, vel aperti.*

24 *Appellans de neceſſitate intra quinquaginta dies duo tenere facere.*

25 *Appellans appellatione, proceſſu & apoſtolis iudici ad quem præſentatis diſcedere non debet, ſed inſtare pro citatione.*

26 *Iudex ad quem an poſſit exceptionem ſuper deſertione appellationis appoſitam reſeruare in finem cauſæ.*

27 *Sententia an transeat in rem iudicatam, ſi appellans proceſſu præſentato diſcedat, & non ſolicitet proſecutionem cauſæ.*

28 *Fatali primo & ſecundo lapſo an appellans propter licentiam iudicis poſſit dicere appellato, appellationem non eſſe deſertam.*

29 *Fatale primum durat per annum à die interiectæ appellationis coram ſuperiore.*

30 *Appellatio an ſit deſerta, ſi intra quinquaginta dies pars appellata non citetur.*

31 *Principium eſt cuiuslibet rei pars potiſſima.*

32 *Appellans appellationem tunc proſequi dicitur, quando appellatum citare fecit ad proſequendum.*

33 *Appellans an iudici ad quem teneatur apoſtolos præſentare & litteras reſponſales iudici à quo.*

34 *Coniunctus an poſſit appellare pro coniuncto præſtando cautionem de rato.*

35 *Appellans intra quinquaginta dies præſentare debet appellationem, proceſſum & Apoſtolos, & inſtare pro citatione partis appellatæ.*

36 *Appellatione deſerta dici poteſt de nullitate ſententiæ.*

37 *Appellatio ſi ſit deſerta per lapſum fatalium, non poteſt dici de nullitate reſpectu inſtantiæ.*

38 *Iudex cauſæ appellationis ſententiam eſſe nullam iudicare poteſt.*

39 *Princeps proceſſum ex defectu ordinis iudiciarii nullum poteſt habere ratum.*

40 *Apoſtoli intrà quantum tempus debeant impetrari.*

41 *Præſentatio appellationis & proceſſus quibus fieri debeat.*

42 *Iudex ad quem etiam de voluntate partium non poteſt poſt dies quinquaginta recipere præſentationem appellationis & proceſſus.*

43 *Sententia boni viri executioni mandari poteſt, non obſtante appellatione.*

44 *Iudex idem an poſſit reuocare ſententiam latam ſuper deſertione propter impedimentum ſuperueniens.*

45 *Appellans quando renunciare poſſit appellationi.*

APPELLATIONVM tempora. Hæc famoſa & practicabilis conſtitu. continet in ſeptem dicta. Primum dictum eſt, quòd tempus proſequendæ appellationis de iure Authenti. poſt interpoſitam appellationem, per quam ſuſpenduntur diffinitiuæ ſententię in regnis vtriuſque Sicilię, eſt limitatum, & reſtrictum ad tempus infrà ſcriptum, & durat vſque ibi. ſtatuentes. Hic ponitur ſecundum dictum, continens ius nouum, in quo declaratur illud tempus limitatum, videlicet, quòd ſi ſententia diffinitiua proferatur à iudice ordinario habente iuriſd. à rege mediatè vel immediatè, ſiue iudice delegato à rege in quacunque parte regni & ab ea ſit appellatum ad regiam curiam, appellans debet intra quinquaginta dies à die interpoſitæ appellationis in curia regis præſentare ipſam appellationem, & proceſſum factum coram iudice à quo, & durat vſque ibi, & vt omnis. Hic ponitur tertium dictum, videlicet, quòd curia regis intelligitur magn. curia vica. & ſic dictæ magnæ curiæ intra quinquaginta dies, quando eſt appellatum ad regiam curiam, debet præſentari appellatio, & proceſſus, & durat vſque ibi, cęterùm Hic ponitur quartum dictum, videlicet, pone, quòd à ſententia diffinitiua inferioris iudicis non ſit appellatum ad regiam curiam, ſed ad alios iudi. maiores, q poſſunt cognoſcere ex ordinatione regia de cauſis appellationum, vtrum iſti iudices poſſunt ſtatuere terminum ad præſentandum appellationem, & proceſſum coram eis, vel ſeruabunt tempus quinquaginta dierum ſuprà ſtatutum. Et dicitur hic in litera, quòd poſſunt ſtatuere terminum breuiorem conſiderata diſtantia locorũ, & qualitatibus cauſarum, & perſonarum, ſed longiorem quinquaginta dierum non poſſunt, & durat vſque ibi, quę omnia. Hic ponitur 5. dictum videlicet, quòd appellans intra dictos quinquaginta dies, non ſolùm debet pręſentari iudici ad quem appellationem & proceſſum, ſed etiam literas apoſtolorum iudicis à quo, & durat uſque ibi, illud etiam pręſenti. Hic ponitur 6. dictum. quòd ille, qui pręſentauit iudici ad quem appellationem, debet inſtanter inſiſtere pro reſpõſione iudicis, ad quem fuit appellatum, quę reſponſio debet fieri per ſententiam diffinitiuam, & ſic debet inſtare in proſequendo intra quinquaginta dies ipſam appellationem, uidelicet citari facere partem appellatam intra quinquaginta dies, quod ſi non fecerit, ſententia remanet firma, & habetur ac ſi non eſſet appellatum, & durat vſque ibi, niſi. Hic ponitur 7 & ult. dictum, quòd licet appellatio ſit deſerta, tamen ſi ſententia allegatur nulla, & iudici conſtat de nullitate, poterit iudex pronunciare ſententiam eſſe nullam. & durat uſque in fi. & hęc diui-
1 ſio ſit loco ſummarij. † No. 1. ex tex. ibi, ſuſpenduntur. q ap-
a pellatio ſuſpendit [a] diffinitiuam ſententiam, & uirtutem
eius, inſpecto futuro euentu, ſed inſpecto pręſenti ſtatu extinguit uires, & pręſumptiones ſententię, ut in l. fi. & ibi glo. ff. ad turpil. & uoluerunt Bar. q Bal. in rub. C. de app. & Bal. & Ang. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & Bar. in l. furti. §. 1. ff. de his qui no. infa. Doc. in c. ſępe. de app. & io c. ueniens. de iureiu. no. in c. ſi à iudice. de ap. lib. 6. & Bal. in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſa. Secundò not. ex tex. ibi, limitati, quòd in regnis utriuſque Sicilię non ſeruatur tempus ſtatutum ad proſequendam appellationem, per authen. de his qui in ingre. ad appella. §. 1. collat. 5. ubi datur annus ad pręſentandum, & proſequendum appellationem & ex cauſa bienniũ. Et incipit iſte annus hodie a die interpoſitę appellationis, ut in clem. ſicut. de appell. & Ang. in auth. de iudi. §. appellatio, ſed hoc tẽpus ad proſequẽdum appellationem per pręſentationem appellationis, & proceſſus eſt limitatum ad quinquaginta dies. Et poſtea habet primum, & ſecundum fatale ad proſequendum, prout erat de diſpoſitione. d. auth. de his qui ingred. ad appella. & in authen. ei qui. C. de tempo. appell. de quo
2 per Azo. in ſum. C. in tit. de temp ap. pręalle. † Tertiò not.
ex text. ibi, in quacunque parte regni. quòd ad pręſentandum appellationem & proceſſum regię curię, uel magnę curię uicarię, una eſt ſtatuta uniformis dilatio, ſ. quinquaginta dierum, ſiue ſententia ſit lata in ultima terra regni, ſiue lata ſit in loco uicino mag. cur. uica. etiã per unam dietam. Si iudex ad quem terminum quinquaginta dierum non abbreuiauit, quod facere poteſt per iſtam conſtit. Et ego uidi fore ſeruatum, q quando appellatur à ſententiis latis per iudices inferiores diſtantes a mag. cu. uic. per unã dietam, mag. cu. reſcribit, q intra 15. dies tranſmittat proceſſum. Et ſi pars fuit negligens in pręſentando appellationem & proceſſum intra terminum abbreuiatum, trãſit ſententia in rem iudicatam, etiam ſi intra quinquaginta dies pręſentat appellationẽ & proceſſum cum apoſtolis. ſi pars appellata primò fecit inſtantiam, q declaretur, q ſit appellatio deſerta, quia illa abbreuiatio temporis facta à iudice in regno importat deſertionem cauſę appellationis, ſicut importat deſertionem appellationis, qñ intra 50. dies non
3 eſt pręſentata appellatio cũ proceſſu & apoſtolis. † Et pro
hoc facit, quia ille, cui delata eſt hæreditas de iure, poteſt adire intra xxx. annos l. licèt. C. de iu. deli. Et tamen iudex poteſt abbreuiare dictum terminum, & ſtatuere annũ ad adeundum,

adeundum, quo elapſo, ſi non adit, videtur renunciaſſe illi
tempori legali, ut no. in l. quandiu. la prima. ff. de acqui. hę
re. Bal. in l. ſi. in 6. oppoſi. C. qui admit. Ioan. de Imol. in l. ſi
quis inſtituatur. de hæredit. inſti. Alex. in a. vol. conſi. 4. in
5. colū. Et ſic ſemper à ſapientibus regni fuit interpretata
b pręſens conſtitutio. Et pro iſta interpretatione facit, [b] quia
de iure canonico, ſi iudex a quo ſtatuit terminum ad reci-
piēdum apoſtolos, quos ſibi offert, & ad iter arripiendum
ad ſedem Apoſtolicam pro impetrando reſcripto delegato
rio cauſæ appellationis, & ad fidem faciendam, vt in c. per
ſonas. & in c. cum ſit romana. de ap. & in c. licèt. de ſenten-
tia excom. lib. 6. & notant Innocen. & alij in ca. ex ratione.
de appel & in cle. ſicut. eod. titul. licet de iure Cord. habeat
annum, & ex cauſa biennium, de quo tamen in deciſ. Rotę
deciſione 1 5 5. incipiente, ſi certus terminus præfigatur. in
additione. Sed aduerte, quia iſte terminus datur à iudice à
quo, ſed hic detur à iudice ad quem, qui licet poſſit abbre
uiare terminum quinquaginta dierum. non eſt propterea
ſibi conceſſum per iſtam conſtitu. quod ſi non præſentetur in-
tra terminum abbreuiatum proceſſus, quòd ſententia tran
4 ſit in rem iudicatam. † Sed ad hoc reſpondetur, quòd iſte
terminus præfiatus à iudice habetur, ac ſi eſſet conſtitutus
à lege, quia lex ſibi permiſit. ſed ſi in termino quinquagin-
ta dierum dato à lege iſta non præſentatantur iudici ad
quem, tranſit ſententenria in rem iudicatam. idem in ter-
mino dato abbreuiato à iudice, poſtquam lex iſta permi-
ſit annunciationem, vnde iſta dilatio iudicis ſuccedit in lo
cum dilationis legis per id, quod dicit Bartol. in lege ſi quis
ſeruo. ff. de furt. In contrarium tamen facit, quia in hac
conſtitutio. nihil dicitur, quòd ſi non paretur in termino
abbreuiato per iudicem, ſententia firma manet, ſicut quan
do non paretur in termino quinquaginta dierum ſtatuto
per iſtam legem. Si enim voluiſſet, dixiſſet, non dixit, er-
go noluit. Operabitur ergo dicta abbreuiatio temporis
quandam comminationem. vt in l. interculocutio. & l. pro-
gramma. C. commi. vel epiſtol. Bene tamen poterit eum
mulctare, ſi cognoſcit iudex ad quem, quòd ſine impedi-
mento contempſit ſuam abbreuiationem termini prędicti
legalis per iſtam conſtitut. de quo in l. 1. §. is videtur. ff. ſi
5 quis ius dicendi. non obtemperan. † Item iſta abbreuiatio
temporis legalis permiſſa eſt à iure iudici appellationis, &
tamen iudex, qui dedit terminum breuiorem, poteſt il-
lud reuocare, vt dicit gloſſ. in l. ſiue pars. C. de dilat. & ibi
Baldum & Angelum. Et tamen ſi intra terminum legalem
quinquaginta dierum non præſentatur proceſſus, & pars
appellata inſtet, vt declaretur appellatio deſerta, & ſic
quod ſententia remaneat firma, iudex non poteſt aliud fa-
cere, niſi pronunciare appellationem deſertam. Et ſic eſt
dare differentiam inter terminum breuiorem, datum à iu-
dice, lege permittente, & terminum datum à lege. Dixit
mihi vnus ex regio conſilio, compater meus, quòd ipſe
pronunciauit appellationem deſertam, quia non partium
fuit dilationi abbreuiatæ ad præſentandum proceſſum, &
licèt fuiſſet appellatum ad ſacrum conſilium, fuit eius ſen-
c tentia confirmata. Nihilominus [c] ſi iſte caſu veniret mihi
de facto, ego dicerem, prout dicit Bald. in lege fina. in prin
6 cipio. C. de temperan. appella. † quòd id, quod expreſſa le-
gis auctoritate fit, ab ipſa lege fieri videtur, vt in lege pri-
ma. §. omnia. C. de veteris iure enucle. vnde cum iſta con-
ſtitutio det iudici ſpecialiter hanc poteſtatem abbreuian-
di dictum tempus, verbum iudicis, eſt verbum legis. de
damn. infec. lege quarta §. duas Et ſic non præſentato pro-
ceſſu intra terminum datum à iudice, videtur renunciaſ-
d ſe appellationi, nam pœna contumacis eſt. quia videtur [d]
renunciare appellationi, ſecundùm Baldum. in dicta l. fi-
nali in principio. per l. Papinianus. Sed pone quod intra
tempus præſentandi proceſſum fuit præſentatus per appel
lantem proceſſus defectiuus, & hoc conſtat per literas ma
giſtri actorum iudicis à quo, & poſt nunquam intra tem-
pora fuit illa pars proceſſus, quæ deficiebat præſentata, an
iudex ad quem poterit pronunciare appellationem deſer-
e tam? Dic quòd ſic, quia princeps philoſophiæ [e] plenus cen-
ſet nihil reputari, ſi aliquid ſubſtantiale remanet ad agen-
dum in his quę requirunt perfectionem ex debito iuſtitię,
vt in l. fina. & ibi Bald. C. ad Syllan. & Bald. in rubri. de con
trahen. emp. in 10. q. Bald. in l. æde. C. locati. allega. l. ita fu-
erit. ff. de manda. teſt. vide ſcriben. in l. quarta §. fina. de ver-
7 borum obligation & ibi concord. † Quartò not. ex tex. ibi,
quinquaginta dierum à die appellationis interpoſitę. quòd
ſi ſit appellatum nona die latæ ſententiæ, quòd ſibi eſt per
permiſſum per authen. hodie. C. de appel. & ſic habebit ap-
pellans 49. dies ad præſentandum appellationem, & pro-
f ceſſum numerandum à die latæ ſententiæ, [f] vt hic in gloſſ.
2. Et eſt ſciendum, quòd illi 10. dies currunt non à die la-
tæ ſententiæ, ſed à die ſcientiæ ipſius partis, quæ vult ap-
pellare, ut eſt firma concluſio ſcribentium in d. authen. ho
g die. Et currunt iſti quinquaginta dies à die [g] appellationis
interpoſitæ de momento ad momentum, ut firmat hic glo.
2. allegans aliqua ſimilia, ut uidere poteris. Cui addo, quod
contra gloſſ. facit illud, quod dicit Bal. in l. terminato ver-
8 ſicu. quæro, utrum dies. C. de fruct. & lit. exp. † ubi in acti-
bus in iudicialibus non currit dies de momento ad momē
tum, nam dies recipitur pro 24. horis. Et lata ſententia de
mane hora 16. per totam illam diem iudex poteſt ſupplere
in acceſſorijs, ut in l. Paulus. ff. de re iudica. & non die ſe-
quenti uſque ad 16. horam, quia reuolutio cœli non facit
eſſe eandem diem, ut notatur in l. more Romano. ff. de fe-
rijs. & in cap. conſuluit. de offic. delega. Sed non obſtat,
quia Bald. ibi loquitur de die naturali. gloſ. loquitur de die
artificiali, qui capitur de momento ad momentum, ut no.
in dicta authentica hodie. C. de appella. & in cap. ſuper eo.
de appella. & in l. 3. §. minorem. ff. de mino. & ibi uide op-
timam gloſſ. ad quam ſemper recurritur, per quem tex-
tum dicit ibi Baldus, quòd tempus appoſitum ad expira-
tionem beneficij computatur de momēto ad momentum,
ſecus ſi non apponitur ad expirationem beneficij, allegat
gloſſ. in lege prima. ff. de manumiſſis. & vide ad hoc, quæ di
xi ſuprà in hoc ſecundo libro in conſtitut. ſpeciale quod-
dam. in 6. not. ſub rubrica 16. Et pro iſta concluſione facit
gloſſ. 5. in capitu. cum in cunctis. de elect. quę allegat 77.
9 diſtinct. capitu. ſubdiaconus. in gloſſ. † Sed iuxta hoc quæ-
h ritur, quid ſi appellans [h] non præſentauit proceſſum co-
ram iudice ad quem intra quinquaginta dies, ſed poſt &
antequam altera pars petat poſt quinquaginta dies. quòd
declaretur appellationem eſſe deſertam pars appellata vi-
dens proceſſum eſſe præſentatum poſt quinquaginta dies,
nihil dicit, uel conſentit, quòd habeatur pro præſentato
intra quinquaginta dies, vtrum officium iudicis erit pro-
nunciare appellationem deſertam? And. hic diſputat iſtam
quęſtionem quaſi per vnam col. Et ideo primo arguo, &
dico, quòd officium iudicis erit in pronunciando appella-
tionem eſſe deſertam, quia conſenſus tacitus, vel expreſ-
ſus partis appellatæ non poteſt facere, quòd appellatio de-
ſerta, non ſit quia deſerta pacto priuatorum non poteſt da
ri iuriſdictio, ut in l. priuatorum C. de iuriſdi. om. iud. Sed
huic motiuo reſpondetur, quòd ſi ſententia eſt deſerta, ta-
men ex facto partium in vim pacti poteſt fieri, ut iudex,
appellatione deſerta, cognoſcat, & hoc ex vi pacti, ut dicit
Iacob. Butri & Bald. in l. ſecunda. C. communia utriuſque
iudi. & idem Barto. in l. obſeruare. in fi. ff. de offic. procon-
ſu. & Alex. in l. 1. ff. de ferijs, Bald. in l. 1. C. qui pro ſua iu-
riſdi. Fallit in caſibus notatis per Abb. & Felin. in cap. ſigni
10 ficaſti. de foro compe. † Secundò arguo ſic, appellans, qui
non præſentauit proceſſum intra quinquaginta dies, habe
tur, ac ſi renunciaſſet appellationi, & termino dato à iudi-
ce. C. qui accu. nō poſ. l. ſi ea. ſed poſt renunciationem ipſe
reſtaurare non poteſt. l. poſtquā liti. C. de pac. ideo tale pa-
ctum non ſuſcitabit, quod extinctum eſt. l. ſi unus. §. ſi pa-
ctum. conuentum. ff. de pact. l. qui res. §. aream. ff. de ſolu.
K cū ſi. maximè quia appellatione deſerta [k] ipſo iure [l] reuer-
l ſa eſt iuriſdictio ad primum iudicem, ut in l. furti. §. 1. ff. de
his qui not. infa. & in l. eos. in princi. C. de appel. & uoluit
Bal. in l. præſes in fi. C. de appel. Sed ad hoc reſpondeo, &
m dico quòd ſententia ſuper deſertione [m] appellationis eſt ſen-
tentia

tentia interlocutoria, vt dicit Bald. in l. eos. in ſecunda co-
lumna. de appellat. ſcilicet quantùm ad effectum vt poſsit
reuocari, ſicut alia ſententia interlocutoria, vt in l. quod
iuſsit. ff. de re iudica. capit. cum ceſſante. de appellat. vbi di-
cunt Domini de Rota deciſio. t t. in nouis, & antiquis, in
titu. de appellatio. deciſio. vigeſima ſecunda. in deciſi. Egi-
dij de Bellamera deciſio. 424. incipien. ſi iudex. Hoc pro-
n cedit in iudice ordinario, ſecus [n] in delegato, ſecundùm
Bal. in l. ſi præſes. C. quomo. & quan. iud. Iuſta enim cauſa
reuocandi dictam interlocutoriã eſt, ſi partes conſentiunt
tacitè, vel expreſsè, quòd iudex reuocet dictam interlocu-
toriam, & recognoſcat de viribus ſententiæ diffinitiuæ, ar-
gu. clem. quandiu. de appell. bonus eſt tex. in l. fin. §. fi. ibi,
rigorem volumus per pactum litigantium mitigari. C. de
11 de temp. appe. † Item ſex ſunt impedimenta [o], propter quę
excuſatur appellans a dicta proſecutione, de quibus per
Philipp. de Franchis in ca. ex ratione. de appel. & pro hoc
allegat Bald. in terminis in d. l. fina. §. fi. C. de temp. app. vbi
per illum textum dicit, quòd per illam notabilem literam
tempus exercẽdæ appellationis poteſt augeri, & minui per
pactum in cauſa ciuili, ſecus in criminali. In contrarium
arguitur ad oſtendendum, quòd officium iudicis erit in
pronunciando, procedendum eſſe ad vlteriora non obſtan
te quòd proceſſus non ſit præſentatus intra quinquaginta
dies. Nam interdum iudex pronunciat ſuper actione ine-
ptè intentata, vt patet. ff. ad exhibend. l. Iulianus ſcribit. §.
item Celſus. Sed huic argumento reſpondetur, quòd ibi
eſt caſus ſpecialis, quia propter neceſsitatem venit reſtitu-
tio actionis, licet non ſit de natura actionis ad exhiben-
dum reſtitutio rei. Secundò arguitur, partes poſſunt face-
p re [p] cum conſenſu iudicis, quòd teſtes producti extrà ter-
minum datum ad probandum habeantur, ac ſi eſſent pro-
ducti intra terminum, & dicetur vnus terminus proroga-
tus, vt ff. de procura. l. ſed ſi manente. & ff. de arbit. l. ſi cum
dies. §. 1. & notatum eſt ſuprà, in conſtit. lite legit. conteſta.
12 ſuprà in conſtitutio. in pecuniariis. † Sed huic motiuo re-
ſpondetur, quòd de iure partes non poſſunt mutare iuris
formam. ff. de oper. liber. l. cerdonem. ff. de adminiſt. tuto. l.
quidam decedens. ff. de pactis. l. ius publicum. ff. ad leg. fal-
ci. l. quod de bonis. Tertiò arguitur, certum eſt, quòd vnus
teſtis non probat. l. vbi numerus. ff. de teſt. & tamẽ poſſunt
facere, quòd credatur dicto vnius teſtis, vt dicit Andr. hic
& in d. conſtitu. in pecuniariis. de quo in l. Theopompus.
ff. de dote prælega. cum concordan. ſuis, ſic poſſunt facere,
quòd proceſſus non præſentatus intra quinquaginta dies
habeatur, ac ſi eſſet pręſentatus intra dictum terminum.
Sed huic motiuo reſpõdetur, quia dictum vnius teſtis erat
validum, ſed præſentatio proceſſus poſt terminum erat in-
ualida, quia appellatio erat deſerta ipſo iure, ex quo non
præſentauit proceſſum intra terminum, vt hic, & in l. eos.
C. de appellat. & in l. ſecunda. §. fina. C. de tempo. appellat.
& in clement. ſi appellationem. de appellat. in gloſſ. Et ſic
non præiudicabit ſibi, ſi nihil dixit de deſertione appella-
tionis, & litigauit coram iudice ad quem, & ſi expreſsè cõ
ſenſiſſet, non præiudicaſſet ſibi, quia pactis priuatorũ non
datur iuriſdictio, vt ſuprà dixi, ergo non tacitè: quia ſi
expreſſum non nocet, nec tacitum. ff. ad municipa. l. Lu-
cius. § penulti. & C. ſoluto matrimonio l. ſecunda. extrà de
13 arbitr. capitu. cum tempora. † Hæc ſunt verba Andrę. qui
videtur concludere, quòd conſenſus partis tacitus, vel ex-
preſſus, non poteſt facere, quòd appellatio deſerta, quia
non fuit præſentatus proceſſus intra tempora non ſit deſer
ta. Sed profectò hanc opinio Andreæ non vidi in iudicio
fuiſſe ſeruatam, quando appellans præſentauit proceſſum
poſt terminum quinquaginta dierum, & pars tacuit, &
paſſa eſt, quòd procedatur in cauſa, per textum in dicta
l. fina. de tempor. appella. Sed quando, antequam ſit præ-
ſentatus proceſſus intra quinquaginta dies, pars appella-
ta comparuiſſet coram iudice ad quem, & peteret, quòd
pronunciaretur, appellationem eſſe deſertam, quia non
fuit præſentatus proceſſus intra quinquaginta dies. Et po-
ſtea pars dictum proceſſum præſentaſſet, & pars appella-
ta tacuiſſet, tunc ex quo deuoluta eſt iuriſdictio iudici à
quo, vt ſuprà dictum eſt, non poteſt iudex ad quem co-
gnoſcere de iuſtitia ſententiæ, ex quo appellatio eſt deſer-
ta. Et iſto caſu poteſt loqui opinio Andrę. hic, quia quod
nullum eſt, non poteſt prorogari l. prima. & ſecunda. C.
qui pro ſua iuriſd. ſecundùm Bald. in l. eos. in fine princi-
14 pij. C. de appella. † Et ex his infero, quòd ſi proceſſus cau-
ſæ appellationis eſt præſentatus iudici ad quem poſt quin
quaginta dies, & poſtea pars appellata peteret, quòd de-
claretur, appellationem eſſe deſertam, iudex ad quem non
poteſt procedere in cauſa appellationis, quia ipſo iure ap-
pellatio eſt deſerta ſine pronunciatione iudicis, vt probat
iſta conſtit. & glo. mag. in l. eos ibi, dum dicit. quid ſi tem-
pore appellationis. de appell. & Bald. in l. ſecunda. C. vt lite
penden. per dictam gloſ. dicit, quòd ſi ſunt lapſa fatalia, ip-
ſo iure tranſit ſententia, à quo fuit appellatum, in rem iudi
catam ſine pronunciatione. hoc etiam firmat hic Andr. in
2. colum. vbi dicit. Item ſi non pręſentauit intra terminum
q An autem iudex [q] à quo poſsit appellatione [r] deſerta exe-
r qui ſuam ſententiam ſine noua citatione? Bal. in l. contra.
C. de app. dicit, ꝙ in liquida ſententia non eſt opus alia ci-
tatione, ſecus ſi eſt illiquida, allegat Inn. in c. ex ratione. de
app. Tu vide remiſſiones, quas dedit Alex. in l. 1. in fi. ff. nil
no. ap. pen. Et hoc credo verũ niſi iudex ad quem inhibuiſ-
ſet iudici à quo, tunc propter inhibitionẽ non poteſt exe-
qui appellatione deſerta, niſi iudex ad quẽ reſcripſiſſet iu-
dici à quo, quòd reuocat inhibitoriam, quia appellatio eſt
deſerta, quia inhibitio iudicis ad quem facta iudici à quo
ligauit eius manus, vt in ca. Romana. §. ſi verò. de appella.
lib. 6. & not. in cap. non ſolùm. eo. titu. & lib & firmat Ant.
de But. in c. tuam. de ordi. cog. Et ſi non fuiſſet inhibitum
deſerta appellatione, quia non fuit pręſentatus proceſſus,
& inſtatum per appellantem intra quinquaginta dies, iu-
dex ad quem ſolùm ſcribit iudici à quo, quòd eius ſenten-
tiam mandet executioni abſque alia pronuntiatione, vt in
l. fi. §. pen. C. de tempo. appell. & ibi Ang. & habetur in d. c.
Romana. de appel. li. 6. An autem iudex appellationis poſ-
s ſit inhibere [s] iudici à quo parte non citata, vide in c. paſto-
ralis. de offic. deleg. per Inno. & alios, & in Spec. in titul. de
appella. §. de offi. & in cap. romana. §. inhibere. de appel. &
per Moder. in cap. dilectus filius. de reſcrip. & per Iaſ. in l. ſi
opus. 2. colum. ff. de oper. no. nun. Ang. in l. per hanc. C. de
15 tempo. appel. † Et ſcias, quòd ſi iudex inhibet contra ius,
talis inhibitio non inducit nullitatem actorum poſt inhi-
bitionem, etiam quòd non ſit appellatum ab ipſa inhibitio
ne. Ita not. Abb. Sicu. in c. cum veniſſent. in quarto not. de
t reſtitu. in integr. Sed iuxta prædicta quæro, quid ſit [t] pars
appellata poſtquam ſententia fecit tranſitum in rem iudi-
catam, pro eo quia appellans intra quinquaginta dies non
præſentauit proceſſum, fuit citata per iudicem ad quem
proceſſurum ad aperturam proceſſus, & fuit contumax, &
in eius contumacia facta fuit apertura proceſſus, & poſtea
iudex ex eodem proceſſu reuocauit ſentẽtiam, vtrum pars
appellata poterit dicere ſententiam ſecundo loco latã con
tra primam tranſactam in rem iudicatam propter deſer-
tionem appellationis eſſe nullam? Ego dicerem, quòd ſen-
tentia ſecundò lata contra primam eſt nulla, quia propter
deſertionem appellationis fingitur non appellatum, vt hic
dicitur, & in cap. ſępe. §. ſi verò forſan. de appellat. & in d.
l. ſecunda. C. de tempo. appellat. & in cle. ſi appellationem.
16 verbo, appellatus. de appellat. † Item quia ſententia, a qua
fuit appellatum, & non fuit præſentatus proceſſus intra
quinquaginta dies, habetur, ac ſi nunquam fuiſſet appella-
tum quoad appellantem, & in eius damnum. & ſic fruſtra
toria redditur eius appellatio. Firmat hoc Alexan. in quar
to volum. conſilio 37. in 3. colum. Item quando appellatio
eſt deſerta, ſententia, a qua eſt appellatum, dicitur confir-
mata a lege, vt dicit Bald. in d. l. eos. in 3. colum. & tempo-
ris decurſus remiſit cauſam ipſo iure iudici à quo, vt in c.
duob. de app. & Bal. in l. præſes. in fi. C. de app. dicit, quòd
appellatione deſerta ipſo iure reſeruata eſt iuriſdi. ad pri-
mum, ergo ſentẽtia ſecunda lata eſt à iudice ſine iuriſ. ideo

cõſulo, ꝙ iudex ad quem ſemper videat, ſi proceſſus eſt p̄-
ſentatus intra quinquaginta dies, antequã infirmet, vel cõ-
firmet ſententiam. quia ſi appellatio eſt deſerta, iudex ad
quem non eſt iudex, & ſic ſententia ſua eſt nulla. Ita firmat
Ale. in 1. vol. conſi. 43. incip. viſo themate. in 2. colũ. alleg.
17 Ant. de Bu. & conſiliũ Federici, vt ibi per eũ. †Quintò nota.
ex tex. ibi, proceſſum iudicij, & appellationis. ꝙ appellans
debet proceſſum, & appellationẽ intra quinquaginta dies
præſentare magnæ curiæ vicariæ, nõ quidem originalem,
quia originalia acta iudex à quo non debet dare, vt dicit
glo. Barto. in l. eos. §. ſuper his. C. de appel. ſed copiam eius
integram fidem facientem, hoc eſt, ꝙ dictum exemplum
auctoritate iudicis à quo ſit approbatum, tũc facit tantam
fidem ſicut originalis proceſſus, vt in c. fi. de fid. inſtru. &
not. Barto. & alij. in l. 2. C. de eden. & Bart. in d. §. ſuper his.
per text. in auth. ad hæc. C. de fid. inſtru. in qua copia nihil
debet addere, minuere, vel mutare, ſecundùm Bald. in l. fi.
C. de preci. impe. off. & de hoc vide in Spe. de inſtru. edi. §.
poſtquam. Sed quæro, vtrum iudex a quo debeat dare co-
piam proceſſus & ſententiæ illi, qui appellauit, ſed non pro
ſecutus eſt appellationem, quia nunquam intra quinqua-
ginta dies petijs copiam proceſſus? Videtur, ꝙ non quia no
toriè conſtat, appellationem eſſe deſertam. Tamen in con
trarium eſt veritas. & hoc per glo. in cap. 1. in verbo, requi-
ſitus de ſen. excomm. lib. 6. vbi poſt terminum datur copia
18 proceſſus, per cap. quoniam contra de prob. †Rurſus quæ-
ro, vtrum iudex ad quem poſſit præcipere notario acto-
rum iudicis à quo, ꝙ exigente paupertate appellantis det
ſibi copiam proceſſus ſine ſalario? Videtur ꝙ ſic, per tex. in
l. tam dementis. in fi. & ibi gl. C. de epi. aud. ꝙ nõ debet ad-
di afflictio afflicto, vt dicit ibi glo. & iſtum tex. cum gl. al-
le. Alex. in l. argentarius. in fi. prin. ff. de eden. facit l. in fun-
do. ff. de rei vend. & licèt illa gloſſ. & text. non loquatur de
ſalario magiſtri, ſed de ſalario notarii publici conficientis
inſtrumenta, tamen idem dicendum eſt de ſalario magiſtri
actorum, quia hoc facit priuilegium paupertatis. Et mi-
ror, quòd Lucas de Penna, qui numerauit priuilegia pau-
pertatis in l. fi. C. de his qui ſpon. me. liber. ſe. excu. lib. 10. non
poſuit hoc priuilegium. Sextò not. ex tex. ibi, noſtræ curiæ
iuncto. tex. ibi, magiſtro iuſtitiario. ꝙ magna curia vicariæ
dicitur curia domini regis, vt hic, & ſuprà 1. lib. in conſtit.
ſtatuimus. ſub rubri. 47. & gloſ. in proœm. poſt mundi ma
chinam in verbo, gladij materialis. dicit, quòd curia ma-
giſtri iuſtitiarij vocatur regia curia, quæ habet iuriſd. non
propriam, ſed commendatam, vt membrum regis, & pars
regiæ curiæ. Et ideo tribunal magnæ curiæ eſt ſupremum
tribunal poſt regium, & pars tribunalis regis & venerãdũ,
& metuendum, & ideo ibidem debent præponi iudices ſa-
19 pientes, & experti, & timentis deum. †Septimò no. ex eadẽ
litera, quòd ſi ſit appellatum ad regem, magna curia vica-
riæ cognoſcit de cauſa appellationis ad regem. Et ex hoc in
fero, ꝙ ſi ſit appellatum ad regem, vel ad ſacrum conſilium
regis, quod repræſentat perſonam regis, vel ad magna cu-
riam vicariæ, ꝙ iſta appellatio non eſt dubia, nec incerta,
quia vnum eſt tribunal regis, & magnę curię vicarię, quod
diſplicuit vni de conſilio regis ambitioſo & ſuperbo, cuius
dies Deus abbreuiauit. An autem valeat appellatio alter-
natiua ad plures iudices, niſi intra 10. dies declaretur vnus
ex iudicibus cauſę appellationis. vide Ange. in l. 1. §. ſi quis.
ff. de app. & Alexan. copioſè in 2. vol. conſil. 163. incip. vi-
ſo proceſſu cauſarum. & in conſil. 167. & conſil. 183. Octa
uò, no. ex tex. ibi, cæterùm. differentiam inter magnam cu-
riam vicariæ, & alios maiores iudices cauſarum appellatio
20 num, †nam maiores iudices cauſarum appellationum poſ-
y ſunt abbreuiare quinquaginta tempus dierum ad pręſen
tandum proceſſum eius conſiderata diſtantia locorum, &
qualitate cauſæ, & perſonarum, vt hic, & in c. cordi. §. 1. de
appell. ſed prolongare non poteſt dictum tempus, ſed ma-
gnæ curię vicariæ non videtur eſſe permiſſum, quòd poſſit
tempus quinquaginta dierum ad pręſentandum proceſ-
ſum abbreuiare, quia quod de vno dicitur, de alio prohibe
re videtur, vt in l. maritus. C. de procu. ff. de compen. l. La-
beo. & ff. de condi. inde. l. cum ita. in fin. Et ſic, quod non
eſt conceſſum magnę curiæ, ſed alteri, videtur ſibi eſſe pro-
hibitum, arg. l. quidquid. ff. de verb. obli. & de transla. c. in-
ter corporalia. Sed ego eſſem in contraria opinione, quia ſi
permiſſum eſt iudicibus cauſæ appellationum abbreuiare
tempus quinquaginta dierum &c. ex cauſis pręmiſſis. Idẽ
dicendum eſt de magna curia regis, & quod permittitur iu
dicibus cauſarum appellationum, idem de magna curia di
cendum eſt, quando ipſa cognoſcere habet de cauſis appel-
lationum, cum ratio diuerſitatis reddi non poteſt, maximè
quia hoc magnæ curiæ vicariæ non eſt expreſsè interdi-
ctum, nec expreſsè permiſſum. & ideo, quod non declara-
tur, iudicis arbitrio relinquitur, vt in l. 1. ff. de iure delibe.
cum ſi. Quid enim ſi eſſet appellatum à ſententia iudicis
intra dietam ad magnam curiam vicariæ, quis ſani capitis
diceret, quod magna curia non poteſt abbreuiare tempus
quinquaginta dierum, ſicut poteſt iudex cauſę appellatio-
nis, cum & inter maiores iudices cauſarum appellationum
connumeretur etiam tribunal magnæ curę vicariæ, & in
hac opinione videtur eſſe Andre. hic, ſi bene ponderentur
eius verba. & pro hac concluſione ego allego text. in l. de-
fendentem. C. de exact. tribu. libro decimo, vbi iudex po-
teſt abbreuiare dilationes deciſiuas. & iſtum text. ad hoc al
legauit Bald. in capitu. primo. de reſtitu. in integr. in 1. co-
21 lumna. †Nonò no. ex text. ibi, quæ omnia in ipſo apoſtolo-
rum tenore. quòd licèt hic ſit ſtatutum. quòd à die interpo
ſitæ appellationis intra quinquaginta dies appellãs debeat
præſentare proceſſum iudici ad quem, tamen appellans nõ
releuatur ab onere petendi apoſtolos, vt in l. iudicibus. C.
de appel. Vtrum hodie in regno debeant peti apoſtoli intra
30. dies, aliàs ſententia tranſit in rem iudic. vt in l. eos. §.
apoſtolos. C. de app. & in cle. 2. eod. titu. And. diſputat per
vnam col. Sed veritas eſt, quòd ſi nõ petijt apoſtolos intra
quinquaginta dies à die interpoſitæ appellationis, quòd
ſententia tranſit in rem iudicatam. Corrigitur ergo ius
commune per iſtam conſtitu. quantum ad hoc, quòd ſuffi
cit, quòd periti ſint apoſtoli, & p̄ſentari iudicet ad quẽ in-
tra quinquaginta dies, & ſic non neceſſitatur appellans pe
tere intra 30. dies, ſecundùm gloſſ. 4. hic in fi. & firmat hoc
And. & ideo non tranſit in regno ſententia in rem iudica-
tam, ſi non petantur apoſtoli intra 30. dies, dummodo ſint
periti, & p̄ſẽtati intra quinquaginta dies & dicit hic And.
ꝙ ſic antiquitus ſeruabatur, licet multa verba in contrariũ
hic effundat, quę non curo referre, quia etiam temporibus
noſtris ſic eſt obſeruatum, vt ſufficiat, vt intra quinquagin
22 ta dies impetrentur & præſententur apoſtoli. †Et eſt ſcien
dum, ꝙ in regno non eſt neceſſe pluries petere apoſtolos à
iudice a quo, ſed ſufficit, ꝙ apoſtoli præſententur intra qn
quaginta dies, ſed de iure communi debet inſtanter petere
ſępius, vt in l. 1. ff. de lib. dimiſ. & in l. quoniam nonnulli.
de appel. c. ab eo. de ap. lib 6. vel in libello appellatorio pe-
tere apoſtolos inſtanter, inſtãtius & inſtantiſſimè, vt in cle.
quamuis, quę eſt ſecunda, de app. & Bald. in l. eos. § apoſto
los. C. de app. niſi iudex ſtatuiſſet poſt appellationem ter-
minum ad recipiendum apoſtolos, tunc debet iterum pete
re de iure communi, aliàs ſententia trãſit in rem iudicatã,
vt dicit Bal. in d. l. iudicibus. & ſcribẽtes in d. cle. 2. de app.
Sed quæro, cuius expenſis iudex à quo debet dare apoſto-
los, an expenſis petentis, vel iudicis, vel notarij actorum?
Tangit Lucas de Penna in l. in ſacris. la 2. in verbo, geſto-
rum. C. de prox. ſac. ſcri. lib. 12. & alle. Io. And. in d. clem. 2.
dicentem, quòd ex quo iudex habet illos offerre. ſ. poſtquã
ſunt petiti, vt dicit dominus Bar. de Capua in apoſtilla, quã
habent in ſum. Azo. in titu. de app. & ſic intelligitur in d. §.
apoſtolos. & in d. cle. 2. & in d. l. iudicibus. Et ſi nõ dat, pu-
nietur, vt ibi, & in l. 3. ff. de libe. dimiſ. & l. quoniam iudici-
bus C. de ap. & in d. cle. 2. & dicit ibi Io. And. ꝙ expenſis iu
dicis debet dari. ſed dicit, ꝙ de cõſuetudine malè ſeruatur.
23 † An autem appellans teneatur recipere apoſtolos clauſos
ſigillatos, vel apertos. vide Lucam ibi, & Pau de Liaza. in d.
clemen. 2. Cardi. ibi tenet. §. verum. in 2. nota quòd com-
muniter dantur aperti, & ita firmat gloſſ. ibi in §. ſimiliter

23 & ibi Card. in 6. queſtio.† Sed pone, ꝙ à iudice à quo ſunt
petiti ab appellaute apoſtoli, iudex dicit notario actorum,
quòd ſcribat, & aſſignet apoſtolos, notarius ponit in lon-
gum, & nou dat apoſtolos, an illud verbum iudicis, operre
tur tantum, quantum ſi dediſſet apoſtolos? Non reperi
iſtam quæſtionem tactam, niſi iu quidam apoſtilla domi-
ni Bartol. de Capua, quem habeo in lib. ſummæ Azo. in
titu. de appella. & dicit, quòd ſufficit, quòd iudex manda-
uit concedi apoſtolos, & hoc per text. in l. præcipimus. §.
in his. & §. fin. C. de appell quia iudex non debet ipſe ſcri-
bere apoſtolos, ſed notarius, vt habetur in l. is apud quem.
C. de edend. Nam iudex non debet ſcribere acta in cauſis
ordinariis, ſecundùm Innocent. in c. cum a nobis. in 1. glo.
de teſti. Quæ ſit forma ſcribendi apoſtolos. vide text. in
d. l. 1. ff. de lib. dimiſ. & ibi per Bartol. in rubri. & gloſſ. iu l.
præſes. C. de appella. & plenius in tertia parte. Specu. in tit.
24 de appella. §. ſequitur.† Decimò not. ex eadem litera, quòd
appellans duo intra quinquaginta dies à die appellationis
de neceſſitate debet facere, videlicet producere appellatio-
nem, & proceſſum, & apoſtolos. Secundò inſtare coram
iudice ad quem, vt citare faciat partem appellatam. Et ſi
vnum ex bis non adimplet in dicto tempore, erit appella-
tio deſerta, niſi allegaret aliquod impedimentum de illis,
quæ tanguutur per Phil. in c. ex ratione. de ap. quia qui dēt
facere, & adimplere, quæ ſunt de ſubſtantia, omiſſo vno de
requiſitis, corruit actus. l. cum hi. §. prætor ff. de tranſact.
cū ſi. Faciunt ad hoc allegata per glo. pe. bic. Sed hic quęro
iſta conſt. babeat locum, quando appellatur ab interlocu-
toria? Dic ꝙ nō, ſed ſolùm quando appellatur à diffinitiua.
quia tex. iſte dicit, ꝑ quas diffinitiuè, & ſic nihil decidit de
appellatione ab interloquutoria, & hoc ideo, quia de iure
ciuili ab interloquutoria non appellatur, niſi iu certis caſi-
bus, vt no. in l. 2. ff. de app. reci. & in l. eiuſdem. eo. ti. Bal. in
l. a. C. de epi. aud. Cy. in l. ante. C. quo. app. & no. in l. intra
vtile. ff. de mino. de quo in Spe. de app. §. in quibus. verſicu.
ſed nunqd. & ſic ab interloquutoria poſſit appellari, tunc
puto, ꝙ habeat locū iſta conſt. Sed iuxta hoc quęro, an quā
do appellatur ab interloquutoria, in dicta appellatione dēt
inſeri cauſa grauaminis, vt in cle. appellanti. de app. An in
cā appellationis poſſit ex nouis probationibus iuſtificari
cauſa grauaminis expreſſa in appellatione? Vide Cyn. in l. ꝑ
hāc. in 3. q. C. de temp. app. & Bal. in l. litis. & ibi Io. de Imo.
ff. de acqui. here. & Philip. Frācum in c. cum in eccleſia. 2.
25 colum. de app.† Vndecimò not. ex text. ibi. nec inſtanter in
ſteterit, ꝙ appellator poſtquam pręſentauit appellationem
& proceſſum, & apoſtolos iudici ad quem, non debet diſce
dere, ſed inſiſtere apud ipſum iudicem pro citatione obti-
nenda contra partem appellatam, & citari facere eam in-
tra terminum quinquaginta dierum, vt ſuprà in præceden
ti not. dictum fuit. imò poſtea inſiſtere ad actus incumbē-
tes, vt reſponſum à iudice conſequatur de appellatione,
quam fecit, ſcilicet appellauit iuſtè, vel iniuſtè, ſcilicet
per diffinitiuam ſententiam, vnde debet appellans ſummo
opere inniti in proſequutione appellationis taliter, quòd
non labantur fatalia, vt dicit text. in l. fina. §. illud. de tem-
por. appellation. Et ſic debet pluries iudicem ad quem in-
terpellare, vt cauſam appellationis per legitimos tramites
expediat, vt firmat etiam Alexand. in primo volumine, con
ſil. 19. incipien. viſo proceſſu. & ſic intelligit iſtum textum
26 Andrę. hic.† Sed iuxta hoc quęritur pro declaratione ec-
ce, quòd ſuprà concluſum eſt, quòd ſi appellatio eſt de-
ſerta, iudex ad quem non poteſt cognoſcere de iuſtitia vel
iniuſtitia cauſę poue, quòd fuit pręſentatus proceſſus poſt
quinquaginta dies, & ſic appellatio eſt deſerta, vel aliter eſt
deſerta, & coram iudice ad quem opponitur, quòd pronū-
tiet ſuper deſertione, altera pars dicit, quòd non eſt deſer-
ta, & allegat impedimentum, vtrùm iudex ad quem poſſit
iſtam exceptionem ſuper deſertione appellationis reſerua
re in fine cauſæ? Reperio Petr. de Anch. in conſil. trecen-
teſimo ſeptuageſimotertio, incipien. pro declaratione iſto-
rum trium quęſtiorum. in primo dubio, concludere, quòd
ſiquidem erat clarum & indubitatum, quòd ſentētia fecit

tranſitum in rem iudicatam, & tuuc ex quo clarè conſtat
de incompetentia iudicis ad quem, iſta non poteſt reſerua-
ri ad merita, arg. l. 3. ff. ſi quis in ius voc. nō ierit. & l. ſi quis
ex alienand. ff. de iudic. & l. fina. C. de excep. Si autem dicta
exceptio nou eſt clara, ſed requirit altiorem indaginem,
tunc poterit iudex reſeruare in finem cauſæ, ſicut reſeruan
tur aliæ exceptiones præiudiciales, de quibus in capit. pri-
mo, de litis conteſtatione, lib. 6. & in l. nam & poſtea. §. 1.
ff. de iureiuran. Et in hoc etiam videtur reſidere Phil. in c.
ex ratione. colum. 33. verſic. quò ad ſecundum. vbi allegat
dictum conſilium Pet. de Ancha. licet corruptè, vitio im-
preſſorum. & vide ad hoc Bald. in l. exceptionem. vlti. col.
27 de probat.† Item quæro, quid ſi appellans præſentato pro-
ceſſu & appellatione iudici ad quem intra quinquaginta
dies receſſit de licentia ipſius iudicis ad quem, & non ali-
ter apparet ſolicitaſſe iudicem pro citatione & proſequu-
tione cauſæ intra dictos quinquaginta dies, vtrùm talis ſen
tentia tranſeat in rem iudicatam, & ne dicatur appellatio
deſerta, ſi intra quinquaginta dies nō obtinuit citationem
contra partem appellatam? Concludit hic Andręas, quòd
eſt deſerta appellatio propter licentiam datam à iudice,
per textum huius conſtitut. qui vult, quòd duo requiran-
tur, vt appellatio ſit deſerta, Primum, vt appellans, pręſen-
tato proceſſu, nō recedat ſine licentia iudicis. Secundò, vt
inſtet, ergo ſi cum licentia iudicis receſſit, alterum, ſcilicet
non inſtare, non ſufficit ad cauſandum deſertionem appel
lationis, argu. l. 3. §. hęc interdictum. ff. de itiner. actuque
priuat. quia appellans non debet recipi ex licentia iudicis,
arg. l. 1. C. de his qui ve. æta. Item quia authoritas iudicis fa
cit licitum, quòd aliàs eſſet illicitum, vt in l. 1. in fi. ff. quod
fal. tuto. author. Item iudex poteſt parcere contumaci. l. 1.
C. quomodo quando iud. l. non quicquid. ff. de iud. Et hoc
mihi placet, tamen iudex tenetur in ſyndicatu, ex quo ma-
lè fecit eum licentiando ante finem cauſę, & ideo tenetur
parti læſę ad intereſſe, per tex. inſti. de obl. quæ ex quaſi de
28 lic. in prin. & l. ſi filios. ff. de iudi. ſecundùm And. hic.† Sed
ego iuxta hoc quęro, vltra And. hic, vtrū ſi ſit lapſum pri-
mum, & ſecundum fatale, & appellans propter licentiam
prædictam iudicis poſſit dicere parti appellatæ prętenden
tis appellationem deſertam, quòd appellatio non ſit deſer-
ta, ſicut in primo caſu? Dico audacter, quòd appellatio eſt
deſerta, nec dicta licentia appellanti aliquid prodeſt, quia
licentia prædicta data iudici nou debet interpretari, vt du-
ret quantum durant fatalia. Primò, quia licentia illa inde-
finitè data appellanti intelligitur ſecundùm iura, ſcilicet,
quòd non comprehendat ea, quę in ſpecie ipſe iudex con-
tra ius non eſſet conceſſurus, tuuc ſpeciale non conceſſum
derogat indefiuitę & generali conceſſioni, vt dicit Io. Mo.
in c. in generali. de reg. iu. lib. 6. per c. dudum. de pręb. lib.
6. non eſt veriſimile, ꝙ iudex contra ius voluiſſet grauare
partem aduerſam. vt licētia illa indefinita intelligatur per
tempora, etiam decurſis fatalibus, vel ꝙ dicta licentia in-
telligatur pro ſeptem diebus, prout dicit Bar. de licentia da
ta extrahēdi Baldum, ꝙ intelligitur per ſeptem dies, vt in
l. 1. C. de tractat. & ſtatu. lib. duodecimo, vel ꝙ licentia illa
tantùm duret, quòd remaneat tantum de ſecundo fatali,
quòd ipſa poſſit ſine debito terminari, quia ſic debet intel
ligi dicta licentia in iudicio, videlicet ſecundùm ius, vt in
l. ſi duo. ff. de conſtitut. pecun. quem textum ad hoc allega-
uit Bald. in l. 1. volum. conſil. 367. incipien. verba dicunt. in
princip. Et tantò magis, quia dicta licentia iudicis non du-
rat in tempus ſucceſſoris, ex quo non eſt de iure, vt dicit
Ioannes de Imol. in leg. fundi. ff. de acquiren. poſſe. bene fa-
cit id, quod dicit Abbas Sicu. in capit. fin. de offic. leg. quòd
licentia, quæ non poteſt perpetuò cōcedi ſine cauſæ cogni
tione, vt ſi fuerit cōceſſa ſimpliciter intelligaſ cōceſſa ad tē-
29 pus cōcedētis,† & ſcias, ne erres, ꝙ primum fatale durat
z ꝑ annū à die interpoſitę appellationis corā ſuperiore & ſi
eſt impeditus in ipſo primo fatali hēt ſecūdū fatale. i. ſecū-
dū annū, vt auth. ei qui. C. de tēp. app. ſed iſtud ſecundū fa
tale debet impetrari intra primum fatale, allegata iuſta cā
impedimenti, & ſi non ſit petitum intra dictū tēpus ſenten
tia

tia tranſit in rem iudicatā, vt in cle. ſicut. de appel. tene mē-
ti, quia multi decipiuntur in hoc. idem firmat Pau. de Caſ.
in l. properandum. in fi. principij. C. de iudicijs. Aduerte ad
Bart. in l. j. C. nil no. ap. pen. vbi firmat, ꝙ requiritur lapſus
quinquennii ad hoc, vt ſnīa poſt appellationem poſſit exe-
qui quia bienniū datur à iure ſine facto hominis, ergo an-
te illud bienniū iudex non pōt exequi. ſed do. Anto. de Bu.
in c. ex ratione. de ap. tenet, ꝙ per lapſum primi fatalis pōt
ſentētiā exequi, & ita vr̄ firmare glo. in auth. ei qui. & Ant.
de But. & Io. de Imo. in d. c. ex ratione. & ita ego iudicaui,
ſecundū opi. Pau. de Ca. de hoc vide ad ſaturitatē Pręposi-
tū. in c. ex rōne. col. 24. ver. & quæſtio. & ſic filia &c. Et in
tantum hoc eſt verum ꝙ etiam ſi pars appellata poſt lapſa
fatalia conſenſiſſet in iudicem ad quē, ſententia dicitur fe-
ciſſe tranſitum in rem iudicatā, vt in cle. ſi appellationem.
de ap. & ibi per Pet. de Anch. dum allegat. cùm in eccleſiis.
30 de appe. in antiquis. † Rurſus quęrit hic And. quid ſi appel-
lans intra quinquaginta dies præſentauit proceſſum cū ap-
pellatione & apoſtolis, & nō recedit à curia iudicis ad quē,
& intra dictos quinquaginta dies à die appellationis non
impetrat citationem contra partē appellatā, an dicatur de-
ſerta appellatio? Dicit hic And. ꝙ ſic, quia iſta conſtitutio
duo requirit, ſcilicet ꝙ inſtet, & inſtare intelligitur de pri-
mo actu, ſcilicet quòd impetret citationem intra quinqua
ginta dies. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignifi. cum ſi
milibus, ſi non impetrauit citationem, quæ eſt primus
actus inſiſtentiæ, appellatio habetur pro deſerta in regno.
Sed iuxta hoc quærit idem Andræ. quid ſi appellans intra
quinquaginta dies à dia appellationis præſentauit proceſ-
ſum, appellationem, & apoſtolos, & etiam inſtitit. & obti-
nuit citationem, ſed non fecit citare partem, vel fecit citare
partem, ſed nulliter, puta die feriata in honorem Dei, vel
eo tempore, quo citatio eſt circunducta, an dicatur appella
tio circunducta? Hic Andręas arguit ad partes, poſtea verò
31 firmat, quòd non ſit deſerta appellatio, † quia principium
eſt potentiſſima pars eius, quod geritur, vt in l. j. ff. de orig.
iu. & finis cedit principio. ff. ad l. aquil. l. ait lex. cum ſi. alle
gatis per Alber. de Roſa. in l. qui de crimine. 3. colū. C. de
accuſ. ſcilicet quantum ad effectum pœnalem huius conſt.
& beatus Ambro. in lib. de fide. 5. c. in 4. col. expreſſè dicit,
quòd finis ex principio pendet, & ſic ſufficit impetraſſe ci
tationem intra quinquaginta dies, dicet non fuerit exequu
ta, vel nulliter exequuta, quia, vt dictū eſt, inſtare eſt, ſi fe-
cit primum actum validum. Primus actus validus eſt, ſi in
tra quinquaginta dies impetretur citatio à iudice ad quē,
licet poſt quinquaginta dies fiat eius exequtio, dicetur il-
la duo hic requiſita adimpleuiſſe. Nec ob. quòd ante litem
conteſt. non dicitur inſtare, ſed inſtare velle, vt ff. rem ratā
hab. l. amplius. & verba ſunt cum effectu accipienda, quia
hæc procedunt, non quò ad hunc effectum pęnalem, ꝙ ha
beatur appellatio pro deſerta, ſi citatio impetrata à iudice
ad quem intra quinquaginta dies non fuit exequuta intra
quinquaginta dies. Nam ſi fuit poſt quinquaginta dies exe
quuta, ſufficit, quòd citatio ſit impetrata intra quinquagin
32 ta dies. † Sed aduerte, quia And. hic in 2. col. dicit, ꝙ tūc ap-
pellās dr̄ proſequi appellationem, qn̄ citari fecit appellatū
ad proſequendum, & eſt ritus magnæ curię ordinatus per
reginā Ioannā ſecundā, qui dicit, ꝙ in cā appellationis pro
ceditur ſine libello, & litis conteſt. & cā appellationis inci-
pit per aperturam proceſſus. Sed de iure Romano pōt pro-
ſequi appellans appellationem etiam in fina. primi fatalis,
vel ſecundi, ſtante impedimēto in primo fatali, vt in auth.
ei qui. C. de tempo. app. & in authen. de his qui ingre. ad ap
pella. §. 1. primam opinionem hic per me relatam vidi fuiſ-
ſe ſeruatam tam in magna curia, quàm in ſacro conſ. Quid
autem ſi pars appellata citata comparet coram iudice ad
quem, & inſtat, & pars appellans nō comparet, quid faciet
iudex? Dicit hic Andre. quòd ſeruabit conſtitu. ſupra poſi
tam. quæ incipit, pœnam 9. vnciarum de pœna contuma-
ciæ in ciuilibus. ſub rubri. 97. in 1. lib. & ſi appellans & ap-
pellatus colludunt, ſeruabitur conſti. ſub rubrica 14. in 2.
li. quæ incipit, Sępe cōtigit. & ſic non habet locum hoc ca-
ſu pœna deſertionis appellationis, ſi appellans, qui pręſen-
tauit proceſſum intra quinquaginta dies, & impetrauit ci-
tationem contra partem appellatam, ſi non comparet in
die ſtatuta in citatione, quia non ſpreuit iudicem, quia nō
33 fuit citatus, ſed fuit negligens. † An autem appellans tenea-
tur præſentare iudici ad quem apoſtolos, & præſentare li-
teras reſponſales iudici à quo? Ritus antiquus dictæ ma-
gnæ curiæ dictat, quòd ſic, vt patet in char. 11. incipit, itē
ſeruat ipſa curia, quòd quando aliquis appellat. Itē quærit
hic Andr. vtrū coniuncta perſona ſine mandato poſſit pro
appellante, qui præſentauit proceſſum intra quinquaginta
dies iudici ad quem, in cā, in qua alius pro alio poteſt com-
parere, inſtare pro appellante abſente, & promittere de ra
to, & impetrare citationem contra partē appellatā. & pro-
ſequi appellationem pro appellante ad effectum, vt ſenten
tia ipſa non tranſeat in rem iudicatam, & ſic ꝙ appellatio
non ſit deſerta? Concludit hic Andræ. ꝙ non ſufficit, ꝙ ca-
ueat de rato, ſed debet cauere de iudicato ſoluendo ex quo
ſententiatum eſt contra appellātem, & hoc per glo. fi. in l.
1. ff. de appel. recipiendis, allegat inſtit. de ſatiſda. §. fi. Et er
go differentia inter cauſam principalem, & cauſam appel-
lationis, vt in cauſa principali coniunctus pro coniuncto
admittatur ad proſequendam litem cum cautione rati, vt
infrà dicam, ſed in cauſa appellationis coniunctus pro ap
pellante non poteſt proſequi appellationem pro coniun-
cto, niſi cum cautione de ſoluendo, ſecūdùm And. hic per
dictam gl. in d. l. j. ff. de appell. recip. Cui adde, ꝙ Alex. in l.
exigendi. in 3. no. C. de procur. ponit regulam, ꝙ coniuncta
perſona interuenit pro coniuncta cū cautione rati, vt in l.
ſed & hæ. in princ. & ibi per ſcribentes. ff. de procur. & in
Spe. de coniuncta pſona. §. 1. Fallit in 11. caſibus, vt ibi per
34 eum. † An autem coniuncta perſona pro coniuncta poſſit
appellare præſtando cautionem de rato? Dicit hic And. in
fin. quòd ſic, per l. 1. ff. de appella. recipien. Quod intellige,
vt ibi dicitur, ſcilicet dummodo infrà tempus appellandi
ratum habeat, vt dicit ibi glo. & facit regula poſita in l. j. in
fi. ff. an per alium cauſæ appella. vbi dicitur, ꝙ cauſa, quæ
per alium agi non poteſt, nec cauſa appellationis agi opor-
tet & econuerſo cauſa, quæ per alium agi poteſt eius cauſę
appellatio per alium agi poteſt, ſed coniuncta perſona pro
coniuncta poteſt agere cum cautione rati, vt ſuprà dixi, er
a go & appellare. Vltimò quæro, vtrum iſta deſertio[a] appella
tionis ob non præſentationem proceſſus intra quinquagin
ta dies, & ob non proſecutionem intra quinquaginta dies
ſit pœna ipſi appellauit? And. infrà vocat hanc deſertionē,
pęnam, ſed non eſt ſic, quia licet annullatio actus ſit pęna,
vt ff. de contrah. empt. l. ſenatus. & C. de poſthu. hęr. inſt. l.
fina. in fi. Tamen fallit, quādo annullatur actus ex defectu
ſolemnitatis, nam iſta non eſt pœna, ſed defectus prouidē
tię. l. codicillis. §. fi. ff. de leg. §. ita dicit Bald. in ca. ſuper li-
teris. de reſcri. Duodecimo no. ex text. ibi, quaſi nunquam
appellauerit. quòd paria ſunt, non fuiſſe appellatum à ſen-
tentia diffinitiua, vel eſſe appellatum intra legitima tempo
ra, & poſtea non fuiſſe per appellantem pręſentatū proceſ-
ſum intra quinquaginta dies, vel eſſe præſentatū intra qn-
quaginta dies, & intra illos non fuiſſe inſtatum pro citatio
35 ne partis corā iudice ad quē, ut hic. † Debet ergo, vt prædi-
xi ſuprà eo. appellās duo neceſſariò facere, ſ. præſentare ap
pellationē, proceſſum, & apoſtolos intra qnquaginta dies
iudici ad quē, & ſecundò inſtare pro citatione partis appel
latæ ad aperturam proceſſus intra dictum tempus. Et hoc
eſt ius nouum, per iſtam conſtit. inductū, De iure verò Ro
mano fingitur ſimiliter non appellatum, quando appella-
tio eſt deſerta propter lapſum primi & ſecundi fatalis. l. fi.
§. illud C. de tem. ap. & l. ſi cā. C. eo. tit. & glo. in l. eos. C. de
app. & l. ſi contra eo. ti. & no. in c. ex rōne. & in c. pſonas. &
cap. romana. de ap. & no. in l. j. in fin. ff. nil nouari. & firmat
egregiè. Alexand. in 4. vol. conſi. 36. incip. viſo themate ſu-
praſcripto. Et in hoc nihil eſt innouatū per iſtā conſtit. vi-
detur ergo ipſo iure ſententia confirmata. quando appella
tio ab ea eſt deſerta, per iura allegata ibi per Ale. Sed iuxta
b hoc quæro[b] vtrum deſerta cauſa appellationis ſit deſerta

etiam cauſa nullitatis ſententiæ per deſertionem cauſę ap
pellationis, de iure verò communi, de hoc articulo ſunt
opiniones inter Doctor. vt patet ex ſcriptis per Bart. & Io.
de Imo. & alios in l ſi expreſſim. ff. de ap. & per Bal. in l. ta-
le pactum. §. qui prouocauit. in repetitione, verſ. octauò q̃-
ro. ff. de pact. Salyc. in d. l. fi. §. illud. C. de temp. app. & Pet.
de Ancha. in cle. 1. de do. & con. Doc. in c. dilecto. & c. ſępe
de appell. & do. Bart. de Capua in quadam apoſtilla, quam
habeo in ſumma Azo. in tit. de app. per d. l. ſi expreſſim. &
36 per l. contra maiores. C. de inoffi. teſta. † Et vt citò me expe
diam, magis communis concluſio de iure communi eſt, ꝙ
deſerta appellatione poteſt dici de nullitate ſententiæ, hoc
firmat Bartol. in dicta l. ſi expreſſim. per illum text. in fina.
verſicu. quæro, quando iſta duo iudicia. & Baldus in l. 1.
verſicu. tertiò quæro. C. quando prouoca. non eſt neceſſ. &
in c. ſancimus. quo tempo. miles. & Petr. de Anchara. in di.
c. j. de dol. & contumac. & Bald. in d. §. qui pronunciauit.
Idem tenent domini de Rota deciſio. 361. incipiente, item
fuit dubitatum, idem firmat Alexand. in 2. volumi. conſi-
lio 199. in fin. & in quarto volumi. conſilio. 59. Et pro deci
ſione huius dubij de iure communi vide omnino Ioan. de
Imol. in dicta l. ſi expreſſim. colum. 21. vbi bene diſtinguit,
aut ſimpliciter fuit appellatum. & deſerta appellatione po-
teſt videri de nullitate, aut fuit dictum, ꝙ ſententia eſt nul-
la, & ſi aliqua eſt appellò, & tunc deſerta appellatione non
eſt deſerta nullitas, per text. in c. exhibita. io fi. & ibi Ioan.
de Imo de appell. & voluit Innocen. in d. ca. dilecto. & Bal.
in l. 1. C. de ſent. ex breuicu. recitand. & de hoc vide plenè
per Philip. de Franchis in d. c. dilecto. in q. 54. quæritur, &
optimam apoſtillam Alexand. in d. l. ſi expreſſim, & conſi.
37 Alexand. in 5. volumi. conſilio 111. † Et aduerte ad vnum,
quod dixit Bald. in d. §. qui prouocauit. in 13. q. ꝙ quando
appellatio eſt deſerta propter lapſa fatalia & peremptam
inſtantiam, non poteſt dici de nullitate reſpectu inſtantię,
ſed bene poteſt reſpectu iuris, ſcilicet, ipſius nullitatis ſen-
tentiæ poteſt dici de nullitate, quæ incidenter venit in ſnſa
& tunc debent ſeruari ea, quę ſunt ordinis iudiciarij, de q.
bus io l. prolatam. C. de ſentē. niſi ex eiſdem actis appareat
nullitas ſententiæ, per no per Bart. in l. 4. §. condemnatum
ff. de re iudic. Et ſcias, ꝙ licet appellatio ſit deſerta, tamen
appellans poſt ius ſuum proſequi per viam querelæ, vt di-
cunt domini de Rota deciſi. 125. quæ incipit, item maior
pars Dominorum. & firmauit Præpoſitus in capit. cum ſit
romana. in 2. colum. de appell. Et ſi eſt dubium, an appel-
latio ſit deſerta, in dubio iudex debet iudicare, ꝙ appella-
tio non ſit deſerta, vt dicit Pau. de Caſt. in l. 1. ff. ſi quis cau
tio. & Præpoſitus in ca. ex ratione. in princip. 2. col. de ap-
38 pellatio. † Decimotertiò & vlti. not. ex text. ibi, niſi ipſo iu-
re nulla à iudice ſuperiore dicatur. ꝙ iudex cauſę appella-
c tionis poteſt iudicare ſententiam eſſe nullam[c], etiam quòd
ſit deſerta appellatio, & pro hoc l. ſi expreſſim. ff. de appell.
& l. quidam. in fin ff. fami. erciſcun. Et ſcias, ꝙ multis mo-
dis poteſt eſſe ſententia diffinitiua nulla, vt patet in Specu.
in titu. de ſenten. §. iuxta. & ſeq. de quo per Præpoſitum &
Philip. de Franchis in c. dilecto. de app. vbi colligit. 36. mo-
d dos. Sed iuxta hoc quæro, vtrum ſententia ſacri conſilij[d]
poſſit allegari nulla ad effectum impediendi executionem?
Bald. in l. fi. C. de legi. & in authen. quæ ſupplicatio. C. de
prec. imper. offe. videtur dicere, quòd ſic, & Abb Sic. in c. j.
in 2. colu. de cau. poſ. & proprie. & Lud. Ro. in conſil. 369.
inci. circa primum. 2. colum. & in conſil. 487. incip. in cau-
ſa præſenti. & Franciſ. de Aretio in conſil. 175. in 14. colū.
& Fel. in c. eccleſia ſanctæ Marię. in 10. colum. de conſ. Sed
hoc intelligitur eſſe verum, quando nullitas eſſet ex defe-
ctu iuris naturalis, vt fuit in clemen. paſtoralis. de re iudic.
vel ex defectu iuriſdictionis, ſecundùm Angel. in l. ſalſam.
C. ſi ex falſ. inſtrumen. ſecus quando eſſet nullitas ex defe-
ctu iuris poſitiui. hoc firmat etiam Alexand. in apoſt. in di
cta l. fi. C. de legi. & Innocent. in ca. in cauſis. de re iudica.
& Abb. Sic. ibi in 2. not. & in vlti. quæſtio. in ca. propoſuit.
de conceſſ. præb. Hinc eſt, quod dicit idem Abbas in capit.
39 cum olim. in 6. colum. de re iudica. † quòd princeps poteſt
habere ratum proceſſum nullum ex defectu ordinis iudi-
ciarij. Idem firmat Felyn. in d. cap. in cauſis. in 1. colum. in
fin. vbi multa allegat idem Paulus de Caſt. in l. ſi quis impe
ratorem. C. qui teſtament. ſac. non poſſ. & pro hoc facit id,
quod dicit Innocen. in cap. ex litteris. de reſtit. in integr. ꝙ
contra ſententiam principis quis nō poteſt venire, niſi per
viam ſupplicationis, aut reſtitutionis in integrum, nō nul-
litans, intelligo iuris poſitiui. Idem dicit in c. ſuſcitata. eod.
titu An autem pendente cauſa reſtitutionis in integr. à ſen
tentia regis, vel ſacri conſilii poſſit fieri executio ſententię,
præſtita cautione de reſtituendo in caſu retractationis ſen
tentię? Tangit in ſpecie Abb. Sic. in c. ſuſcitata. in princip.
& in fin de reſtitu. in integr. & videtur concludere, ꝙ im-
pedit executionem, niſi ſit prę ſumptio malitiæ contra eū,
& ideo concludit, quod vtilius eſt petere reſtitutionem in
inte. quàm ſolam reuiſionem cauſæ per viam ſupplicatio-
nis, vt ibi latius per eum. & ſis cautus, quando petis reſtitu
tionem in integr. aduerſus ſententiam ſacri conſilii, vt par
ticulariter exprimas læſiones, ſeu deceptiones, vnde non
ſufficit iſte caſu dicere, ſe minorem, & lęſum ſui facilitate.
Ita inquid Bart. in l. minor autem magiſtratus. §. ſi autem.
40 ff. de minoribus. † In gloſſ. 1. not. iſtam gloſſ. ꝙ in regno apo-
ſtoli poſſunt impetrari intra quinquaginta dies, ſed de iu-
re communi debent intra triginta dies peti, & concedi, vt
in l. iudicibus. C. de appellatio. idem dicit gloſſ. quarta, hic
Bene tamen de iure canon. iudex à quo poteſt ſtatuere ter
minum ad recipiendum apoſtolos, & ſi intra illum termi-
num non recipit, appellatio erit deſerta, vt legitur & nota-
tur in clement. quāuis rigor iuris. de appellatio. & ibi per
ſcribentes. Sed in regno non poteſt iudex à quo dare termi
num ad recipiendum apoſtolos, quia iam iſta conſtitut. ſta
tuit tempus determinatum, intra quod debent peti & prę-
ſentari apoſtoli, & proceſſus cum appellatione iudici ad
quem, & idem videtur de iure ciuili, vt not. in l præſes. C.
de appellat. In gloſſ. ſecunda not. iſtam gloſſ. quòd iſti quin
quaginta dies, qui dantur ad præſentandum proceſſum iu-
dici ad quem, currunt à die appellationis interpoſitæ de
momento ad momentum, ita quòd ſi die nona hora tertia
rum poſt latam ſententiam ſit appellatum, poteſt prę ſen-
tare proceſſum die quinquageſima hora tertiarum, & ſic
habebit dies 59. à die latæ ſententiæ ad præſentandum pro
ceſſum, & vide eā. de hoc dixi ſupra in quart. no. In gloſſ. 3.
hæc gloſſ. allegat, quòd ſimile tempus quinquaginta die-
rum ſtatuitur de iure communi ad proponendum excuſa-
41 tiones à tutela vel cura. † In gloſſ. 5. omiſſa. 4. not. iſtam gloſſ.
quòd licet iſta conſtitut. velit, quòd præſentatio appellatio
nis, & proceſſus debeat fieri regenti magnam curiam vica-
riæ, vel iudicibus ipſius magnæ curiæ, tamen idem eſt
ſi fiat præſentatio proceſſus executoribus litium dictę ma-
gnæ curiæ, ideſt, notarijs. poteſt ergo notarius actorum
recipere ſcriptura, & facere præſentationem ipſarum, vt
in l. præcipimus. & ibi Baldus C. de appellatio. & in l. cos.
§. ſuper his. C. eodem titu. & Abb. Sic. in cap. quoniam con
tra. de probat. Idem tenet Baldus. in authentic. quæ ſuppli-
catio. C. de precib. imperator. offerend. præterquam in in-
ſtrumentis probatoriis, quia eius fides debet fieri iudici, &
non tabellioni. Tamen hodie indiſtinctæ fit præſentatio
ſcripturarum & inſtrumentorum notario actorum, &
poſtea notarius intimat parti, vt poſſit coram iudice op-
ponere quicquid velit. & pro hoc bene facit, quod dicit
Bald in l. ſi ea. io fina. C. qui accuſ. non poſſ. quòd ſufficit,
quòd productio inſtrumenti intra terminum fiat coram
notario actorum, & non coram iudice, vt nota. in l. in-
bemus. C. de libera. cau. Poſtea enim fit citatio patris ad vi
dendum productionem inſtrumenti ad effectum, vt ſi prę
iudicet alteri parti, poſſit opponare contra inſtrumenta,
ſecundùm Bal. in l. iudices. de fide inſtumentorum. iunctis
dictis per eundem Bald. in l. ſi quando. in fin. C. de teſtibus
& vide ad hoc Alexand. in l. ſi finita. §. Iulianus. colum. 20.
ff. de damn. inſect. In gloſ. 6. in verbo, appellationum tem-
42 pora. dic, vt dixi ſuprà io 8. not. † In gloſſ. 7. not. iſtam gloſſ.
quòd ſicut nec iudex, nec partes poſſunt prorogare inſtan-
tiam

tiam iudicij triennalem, de qua in l.properandum.C.de iu
di.ſic etiam nec iudex, nec partes poſſunt facere, quòd iu-
dex ad quem recipiat præſentationē appellationis & pro-
ceſſus poſt quinquaginta dies, quod tene menti, quia iudi-
ces cauſarum appellationum interdum parum aduertunt
ad hoc, & deberent bene aduertere, maximè hodie per no-
uellam conſtitutionem Regis Ferdinandi Primi volentis,
quòd etiam in ſacro conſilio ſeruetur iſta conſtit. appella-
tionum tempora. In glo.pen.dic, vt dixi ſuprà in 11.not. In
glo.fin.dic, vt dixi ſuprà in 13.& vlt.no. quibus addo quę-
ſtionem dubiam, quid ſi à laudo arbitratoris habetur re-
curſus ad magnam curiam tanquam ad bonum virum, &
bonus vir confirmat, vel moderatur laudum, quod dicit
eſſe exequendum iuxta dictam moderationem, an poſſit
appellari? Sunt opiniones inter Docto. nam quidam te-
nent, quòd poſſit appellari. hanc partem firmauerunt Iac.
But.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſoc. Inno.in ca.
innotuit.de arbitris. Bal.in l.1.C.no licet.ter.pro.& in l.1.
in 3.col.C.de his quæ pœnę no.& in c.fi.in fi. quo tempo.
mi.in vſib.feud.& in l.tale pactum. §.qui prouocauit.ff.de
pact.& in l.fina.10.colum.C.de contrahen.empt. Anto.de
But.in ca. Quintauallis.in 23. differentia. de iureiur. Idem
Io.de Imo. ibi verſicu.an autem a ſententia iudicis. vbi di-
cit, quòd ita tenuit etiam Petr. de Anchara. in diſputatio-
ne ſua incipiente. cum C.laicus. & idem firmat Paulus de
Caſtro.in l.prima.ff.de legatis ſecundo.& Alexan. de Imo.
ibi,& in 3.volumi.conſi.107.& Ioan.de Imo. in ca.primo.
de conſtitu.& in l.publicorum.ff.de publ.iudic. Ludouic.
Roman.in l.arbitro.ff.qui ſatiſd.cogan. & in conſil.261.&
Raph.Cuma.in d.l. Idem firmat Dominus Vitalis in clau-
ſulis ſuis, charta 169. Et iſta videtur eſſe magis communis
opi.& magis vera. Sed in contrarium, quòd non poſſit ap-
pellari, tenuit Ioan. And.in addi.ad Specu.in titu de appel.
§.in quibus. verſi.quid ſi conueniat. vbi refert Dominum
Ruſticanum diſputaſſe iſtam quæſtionem, & concluſit,
quòd non licet appellare. Idem tenuit Salycetus in l.à ma-
ioribus.C.de appellatio.& in l.cum antea.C.de arbitris.&
in dicto §.arbitrorum. Idem Bartol in dicta l. prima. ff.de
legat.2.vbi dicit, quòd hanc partem firmauit Innocent. in
extrauaganti, præſenti. de reſcriptis. quæ hodie poſita eſt
in lib.6.decretalium,& incipit, ſtatutum. de reſcript.lib.6.
Idem Angelus in d.l.arbitro. Idem Abb.Sic.dicto c.Quin-
tauallis.& in conſiliis ſuis. Idem Cardina.Floren.in capit.
43 expoſita.de arbitris.† Ego vidi in pleno conſilio regio excel
lentiſſimorum Doctorum fuiſſe determinatum, quòd nō
obſtante appellatione ſententia boni viri, præſtita ſatiſda-
tione in caſu retractationis, quòd fiat executio ſententiæ
boni viri, & procedatur in cauſa appellationis, & hoc quā-
do apparet, quòd ſententia boni viri parum lędit. Reperio
etiam Lanfran.in trac.de arbitris.in tertia parte, quæſ.22.
qui dicit vltimatè, quòd non peccaret in Spiritū Sanctum
ille, qui tenet vnam, vel alteram opinionem. Et ideo vidi,
quòd magna curia, quando appellatur ab eius ſententia la
ta, vt à bono uiro, non admittit, niſi ſi & inquantum, licèt
poſſit admittere, ſi & inquantum valet. An autem currat
tempus appellandi pendente quęſtione ſuper nullitate ſen
tentiæ? Bald. tangit in dicta l.contra maiores. & dicit, ꝙ b
non, ſi probabiliter allegauit cauſas nullitatis, vide Bald.in
dicta l.expreſſim.in tertia quæſtione. in fine.& Ioann. de
Imo.ibi, & Bal.in l.1.C.qui pro ſua iuriſd.& in l.j.C.quan
do prouoca.non eſt neceſ.in l.qui teſtamento.ff.de excuſa.
tut. Et vide limit. Inn.in hoc c. ſæpe. de appel.& conſilium
Rapha.Cuma.in conſi.162.incipien.proponi. quòd iudex.
& conſilium Alexan.de Imo.in 2.uolum.conſilio 47.circa
a fin. Et an prius[a] ſit cognoſcendum de deſertione appella-
tionis, quàm de nullitate ſententiæ, uel econtra, uide deci- c
ſionem nouiſſimam Dominorum de Rota, quæ incipit d
utrum prius ſit cognoſcendum. in char.27.in titu. de app.
Vltimò aduerte, quia iſta conſtitu. nihil dicit, ſi intra quin
quaginta dies propter aliquod impedimentum nō fuit prę
ſentatus proceſſus, & iudex ad quem pronuntiauit appella
tionem deſertam, quia non fuit præſentatus proceſſus in- e
tra tempora à die appellationis interpoſitæ, & poſt illud
tempus præſentatur proceſſus cum fide, ꝙ propter impedi
44 mentum ſuperueniens non potuit præſentari.† Vtrum idē
iudex poſſit reuocare ſententiam latam ſuper deſertione
propter impedimentum, quod ſuperuenit? Dic, quòd ſi
fuit appellatum à dicta ſententia ſuper deſertione, poteſt
iudex eam reuocare intra decem dies, & reponere appellā-
tem ad docendum de diligentia, quia reuera eſt interlocu-
toria. Nec obſ.c.ſignificantibus.de off.deleg. ubi non reuo-
catur interlocutoria, per quam finitur iuriſdictio, quia fal
lit, niſi ab ea ſit appellatum. deciſio eſt rotalis in antiquis.
in tit.de appell.40.& idem in deciſionibus Egidij de Bella-
mera, deciſi.424.firmat Abb.Sicu in c.cum ceſſante.3.co-
lum.de appella. & Philippus in c.ex ratione.col.38.eodem
titu.& Fely.in capit.ex parte, decimaſeptima colum.de re-
ſcript. An autem pars, quæ appellauit, poſſit renuntiare
huic appellationi? Ioann.de Imo.in capi.interpoſita.§.ille
denique.de app.dicit, ꝙ antequam iudex appellationis par
45 tem citauit, poteſt renunciare appellationi.† Secus poſt ci
tationem, quia tunc appellatio eſt communis, ut plenè per
ſcribentes in dicto §.ille denique. Quæ autem ſunt impe-
dimenta, quæ poſſunt contingere, ut excuſant ipſum appel
lantem, uide per Philip.in c.ex ratione in tertia colum. de
appellat.& ibi per alios docto.

ANNOTATIONES.

a Suſpendit.] Vide Afflic.in deciſio. 188 numero quinto.& in deciſio. 296.in fin. vbi ex hoc infert, quòd licet negās debitum non poſſit cedere bonis, vt dicit Bar.in l.qui cedit. ff. de ceſſ.bono. tamen ſi in cauſa appellationis confiteatur debitum, poterit cedere bonis, argum. l.qui cum maior §.accuſaſſe.ff.de bon.liber. & refert ita dixiſſe Salycet in l.prima C.qui bonor.ced.poſſ.& aret.in § finali. inſtitutio.de actio.& vide Capicium in deciſione 202. numero 8. vbi dicit, quòd appellatio extinguit pronuntiatum, allegat Bartol. in l.prima.vlti. columna de actio.empt. reclamatio autem non,& in deciſio. 28. numero ſexto. vbi appellatio reducit rem ad terminos, in quibus erat poſt litem conteſtatam, in authentica ante allega. Bar.in l. ita demū. C.de procura.& ex hoc infert, ꝙ ea quæ debebant opponi ante litis conteſta.non poſſunt opponi in cauſa appellationis, & propterea exceptio præpoſterationis non poteſt opponi in cauſa appellat. alexander in conſilio trigeſimotertio, conſultus alias, quarto volum. Item reconuentio non poteſt fieri in cauſa appella Bald.in cap.cum venisſent.penultima columna de iudi.Specu.in titu.de reconuentione. §. nunc dicamus.verſi.ſed nunquid coram iud.Guido Papæ. quæſ.436. numero 10. Bene tamen admittitur compenſatio. Specu in tit. de appella.& in §.de offi.eius ad quem appell. ſed nunquid in cauſa appella. & Guido Papæ vbi ſupra. Item qui tenebatur ad rem, vel factum etiam propter non præſtationem fuit condemnatus ad intereſſe, ſi in cauſa appellationis perdat rem, vel factum, non liberatur ab intereſſe. ita Bar.in d.l.1.in princ.ff.de actio.empt.cum concor. adductis ibi per alexand.in addit. & vide omnino Iaſ. in d.l. ita demum. vbi late amplias & infert ex prædicta deciſione, & eam limitat & infert ex prædicta deciſione, & eam limitat quinque modis. & vltra ipſum limita non habere locum in appellatione ab interlocutoria. Ita Io.And.in cap.fin de appel in 6. Ang in l.tertia, ſecunda quæſtio. de appel.reci. alias vide per Felin.in rubrica de appellationibus, numero quarto, & iſta concluſio Afflic. eſt communis. & eam loquitur Alexand.in dicta l.ſi cauſa cognita.in princip. Felyn.in cap. paſtoralis. verſiculo. præterea de offi.deleg. Imo.in rubrica ff.de appella. & vide Marantam in ſpeculo aureo 4.parte, ſexta diſtinctione, num.13. vbi limitat ſupradictam concluſionem, videlicet quòd in cauſa appellationis non poteſt fieri reconuentio, non habere locum, in caſibus ibi per ipſum adductis, quem vide.

b Sapientibus.] adde glo. in l.præſes. C.de appel.& ibi Barto. alexan. & cæteri, Guido Papæ in deciſio.336. Specu.in titu.de appella §.nouiſſime.verſicu.15.cum ſequen. Deci. in capit.perſonas colum. 2. de appel. vbi declarat nouem modos aſſignandi & ſtatuendi talem terminum & vide Marantam in Specul.aureo in tertia parte ſextæ partis, verſi.ſecundus actus.num.157. & nu.184.& num.320.& nu.326. & ibi ponit nota. dictum, videlicet, quod ſi ſtatuitur terminus appellanti ad recipiendum apoſtolos tali die, & appellans non comparuit in illa die, cenſetur deſerta appellatio, etiam ſi iudex non venerit illa die ad locum, alleg. Card.in cle. quamuis.§.ſi.1.q.de appel.

c Nihilominus.] Hanc opinionem Afflic. ſequitur Maranta in ſuo ſpeculo aureo, in tertia parte ſextæ partis. verſi.ſecundus actus. nu. 330.

d Videtur.] Ad confirmationem prædictorum vide Philippum Decium in capitu.perſonas in ſexto notabili. poſt Panormit. ibi, in vltimo notabili extra de appellat. & text. in dicto capitulo perſonas, in fine. & textus in capitulo conſuluit. extra eodem tit.& clementi.quamuis rigor.§.verum.de appellat.& capit.reprehenſibilis §. ſi vero.in fi. extra eod.titu.

e Philoſophis.] Vide Sal.in l.eum. C.de his quibus vt indignis. & text.

in l.penu.C.eo.ti.& Spe.in tit.de iure emphy.ver. 29.vbi ponit,quòd non videtur edere qui totum non edit. Batius.

f Sententiæ]Adde tex.in capitulo concertationi. de appellatio. in ſexto. & gloſſ.in capitulo ab eodem titulo, in ſexto. & ex hoc no.quod illud tempus a principio eſt vtile, quia nunquam incipit currere impedito,ſed poſtea efficitur continuum, vt eſt tex. & ibi nota. Bartol. in l.prima.§.dies.ff quando appella.ſit.Specu.in titulo,de appellatio. §.reſtat.verſic.ſed nunquid, Maranta in Specul.aureo. vi.parte.verbo ſecundus actus.nume. 166 vbi dicit bonum eſſe vt proteſtetur appellans, quando videt ſe impeditum maxime per iudicem, allegat Barto.in d §.dies.& cum Bart. concordat Philipp. in capitulo ex ratione. ſeptima columna de appellatio. Alexand. in l.de pupillo. § ſi quis ipſi prætori.ff.de operis noui nuntiatione,cum ſimi.per Afflict. in deciſio. 29 & in deciſi. quinquageſima Hanc tamen concluſionem relatam hic per Afflict.limita non habere locum, vbicunque aliquis litigaſſet per procu. quia licet procurator non appellauerit infra tempus ſtatutum, & dominus non habuerit notitiam de ſententia, quod decem dies currunt etiam domino ignorante. & ideo elapſis decem diebus poterit appellare. Innocen. in capitulo primo, in fi, vt lite non conteſta.niſi in caſibus relatis per Afflic.in deciſi. 354. & Guido.in q. 436.nu.88.& nu. 103.

g Diem.]adde Spec. in titu. de app.§.reſtat videre.verſicu.ſed nunquid. ibi,tu dicas. Guid.Pap.deciſ.ſeu quæſtio.430. num.34. Bart. in l. pater,§. 1.ff.de adul. Alex.in l.huiuſmodi.de verb.obli.& in conſi. 75.2. parte Fely.in c.quo ad conſul.verſi.4.concluſi.de re iud.& late Deci. in c.ex ratione.in prin. extra de appell.

h appellans.]adde Afflic. in deciſ.69.Marantam in d.6 parte.verbo, ſecundus actus.nume.319 vbi dicunt,quod de ritu ſacri conſilij Neap. eſt, quòd ſi proceſſus præſentatur poſt quinquaginta dies reuidetur cauſa ex eiſdem actis de æquitate. & nimirum, nam princeps poteſt deſertam appellationem admittere. Inn.in c.ex literis. de rei.in inte. in fi. Guido Papæ deciſi. 185.

i Expreſſus.]an autem partes poſſint prorogare terminum proſequendi appellationem, vide Abb.& cæteros in cap.ex parte.de app. Alex.in l.properandum.in princi.tertiæ col.de iudi.& in conſil.24.in fi.4. vol. Matheſi.no.24.Fulg.conſi.171.Abb.conſi.64.ſecundo libro.& omnino.Fely.in d.c.ex parte.& ibi Decium num.6. vbi per duas col.diſputat hanc quæſt.in dictis locis etiam inuenies,quid de ſuſpenſione termini ad appellandum, & proſequendum appellationem. Maranta in Specu.aur.fo.91.nu. 189.

k Deſerta.]Vltra hic allegata per auctorem,vide Saly. in d.l.eos.columna quarta.& tex.in l.ſi contra.& in l.quoniam.la prima.C.de appellationibus. Batius.

l Iure]Declara hoc per Belluccam in Specu in tit. de præpo.graua.c.10. & ideo ſentētia lata per iudicem appellationum poſt deſertionem eſt nulla.Bal.in c.fi.in fi.qui tempo.mil.Hoſti.in cap ex ratione. de app. Guido Papæ deciſ.11.& 436.nu.16.& in conſi. 10. nu.5.volu.primo. licet Inno.teneat contrarium in d.cap.ex ratione de appella.vide tamen eundem Guid.in conſil.38 & 154.vbi late.& Alexand.in conſil. 30.nume.13.1.volu.

m Super.]Vide Guido.deciſ.11.& 12.& 438.num.13. & Maran. in Specu.aureo.in ſecunda parte,6.partis.nume.22.& omnino Deci.in cap. cum ceſſante.per totum.de appella.vbi late examinat,quando interlocutoria poſſit reuocari, & quomodo cognoſcatur interlocutoria. & vnum verbum Ang.in §.illud in auth.de hære.& Falc.

n Delegato.]Vide Sal.in d.l.præſes.& tex.cum gl.in c.ſignificantibus,extra de offi.& poteſta.iudi.deleg. Batius.

o Impedimenta. Adde Guido Papæ deciſ.432.nu. 108.

p Facere.]Not.hic caſus aliquos, in quibus ordo iuris de conſenſu partium remitti poteſt,vltra quos vide alios poſitos per Bart. & Alex.in l.2.C.de prim.ſchol.lib. 12.& Afflic.in deciſ 191. & alios per Doct in c.P.& G.de offic. dele.per Bal.in auth.generaliter.C.de epiſ.& clericis.per Alexan.in l.1.ff.de fer.per Doct.in l.1.C.de iuriſdictione omnium iudicum.

q Iudex.]De hac q.vide Fely.in c.ex parte 6.col.de reſcri.Barba.in conſi.37.quarto volum.Decium in c.ex ratione.vbi latiſſime per conclu. & limit.extra de appel.& in conſi. 97.

r An iudex appellatione deſerta poſſit ſuam ſententiam exequi, vide infra,& bonum tex.in l.quoniam nonnulli.& in l.ſi contra.C.de appellationibus. Ioan. Ant. Batius

ſ Inhibere.] Adde Rotam in deciſio.412.incip. Item ſi appellatur hodie vbi dicit, quod attentata poſt inhibitionem non canonice factam non reuocatur,per tex. in c.non ſolum.§. 1.in verbo, canonica.de appella.in 6.ſequitur Fely. in d.c.dilectus filius.la 2.de reſcrip. in verbo,non inhibendum niſi cauſa cognita.limita tamen quatuor modis vt ibi,& vide aliqua per Guido.in ſępius alleg.quæſtio.436. numero 69.& nume.76.

t Quid ſi.]Vide glo.in cle.ſi appellationem.in verbo, appellatus.de appel.cum aliis adductis ſupra in addi.inci.declara hoc.

v Fidem.]Vide Doct.& maxime Fely.in c.cum in iure. de offic.deleg. & in c.cauſam de proba.extra.

x Paupertatis.]Paupertas in quo proſit, vide Aret in §.licet.Inſtit. qui.ex cau.manu.non.li. Iaſ.in l 1.quarto nota. C.de iure emphy. Afflic. in deciſi 22.nume.3.Fely.in c.ſignificantibus.de offi.delega. Deci. in conſi.436.

y Abbreuiare.]Ad idem vide Philip. Decium in cap.oblat.in 5.notabili Panor.ibi,verſic.quarta & vltima regula, columna 2.extra de app. & tex.in c.perſonas.& in ca.cum ſit Roman 2.& in c.conſuluit.el 1.in fine,& cap.ex inſinuatione,& ca.reprehenſibilis.§.ſi vero,& c.oblatę. extra de appel.& ca. quod ad conſultationem.extra de re iud. & tex. in l præſes prouinciæ ff.de re iudi & Alex. ibi.& Fely.in c.cum ſi Romana. Ioannes Ant. Batius.

z Erres.]Primum & ſecundum fatale quanto tempore durent, & à quo tempore incipiant currere, vide infra per auctorem & per Bartol. in l.cum anterioribus §.illud.nu.4.C. de temp.appell.& quod ibi not. glo.pen. Io.Ant.Batius.

a Deſerto.]Vide Alex.conſi.81.volu.3.Luc.in l.1.col.2.de caſtr.pecu. lib.12.Alex.conſi 16.nu.17.col.6.Soc.conſi.55.col.3.ibi, quinta dubitatio.& Guido Papæ deciſ.13.& ſingu.526.

b Quæro.]Vide Guido.Papæ conſi. 10.nu.3.& nu.5.

c Qualiter hoc procedat,vide Guido Papæ conſi.2.nume.5. & conſilio decimo,numero 3.

d Conſilij.vide Deci conſi.60.nu.2.Afflic.in præludiis feudorum. q. 10. & Corn in conſilio 208.volumine tertio. & Ripam in tertio libro reſponſorum,reſponſo 11.

e Deſertione.]An deſerta cauſa appellationis ſit deſerta cauſa nullitatis, quando ſimul ſunt propoſitæ, & quando nullitas fuit principaliter intentata,infra quod tempus contra ſententiam opponi poſſit,vide per eundem Matth.in conſti.vſurariorum. col.6. fol.32. Batius.

De pœna iudicis, qui malè iudicauit. Rubrica XLVI.

DICTVM fuit ſuprà proxi. de iudicibus appellationum à ſententiis diffinitiuis latis a iudicibus a quibus, verũ quia tam iudices cauſarum primæ inſtantię, quàm ſecundæ inſtantiæ proferunt ſententias cõtra leges interdum doloſè, interdum per ignorantiam, & de pœna, qua debent puniri, non erat dictum,ideo ſequitur hæc rubr. Et de hac materia vide in ſum.C.de pœna iudi.qui malè iudi. & maximè in auth.ſed nouo iure. cod.ti. quæ ſumpta fuit ex auth. vt in exordio litis iurent.§.ſi quis autem.& in l.fi.eo.ti.& inſti.de obliga quæ ex quaſi delicto.in prin.& vide Bar.in diſputatione ſua,quę incipit,iudex,qui per ignorantiam. vt in l.ſi filius.ff.de iudi.& ibi apoſtillam Alex. & in l.argentarius.§.fi.ff. de eden.& Bald.in c.1.§.iudices. de pace iura. firman.& ea quæ ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex malè iudicans doloſè punitur omnium bonorum publicatione.*

Iudex malè iudicans facit litem ſuam.

2 *Iudex per ignorantiam malè iudicans minus punitur, quàm is, qui doloſè.*

Ignorantia iudicis malè iudicantis eum non excuſabit.

3 *Officium iudicandi aſſumens ſe peritum aſſerere videtur.*

SI iudex fraudulenter. Pœna iudicis malè iudicantis fraudulenter, & per dolum eſt,quia priuatur officio irrecuperabiliter, & efficitur infamis & priuatur omnibus ſuis bonis per ſententiam. Si autẽ per ignorãtiam malè iudicauit, punitur
1 arbitrio regis.h.d. †No.t.ꝙ iudex, [a] qui malè iudicauit do
2 loſè,nedum in cauſa criminali, ſed etiam in ciuili punitur pœna publicationis omnium bonorum. de iure Romano non punitur pęna publicationis omnium bonorum, quando cauſa eſt ciuilis, ſed quando doloſè iudicauit in cauſa criminali,vt patet in d.auth.nouo iure. C.de pęna iud. qui malè iudi. Et iudex,qui doloſè malè iudicauit,incidit etiá in pęnã ſal.ut in l.1.§.1.ff.ad l.corn.de ſal.firmat hoc Io.de Imo.in l.ſi is ad quem.ff.de acq.hær.fallit,niſi contra leges iudicauit ſcienter ex cauſa,tunc nõ dicitur malè iudicare, quia licet ei tranſgredi leges ex cauſa.c.1.de conſti.per Inno.ſi eſt iudex maior ſecus ſi inferior,de quo in l.quid ergo.§.pęna grauior.ff.de inſa.& per Andr. quæ ſint regalia, in verbo.bona committentium crimen lęſę maieſta.& ibi dixi. Et ſciaa,ꝙ per iſtaa pęnas hic impoſitas iudici malè iudicanti non ſunt ſublatę pœnæ, ſcilicet,quòd facit litẽ ſuã, vt dicit Bal.in l.j.C.quo.& quan.iud.& alię pęnę, de quib.

in l.

in l.1.2.& fin. C.de pœna iudi. & inſtitu. de oblig.quæ ex
quaſi delicto. in princip. ſecundùm gloſſ. hic , & bene.
a †Secundò nota ex tex.quòd minus punitur iudex,qui per
ignorantiam iudicauit malè, quàm iudex, qui per dolum
iudicauit malè,ſiue in cauſa ciuili,ſiue in criminali,imò iu
dex,qui cõdemnauit ad mortem,ubi non debuit,debet pu
niri ſimilitudine ſupplicij,ut hic,& concordat text.in cap.
regis Caroli ſecundi, quod incipit,ſi iuſtè quis appellaue-
b rit.chart. 26. Tertiò [b] not.quòd in iudice ignorantia non
excuſat eũ,ſi malè iudicauit, quin puniatur arbitrio regia
& ſic erit pœna extraordinaria,vt firmat Bald.in l. fina.C.
de pœna iudic.qui malè iudica. ſecus dicerem, ſi malè iu-
dicaſſet per errorem,quia magna differentia eſt inter igno-
rare,& errare , ut declarat Azo in ſumma. C.de iur.& fac.
3 ignoran.in princi. †Iudex enim qui accepit officium iudi-
candi , uidetur aſſerere ſe peritum, ut in authen.de iudi.in
princip.not.in c.ſciſcitatus. de reſcript.& in d.l. fina.C.de
pœna iudic. Quid autem ſi iudex nulliter iudicauit, an fa-
ciat litem ſuam? Vide Bartol.in l.fina.ff.de varijs & extra-
ordin.cognitio.& Bald.in d.ca.1.§.iudices. de pace iuram.
firmao.& apoſtillam Alexand. in l. 1. ff. de appel.& Bald.
in l.ſi ut proponis.la 1.in fi. C. quomod. & quand. iud. In
gloſſ.unic.dic,ut dixi ſuprà in 2.not.

ANNOTATIONES.

a Iudex.]Et an iſto caſu ſententia erit omnino nulla.vide text.& ibi Do
ctor.in cap. 1. extra de re iudica & aduerte quòd dolus debet proba
ri,quia alias non præſumitur, not. C.ſi res vt alien.pignor.dat.fuer.
l.2. & in dubio dolus non præſumitur ſed imperitia, vt not. in l. 1.in
princip.ff de appellation.& dixit Bald. in l. ſi filius. ff. de iudic.quòd
pro iudice præſumitur,vt non videatur dolo pronunciare,niſi euiden
ter probetur contrarium,quem refert & ſequitur Par.de Pat.in ſuo
tracta.ſindica in verbo,per ſindicatores.ubi latè de iſta materia tracta
tur. Batius.
b Tertiò.] Pęna arbitraria an & quando poſſit per iudicem extendi vſ-
que ad mortem incluſiue.vide gloſ.in §.in ſumma . in verſicu. extra-
ordinaria.Inſtitut.de iniu.quam gloſ. ſequitur Bald.in c.1.in §.iniu-
ria.in primis verbis,de pac. iurament.firmand. & Bald.in l.1.in fine.
C.de his qui latron. & Bartol. in l. fina. ff.vbi pupil.edu. deb.& abb.
in c.ex literis colum. antepenul.& fina.de conſtitut Felin.in cap cum
te.colum.2.in princip.de re iudic. & ibi etiam abbas. & idem Fel.in
c.inquiſitionis.in fin.& in cap.ex literis. colum. antepenul.Pondera
tu text.in l.ſaccularij.ff. de extraordinari. criminib. & text.in l. 2.ibi
non ignaro iudice. & in verbo acerrima condemnatione pro arbitrio.
C. de his qui latron. vbi pœna extraordinaria acerrima dicitur,quæ
accipitur , vt not.in l. 1. C. de ſeditio. Ad idem pondera text.in l.lex
Iulia.§. hodie. ff. ad l. Iula.repetun. licet Bald.in l.& ſi poſt tres.ff.ſi
quis cautio.contrarium teneat in 1.lectura.col.7.verſic.item facit ad
aliam. Idem tenet Cardin.in c.de cauſis.de offic.delegat.& Ludouic.
Roman. in rubric.ff de arbitr. & Bald.in l.1.C.ne ſine iuſſu princip.&
& idem Bald.in c.1.colum.7 in princi.de pace tenend.& alex.conſil.
5.col.fin.in primo volumi. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Iudex pecunia accepta aliquem damnans ad mortem , capite plecti*
debet.
Iudex pecunia corruptus ad mortem iuſtè condemnans , an ſit pu-
niendus.
2 *Sententia per pecuniam lata eſt ipſo iure nulla, etiam ſi iuſta ſit.*
3 *Pecunia qualiter quis licitè vti poſſit.*

1 IVDEX ſi accepta.†Punitur pœna capi-
tis iudex, qui aliquem ad mortem con-
demnauit accepta pecunia h. d. Nota,ꝙ
dictum eſt in ſummario, pro quo facit.
ff.ad leg.cornel.de ſiccar.l.3.§.2.& l.lege.
qa ipſe iudex videtur occidere,ex quo ip
ſe cãm mortis pręſtat,per cãm enim cognoſcimus effectũ,
dicit Bal.in rub.ff.ſi cer.peta.& ideo pęna mortis debet pu
niri,quia pecunia malè quęſita corpus & aĩam maculat,di
cit beatus Ambro.3.q.1.c.cito an aũt. An ſi iudex iuſtè ho
minẽ cõdẽnaſſet ad mortẽ,& fuiſſet pecunia corruptus,vt
faceret iuſtitiã,eſſet pęna mortis? Dic quod nõ,ſed eſſet im
ponenda pęna poſita in cõſt.capitaneorum.quæ ſita eſt in
j.lib.rub.41.& pro hoc.ff.de condit.ob turp.cau.l.2.§.fi.&
11.q.3.c.qui rectè & Io.And.& Ant.de But.& Abb.Sicu.
in c.licet.de prob.Firmat Io de Imo.& Pau.de Ca. in l.di-
uus.ff.de re iudi. Iuſtitia enim non debet uendi,ut no.in c.
2 ſi.de purg.cano & in c.cum ab omni.de ui. & hon.cle.†Et
a aduerte , ꝙ illa ſententia iuſtè lata [a] per pecuniam eſt ipſo
iure nulla,ut in l. uenales. C quando prouoca.non eſt ne-
ceſ. An autẽ poſſit dici,ꝙ iudex fuit pecunia corruptus, ſi
mutuò gratis pecuniam recipit à fęneratore,pro quo pro-
tulit ſententiam iuſtè in ſui fauorem?Tangit Bal.in d.l.ue-
nales.& uide ad hoc Alb.de Roſ.in l.quin etiam. ff. de ca-
lum.Iudex enim,qui recipit pecuniam,ut iuſtam ferat ſen
sentiã,nõ ipſam acquirit,ut debet,& ideo peruertit uſum
pecuniæ,quia,ut dicit Egidius de regi.prin.c.17.ad pecu-
3 niæ uſum tria requiruntur. † Primò, ut quis non acquirat
eam, unde nõ debet. Secundò,ut accipiat,unde debet. Ter
tiò,ut expendat,prout debet . Quid in teſte,qui mediante
pecunia depoſuit uerum teſtimonium,utrum eius dictum
probet? Fely.in c.licèt.1.9.no. de proba alleg.tex.iuncta gl.
& Bar.in l.1.ff.de falſis,qui probat,ꝙ nullam fidem facit,ui
de Abb.Sicu.in c.1.de cri.falſ.& in c. intimauit.& in cap.
cum cauſam, de teſtib. An autem retractetur ſententia , ſi
eſt lata uigore teſtis corrupti pecunia,qui dixit Verum? Vi
de ibi Fely.in col.17.uer.4.concluſio.Et ibi uide, an talis te
ſtis corruptus pecunia,ut dicat uerum, poſſit ut falſarius
puniri, uide infrà in conſti.litigator.Gloſ.hic non ſunt.

ANNOTATIO.

a Lata.]Adde glo.1.q.5.c.vendentes.vbi dicitur, ꝙ etiam ſimoniam in-
currit iudex 13.q 5.c.nõ ſane.11.q.3.c.qui recte. & quid ſi pars pro-
mittit iudici indemnitatem.vide Bart.in l.ſi quis vxorem. §.ſi fugiti-
uus.ff de furt. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Corruptio officialis per pecuniam eſt crimen publicum ab omnibus*
accuſabile.
2 *Teſtes qui probare poſſint corruptionem officialis per pecu-*
niam.
3 *Teſtis omni exceptione maior dicitur,cui nil opponi poteſt.*
4 *Corruptionẽ officialis legitimè probans eſſe per pecuniam ,pręmium*
reportare debet.
5 *Iudex vel officialis non admittens pollicitationem ſibi factam à li-*
tigante non debet puniri .
6 *Promittens vel dans pecuniam pro corruptione officialis punitur,ſi*
intra tres dies non detulerit.
Denunciatio tarda nil operatur.

CORRVPTELAE. Quatuor dicta con-
tinet hęc conſtitutio. Primum eſt, ꝙ cri-
men corruptelæ officialis regis eſt cri-
men publicum, ideſt,quòd omnibus da
tur licentia accuſandi, vel deferendi offi-
cialem , & donatorem, vel promiſſorem
de donatione,vel promiſſione facta officiali , & durat vſq;
ibi,promiſſa pecunia . Hic ponitur ſecundum dictum , ꝙ
ſi facta accuſatione , vel denunciatione de corruptione fa-
cta officiali per promiſſionem pecuniæ conſtabit iudici
per legitimam probationem,ita ꝙ accuſati,vel denunciati
ſunt conuicti de dicta corruptione , accuſans uel denun-
cians præmiabitur. Et eius pręmium erit,ꝙ officialis con-
demnabitur ad ſoluendum dicto accuſatori uel denuncia
tori tantum,quantum fuit promiſſum dicto officiali,& du
rat uſque ibi , cæterum . Hic ponitur tertium dictum , ꝙ
ſi illud, quod fuit datum, uel promiſſum officiali , non eſt
certum , qualiter puniatur officialis . & reſpondet hic li-
tera , quòd conſiderata qualitate cauſæ, & perſonarum
puniatur arbitrio iudicantis , & durat uſque ibi, uerùm
ſi promiſit . Hic ponitur quartum & ultimum , dictum
uidelicet , quòd ſi promiſſor , uel dator pecuniæ officiali
pro corruptione diſtulit denunciare regię curiæ intra tres
dies dictã donationẽ,uel promiſſionem factam dicto offi-
L 4 ciali,

ciali, incidit in pœnam iſtam, quia in tantundem debet ſe componere cum regia curia, quantum ab eo fuit datum,
2 vel promiſſum, & durat vſq; in finem. †Not. primo ex tex. ibi, præſenti ſanctione, quod crimen corruptionis officialis per pecuniam eſt crimen publicum, & cuilibet de populo licita eſt accuſatio, vel denunciatio, & tamen pro hoc crimine non imponitur pœna capitalis, & ſic poteſt eſſe crimen publicum, & pro eo non venit imponenda pœna capitalis, ſed pecuniaria, vt hic idem dicit Azo in ſumma inſtitu. de publi. iudiciis. dum allegat l. ſecunda. ff. de publ. iudic. Quid autem ſit crimen publicum, declarat gl. in conſtitut. vſurariorum. ſuprà in 1. lib. rubr. 6. in verbo, crimen publicum. Et ex hoc ſequitur, quòd condemnatus de corruptela officialis efficitur infamis, quia iſta conſti. hoc crimen reputat publicum, vt dicunt Barto. & Ange. & Ioã. de Imo. in l. 1. ff. de pu. iud. Idem ſequitur, quòd in hoc crimine non poteſt interuenire procurator, poſtquam eſt publicum. l. pe. §. ad crimen. eo. ti. ſecundùm Ang. ibi, licet aliud velit ibi Io. de Imo in 4. col. & cum opi. Io. de Imo. fuit gl.
3 in d. conſti. vſurariorum. in verbo, deferendi. †Secundò no. ex tex. ibi, legitima probatione conuictis. quòd non omnes
a teſtes [a] admittuntur ad probandam corruptionem officialis per pecuniam, ſed debẽt eſſe teſtes legitimi, & omni exceptione maiores. Ita dicit gl. ſuper verbo, legitima probatione. in cap. at ſi cle. de iud. & tunc quando eſt probatum per dictos teſtes omni exceptione maiores, dicetur conuictus. vt dicunt Mod. in d. c. at ſi clerici. in princi. quod tenementi pro officiali, qui ſtat in ſindicatu, & opponitur ei de corruptione, vt non admittantur niſi teſtes omni exce-
b ptione maiores. Qui autem ſint [b] teſtes omni except. maiores? Dicit Bal. in l. optimam. C. de contr. & comm. ſtip.
5 in 2. col. †q dicitur ille teſtis omni exce. maior, cui nihil poteſt opponi, & ſi opponitur, non obſt. allegat glo. inſtit. de inuti. ſtip. §. item verborum. in gl. in verb. idoneos. & gl. in c. 1. de conſan. & aff. Abb. Sicu. in c. 1. de teſti. An autẽ de-
c beat [c] articulari, & probari in proceſſu, quòd vbi requirũtur teſtes omni exce. maiores, q illi teſtes ſunt omni exce. maiores, vel ſufficiat, q in proceſſu nulla legitima exce. eſt contra eos. And. Barb. in 1. vol. conſil. 45. inci. belliſſimè ſcribitur, & c. in 1. col. dicit allegando Bart. & Ang. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemad. teſt. ape. q debet allegari, & probari, ſed ipſemet And. Barb. in conſ. 29. in 1. vol in c. illud aſſeram in medium, dicit, q Bar. & Ang loquuntur in eo caſu, in quo ſit probatio contra inſtrumentum. Item dicit, q illud dictum non eſt verum, & dicit, q contrariũ cõſuluit Fran. de Ramponib. in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. fal. & Iac. de Are. in d. §. ſi quis neget. ſufficit ergo in probatione regulari, q nihil ſit oppoſitum contra teſtes, ſecus in probatione irregulari, quia tunc debet probari, q eſt omni exce. maior bene facit ad hoc conſilium Do. Phil. Deci. 37. in 4. col. ſed pro cõcordia iſtarum opinionum vide Io. de Imo. in d. §. ſi quis neget, quem ſequitur conſulendo D. Barth. Soc. in conſ. 273. ver. poſtremò. & And. Bar. in con-
4 ſilijs ſuis in 1. vol. conſi. 54. in 1. col. †Tertiò no. ex tex. ibi, & præmio deferentibus. q accuſans, vel denuncians officialem de corruptione per pecuniam ſi legitimis probationibus conuincit eum de dicta corruptione, debet reportare præmium, quod erit, quia officialis condemnabitur ad ſoluendum tantundem, quãtum habuit, vel fuit ſibi promiſſum, ſi fuit certum, ſecus ſi incertum, tũc nullum habebit præmium, premium igitur datur merenti. facit l. & virtutum. C. de ſtat. & ima. no. Bart. in l. hoc articulo. ff. de hæredi. inſtit. Dantur vt plurimum per banna præmia reuelantibus malefactores bannitos, vt capiantur, ſic hic pręmiantur delatores criminis corruptelæ officialis. Caueat tamen
d ille, qui ſolus ſcit crimen [d] alicuius, ne deferat, quia peccaret, vt dicit tex. in c. ſi peccauerit. 2. q. 1. & ideo boni viri tacent, quod probare non poſſunt, vt no. 2. q. 7. c. quia plerique. quem tex. allegauit ad hoc Alexan. in 4. vol. conſi. 56.
5 †Quartò no. ex tex. ibi, vel pollicitum admiſiſſe. q licet litigans iudici, vel officiali polliceatur dare certum quid, ſi ipſe officialis nõ admittat talem pollicationem, vel oblationem, non committit aliquid prohibitum, ſed ſi admitteret talem oblationem, tunc diceretur corruptus pollicitatione aliàs ex ſimplici pollicitatione non inducitur obligatio, vt in l. 1. ff. de polli. no. glo. & Doct. in l. 1. ff. de pac. & Bald. in rub. C. de dotis promiſſ. Quintò not. ex text. ibi, cæterùm ſi incertum. quòd vbi datur incerta promiſſio officiali facta de corruptione per pecuniam, reſpectu quantitatis, nõ habet locum præſtatio præmij ipſi accuſanti, vel denunciãti, ſed bene probata promiſſione incerti, ſiue certa quantitate punitur officialis extraordinariè, vt hic. vocatur ergo incerta promiſſio reſpectu quantitatis, ex eo quia non poteſt probari quantitas. Bene facit tex. iuncta gl. in authenti. vt hi qui obli. ſe perhib. habe. res minor. in prin. & ff. de ver-
6 bor. ſignificat. l. ſubſignatum. §. fina. †Sextò not. ex text. ibi intra triduum. quòd ſi dans, vel promittens pecuniam pro corruptione officialis, ſi non detulerit intra tres dies, punitur, quia in tantundem debet ſe componere cum regio fiſco, & ſic patet, quòd non licet parti corrumpere iudicem pecunia ſine pœna, tunc enim punitur, quando intra tres dies manifeſtauerit denunciando ſuperiori, quòd ipſe iudicem pecunia corrupit, ſubaudi, ſi legitimè probabit, prout ſuprà dixit. Et ſic clauſula præcedens in lege poſita trahitur ad ſequentia. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. & l. qui filiabus. in princip. ff. de legat. 1. l. 3. §. filius. ff. de libe. & poſthum. & pro hoc. l. 1. in princip. iuncta l. doli. ff. de ſer. corrup. prout inducit Alexand. in 1. vol. conſil. 48. incipiente ſuper extractione, de qua quęritur. in 1. colum. Et aduerte, quia ſi pars corrupit iudicem pecunia, & intra tres dies ſeipſum defert, & probat, non habet lucrum, ſe tantùm euitat pœnam. Et ſic, confitenti remittitur pœna, ſi non fuit in mora in conferendo, vt hic, & in concord. allegatis per Lucam de Penna in l. 2. C. de his qui ſe deferunt. Et hoc ideo, quia lex iſta hoc expreſsè dicit, aliàs ſecus ſecundùm eum ibi. In alio tamen caſu deferens ſeipſum habet lucrũ,
7 vt in d. l. 1. C. de his qui ſe deſer. †Septimò & vltimò nota ex eodem text. quòd tarda denunciatio, ideſt; poſt tempus à iure ſtatutum, nihil operatur, vt hic, facit text. in l. quiſquis. in fin. C. ad l. Iu. maieſt. multa quoque tempus refutat. facit tex. in leg. iuſtas. C. de iure fiſci. lib. 10. & l. ſi tempora. C. de fide inſtrument. & iur. haſt. fiſca. faciunt ad hoc omnia illa iura, quæ allegat gloſſ. magna. ſuprà in conſti. in pecuniarijs. & ea quæ ibi ſcripſi. Hic non ſunt gloſ.

ANNOTATIONES.

a Teſtes.] Vide regiam nouellam pragmaticã Caroli quinti Imperatoris, quæ inci. quis neſcit circa fi. vbi dicitur, attento quod delictum corruptionis eſt difficilis probationis, quod indeteſtationem eius criminis poſſit probari per teſtes ſingulares ad minus tres, qui ſint bonę famę, & bonę opinionis. Barius.

b Qui autem ſint. Adde eundem Affli. in conſt. inſt ru. robur. & Corſe. in ſingu. incipien integer. & Alexand. in conſi. 18. colum. 1. vol. 1. & Hypo. ſingula. 187. & Roma. ſingul. 462.

c An autem debeat. Vide eundem Affli. in conſtitu. quęſtione. iuriſperitorum. in fin & Dec. conſilio 37. numero octauo, Soci. conſilio 223. colum antepenult. cum aliis additis ad eundem Affli. in conſti. ſi quis in poſterum. nu. 13.

d Crimen. An & quando quis teneatur iudicare furem, vide Bar. in l. ciuile. C. de fur. & ſer. corrup. & text. in c. qui cum fure. extra de furt. & quid ſi quis iuret non denunciare maleficium, & ita cum iuramento promittit, an valeat iuramentum, vide quod not. Inno. de iureiur. in c. ad noſtram. & quod no. idem Inn. in c. quia plerique. de offi. ord. in 6. Bal. in c. 1. §. itẽ ſacramenta. de pa. iura. firm. & vtrum quis teneatur reuelare, quod ſit, quãdo per taciturnitatẽ perit iuſtitia. vide In. in c. officii. de pœnit. & remiſ. & vide notata per Bar. in l. vtrum. ff. de parrici. adde etiam Io. And. in addi. Speculator. in rub. de furt. & an ſciens crimen alicuius teneatur illud reuelare ad publicationẽ monitoriæ, vide Syluam nuptial. in verbo, monitoriæ. col. 1. & 2. vbi ponit regulã cum ampliationibus, & an vaſallus ſit excuſatus propalare delictum domini, & quid de aduocato, an teneatur reuelare arcana cauſę ſui clientis virtute monitorię. Et quid de medico, vide eãdem ſyluam nuptialem in verbo monitoriæ. colum. 15. parui volumi. ibi, tertio reſtringitur nume. 47. vbi etiam habetur, quod aduocatus, & medicus comparantur confeſſori. & quid de confeſſore, an teneatur iudicare peccatum confitentis. vide text. in c. omnis vtriuſque. in fi. de pœnitent. & remiſſ. & ſyluam nuptial. in loco pręal. & Archid. Floren. in quodam libello nuncupato, confeſſorum refugium. in rub. de celatio. confeſſ. cum duobus capitib. ſequentibus. Barius.

De pœna illorum, qui corrumpunt officiales. Rubrica XLVII.

PROSEQVITVR eandem materiam. dictum eſt ſuprà, de pœna officialis, qui corrumpitur pecunia, hic ponitur de pœna illorum, qui corrumpunt officiales. Et quia iſta conſtitutio, quæ incipit, litigator, eſt pars conſtitutionis poſitæ in primo libro, quæ incipit, capitaneorum, ſub rubrica 41. & ibi legi iſtam conſtitutionem, ideo non eſt aliter legenda, nec gloſſ. nec Andr. hic eam legit.

SVMMARIVM.

1 *Corrumpens teſtem pœna falſi punitur.*
2 *Sententia ex teſtibus corruptis lata an ſit retractanda.*

LITIGATOR AVTEM. Hæc conſtitut. loquitur de pœna corrumpentis
1 iudicem, † quid de pœna illius, qui corrumpit teſtem? Certè punitur pœna falſi, de quo per Fely. in cap. fin. de teſtibus
2 cogendis. Sed an debeat ª ex hoc principalis, qui corrupit teſtem, perdere cauſam? Pragmatic. regis Ferdin. Primi vult, quòd perdat cauſam, vide ſcrib. in l. in fraudem. ff. de iure fiſci. Fallit in mulieribus, & minoribus ſecundùm dictam pragmaticam, & vide ad hoc gloſ.
2 And. in ſ. in conſt. qui falſitatem. † An autẽ retractetur ſententia lata ex teſtibus corruptis, & aliud de falſitate non appareat? Concludit Fel. q. non retractabitur ſententia, in ca. licet cauſam in 4. char. verſic. 3. concluſio, quòd licèt probetur &c. de probatio.

ANNOTATIO.

a Debeat.] adde, quòd dicta pragmatica incip. teſtem falſum. vbi falſis teſtibus vtens perdit cauſam, ſi infra octo dies illorum depoſitionibus non renunciauerit, uide Matth. dec. 189. & in conſt. qui falſo inſtrumento Bart. Vero cautela 53. & hoc poſt publicatum, quid poſt concluſum in cauſa, vide regiam pragmaticam regis Catho quæ incipit Raymundus ibi, in quacunque parte litis. charta 12. libro meo. & ſi teſtes accuſantur de falſo, an interim ſuperſederi debet in cauſa ciuili vide Matth. deciſ. 229. & Anto. Capic. dec. 25. Batius.

De probationibus in appellationibus producendis. Rubrica XLVIII.

CONTINVATIO præſentis rubricæ facilis eſt, quia dictum eſt in titu. proximo præcedenti, quod quando appellatur à ſententia diffinitiua ad maiores iudices, debet præſentari proceſſus coram ipſis maioribus iudicibus intra certum tempus, infrà quod debet inſtare appellãs vſque ad ſententiam. Verùm quia præſentato proceſſu infrà tempus ſtatutum, & citata parte appellata & facta apertura proceſſus petitur terminus ad probandum, & pars appellans & pars appellata præſentat articulo, & opponitur, quòd articuli continent idem cum primis in prima inſtantia, vel continent de directo contraria articulis alterius partis, ſuper quibus teſtes ſunt examinati, & ideo dicitur, quòd ſuper illis non poſſunt teſtes examinari propter timorem ſubornationis. Altera pars dicebat, quòd de iure ciuili nõ poſita in prima inſtantia, poſſunt poni in cauſa appellationis: & non probata in prima inſtantia poſſunt probari in cauſa appellationis, per l. per hanc. C. de temp. appella. & de deciſione quibus dubij non erat dictum, ideo ponitur hic iſta rubri. & poſtea ſubnectitur ſequens conſtitut. decidens dictum dubium.

SVMMARIVM.

1 *Terminus in cauſa appellationis datus ad probandum & defendendum, cenſetur datus ſuper articulis pertinentibus.*
2 *Litigantes quando in cauſa appellationis poſſint ponere articulos idẽ continentes cum primis.*
3 *Conſenſus tacitus partis quando ei præiudicium afferat.*
4 *Teſtes ſuper eiſdem articulis, vel directò contrariis examinari poſſunt, quando veteres atteſtationes ſine dolo perditæ ſunt.*
5 *Teſtes examinati & publicati in iudicio ſummario, iterum ſuper eiſdem induci poſſunt in iudicio plenario.*
6 *Teſtes ſi examinati ſint & publicati in prima inſtantia, quæ eſt perempta, poſſunt alii teſtes in noua inſtantia ſuper eiſdem & contrariis examinari.*
7 *Teſtes poſt dicicita teſtificata examinari poſſunt ſuper articulo directo contrario, ſuper quo antea non potuit inſtrui.*
8 *Appellatio tollit virtutem concluſionis factæ in prima inſtantia.*
9 *Articulus nouus produci poteſt & probari, ſi in cauſa appellationis producatur noua exceptio peremptoria.*
10 *Inſtrumenta quandocunque produci poſſunt ceſſante ſubornationis timore.*
11 *Teſtes in cauſa appellationis examinari non poſſunt, ſi in prima inſtantia poſt dicicita teſtificata examinari nequiuerint.*
12 *Teſtes noui quando poſt dicicita teſtificata poſſint produci ad confirmanda priorum teſtium dicta.*
13 *Teſtes in prima inſtantia non repulſati an poſſint in cauſa appellationis repulſari.*
14 *Teſtes non producens in prima inſtantia quando poſſit producere in cauſa appellationis.*
15 *Probationes in prima cauſa non producens cauſa mouendi iudicium ſub ſpe futuræ appellationis, non poterit probare in cauſa appellationis.*
16 *Iudex in cauſa appellationis partibus præſentibus interrogare poteſt.*
17 *Poſitiones nouæ dependentes & facientes ad cauſam in cauſa appellationis fieri poſſunt.*
18 *Iudex ad quem ad diffinitiuam ſententiam procedere poteſt parte appellata exiſtente contumace.*
19 *Contumax ſi ſit is, contra quem dicitur, quòd ſententia eſt nulla, quando agitur in cauſa nullitatis ſententiæ, an poſſit procedi ad declarationem nullitatis.*
20 *Atteſtationibus ſuper eiſdem capitulis, vel directò contrariis publicatis non poſſunt examinari teſtes.*

IVRISPERITORVM. Hæc conſtitut. continet quatuor dicta. Primum eſt: magna altercatio erat inter Doctores iuris ciuilis, & iuris canonici, quòd in cauſa appellationis non poſſunt examinari ijdem teſtes, vel noui ſuper veteribus idem continentibus, vel de directo contrarijs, ſed tantùm poſſunt examinari ijdem teſtes, vel noui ſuper nouis articulis, qui non ſint ijdem de directo contrarij, & hoc vt euitetur timor ſubornationis, & hanc opinionem probabant per capitu. fraternitatis. extra de teſtibus. & de hoc hodie factus eſt text. in cle. teſtibus. de teſt. Sed Doctores iuris ciuilis aliter dicebant, videlicet quòd in cauſa appellationis nõ poteſt fieri nouus articulus, ſed bene poteſt fieri productio veteris articuli, aut articuli dependentis à veteribus articulis, & ſuper illis poſſunt produci noui & antiqui teſtes, & iſta opi. probatur per text. in l. hanc. in 2. dicto C. de temp. app. & eam bene probat Fran. de Aret. in d. c. fraternitatis. & poſtea eam confutat per dictam cle. teſtib. Qui autem dicatur nouus articulus, & qui antiquus, vel dependens ab antiquo producto in prima inſtãtia. Docto.

ↄo.ſcrib.in d.l.per hanc.ponunt varia exempla,tu vide ibi
Bart. & in auth.qui ſemel.C.de prob.& Canoniſtæ in d.c.
fratern. & Spec.in tit.de teſti.§.ſatis vtiliter.verſi.illud au-
tem notandum.& Anto.de But.in c. ad audien.de reſcrip.
Volens ergo imperator iſtas altercationes ſopire fecit hanc
legem,ſiue conſtitutionem,in qua ſtatuit,quod ſi in prima
inſtantia producti ſunt teſtes pro vtraque parte, & facta
fuit publicatio & didicita fuerunt teſtificata , non poſſunt
amodò nec in eadem inſtantia cauſę principalis,nec in in-
ſtantia cauſæ appellationis examinari & produci teſtes ſu
per eodem articulo à producente, vel ſuper articulo de di-
recto contrario articulo partis aduerſæ,& hoc vt euitetur
timor ſubornationis teſtiū, & durat vſq; ibi ,quòd ſi nulli.
Hic ponitur ſecundum dictum , videlicet , quòd ſi in pri-
ma inſtantia non fuerint examinati teſtes , & in cauſa ap-
pellationis appellans petit terminum ad probandum per te
ſtes, iudex cauſæ appellationis tunc dabit terminum ad
probandum per teſtes, quando facta fuerit ei fides , quòd
ex iuſta cauſa fuit impeditus in producendo teſtes in ter-
mino probatorio dato in prima inſtantia, & ſi de iſta iuſta
cauſa impedimenti non conſtabit,non dabit terminum ad
probandum per teſtes,& durat vſque ibi, præſenti etiam.
Hic ponit tertium dictum,videlicet,quòd quando in cau-
ſa appellationis probationes,vel interrogationes deſideran
tur fieri, requiritur, quòd ambæ partes ſint præſentes co-
ram iudice appellationis,& durat vſque ibi,quòd ſi in ter-
mino . Hic ponitur quartum & vltimum dictum,quòd ſi
pars appellata citata ſit contumax, iudex appellationis in-
ſtante parte appellante poterit procedere ad confirmatio-
nem vel in firmationem ſententiæ iuſtitia mediante,& du-
3 rat vſque in finem.& hæc diuiſio ſit loco ſummarij.† Not.
3.text. ibi , ſuper eodem articulo à producente &c. quòd
in cauſa appellationis ſi datur terminus ad probandum &
defendendum, intelligitur datus ſuper articulis pertinen-
tibus, non autem ſuper impertinentibus,& ideo non poſ-
ſunt fieri probationes per teſtes ſuper articulis continenti-
bus idem cum primis,vel de directo contrarij articulis al-
terius partis, quandoquidem teſtes examinati in prima in-
ſtantia fuerunt publicati, & didicita fuerunt teſtificata pu
ta, quia habuit copiam depoſitionū teſtium, vel aliter cō-
ſtat,quòd dicit teſtificata,& hoc ideo eſt,vt euitetur ſuſpi-
cio ſallitatis concordat tex.in cap.fraternitatis,ex. de teſti.
& §.quia verò.in authen.da teſtib. & cle.teſt. Et ſic in iſto
regno & Siciliæ eſt approbata opinio Canoniſtarum , ſed
in alijs regnis non ſubiectis eccleſiæ ſeruatur opinio legi-
ſtarum in foro ſeculari,de qua in l.per hanc.in 3.dicto.C.
de temp.ap.vt communiter dicunt Docto.in d.l.per hanc,
& firmat Bal.in add.Spe.in ti.de app. Et ex his ſume vnam
regulam approbatam per iſtam conſtitu.&per eius cano-
a nicū,quòd poſtquam ſunt dedicata[a] teſtificata in prima in
ſtantia non licet litigantibus in cauſa appellationis ponere
articulos continentes idem cum primis,vel directo contra
rios articulis partis aduerſæ,& ſic nec ſuper illis teſtes exa
minari facere, & hæ regula ſummitur ex iſta conſt.& pri-
b mitus in d.ca.fraternitatis.Sed hæc regula[b] recipit.30.limi
tationes,quas ponit Specul. in titu.de teſtibus.§.ſatis vtili-
ter.& Abb.Sicu in d.c.fraternitatis,ego autem hic ponam
ſolum.16.limitationes,quę reſtringunt iſtam conſtitutio-
a nem, & regulam prædictam in foro ciuili.† Et primò limi
ta, niſi voluntas expreſſa partium acceſſerit quod non ob-
ſtāte,quòd ſit publicatum,& didicata ſunt teſtificata poſ-
ſunt examinari teſtes ſuper articulis cōtinentibus idē cum
primis,vel de directo contrarijs,tunc valeant depoſitiones
teſtium,quia in his,quæ concernunt fauorem partiū, par-
tes poſſunt renunciare l. ſi quis in conſcribendo. cum ſim,
C.de pacto. ſecus ſi cōcerneret fauorem publicum, vt in l.
nemo poteſt. ff.de leg. 1.& capit.1.de litis conteſta.cum ſi.
& pro hoc bene facit, quod notatur per Abb. Sic.in c.tuis
quæſtionibus.extrà de teſtis & per gloſſ. in l.fi.C.de teſtib.
vbi dicitur,quòd Pacto atteſtationes poſsūt approbari,vbi
de iure non ualent, & infringi,vbi valerent. Idem dicit ibi
Bal.per l.ſi conuenerit.ff.de re iud.& faciunt ad hoc exem-
pla poſita per Andr.ſuprà in præludijs iſtarum conſtitutio
num,in 4.colum.& pro hoc videtur text.in l.fi.§.fin.C. de
temp.appella. inquantum ibi dicitur,quod partes poſſunt
renunciare appellationi,necnon minuere, aut augere tem-
pus exercendæ appellationis , & hanc concluſionē.ſ.quòd
ex conſenſu partium poteſt fieri,quod non ob.quòd ſint didi-
cita teſtificata in cauſa , poſſunt noui teſtes examinari ſu-
per eiſdem articulis,vel directò contrarius.Firmat Alex.in
l.1.in quarta .colum.ff.de feri.& allegat Barto.ad hoc in d.
auth.qui ſemel.in fi.C.de proba.& probatur in c.præſenta
ta.de teſtibus, & firmant ſcribentes in dicto capitulo. fra-
3 ternitatis.†Sed iuxta hoc quæro.an ſufficiat tacitus conſenſus
partis,puta, pars appellata produxit articulos idem conti-
nentes , vel de directo contrarios, & examinare fecit te-
ſtes ſuper eiſdem,& appellans nihil dicit . & fit publicatio
in cauſa appellationis,& poſtea concluditur, vtrum tem-
pore diſputationis poſſit appellans dicere,quòd articuli &
teſtes ſunt impertinentes,ex quo iſta conſt.hoc uetat poſſe
fieri? Videtur prima facie,quòd iſta taciturnitas partis non
inducat conſenſum præiudicialem iuris ſui , vt colligitur
ex dictis Bald.in l.ſi ſine voluntate. C.ad Velleia.inde dice-
bat Bart. in l.4.§. ſi in venditione. ff.quib.mod. pignus vel
hypoth.ſolu.quòd ſi actus, circa quem adhibetur conſen-
ſus,non ualet,non nocet conſenſus. Et pro hoc facit,quod
dixit Bal.in authen.ſi quis in aliquo.in 1.colum. verſi.iux-
ta primam rationem.C.de eden. Sed in contrarium eſt ve-
ritas. ſ.quòd ſi dicti teſtes ſuper eiſdem, vel de directo con
trarijs non debebant admitti, tamen ſi fuerunt examinati,
& nunquam pars contradixit,quòd valet probatio, ſic fir-
mauit Bald.in l. certi condictio.§. quoniam.& ibi Alex.ff.
ſi cer.pet.Et ideo debet pars proteſtari, quòd non admitta
tur ad examinandum ſuper prædictis articulis impertinē-
tibus,ſi nō proteſtatur,ſibi præiudicauit.hoc etiam firmat
Bald.in cap.1.§.item ſi uas.de contro.inueſti. hanc conclu
ſionem multum egregiè per plura media confirmauit do-
mi.Fran.de Aretio in d.cap.fraternitatis.in 9.colum. verſi.
ſed nunquid valet receptio teſtium &c. Idem firmat Abb.
Sicu.in cap. ueniens.lo 2. de teſti. ideo amplius ſuper iſto
4 dubio non ſcribo. † Secundò limita dictam regulam , ut
non procedat in caſu, quando ueteres atteſtationes non re
periantur,quia ſine dolo, uel culpa partis ſunt deperditæ,
tunc poſſunt examinari teſtes ſuper eiſdem , uel de directo
contrarijs.ut firmat Specul.in titu.de teſti. §.ſatis utiliter.
uerſi.ſed quid ſi teſtibus publicatis.allegat capitu. fina. de
probat. Bene facit l.ueluti.§.hæc vox.ff.de eden. Tertiò li-
mita dictam regulam , ut non procedat, quando teſtes in
prima inſtantia non fuerunt ritè , & legitimè recepti,& ſic
nulliter, quod multis modis poteſt contingere , tunc ſicut
poſt didicita teſtificata poſſunt ſuper eiſdē , uel de directo
contrarijs examinari teſtes , ita multò fortius in cauſa ap-
pellationis,& pro hoc eſt tex.in clem.teſti.de teſtibus,& te
net Barto.in d. authen. qui ſemel.arg.l.non putauit.§. non
quæuis.ff.de bono.poſ. contratabu. & firmat Ang. in d.§.
quia vero.in auth. de teſt. & ſunt duæ deciſiones. Rotales.
una eſt 163. incip. non obſtante publicatione &c. alia eſt
391.inci. ſi ad inſtantiam partis. & firmant Canoniſtæ in
d.c.fraternitatis. de hoc etiam dixi in cap.1.in 15.no. ſi de
inueſt.inter do.& uaſ.lis oriatur.& ita uidi ſępius iudica-
tum. Quartò limita, niſi teſtes publicati eſſent in alio iudi-
cio,quam in cauſa appellationis,in qua cauſa illi teſtes nō
5 facerent fidem, ut in cap.ueniens.lo 2.de teſtib.†Quintò li
mita , niſi teſtes fuiſſent examinati , & publicati in iudicio
ſummario,tunc in plenario iudicio poſſunt de nouo teſtes
induci ſuper eiſdem,& de directo contrarijs,ut dicit Abb.
Sic.in d.cap.ueniens lo 2.in 4. col. Sextò limita, niſi teſtes
fuiſſent publicati coram arbitris , tunc ſuper eiſdē , uel de
directo contrarijs coram iudice poſſunt teſtes examinari
non obſtante,quòd ſint didicita teſtificata,ut no.in l.fina.
C.de teſtib.& in cap.præſentata.eod.titu.Septimò limita,
quando poſt didicita teſtificata in prima inſtātia produce-
retur in cauſa appellationis inſtrumentum,& ad contromi
ſantiam , & ad adiuuandū dictum inſtrumentum induce-
rentur

rentur teſtes ſuper contentis in dicto inſtrumento, licet
articulus contineret idem, vel contrarium artic. alterius
partis, tunc poſſunt examinari dicti teſtes non obſtante,
quòd teſtes primi ſint publicati, & didicita teſtificata. Ita
firmat Anto. de But. in cap. ſeries. de teſti. & eum ſequitur
Abb. Sicu. ibi, & in capitu. fraternitatis. in ſeptima colum-
na. verſicu. & pro hoc poteſt ſaluari, quia tunc tollitur præ
ſumptio ſubornationis teſtium, ex quo teſtes concordant
cum inſtrumento, & hoc etiam firmat Lud. Rom. in ſing.
ſuis, in verbo, teſtis, decimotertio. Octauò limita, niſi in
c prima inſtantia eſſet factus articulus[c] infamatorius, & ſu-
per eo eſſent teſtes examinati, & publicati, certè in cauſa
appellationis altera pars poterit facere articulos de dire-
cto contrarios ad reprobandum infamiam, hoc voluit
Ant. de But. in cap. at ſi clerici, quarta colum. de iudi. No-
nò limita, quando in prima inſtantia eſſent examinati te-
ſtes, qui deponerent de credulitate, & eſſent publicati,
tunc in cauſa appellationis poſſunt examinari teſtes in cõ
trarium de credulitate, ſecundùm Anto. de Butr. in dicto
6 capitulo, at ſi clerici. † Decimò limita, niſi [d] poſtquam
d teſtes ſunt examinati, & publicati in prima inſtantia, quæ
eſſet perempta, tunc poſſunt alij teſtes in noua inſtantia
ſuper eiſdem, & de directo contrarijs articulis examinari,
quando non ad eundem finem, ſecus ſi ad eundem finem,
vt dicit Bartol. in l. cum lite mortua, ſecunda columna. ff.
iudi. ſolu. & in l. ſecunda. §. primo, ff. vi bono. rapt. Vndeci-
e mò limita, [e] niſi tertius compareret, & vellet in cauſa ap-
pellationis dare articulos de directo contrarios primis ar-
ticulis illorum litigantium, tunc poſſunt ſuper his teſtes
examinati, non obſtante quòd ſint teſtium dicta publica-
ta, ſi tamen venit in termino, in quo poteſt fieri examina-
tio, iuxta doctrinam Bartoli in lege ſi perluſorio. ff. de ap-
pellati. hanc limitationem firmant ſcribentes in capitulo
conſtitutus, de teſtibus, & in dicto capitulo fraternitatis.
f Duodecimò[f] limita, niſi poſtquam ſunt didicita teſtifica-
ta vellet producere teſtes ſuper eiſdẽ, vel de directo cõtra-
rijs, & oſtendere per teſtes, quòd teſtes, qui depoſuerunt
contra eum corrupti dixerunt falſum, & probat duo, ſcili-
cet corruptionem & falſitatem ipſorum teſtium, ſecun-
dùm Innocẽtium in capitulo cum in tua. de teſtibus. Idem
Abb. ibi, & not. in capitulo licèt. per Abba. de proba. & fir-
mat gloſſ. in clementina ſecunda, de teſtibus. & Abbas in
dicto capitulo ſeries. & in capitulo ex tenore. eodem titu-
lo. & tenet Iacob. de Bel. in capitulo primo. §. ſi enim, quid
7 ſit inueſti. † Decimotertiò limita, niſi, poſtquam ſunt di-
dicita teſtificata, petitur, quòd examinentur teſtes ſuper ar
ticulo de directo contrario, de quo articulo contrario &
probatione non potuit antea inſtrui, vt dicit Abb. Sicu. in
dicto capitulo ex tenore. de teſtibus. in princip. & in ter-
tia columna, verſicu. exemplum, ſi contra inſtrumentum
obijcio in genere &c. Decimoquartò limita, vt in cauſa
appellationis poſſit fieri articulus idem, vel de directo con
trarius, ſi addatur locus, & tempus, ſi locus & tempus non
fuit articulatus, nec probatus, ſecundùm Innocentium
& Abba. Sicu. in dicto capitulo ex tenore. Decimoquintò
limita, niſi poſt didicita teſtificata vellet aduerſarius in cau
ſa appellationis probare contrarium indirectè, ut dicit
Abba. in dicto capitulo, ex tenore. Decimoſextò limita in
hoc caſu videlicet, ſi fuit intentatum petitorium, & poſ-
ſeſſorium, & examinati teſtes, & publicati in prima inſtan
tia, deinde fertur ſententia ſuper poſſeſſorio, à qua poteſt
appellari, ſed non tardatur executio de iure ciuili, ſecun-
dùm opinionem Bartoli in l. prima, C. ſi de momen. poſſ.
fue. appella. & ſic victua appellat, & in cauſa appellationis
ſuſpendit poſſeſſorium, & vult proſequi petitorium, quod
facere poteſt, vt dicit Antonius de Butrio in capitulo pa-
ſtoralis. de cauſa poſſeſſ. & proprie. & Petr. de Anchara. in
clementina prima, de cauſa poſſeſſ. & proprie. & Paul. de
Caſtro in conſilio 470. incipiente, quia per primum egre-
8 gium conſultorem &c. † Et eſt ratio, quia per appella-
tionem tollitur virtus concluſionis factæ in prima inſtan-
tia. Et ſic actor ante concluſionem poterat ſuſpendere poſ-
ſeſſorium & proſequi petitorium, vt not. in dicto capitulo
paſtoralis. ita cauſa appellationis, & ideo totum negotium
eſt deuolutum iudici, ad quem, non ſolum in beneficiali-
bus, ſed etiam in profanis, vt firmat Abbas Sicu. in dicto ca
pitulo paſtoralis. in penultima columna. Et ideo in cauſa
appellationis facta ſuſpenſione poſſeſſorij, poſſunt pro-
duci in cauſa petitorij ijdem articuli, & de directò cõtra-
rij, & deſuper teſtes examinari, non obſtante, quòd in pri-
ma inſtantia ſint didicita teſtificata. Ita firmant egregiè
domini de Rota deciſion. 336. incipiente, fuit dubitatum,
vtrum publicatio atteſtationum, quia in cauſa poſſeſſorij
teſtes fuerunt examinati ad alium effectum, ſcilicet ad co-
lorandum poſſeſſorium, & ſic ad ſemiplenè probandum,
ſed in cauſa appellationis examinantur teſtes ad alium ef-
fectum, ſcilicet, ad plenè probandum, & ad obtinendum
victoriam in petitorio, quod ad ſe trahit poſſeſſorium, vt
in capitulo cum eccleſia ſutrina. & capitulo cum ſuper. &
capitulo cum dilectus. de cauſa poſſeſſ. & proprie. Nec ob-
ſtat, quòd illa deciſio non loquitur in cauſa appellationis,
ſed quando in eadem inſtantia, quia in cauſa appellationis
idem dicendum eſt fortiori ratione, vt dicit dominus Fran
ciſcus de Aret. in dicto capitulo fraternitatis. & Specul. in
dicto §. ſatis vtiliter. verſic. & breuiter not. & maximè per
iſtam conſtitutionem, quæ in hoc nullam facit differen-
tiam inter primam inſtantiam, & cauſam appellationis
quantùm ad iſtum effectum, vt poſtquam ſint didicita te-
ſtificata, non poſſint teſtes examinari ſuper eiſdem, vel di-
rectò contrarijs, ergo à contrario ſenſu idem dicendum,
quòd vbi in prima inſtantia, non obſtante quòd teſtes ſint
publicati, poſſunt de iure ſuper eiſdem, vel directò contra-
rijs teſtes examinari, fortiori ratione poſſunt examinari
g in cauſa appellationis. Cæteras limitationes [g] vide per ali-
quos moder. in dicta authentica, qui ſemel. C. de proba-
tioni. & per Abbatem in capitulo fraternitatis. & Specul.
9 vbi ſuprà. † Secundo not. ex text. ibi, propter falſi ſabri-
candi materiam, à contrario ſenſu, quòd ſi in cauſa appel-
lationis producatur noua exceptio peremptoria, & fiat
nouus articulus, qui non eſt idem, nec de directo contra-
rius articulo partis poteſt fieri eius productio, & probatio
per teſtes, non ob. quòd ſit publicatum in prima inſtantia,
quia ceſſat præſumptio falſitatis. Hoc probatur in iſta con
ſtitutione à contrario ſenſu, & firmatur hoc in dicto capi-
tulo fraternitatis. & hoc tenent etiam Bartol. in l. officium
ff. de rei vend. & Abbas in capitulo ex parte. de teſtibus.
facit l. ſi quidem. C. de exceptio. & not. in capitulo venera-
bilis. in princip. de exceptio. Bald. in capitulo primo. §.
item ſi vaſallus. de contr. inueſt. Bene facit ad hoc id, quod
dixit Baldus in addit. Specula. in titu. de appellatio. colum.
trigeſimaquinta, & in columna trigeſimanona, quòd ſi in
prima inſtantia actum fuit rei uendicatione, non deſignan
do certam cauſam domini, prout dicitur in capitulo Ab-
bate. de re iudic. in ſexto, & actor fecit articulos ad proban
dum dominium ex una cauſa, puta quia emit, & facta pu-
blicatione reportauit ſententiam contra ſe, certè in cauſa
appellationis poterit ponere articulos ſuper dominio ex
alia cauſa, quia præſcripſit, vel quòd res fuit ſibi tra-
dita per alium contractum, uel quod habuit dominium
per ſententiam, & poteſt inducere teſtes ſuper hoc, quia
ceſſat præſumptio corruptionis. Et ideo dico, quòd ſi in
prima inſtantia per reum fuit oppoſita exceptio perem-
ptoria, & iudex per interlocutoriam non admiſit ipſum
ad probandum illam, & non fuit appellatum, poſtea fuit
lata ſententia diffinitiua contra eum, à qua appellauit, cer-
tè poteſt in cauſa appellationis probare illam exceptio-
nem peremptoriam per teſtes, non obſtante, quòd in cau-
ſa principali fuerunt didicita teſtificata, ut dicit Bartolus
in l. peremptorias. C. ſen. reſcind. non poſſ. & non obſtan-
te ſententia interlocutoria prædicta lata contra eum, &
hoc per text. expreſſum in capitulo fina. de appellat. libro
ſexto, & hoc etiam firmat Andre. de Iſer. in titul. de ſtatu.
contra libel. eccl. editis. capitulo fina. in fin. vbi allegat di-
ctum capitulum fin. idem dicit Innocẽ. in capitulo quoad
conſul-

10 conſultationem. de ſen. & re iudi. † Et propterea bene
dicit Andre. quòd ex quo ceſſat timor ſubornationis tam
in prima inſtantia poſt publicatum in cauſa, quàm poſt in
cauſa appellationis poſt didicita teſtificata, poſſunt produ
ci inſtrumenta, & ideo de iure ſemper poteſt fieri produ-
ctio inſtrumentorum vſque ad concluſionem in cauſa, &
etiam poſt concluſionem vſque ad ſententiam ex iuſta
cauſa, vt leg. & not. in capitulo cum dilectus. de fide inſtru
men. & in capitulo paſtoralis. de cauſa poſſ. & proprie.
Quæ autem ſint iſtæ iuſtæ cauſæ? Dic vt hic per Andre. &
Felyn. in dicto capitulo dilectus. & per Lud. & alios ſcri-
bentes in lege admonendi. in ſecunda charta. ff. de iureiu-
ran. Quærit hic Andreas, quid ſi iudex commiſit alicui
receptionem teſtium in tali cauſa, an iſte commiſſarius
poſſit recipere præſentationes inſtrumentorum? Et con-
cludit, quòd de iure non poteſt, ſed de æquitate ſic, ut la-
tius hic per eum. Cui addo ea, quæ ſcripſit Felyn. in ca-
pitulo peruenit. lo primo, de teſti. cogen. vbi dicit, quòd
in materia ſtricta appellatione inſtrumentorum non ve-
niunt teſtes. Vnde ſi datur terminus ad producendum
inſtrumenta, non poterit producere teſtes, vt dicit Specu.
in titulo de dila. §. videndum. verſicu. item not. ſecus ſi da-
retur terminos ad probandum, tunc poſſunt produci in-
ſtrumenta & teſtes, quia iſte æquiparantur. alleg. Ioan. de
Imol. in dicto capitulo peruenit. & Dominicus de Sancto
Geminiano in capitulo eos. in tertia columna, de tempo.
ordinan. libro ſextò. Et ex hoc inſero, quòd ſi committi-
tur in primo termino dato ad probandum receptio pro-
bationum, commiſſarius poterit recipere teſtes, & inſtru-
menta, ſecus ſi committitur receptio probationum poſt
didicita teſtificata, non poterit recipere niſi inſtrumenta,
ſed non teſtes, quia commiſſio iudicis intelligitur prout
de iure, vt C. de noxa. lege ſecunda. Tene tamen menti
hoc dictum And. quòd cui commiſſa eſt receptio teſtium,
talis commiſſarius poteſt recipere præſentationes inſtru-
mentorum. nihil tamen allegat niſi æquitatem non ſcrip-
11 tam: ſed ſufficit eius authoritas. † Tertiò not. ex text.
ibi, in appellationibus etiam remonentes, text. expreſſum,
quòd ſi in prima inſtantia poſt didicita teſtificata nõ poſ-
ſunt teſtes examinari ſuper eiſdem articulis, vel de dire-
cto contrarijs, minimè hoc fieri poteſt in cauſa appellatio-
nis, & ſic publicatio facta in prima inſtantia habet ſuum
effectum in cauſa appellationis, & hoc eſt, vt euitetur ſu-
ſpicio præſumptionis falſitatis. Et vltra iſtam conſtitut.
eſt idem text. de iure canonico in dicto capitulo fraterni-
tatis. & in dicta clementina ſecunda, de teſtibus. Et hoc
verum, niſi princeps per reſcriptum cum clauſula non ob-
ſtan. conceſſiſſet, quòd poſt didicita teſtificata poſſit pars
idem ponere, uel contraria, & probare per teſtes. hoc te-
net Specul. in titul. de reſtitu. in integ. §. fina. verſiculo ad
quod reſpondeatur, & hanc limitationem tene menti,
quia princeps ſolet contra ius poſitiuum diſpenſare pro
ſeruitoribus, & familiaribus ſuis. Aliam limitationem
addo, quam ponit Innocen. in capitulo auditis. in fin. de
in integrum reſtitu. ubi dicit, quòd ſi in prima inſtantia
ego probaui per teſtes meam intentionem, ſed aduerſarius
meus repulſauit teſtes illos, per quos probaui meam in-
tentionem, fortè quia erant excommunicati, vel aliter le-
gitimè repulſando, ego non obſtante quòd ſint didicita te-
ſtificata, poſſum producere alios teſtes ſuper eodem arti-
culo probato per teſtes repulſatos, & ſic iudex debet me re
ſtituere de nouo ad probandum id, quod ſemel probaui,
ex quo non potui cogitare, quòd pars habebat illos teſtes
legitimè repulſare. Et iſtud dictum refert Ludouicus Ro-
12 manus in rubrica, de arbitr. in ſecunda columna. † Cui
addo id, quod dicit Abba. Sicu. in capitulo cum clamor.
in prima columna, extrà, de teſti. vbi dicit, quòd ſi proba-
ui per duos teſtes, me emiſſe tali die, aduerſarius probat
me alibi fuiſſe illa die, quàm in loco celebrati contractus,
poſſum ego poſt didicita teſtificata alios teſtes inducere ad
confirmandum priora dicta teſtium, ſcilicet quòd eadem
die emi, & fui præſes, quia non eſt timor ſubornationis
propter probationem præcedentem, nec mihi poteſt im-
putari, quia confidebam in mea probatione. Vnde ſatis
cum iuramento de malitia excludenda debeo admitti.
Idem in capitulo cum in tua. & in capitulo ex tenore. &
in capitulo ſeries. Bene facit, quod dicit Bald. in lege pri-
ma, in fine. ff. de legatis ſecundo, vbi dicit, quòd ſi teſtes ve
niunt ad principalem probationem ſubſtantiæ, ſed quo
ad adiuuandam probationem, debent admitti. Idem fir-
mat Abba. Sicul. in dicto capitulo fraternitatis. in ultima
columna, & ſic cum iſtis duabus limitationibus limitata
eſt iſta conſtitutio decem & octo modis. & uide in meis
13 deciſionibus deciſio. 216. † Sed iuxta hoc quæro, an in
cauſa appellationis poſſint repulſari teſtes producti in
prima inſtantia, in qua non fuerunt repulſati? Dicit hic
Andre. quòd non, niſi quando arguerunt teſtes de falſo,
allegat gloſſ. ſingu. in capitulo primo, de excep. quàm ibi
dicit Felyn. quòd non reperitur alibi, Bene facit lex fi-
na. in fine. C. de fide inſtrumen. & quod nota. in capitulo
primo, de probat. Item fallit, niſi in prima inſtantia re-
pulſa contra teſtes petita fuiſſet, & non conceſſa, tunc ſi
petitur in cauſa appellationis, debet concedi, & dicit,
quòd hoc iure vtimur. Cui addo, quòd ſi in prima in-
ſtantia teſtes non fuerunt repulſati in termino dato ad
repulſam, ſi in cauſa appellationis contra illos teſtes non
repulſatos opponuntur crimina, quòd iudex debet dare
terminum ad probandum illa crimina. Ita firmat Abbas
Sicul. in capitu. ſuper eo. de teſtib. allegat dictam gloſſam
in capitu. primo, in verbo, per ſententiam. de exception.
Quartò nota ex textu ibi, quòd ſi nulli teſtes. quòd ſi in
14 prima † inſtantia aliqua ex partibus litigantibus in termi-
no probatorio nihil probauit per teſtes, quòd minimè in
cauſa appellationis poterit probare per teſtes, niſi doceat
fuiſſe impeditum iuſta ex cauſa in primo termino dato ad
probandum. Et ideo gloſſ. & Anton. de Butr. in capitu. ad
audientiam. de reſcript. in ſecunda colum. bene dicunt,
quòd illud, quod dicitur in l. per hanc. C. de tempo. appel-
la. non poſita in prima cauſa ponam in cauſa appellatio-
nis, eſt verum, niſi quando omittitur exceptio dolosè, &
ſcienter, concordat gloſſ. in capitu. inter monaſterium. de
re iudica. & ibi Abb. Sicul. ſecus ſi ignoranter omiſit, po-
teſt in cauſa appellationis opponere, & probare, nec de iu-
re communi requiritur probatio, quòd fuit impeditus in
primo termino, prout dicit iſta conſtitutio, ſecundùm An-
ton. de Butr. & Ioann. de Imo. in dicto capitu. fraternitatis.
quia tunc ceſſat præſumptio ſuſpicionis falſitatis, vt bene
firmat bonæ memoriæ dominus Petrus Philippus Cor-
neua doctor egregius Peruſinus in ſuo conſil. vigeſimoſe-
ptimo, in quarta columna. Accedat ad idem id, quod di-
15 cit Bald. in dicta l. per hanc. † quòd ſi pars in prima cauſa
non produxit probationes cauſa morandi iudicium, ſub
ſpe futuræ appellationis, quòd non poterit in cauſa appel-
lationis probare, quòd omiſit: ſed de hoc dic, ut per Anto.
de Butr. & Ioann. de Imo. in dicto capitu. inter monaſte-
rium. Hodie verò in hoc regno prouiſum eſt per prag-
maticam Regis Ferdinandi Primi, & ſubſcriptam per mul
tos doctores, quod ſi in prima inſtantia pars nihil poſuit,
vel probauit, non auditur in cauſa appellationis, niſi prius
refectis expenſis, quibus refectis poteſt de nouo probare,
nec habet neceſſe docere de cauſa impedimenti in primo
termino dato ad probandum, prout dicit iſta conſtitutio:
& hæc condemnatio expenſarum, credo, quòd ſumpta
fuit ex dictis Dominici de ſancto Geminiano in capitu. pri
mo, in decimatertia columna, de reſcrip. libro ſexto, ſuper
glo. in verbo, proceſſum: & ex his, quæ notantur in capi-
tulo exceptionem. de exceptionibus, & de impedimentis
legitimis ſuperuenientibus poſt dilationem, vt conceda-
tur reſtitutio, uide per ſcribentes in l. quæſitum. ff. de re
16 iud. & in capitulo ex ratione, de appel. † Quintò nota
ex text. ibi, interrogationes, & confeſſiones, quòd in cau-
ſa appellationis iudex præſentibus partibus litigantibus
poteſt partem interrogare, ſecus ſi aduerſarius eſt abſens
ad idem text. in l. ampliorem. & ibi per Bald. C. de appe.
Sed

Sed pro declaratione quæro, quas interrogationes poteſt
facere iudex in cauſa appellationis? Dicit Bald. in dicta
lege ampliorem. quod ſi actor allegat promiſſionem, vel
reus allegat pactum de non petendo, interrogabit teſtes,
an interuenit dolus uel metus, etiam poſt didicita teſtifi-
cata, quia in iudice non timetur ſubornatio, quando fa-
cit aliquid ex officio, vt dicit Innocent. in capitulo cum
clamor. de teſti. & dixi ſuprà in primo nota. in limitation.
non tamen iudex poterit interrogare partem in cauſa ap-
pellationis de iure tertij, quia ſuper hoc non pendet lis, al-
leg. gloſſ. ſing. in l. creditor. in prin. ff. mand. nec ſemel in-
terrogatus eſt vlterius interrogandus, vt dicit Bald. in di-
cta l. ampliorem. §. in refutatorijs. & ſi interrogetur, non
tenetur reſpondere, nec poteſt haberi pro confeſſo, ſi non
reſpondet, ſecundùm Baldum ibi. An autem iudex poſſit
interrogare partem, ſi habet inſtrumenta, & cogere eam vt
producat? Gloſſ. eſt in clemen. ſæpe. in verbo, interroga-
bit. de verborum ſignific. quæ dicit, qoòd ſic in cauſis ſum
marijs, ſecus in cauſis ordinarijs, vt dicit Ludouicus Ro-
manus in l. admonendi. in ſecunda charta, verſiculo po-
ſtremò. ff. de iureiurand. quid ſi in articulis aticulatur
quoddam inſtrumentum, quod verbo producit in articu-
lis, poſtmodum facta publicatione in cauſa, ille qui arti-
culauit dictum inſtrumentum, non vult producere ipſum
in iudicio: quia fortè eſt aliquid, qnod ſibi nocet, vtrum
iudex cum inſtantia alterius partia poſſit facere præcep-
tum illi, vt producat realiter dictum inſtrumentum intra
certum tempus, & ſi illud non produxerit, quòd dictum
inſtrumentum poſtmodum nullum habeat effectum, ſi
producatur? Dic, quòd iudex poteſt facere dictum præ-
ceptum, ſecundùm Barto. in l. prima. §. edenda. ff. de eden.
& in l. ſecunda, C. eodem titulo, & in l. ſi appellationem.
17 C. de appel. † Sextò not. ex eadem litera, quòd in cauſa
appellationis poſſunt fieri nouæ poſitiones dependentes,
& facientes ad cauſam, & etiam nouæ confeſſiones, vt hic,
& in dicto §. in refutatorijs. per Bald. Imò poteſt in cauſa
appellationis adijci noua cauſa ad coadiuuandam, vel in-
fringendam ſententiam, vt in l. Titianus. ff. quod cum eo.
ſecundùm Bald. in l. ampliorem. in princip. & dixi ſuprà
in ſecundo not. alleg. Bald. in addi. Specu. in titu. de appel.
h Qui autem dicantur articuli [h] ſeparati, & qui connexi, ſeu
noui omnino, & qui dependentes, vide hic per Andre. &
latius per ſcribentes in dicta l. per hanc. & per Abba. Sicu.
in dicto capitulo fraternitatis. & Barto. in d. authen. qui ſe-
mel. Et ſcias, quòd poſt didicita teſtificata poſſunt fieri
confeſſiones partium. Item confeſſio partis admittitur
contra præſumptionem iuris, & de iure, ut not. in authen.
ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nupt. & voluit Bald. in l.
Iulianus, ſecunda columna. ff. de condictio. inde. & Bal. in
l. cum quis. ſeptima columna, C. de iur. & fact. igno. Sed
quæro, pone, quòd teſtis iuratus ſuper articulis, & tota
cauſa dixit aliquid extra articulum in redditione cauſæ
ſcientię, an poſt didicita teſtificata poſſit altera pars articu
lare, & probare contra illud dictum teſtia extra articu-
lum? Videtur quòd ſic, quia altera pars non nouit iſta
occulta, nec poterat diuinare, vt dicit Ioannes Andreas in
additio. Specul. in titul. de teſti. §. primo, iam de interroga-
torijs. poſt princ. & in capitulo ex tenore. de teſti. Item ſi
teſtis incidenter dixiſſet aliquid, de quo pars non articu-
lauit, ſecundùm Innocentium in capitulo fraternitatia. &
Bartol. & Bald. in dicta authentica, qui ſemel. & Bald. in l.
18 ſi quis teſtibus. C. de teſti. † Septimò, & vltimò not. ex
text. ibi, pars appellata, quòd quando pars appellata eſt
citata per iudicem ad qoem, & eſt contumax, iudex proce
dere poteſt in eius contumacia ad diffinitiuam ſententiam
inſtante parte appellante ſecundùm ius & iuſtitiam. con-
cordat ſuprà, in conſtitu. quæ incipit, hac lege. & eſt text.
in l. fina. §. illud. C. de temp. appel. & hoc habet locum, ſi-
ue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis: dummodo non ſit
ſententia capitalis. l. abſentem. ff. de pœn. quia iſta conſti-
tutio generaliter loquitur. Idem dicit Andre. in capitulo
primo, §. his enim. ſi de inueſti. inter dom. & vaſ. An au-
tem in cauſa primæ inſtantiæ poſſit iudex procedere ad
diſſinitiuam, parte contumaciter abſente? Dicit hic An-
dre. quòd non, per legem fin. C. ſi per uim vel alio modo,
dicens hoc procedere tam in cauſa ciuili, quàm crimina-
li, vbi abſens non poteſt condemnari, vt in l. penultim. §.
ad crimen. ff. de publ. iudi. Cui addo, quòd ſi ante litis
conteſta. pars citata fuit contumax in caſibus, in quibus
procedi poteſt lite non conteſt. Iudex poteſt in contuma-
ciam procedere ad teſtium receptionem, quia eius contu-
macia operabitur lit. conteſt. vt dicit gloſſ. in capitulo pri-
mo, in verbo, abſentia. de electio. libro ſexto, & hodie in
regno in omnibus cauſis litis conteſtatio omiſſa non red-
dit proceſſum nullum, vt in capitulo regis Roberti, quod
incipit, deteſtantes, regiſtratum in ritibus magnæ curiæ
ui. & ſic in contumaciam poteſt procedi ad dationem ter-
mini ad probandam receptionem teſtium in contumacia,
omiſſa litis conteſtatione. Hoc firmat Abba. Sicu. in ca-
pitulo cum olim. ultim. colum. de teſti. & poſtea debet ci-
tari ad alios actus incumbentes, quia non ſequitur, fuit
contumax in vno, ergo in alio, vt dicit gloſſ. in capitulo ſe-
cundo, in uerbo, non teneria. de do. & contu. libro ſexto,
quam ad hoc allegat Abba. Sicu. in capitulo auditis. in ſe-
cunda columna, de procu. & ſic contumax in vno actu de-
bet citari in alio actu, ut in capitulo conſuluit. de offic. de-
leg. not. gloſſ. in l. generaliter. §. ſed iuramento. C. de teſti.
& ibi per Bald. & habetur in capitulo ad probationem,
per Innocent. in prima columna, in fin. extrà de accuſat.
19 † Quid ſi agitur cauſa nullitatis ſententiæ, & ille, contra
quem dicitur, quòd ſententia eſt nulla, eſt citatus, & con-
tumax, utrum poſſit procedi ad declarationem nullita-
tis? Andre. hic in fine, & in dicto capitulo primo, §. bis
enim. ſi de inueſti. inter dom. & uaſ. concludit, quòd idem
prout in cauſa appellationis, quia ſpecies appellationis eſt
nullitas. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. cum quidam, ut
ibi latius per eum. In gloſſa prima, in princip. dic, ut di-
xi in princip. huius conſtitut. In eadem ibidem, ſi doceat
ſe primò iuſtè impeditum, dic, vt dixi ſuprà, in quartò no.
In gloſſa ſecunda, ibi, niſi ad reprobationem, quòd poſt di
dicita teſtificata poteſt peti terminus ad repulſandum te-
ſtes examinatos. non repulſa contra teſtes reſpicit defen-
ſionem, vt dicit Bartol. in tracta. ad reprimendam. in ver-
bo, forma iudicij. quod intellige, prout dixit Abba. in ca-
pitulo ueniens. in quarta columna, de teſti. & Pet. de An-
cha. in clem. ſæpe. in decimatertia columna, verſiculo an
vigore iſtorum uerborum. de uerborum ſignifica. & ſigna
iſtam gloſſam, quia non ſolet allegari ad hoc. In gloſſa
tertia, in princip. not. iſtam gloſſ. quod lex, per hanc. C. de
temp. appel. non corrigitur, niſi in uno caſu, videlicet, in-
quantum dicit, quòd ſuper eodem articulo in cauſa appel-
lationia poteſt fieri productio teſtium, hoc expreſsè uetat
iſta conſtitutio, & ius canonicum, ut ſuprà dictum eſt, ſed
inquantum dicit, quòd non poſita in prima inſtantia poſ-
ſunt poni in cauſa appellationis, dummodo ſint, quæ fa-
ciant ad cauſam, & nõ probẽtur p teſtes, ſed per inſtrumẽ
ta, nõ corrigitur per iſtam conſtitutionem, & ita etiam de-
clarat hic Andre. in princip. Aduerte ad vnum, quòd ſi in
cauſa principali pars omiſit opponere exceptionem decli-
natoriam, non poterit illam opponere in cauſa appellatio-
nis, per l. ita demum. C. de procura. ſecundùm Andre. hic
& bene. Et ut breuiter liqueat materia huius conſtitut. di-
co, prout dicit dominus Franciſ. de Zab. Cardin. Floren.
in dicto capitulo fraternitatis, quòd ex dicto capitulo eli-
20 ciuntur tres regulæ. † Prima, quòd publicatis atteſtatio-
nibus ſuper eiſdem capitulis, vel de directo contrarijs non
poſſunt examinari teſtes, ſuper quibus ſunt examinati te-
ſtes, & publicati, & ratio eſt propter præſumptionem ſub-
ornationis teſtium, & ex hoc inferuntur duo. Primum,
qoòd acta facta in prima inſtantia faciunt fidem in cauſa
appellationis, ut hic, & in l. is apud quem. C. de edend. &
in l. à proconſulibus. C. de appella. Secundò, quòd articu-
li prędicti poſſunt probari in cauſa appellationis per pro-
ductionem inſtrumentorum, ut firmant hic gloſſ. & And.

& ſuprà dixi in ſecundo nota. Secunda regula eſt, quòd ſuper capitulis nouis dependentibus à ueteribus facientibus ad cauſam intentatam in cauſa appellationis, poſſunt examinari teſtes, non obſtante, ꝙ in prima inſtantia ſit publicatum, & data copia atteſtationũ partibus. Tertia regula eſt, quòd ſuper incluſis in primis articulis, in quibus teſtes depoſuerunt, & ſunt publicati non poſſunt admitti articuli & teſtium depoſitiones ſuper eiſdem, quæ omnia tenet Ant. de But. in d. cle. de teſtib. & Bart. in d. auth. qui ſemel. In eadem ibi, item in cauſa appellationis, dic ut dixi ſup. in ſecundo no. In eadem, in fi. ligna iſtam gloſſam, quæ dicit, ꝙ concluſio in cauſa eſt de proceſſu & ordine iudiciario. Idem dixit glo. ſup. in conſti. uniuerſos, & ſingulos, in hoc ſecundo lib. ſub rub. 44. dic, ut ibi dixi in 4. no. in 3. q. Et ſic facio finem ſecundi libri.

ANNOTATIONES.

a Didicita.] ad idem vide Matth. deciſ. 216. vbi ſimiliter ponit regulam cum fallentiis. & an capitul. fraternitatis, habeat locum in cauſa liquidationis, ſi res fuerunt ſpecificatæ in primo termino, vide eundem Matth. deci. 35. & dom. Rot. deci. 359. in nouis. Batus.

b Regulam.] Limita etiã quando articuli noui dependent ex prioribus. nam tunc ſuper talibus articulis bene poſſunt examinari teſtes poſt didicita teſtificata Ita Spec. quem ſequitur ibi Io. Andr. in additione in titu. de teſte. §. ſatis vtiliter. verſi. & breuiter & Guido Papæ conſi. 100. limitat etiam quando in prima inſtantia fuit conceſſa repulſa, & fuit obiectum de falſitate contra teſtes, & nihil fuit probatum, poteſt fieri talis probatio falſitatis in cauſa appellationis, per glo. in ca. 1. de excep. & Affl. in deciſ. 296. in prin.

c Articulus] Afflic in d. deciſ. 216.

d Niſi.] adde Ang. in l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furt. Panor. in d. c. fraternitatis 4. fal. de teſt. & Affl. in deciſ. 206. nu. 2.

e Limita.] Afflic in deci. 235.

f Duodecimo.] adde Capicium in deciſ. 62.

g Cæteras.] adde quatuor alias limitationes per eundem Afflictum in deciſi. 216.

h articuli.] an ſuper eiſdem articulis, vel de directo contrariis poſſunt recipi teſtes, vide tex. in cle. 2. de teſt. & an articuli impertinentes debẽt prius reiici, vel admitti cum clauſula, ſalu iure impertinentiũ, & non admittendorum, vide Phil. Deci. conſ. 162. col. 1. & in c. quoniam contra. in gl. ſi col. 3. de proba. & in c. in nomine Domi. colum. 9. extra de teſti. Panor. in c. cum contingat de offi. & pot. iud. dele. & ibi Fely. & quid ſi iudex non reiicit, ſed procedit ad vlteriora, ſi pars non appellat, an proceſſus ſit validus, vide Capic. deci. 28. nu. 6. & quis dicatur articulus impertinens, & quando poſſit opponi, quòd reiiciatur, vide Bart. in l. duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & de materia vide Matth. deciſ. 45. Batus.

FINIS.

LIBER TERTIVS SACRARVM REGNORVM VTRIVSQVE SICILIAE CONSTITVTIONVM.

CVM LECTVRA EIVSDEM INSIGNIS DOCTORIS Domini Matthæi de Afflicto Patritij Neapolitani, fœliciter incipit.

De iuribus regalium rerum. Rubrica I.

HAEC eſt prima Rubrica huius tertij libri ſacrarum conſtitutionum regni, & poterit ſic continuari, in duobus libris præcedentibus pro maiori parte dictum fuit de iuribus concernentibus tam intereſſe reipublicæ, quàm intereſſe priuatorum ſubditorum regis coniunctim & ſeparatim, in hoc vltimo libro pro maiori parte tractatur de iuribus concernentibus intereſſe regium, & iurium regalium domini regis, quæ nnmerantur pro maiori parte in toto titu. quæ ſint regalia. in vſibus feudorum. & ideo vltimo loco dixit de iuribus regalibus, vt ſubditi melius memoriæ retineant, vt dicit Gregorius in Homilia ſuper Euangelium. Lucæ capit. xvj. facit capitu. liquidò. de conſecratione diſtinctione ſecunda, & l. Mela. §. primo. ff. de aliment. & ciba. legat. quia per iura regalia, quæ percipit rex, arctatur occaſio ad percipiendum res ſubditorum, vt dicit Luc. de Penna in l. quicunque. in principio. tertia columna, C. de om. agro deſerto. libro vndecimo, & ideo ſunt prohibitæ
a alienari ª res demaniales regis, vt probat diffusè Luc. ibi, hinc eſt, quod dicit Bald. in prælud. feud. in decimatertia columna, quòd regnum eſt ad ſimilitudinem corporis humani, a quo ſi abſcindatur auricula, non eſſet corpus perfectum, ſed monſtruoſum, & ideo non eſt officium boni ſeruitoris petere a rege ſibi donari ius demaniale regis, quia dixit Ariſtoteles, vt refert Bald. in eodem loco. ſtantibus terminis diſcretius, nullum inferius participat id, quod ſuperius eſt: nam & ſubditi & ſuperiores ſunt rationi ſubiecti, vt dicitur in authentico, de monacis. in principio. & ſic ratio ſuadet, quòd rex non poteſt alienare ea, quæ ſunt de demanio in præiudicium reipublicæ, vt in capitulo intellecto. per ſcribentes, de iureiurando. ita non conuenit ſubdito illicita poſtulare, vt C. de petitio. bonor. ſubla. l. prima, libro decimo, & in l. nec damnoſa. C. de precibus imperatoris offerend. & ideo non erubeſco dicere, quòd qui facit contra coronam, facit geminum facinus, vnum contra coronantem, aliud contra coronatum, imò contra ſenatum vrbis, vt dixit Bald. in l. executorem. in decimatertia columna, C. de executione rei iudica. Vel ſic continuatio rubricæ exiſtentis in principio libri poteſt fieri a remotis, vt dicit gloſ. in rubrica, ff. de conditio. furt. dixerat Imperator in conſtitutio. ea quæ ad decus, in primo libro ſub rubrica 47. quòd ſine priuilegio regis non poteſt poſſideri merum imperium, & quòd bona demanij non poſſunt in perpetuum locari per procuratores fiſcales, vt ſuprà in conſtitutio. auctoritatem, ſub rubrica lxxxviij. verum, quia erat prouidendum generaliter circa prohibitionem alienationis rerum, & iurium fiſcalium, de quibus non erat dictum, ideo in primis in iſto principio huius tertij libri incipit tractare in genere de prohibitione alienationis iurium regalium, & fiſcalium. ſequitur nigrum.

ANNOTATIO.

a Alienari.] Vide text. & ibi Andr. de Iſern. in tit. quæ ſint regalia. in vſibus feud. & qualiter probatur rem eſſe demanialem. vide Matth. deciſ. 305. col. 3. ibi. item comes, & an bona demanialia poſſint occupari vide c. regni, quod incipit, prædeceſſorum noſtrorum, & occupans bona demanialia, an teneatur illa reſtituere, & qualiter puniatur, vide in d. c. prædeceſſorum. & in conſtit. dignum & in conſti. perſonas & in conſti. ad ſubiectorum. & in conſti. ab officialibus, & in dictis locis late per And. & per Matt. & per eundem Matth. in conſti. inter multas. col. 3. in fi. vbi facit mentionem de dicto capi prædeceſſorum. & quare reges habent bona demanialia in eorum terris. Matth. in d. conſti. dignũ col. 1. & an officialis debeat ſeruare bona demanialia regis illæſa. & ſi contrarium facit, an puniatur de periurio, vide Matt. de Affl. in conſti. puritatem. in 7. not & ibi etiam ponit, an rex poſſit alienare ea, quæ ſunt de demanio regis. Ioan. Anto. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Principatus dignitas qualis ſit.*
2 *Publicatio eſt de ſubſtantia legis.*
3 *Quicunque, dictio vniuerſalis tam maſculos, quàm fœminas comprehendit.*
4 *Iura regalia alienari non poſſunt ſine regis voluntate.*
5 *Iura regalia habens ex priuilegio non poteſt illa donare, vel aliter alienare abſque conſenſu regio.*
6 *Iura regalia habens à rege non poteſt aliquid in teſtamento diſponere.*
7 *Alienatio iurium regalium ſine voluntate regis fieri non poteſt.*
8 *Pactiones priuatorum non præiudicant iuri publico.*
9 *Venatio quibus ſit permiſſa, & in quibus locis.*

SCIRE volumus. Rex Rogerius declarat Principibus, Comitibus, Baronibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus hanc legem generalem per eum conditam, videlicet, quod quicunque tenet aliquid magnum, ſiue paruum de regalibus regis, vllo modo non poteſt regalia ipſa alienare, donare, vel vendere in totum, vel in partem, minuere, aut permittere, quòd dicta regalia ſubtrahantur, aut quòd aliquod damnum regia curia patiatur, hoc
1 dicit. † Not. primò ex text. ibi principes, quòd iſta dignitas principatus non eſt in regno noua dignitas, ſed antiqua, licèt in vſibus feudorum non fiat mentio de inueſtitura principatus, ſed tantùm ducatus, marchionatus, & comitatus, de quo in capitu. primo, quis dicatur dux, comes, uel marchio, inueſtitus ergo a rege de aliqua ciuitate cum titu. principatus dicitur princeps, & ſic alia eſt dignitas regia, & alia dignitas principatus, regia eſt ſuperior,

&

& principatus inferior, vt hic. Ad idem tex. in clemen. pri-
ma, de baptiſmo. ibi, regum, & principum, & ibi vide glo.
quæ dicit, quòd largo ſumpto vocabulo omnis habens ba-
roniam ſit princeps, ſed tamen non dicitur habere digni-
tatem principatus, ſunt enim certæ dignitates ſeculares
ſpecialiter ſic vocatæ, vt dicit ibi gl. de principatu Achaiæ,
Tu poteris exemplificare in hoc regno in principatu Saler
ni, in principatu Biſiniani, in principatu Tarenti, & his
2 ſimilibus. † Secundò not. ex eodem tex. ibi, ſcire vos volu-
mus, quòd cum ſit per regem noua pragmatica debet illa
notificari principibus, Comitibus, & Baronibus regni, &
etiam Prælatis & Abbatibus, & ſic illis, quorum intereſt.
Nam de ſubſtantia legis eſt, quòd ſit publicata, vt dicit Bal
dum. C. de cadu. toll. l. vnica. §. fin. quia non de ſingulis pro-
fertur, allegat glo. in proœm. cle. & ideo nouellæ pragmati-
cæ publicantur in locis publicis, ſatis enim tempore anti-
quo dicebatur publicata omnibus conſtitutio regia, ſi ma-
gnatibus tẽporalibus, & eccleſiaſticis ſit notificata, vt hic,
& tunc ſupina ignorantia ligat ignorantes. Niſi illa conſti-
tutio eſſet contra ius, vt dicit Bald. in l. vnica. in princip. in
2. col. C. de cad. toll. Satis autem dicitur conſtitutio publi-
cata, ſi eſt affixa in loco publico ciuitatis, vt dicit Ioann.
And. in data 6. libri decreta. & firmat Ang. in auth. de man
da. prin. §. hic igitur. & vide tex. in auth. vt factæ nouæ con
3 ſtit. & c. † Tertiò no. ex text. ibi, quicunque tenet, quòd iſta
dictio, quicunque eſt vniuerſalis. l. 1. in princ. ff. de off. eius
cui manda. eſt iuriſd. & Bar. in l. hoc articulo. ff. de hæred.
in ſti. & ſic comprehendit omnes tam maſculos, quàm fœ-
minas, & collegium vniuerſale. l. quicunque. C. de ſer. fug.
l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. cauſa. Bart. in
l. vt ait diuus. ff. de iu. fiſ. Et ſic patet, ꝙ quiſlibet ex priuile-
gio regio poteſt habere a rege aliqua, quæ ſunt de iuribus
regalibus, vt hic, & in conſt. ea quæ ad decus, in primo lib.
Quæ ſunt iſta iura regalia? Dic, vt in c. 1. quæ ſint regalia.
nam ſi eis non licet alienare iura regalia, ergo poſſunt ha-
bere iura regalia, quia priuatio præſupponit habitum. ita
dicit Bald. in l. licet. 2. col. C. locati. vbi dicit, quòd carentię
ſunt habentiũ. & ideo dicebat Bal. in l. nõ poteſt. ff. de ado.
ꝙ qui produxit inſtrumentum emancipationis, præſup-
ponit ſe fuiſſe filium legitimum & naturalem & qui produ
cit inſtrumentum legitimationis, confitetur fuiſſe baſtar-
dum, vt dicit Bal. in l. 2. C. de iure anu. aure. & Bal. in l. de-
cem. ff. de ver. obl. Faciunt ea, quæ dixi in c. naturales. ſi de
4 feu. fue. contro. inter do. & agna. † Quartò no. ex text. ibi, de
regalibus noſtris, ꝙ iura regalia aliis perſonis conceſſa ſiue
ſit ius magnum, vel paruum, ſiue conceſſum liberè in bur-
genſaticum, ſiue in feudum per quemcunque contractũ,
non poſſunt alienari, nec in alium transferri quocunque ti
tulo ſine voluntate domini regis, & ſic patet, ꝙ iura rega-
lia in poſſeſ. priuatarum perſonarum exiſtentia de volun-
tate regis dicuntur eſſe iura regalia, & non priuatarũ perſo
narum illa poſſidentium, & ideo prohibita eſt omnis alie-
natio ab eis, ſicut eſt prohibita poſſidentibus feuda aliena-
tio feudorum ſine regio aſſenſu, vt infrà in conſtitutione,
conſtitutionem diuæ memoriæ. Nec eſt mirum, ꝙ in iſtis
iuribus regalibus, & feudalibus interdicitur alienatio eo-
rum contra regulam, quæ vult, ꝙ liberis hominibus nõ de-
bet interdici alienatio rerum ſuarũ, vt in l. 1. ff. ſi quis a pa.
fuer. manumiſ. Quia hoc eſt ratione directi dominij, quod
habet in eis, ſicut habet dominus reſpectu emphyteutæ, vt
in l. 3. C. de iure emphyteuti. & dominus rex in rebus feu-
dalibus, & ratione iuriũ regalium, quod habet Rex in eis.
5 † Quintò nota ex textu ibi, alienare, quòd ille, qui habet
aliqua iura regalia ex priuilegio, illa non poteſt alicui do-
nare, vel vendere in totum, vel in partem, nec conſentire
tacitè, vel expreſsè, quòd ſubtrahantur, vel in alium tran-
ſeant, ſine regio conſenſu. dicetur infrà in conſtitutione,
dignitatem. Sed an tranſeant in filium? Dico quòd ſic,
quia ſi prohibitum eſt eis alienari, non intelligitur de fi-
lio, niſi expreſsè dicatur de filio, vt in authentico, de reſtit.
6 §. fina. Item res a prohibita alienari extra familiam, poteſt
alienari in fratrem, vel in ſororem, vt in l. voluntas, C. de
fideicommiſ. ſed an in matrem, videtur ꝙ ſic, quia nemo
præſumitur odio habere matrem ſuã ſine cauſa, vt inquit
Bald. in l. precibus, in 4. col. C. de impub. & aliis ſubſtit. ſed
in iſtis iuribus regalibus ſine regio aſſenſu dictis perſonis,
qui non ſuccedunt in ipſis, non poteſt fieri alienatio, ſicut
dicimus in feudo nouo, vt dicetur infrà, in conſti. vt de ſuc
ceſsionibus. Et an poſſit dari illud ius regium in dotẽ pro
filia? Credo de iure communi, ꝙ ſic, per auth. res quæ. C.
com. de leg. & l. 1. §. ſed ſi libertus filiam. ff. ſi quid in fraud.
patr. Sed in regno aliud eſt per conſtit. infrà, diuæ memo-
rię. An pro dote poſſit dari filiæ feudum in dotem? Dixi in
c. 1. §. donare. qualiter olim feu. alie. po. & in l. imperialem.
6 in prin. de prohib. feud. alie. per Fed. † Et ſcias, ꝙ iſte, qui ha
bet iura regalia a rege, nõ poteſt aliquid in teſtamento di-
ſponere, quia ſub prohibitione alienationis facta per iſtã
conſti. comprehenditur hæredis inſtitutio extranei, vt in l.
peto. §. fratre. ff. de lega. 2. & legatum, & in l. filiusfa. §. cum
pater. ff. de leg. 1. Et pondera hæc duo verba prohibitiua, vi
delicet alienare, vel vendere. nam appellatione prohibitio-
nis alienationis omnis contractus, per quem dominium
transfertur, cõprehenditur, vt in l. ſancimus. C. de re. alie.
non alien. ſed appellatione venditionis prohibitæ non ve-
nit prohibitio omnium alienationum, vt tenet gl. in l. 2. C.
de vſu. pro empt. de hoc dixi in l. fin. C. de exac. trib. lib. 10.
vide Barb. de re. eccle. non alie. Bal. in d. l. ſancimus. An ſub
prohibitione prædicta comprehẽdatur præſcriptio? Text.
iſte præſupponit, ꝙ ſic, propter illud verbum, aut ſubtra-
bantur, de hoc vide in l. alienationis uerbum. ff. de uer. ſig.
Item põdera unum, quòd dicit hic And. quod nihil debet
fieri contra domini uoluntatem, etiam ꝙ dominus ſit pri-
uata perſona, per l. fi. C. de re. alie. non alien. C. de pact. l. fi.
cum ſim. & hic præſupponit Andr. quòd ille, qui tenet res
regales, non ſit dominus, nec habeat titulum, ſed ſolùm ha
beat poſſeſſionem, puta, quia tenet nomine regis tanquam
adminiſtrator, uel officialis regis. iſta eſt nimia reſtrictio
ad hanc conſtitutionem, & ideo uerbum illud, tenere, in-
telligo generaliter quomodocunque teneat, ſiue ex titulũ,
ſiue precariò, ſiue ut adminiſtrator, uel officialis regis, qa
uerbum, tenere, exponitur pro obtinere à rege, ut eſt tex. ff.
7 de manu. teſt. l. ſi ex falſis. in uerbo, tenuerit. † Sextò not. ex
text. ibi, minuantur, quòd alienatio iurium regalium ſine
uoluntate regis non poteſt fieri niſi in augmentum ipſius
iuris fiſcalis. ſic etiam in feudalibus non ualet alienatio ni
ſi in augmentum feudi, ut firmat And. in c. 1. an ille, qui in-
terfecit fratrem domini ſui, & in l. imperialem. in princ. de
prohi. feu. alien. per Fede. & hoc probat text. infrà, in con-
ſtitu. conſtitutionem diuæ memoriæ, & ibi dicetur. Gloſ.
unica, ſigna iſtam gloſſ. quòd tam in feudalibus, quàm in
iuribus regalibus idem iuris eſt, quod eſt de parte quoad
partem &c. & iſta regula ponitur in l. quæ de tota. ff. de rei
uend. An autem ille, qui habet feudum cum alio in com-
muni, & petat illud, uideatur petere ſolùm partẽ alterius
uel totum fundum? Vide in l. ſi quis cum totum. ff. de exce
pt. rei iud. per Mod. Senenſes, & an poſſit declarare, quòd
egit ad partem ſocij, & non ad ſuam ante ſententia? Dic
quòd ſic, ſecundum Bald. in l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iu. &
Barto. & Alex. in l. edita. C. de eden. dixit. in l. de pupillo. §.
qui nuntiat. ff. de ope. no. nun. in addit. ad Bartol. uide Alb.
in l. ſi rem. ff. de rei uen. & in l. ſi defenſor. §. qui interroga-
8 tus. ff. de interr. act. † Et pondera hic, quòd iuri publico pa-
ctionibus priuatorum non præiudicatur, ut in l. priuato-
rum. C. de iuriſd. omn. iudi. & l. ius publicum. ff. de pact. &
in l. quòd de bonis. §. 1. ff. ad l. Falci. Hinc eſt, quod dicebat
Bal. in l. unica. § cum autem. C. de cad. tol. ꝙ non debet pu
blica utilitas impediri ratione priuatæ utilitatis, ſubdens
idem in regibus. Nec credendum eſt, ꝙ iſta lex ſit facta ob
auaritiam, ſed ratione publicæ utilitatis, ut conſeruentur
iura regalia, ad quæ conſeruanda etiam ſubditi debent ui-
gilare, quia ſic faciendo, cõſeruant regem eorum, quia rex
non cogitabit ponere manus ad iniquitates propter neceſ-
ſitatem, nã rex debet cauere ab omni re illicita pluſquam
9 alij, ut dixit Bal. in l. pen. ff. de hære. inſti. An † autem ſit lici-
tum

tum regi prohibere ſubditos, & vaſallos, ne vadant venatum in territoriis vniuerſitatum? Profectò reperio, quòd venatio eſt de iure gentium, vt in l. 1. cum ſeq. ff. de acqui. rerum domin. & in §. feræ. inſtitut. de rerum diuiſio. & ea, quæ ſunt de iure gentium, princeps ſine cauſa non poteſt tollere, vt latè per Felyn. in capitu. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. Princeps enim non poteſt prohibere hominibus venationem, vt dicit Anton. de But. in cap. non eſt. in prima columna. de decim. Bene tamen rex poſſet prohibere venationem ſubditis in loco de demanio regis, vel de defenſa regis, quia quilibet priuatus poſſet prohibere, ne in loco ſuo quis faciat venationem, per l. diuus. ff. de ſerui. ruſtico. prædio. quam allegat Andr. infra in conſtit. cum per partes Apuliæ. Et firmat hoc Franc. de Aret. in l. 4. §. Nerua. 3. colum. ff. de acqui. poſſ. & reperio ita conſulendo firmaſſe Decium Doctorem famoſum in conſilio 197. inci. in caſu inquiſitionis. & contra principes, qui omnem eius curam ponunt in venationibus, vide Paridem in tracta. de ſyndicatu. in 3. char. vbi multa ſcribit, non refero, quia non eſt materia hic pertinens.

ANNOTATIO.

§ Adde, quòd de iſta prohibitione alienationis loquitur text. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. & tex. in l. cum pater. §. libertis. ff. eod. titu. & an prohibitus vendere vel alienare poſſit locare in centum annos: vide tex. cum gl. in l. codicillis. §. inſtituto. in verbo, non extitit. ff. de lega. 2. adde etiam, quod ſecundum Alex. in l. ſi filio. §. ſi vir. ff. ſo. mat pe. col. in fi. dicta gl. reprobatur per Doct. & an prohibita alienatione, videatur prohibita hæredis inſtitutio, & an prohibita venditione, videatur prohibita omnis alienatio? Vide per Bart. late in l. filiusfami. §. diui. ff. de leg. 1. vbi late de materia. Batius.

De vaſallis non ordinandis in ordine eccleſiaſtico. Rub. II.

DIXERAT ſupra, de iuribus non alienandis, nunc proſequitur eandem materiam de non alienandis vaſallis, angariis, & perangariis, aſcriptis glebæ, & quia epiſcopi, & prælati ipſos vaſallos aſcriptitios ordinabant ad ordines ſacros in præiudicium dominorum, & ſic per indirectum alienantur, quia efficiebantur liberi, prohibet hic iſta conſtit. & eis imponit pœnam, ideo poſuit iſtam rubri.

SVMMARIVM.

1 *Aſcriptitii non ſunt liberæ conditionis.*
2 *Dominus an poſſit propria authoritate aſcriptitium angarium, vel perangarium ſuum fugientem capere.*
3 *Aſcriptitii non poſſunt in clericos ordinari.*
4 *Dominus aliquid accipiens ab aſcriptitio ſuo pro licentia ſuſcipiendi ordines, an committat ſimoniam.*
5 *Neceſſitas cogit quandoque aliquem ad aliquod illicitum faciendũ, & illud tunc cenſetur licitum.*
6 *Ius aſcriptitii eſt eius oſſibus annexum.*

ASCRIPTITIO. Quatuor dicta continet iſta conſtitutio. primum eſt, quòd nullus epiſcoporum in regno præſumat aſcriptitios ſine licentia Domini ſui ordinare ad eccleſiaſticum ordinẽ, & durat vſque ibi, hi quorum. Hic eſt ſecundum dictum, quòd ſi aſcriptitius ob licentiam habendam a domino ſuo de aſſumendo eccleſiaſticum ordinem a prælato aliquid dederit domino ſuo, dominus eius punitur in hoc, quia debet perdere ius aſcriptitium, & aſcriptitius, qui dedit pecuniam domino pro habenda licentia, ut poſſit ordinari, punitur in hoc, quia debet remoueri ab ordine, quem aſſumpſit, nec non dominium bonorum ſuorum efficitur domini Regis, ita quòd fiſcus habet rei vendicationem ad bona illa vendicanda, & durat vſque ibi, ne tamen. Hic eſt tertium dictum, quòd ſi in rure, vel in uico ſit eccleſia conſtituta, in qua ſunt ſacerdotes miniſtrãtes diuina officia, & ſacerdotibus morientibus alij ſunt ſubrogandi, & dominus ruris, uel vici ſit pertinax in concedendo licentiam alijs aſcriptitijs, vt ſubrogentur loco mortuorum ſacerdotum, & illi aſcriptitij ſubrogandi ſunt idonei ad ſacerdotis officium, tunc cogi debet dominus ad iuſtam petitionem eccleſiæ, ideſt prælati eccleſiæ, vt illi aſcriptitij ſint ſubrogandi loco præmortuorum ſacerdotum ad ipſum ſacerdotium, & durat uſque ibi. filij uerò. Hic eſt quartum & ultimum dictum, ꝙ filij aſcriptitij, ſi fortè ordinabuntur à prælato in ordine clericatu, omni accuſatione remota, redire debent ad ſeruitium aſcriptitij, & durat uſque in finem. Nota primò ex
1 textu ibi, aſcriptitios. quòd † homines aſcriptitij[a] non ſunt
a liberę conditionis: & ſic ſunt ſeruilis conditionis, ſed non ſerui, ut dicit glo. in d. l. ne diutius. C. de agric. & cenſi. libro 11. tamen ſunt obligati & aſcripti prædio, & ſine eo eſſe nõ poſſunt, & ſic differunt ab angarijs, & perangarijs, & ſic modicum differunt à ſeruis, vt dicit Ioann. de Platea in l. quiſquis. C. de agric. & cenſ. eod. tit. & ideo ſequuntur ventrem, quia non ſunt liberæ conditionis, vt C. de rei vendic. l. partum. & l. doce ancillam. An autem rex ſuos uaſallos liberos, & demaniales poſſit vnà cum uilla uendere, & alienare, & facere ipſos aſcriptos dictæ uillæ, & quòd teneantur ad certa ſeruitia perſonalia? Vide Lucam de Penna in l. 1. C. de capit. ciuium. lib. 11. & quę dixi in cap. 1. in
2 verbo, angarię. quę ſint regalia. † An autem liceat[b] domi-
b no, ſi ſuus aſcriptitius, uel angarius, & perangarius aufugiat propria authoritate capere, & uerberare? Dicit Bald. quòd ſic, dummodo mediocriter eum verberet, in authen. ad hęc. C. de lati. liber. tollen. facit ad hoc gloſſ. Caroli de Tocco in Longobarda, de ultimis uoluntatibus. l. cognouimus. ubi dicit, quòd eſt libera poteſtas dominorum reuocandi angarios, qui debent operas, & idem poſſunt facere pręlati habentes vaſallos obligatos ad ſeruitia perſonalia, ut in cap. Regis Caroli Secundi in planitie ſancti Martini, quod incipit, item ſtatuimus, ꝙ uaſalli eccleſiarum. char. 21. & uide ad hoc cap. Papę Honorij, quod incipit, ad nouas communãtias. & Lucam de Penna in l. 3. C. de agr. & cenſi. lib. 11. & in l. 1. C. de collo. illyr. lib. 11. & in l. 1. C. de colo. palęſt. eo. lib. Et an barones poſſint angariare ſuos uaſallos ad pręſtationem aliquarum operarum in perpetuum? Dicit Bald. ꝙ non, in l. fin. in 2. col. C. de bonis quę liber. per l. 1. ff. qui & à quibus. & l. domini prędiorum. C. de agr. & cenſi. bonus eſt text. in l. 1. C. ne operę à collato. exigantur. lib. 10. nec ſi uoluntariè ſunt pręſtitę, debentur ſi ſine regio aſſenſu fuerunt promiſſę in perpetuum: & hoc per conſtit. infra, quia frequenter, in qua dicitur, ꝙ dominus Rex eſt dominus perſonarum, & ſi dominus Rex concedit caſtrum cum uaſallis angarijs, & perangarijs, & eſt certum, in quibus conſiſtunt ſeruitia perſonalia cum expenſis, uel ſine expenſis, intelligitur, quòd pręſtetur illa angaria uel perangaria intra territorium, non extra territorium, niſi aliter exprimatur, ut dixi in conſtitutione, proſequentes. in decimo not. quibus addo, quòd ex quo angaria & perangaria eſt contra ius commune, ſi per priuilegium Regis conceditur, non intelligitur extra territorium. Et pro hoc alleg. Barto. in tractatu de repręſalijs. in quarta quęſt. primę quęſtionis principalis, ubi dicit, ꝙ ſi ſit ſtatutum, quòd unus ſubditus pro alio teneatur, debet intelligi de debitis contractis intra territorium ciuitatis, & non extra, per l. cum unus. §. fina. ff. de bonis autho. iud. poſſid. & c. 2. §. 1. de conſtit. lib. 6. & idem dixit Bald. in l. f. C. ne filius pro patre, in 3. quęſ. licet non per dicta iura, ſed alia ratione. Idem dixit Imo. in conſil. 80. incipiente, in caſu pręmiſſo, uidetur prima facie dicendum. quod tenementi, quia barones ſolent angariare uaſallos extra terri-
3 torium ſine priuilegio Regis. † Secundò nota ex textu

 ibi,

ibi, ſine voluntate. quòd illi, qui ſunt homines aſcriptitij alicuius domini, non poſſunt ordinari in ordinem clericalem contra voluntatem domini, vt hic, & in authen. de ſ. n ctiſ. epiſcop. §. aſcriptitios. Vbi quærit glo. quid ſi aſcriptitius præter voluntatem domini ſe facit ordinari in clericum, dic vt ibi, & in l. quiſquis. C. de epiſcop. & cleric. vbi dicitur, quòd aſcriptitius promotus ad clericatũ ſiue contra voluntatem domini, ſiue præter, quòd per hoc non videtur remittere iura ſua, ſed ſeruiet per ſubſtitutum ęquè idoneum. Tertiò no. ex tex. ibi, nullus epiſcoporum. ꝙ epiſcopi debent præcauere, vt non admittant ad ordinem clericatus aliquem, qui ſit obligatus alicui nobili ad ſeruitia perſonalia in perpetuũ, vel ſit homo aſcriptitius alicuius ſine domini voluntate. concordantię ſunt hic in gl. & de iure canon. eſt tex. in c. 1. de ſeruis non ordin. & in ca. 1. & 2. & c. quicunque quinquageſimaquarta diſtinc. Sed dat dubium, quid ſi epiſcopus contrarium fecit, quia ordinauit aſcriptitium ad ordines eccleſiæ, ignorante domino, vtrũ iſte aſcriptitius ordinatus debeat ſeruire perſonaliter domino, prout obligatus erat ante clericatum? Vide tex. in c. ſi ſeruus quinquageſimaquarta diſtinct. & in ſumma Goffre. de Tra. de ſeru. non ordin. & quia Anto. de Butr. in ca. 2. de ſeru. non ordin. plenè per vnam col. integram examinat iſtud dubium, ideo remitto me ad eũ. & vide per hoc text. in authen. aſcriptitios & in authen. ſi ſeruus. C. de epi
4 ſcop. & cle. Quartò no. ex tex. ibi, præmium. ꝙ † ſi dominus aſcriptitij aliquid accepit pro licentia, quam dedit aſcriptitio ſuo, vt accipiat ordinem eccleſiæ, committit ſimoniã, vt per Hoſt. in ſum. de ſimonia. §. qualiter committitur. & pro iſta ſimonia per iſtam conſtitutionem punitur, quia perdidit ius, qđ habebat in aſcriptitio, & fiſcus regius poteſt eius bona vendicare: & tene menti iſtum tex. qui dicit fiſco modo. ſecũdum And. hic, ꝙ rex habet fiſcum. de hoc dixi in prælud. in 1. 5. q. Quintò no. ex tex. ibi, rebus omnibus ſuis. caſum, in quo priuatus debet perdere per ſententiam omnia bona ſua, ſi fiſcus velit ipſa vendicare, videlicet quando ille, qui habet aſcriptitium, dedit ei licentiam, aliquo præmio accepto, vt ab epiſcopo poſſit clericari, ſecus ſi gratis, & ſic licet gratis, quod nõ licet pretio, de quo in c. 1. §. præterea, per Iac. de Bel. de cap. Corrad. & per gl. in l. furti. §. partus. ff. de infamibus. & glo. in l. 1. §. beſtias. in verbo, veteres. ff. de poſtul. no. in glo. in c. baptizandis. 1. q. j. Sextò no. ex tex. ibi, iure cogendum. ꝙ neceſſitas nedum
5 facit † aliquid eſſe licitum, quod aliàs erat illicitum de iure poſitiuo, ſed etiam facit, ꝙ poteſt cogi ad illud illicitum faciendum. ad idem text. in l. quiſquis. la prima. ibi, agnoſcere compellatur. C. de epiſ. & cle. ad idem And. in conſt. ſancimus. in 1. col. & conſt. ſi quando. Alibi neceſſitas ponitur pro coactione. in Auth. vt iu. ſine quoquo ſuff. §. eos. & §. oportet. Sicut etiam res prohibita alienari ex cauſa neceſſitatis, & utilitatis poteſt alienari, vt dicit Bar. in l. quêadmodum. C. de agri. & cenſ. lib. 11. habetur in c. j. de reb. eccl. non alien. lib. 6. & per Præpoſ. S. Ambroſij in cap. non debet. de conſan. & affi. & de iſta potentia neceſſitatis, uide Lucam de Pen. in l. curiales. la ſeconda. C. de decurion. lib. 10. & in l. j. C. de commeatu. lib. 12. Alber. de Roſ. in l. j. in fi. ff. de offi. conſulis. & Fely. in c. querela. in vlt. col. in gl.
6 in uerbo, de neceſſitate. de iureiur. Septimò † no. ex text. ibi, filij uerò ꝙ iuramentum in perſona, & medullis aſcriptitij adeo annexum eſt, ꝙ tale ius, & obligatio perſonalis perpetua ipſo iure tranſit in eius filios, vide ad hoc iura, quæ allegat gl. in 1. lib. in conſtit. circa violentiarum. in gloſſ. in verbo, per quaſcunque. & Spec. in tit. de feud. §. quoniam. verſic. quinto quæritur. & And. infra in conſtit. domini à vaſallis, & ibi dicetur: ſic etiam filij liberti eccleſiæ ſunt obnoxij, vt 12. q. 2. c. de liberis l. 1. & 2. de quo per Goffre. de Trano in ſumma, de ſeru. non ordinan. In gloſſ. 1. nunc vides, ſi iſta conſt. eſt de pane quærendo. Deinde tangit gl. differẽtiam inter villanos aſcriptitios, & villanos colonos, ſed de hoc vide tex. infra conſt. ſequent. & ibi dicetur. Ego credo, ꝙ hodie in regno villani aſcriptitij pauci reperiantur, quia rex eſt dominus perſonarum, vt infra in conſtit. quia frequenter. niſi conſtaret de iſtis ſeruitiis perſonalib. in perpetuum debitis per priuilegiũ regis, vel per id, quod habetur loco priuilegij, ut in c. j. de præſcri. lib. 6. cum ſuis concor. in gl. 2. dic, ut dixi ſup. in 2. no.

ANNOTATIONES.

a Homines.] Adde, quòd aſcriptitiorum conditio eſt durior quàm aliorum colonorum, vt l. ne diutius. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & ideo eis magis fauetur pro libertate, ſecundum Bar. in l. cum ſatis. C. eo. tit. & an coloni cenſiti & aſcriptitij poſſint habere proprium & poſſidere & an ſint liberi vel ſerui. vide Bar. in l. ſi penes in fi. C. de agri. cenſ. li. 11. & quę differentia ſit inter colonum & aſcriptitium. vide eundem Bar. in l. deſinimus. C. eo ti. Batius.

b Liceat.] Adde, ꝙ vaſalli baronum, qui tenẽtur etiam ad minimum ſeruitium perſonæ, ſi recedunt, & vadunt ad habitãdum in alia terra ſine ſit alicuius baronis, vel prælati, vel demanij regis auctoritate iudiciaria poteſt ipſe baro ipſos reducere ad habitandum in terra, vnde deceſſerunt: ſecus ſi non tenentur niſi ad aliquam præſtationem non perſonalẽ, vt in c. Papæ Honorij, qđ incipit, ad nonas. de quo vide per Luc. de Pen. in l. 2. C. de agric. & cenſi. lib. 11. & idem dicitur de vaſallis prælatorum obligatis ad ſeruitia perſonalia, ſi deceſſerint a terra eccleſiæ, & iuerint ad habitandum in alia terra: quia per omnem modum coertionis legitimæ poſſunt compelli, vt reuertantur, vnde receſſerunt, vt in c. Regis Caroli Secundi in planitie S. Martini, de quo vide per Mat. infra in conſtit. quiſquis. col. 4. Batius.

De his, qui debent accedere ad ordinem clericatus.
Rub. III.

DICTVM eſt ſupra proximè, quòd homines aſcriptitij non debent clericari, erat videndum, quid de uaſallis baronum habentibus feuda ab eis, an poſſint clericari, ideo immediatè de eis dicit. Sed quid de baronibus, & feudatariis domini regis, an retineant feuda, ſi efficiantur clerici, vel religioſi? De hoc tractatur in c. j. de mili. vaſal. qui arma belli. depo. & in c. qui clericus. & ibi dixi, ſi de feu. fue. controuer. inter dom. & agn.

SVMMARIVM.

1 *Vaſalli aliqui abſque feudo ſeruitia perſonalia pręſtare tenentur.*
2 *Aſcripti glebæ in perpetuum in quo differunt ab his, qui perpetuò ſe obligauerunt ad ſeruitia perſonalia.*
3 *Vaſallagium qualiter & per quid conſtituatur.*
4 *Clericus dicitur capax feudi præſtantis reale ſeruitium.*
5 *Vaſallus feudo renunciare poteſt in manibus domini.*

ERRORAS. Aliqui erant in hoc errore, qui dicebant, quòd nullus villanus poterat ordinari ad ordinem clericatus, iſte error tollitur per iſtam conſtitutionem, ſub iſta diſtinctione, uidelicet, ꝙ aut uillanus erat obligatus ad ſeruitia perſonalia in perpetuum, uel erat aſcriptus glebæ, & tunc non poterat aſſumi ad ordinem clericalem, aut erat uillanus tantùm obligatus ad annuam præſtationem, uel ad aliquod ſeruitium pro aliquo tenimento, uel terra, quam tenet in beneficium, id eſt in feudum ab aliquo domino, & iſte poteſt accedere ad ordinem clericalem, etiam inuito domino, dummodo in manibus domini renunciet ea, quę tenet in feudum à domino. h. d. Nota primò ex tex. ibi, in
1 tuitu perſonæ. quòd reperiuntur † uaſalli, qui debent ſeruitia perſonalia in perpetuum abſque eo, ꝙ teneant a domino aliquid in feudũ. Et quomodo poteſt hoc eſſe? Dic, ꝙ poteſt eſſe, ſi per ſtipulationem promiſit pro ſe & hæredibus in perpetuũ facere aliquod ſeruitiũ annuatim, ut in c. gran-

ea grandi in uerbo, ex pacto. de ſupplen. neglig. prela. lib. 6. & probatur in l. cum ſanè. C. de agric. & cenſ. lib. 11. & in alijs iuribus alleg. per Spec. in tit. de feud. §. quoniam. uerſ. quintò quæritur, & hoc, ſi interuenit regius aſſenſus, aliàs nō valet talis promiſſio, per allegatam conſtitutionē, quia frequenter iſti tales vaſalli obligati ratione perſonę ad pręſtandum ſeruitia perſonalia de facili perduntur, niſi dominus habeat inſtrumentum promiſſionis, & regium aſſenſum, ideo dominus cuſtodiat dictas ſcripturas, & procuret habere probationē de deſcendentibus ab eo, qui ſe & ſuos hæredes obligauit ad ſeruitia perſonalia. Secundò nota ex
2 tex. ibi, aſcriptitij, & ſerui glebæ. ꝙ † aſcripti glebæ in perpetuum habent aliam naturam, quàm illi, qui perpetuò ſe obligauerunt ad ſeruitia perſonalia. Nam aſcripti glebę ſunt partes fundi, & inter immobilia iudicantur. C. de ſacroſ. eccl. l. iubemus. habetur in c. ſciendum. de feud. cogn. ff. de lega. 1. l. ſi quis inquilinos. licet ſit corpus naturaliter diſcretū à fundo, tamen ſeruus inſtrumentalis dicitur pars fundi, quod non contingit in boue, uel aſino, qui licet ſint inſtrumenta fundi, tamen mobilia ſunt, ſed in ſolo homine cōtingit, quòd glebę annexus reputatur immobilis, verba ſunt Bal. in l. 1. in verſ. tertiò oppono ſic & c. C. de ſeru. fugi. & modo habes differentiam inter ſimplices uillanos, ſeu colonos, & villanos aſcriptos glebæ ſeruos: iſti enim & aſcriptitij non ſunt ſerui, & habent liberam teſtamenti factionem, vt in l. a. C. in quibus cauſis colo. & cenſi. lib. 11. in glo. & in Spec. de inſtr. edi. §. compendioſè. uerſ. quid de aſcriptitio. & Bar. in l. ſi quæramus. uerſ. circa primum. de teſtam. ſed angarij, & perangarij poſſunt eſſe abſque feudo vt ſupra dictum eſt, puta per ſtipulationem cum conſenſu regio. Tertiò no. ex tex. ibi, tene menti, vel alicuius benefi-
3 cij. ꝙ ratione † conceſſionis rei ſtabilis conceſſæ in feudum cum vaſallis per habentem poteſtatem concedendi in feudum conſtituitur vaſallagium. & pro hoc ca. ſciendum. de feud. cogni. iuncto ca. de his qui feu. dare poſ. Quartò no. ex tex. ibi, ſine voluntate dominorum. ꝙ habens feudum, pro quo pręſtat ſeruitium, poteſt ſine voluntate domini tranſire ad ordinem clericatus, uel religionem, de quo in c. qui clericus. ſi de feud. fuer. controue. inter dom. & agn.
4 Quintò no. ex tex. ibi, in eorum domini manibus [a] reſignatis. dno. primum, ꝙ ſi habēs feudum efficiatur clericus vel monacus, perdit feudum, ex quo tenetur illud refutare in manibus domini. Et multò fortius non erit capax feudi, ſi antequam ſibi aperiatur feudum per ſucceſſionē, effectus eſſet ſacerdos, vel monacus, & poſtea ſi nō eſſet monacus, vel presbyter ſuccederet in feudum, propter clericatum, uel monacatum eſt inhabilis ad ſuccedendum. quod verū eſt, quando feudum præſtat ſeruitium perſonale: ſecus ſi ſeruitium eſſet reale, vt dicit glo. in c. 1. de benefic. fęmineæ & Hoſt. in ſumma de immun. ecc. §. inquantum. per tex. in auth. de ſanctiſ. epiſc. §. nulla. & tenet Bald. in d. c. 1. de militе. uaſ. qui arma belli. depo. allegat Inn. in c. in præſentia. de probat. Idem tenent ibi Ioan. Andr. poſt Hoſtien. ibi. & Bart. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl. & Io. Cald. in conſ. 10. & Arch. 19. q. vlt. c. ſi qua mulier. Idem firmat Abb. Sic. in d. c. in præſentia. & Bald. in l. vnic. §. ne autem. C. de cadu. toll. & in c. quæ eccleſiarum. de conſtitu. Quid ſi eſſet epiſcopus? Vide Io. de Ana. in c. iudæi. lo ſecondo. in gl. fin. de iudæ. & contra eum firmat And. Barb. in rub. de feudis.
4 in tracta. de præſtan. car. Sed hoc, quod dixi, ꝙ ſi † feudum præſtat ſeruitiū reale, clericus eſt capax feudi per ſucceſſionem: fallit, niſi feudum debet pręſtare de ſua natura fidelitatem, vt firmant Franc. de Are. & Fel. in d. c. in pręſentia. & Andr. Barba. in d. rubr. de feudis. 2. col. Quid dicendum de feudis, pro quibus ſoluitur adoha, an clericus. vel monacus ſit capax per ſucceſſionem? Dic ꝙ nō, quia eſt in arbitrio regis, an velit ſeruitium perſonale, vel adoham in pecunia, ut dicit Andr. in c. 1. §. ſimiliter. de capit. qui cur. uend. fallit, quando ſeruitium præſtaret pro quarta parte unius militis, tunc dicetur ſeruitium eſſe in pecunia, ſecūdùm declarationem regis Roberti. quę incipit, haberet ſeu datariorum noſtrorum, chart. 51. An autem monaſterium habeat feudum. donec vixerit ille monacus, ad quem ſpectaſſet ſucceſſio? Vide, quę dixi in c. 1. §. ſi quis deceſſerit. ſi de feud. fuer. controuerſi. inter dom. & agn. & in c. 1. de bene-
5 fi. fœm. Secundum, ꝙ habens feudum † poteſt illud renunciare in manibus dominis an autem dominus poſſ. dicere, ego nolo admittere talem renunciationem? Dic, vt dixi poſt And. & ſcribentes in c. 1. §. fin. in fi. de capi. qui cur. vend. & ibi gloſſ. ordinaria, quę arguit ad partes. & dixi in pręlud. feud. in 3. q. & in c. 1. §. notandum. ſuper glo. de his qui feud. dare poſſ. & vide glo. & Card. Flor. in d. ca. quæ in eccleſiarum. & Iac. de Belu. & Aluar. in c. 1. de vaſ. qui contra conſtit. Lotha. & Bal. in l. imperialem. §. calidis de prohib. feud. alien. per Fede. & Iac. de Ardi. in ſumma ſub rub. quib. mod. feud. ami. ſub rubricella, an inuito domino poſſit feudum refutari. & do. Iacobinum in tract. de feu. chart. 39. Hic ſunt tres glo. paruæ, de quibus dixi in no.

ANNOTATIO.

a Domini.] Limita hoc dictum non procedere, quando ſeruitium iuxta feudi conditionem poteſt æque pręſtari per monaſterium, ſicut poterat per ipſum vaſallum. vt quia non eſſet militare ſeruitium. tunc feudum ipſum tranſit ad monaſterium, ſaltem, quò ad commoditates durante vita vaſalli, ſecundum Bald. in ca. 1. col. 1. de milite vaſal. qui contumax eſt. quem refert & ſequitur ibi Aluar. in 3. col. & quid ſi feudum haberet annexum tale ſeruitium, quod non poſſet pręſtari per monacum, vel per monaſterium, licet poſſet præſtari per ſubſtitutum, an admittatur ad feudum. vide Alex. conſil. 10. 4. col. volum. 5. vide Capic. deciſ. 31. & deciſ. 10. col. 1.

De iure ſuo curiæ obſeruando. Rubrica IIII.

PROSEQVITVR legis conditor eandem materiam, ſcilicet iurium regaliū, hoc modo videlicet, dictum fuit ſuprà proximè, quòd obligati ad ſeruitia perſonalia in perpetuum non debent admitti ad ordinem clericatus, quæ quidē præſtatio perſonalis ſeruitii eſt de iure regio, vt in c. 1. quę ſint regalia. verùm quia etiam ea, quæ ſunt de demanio domini regis ſunt iura regalia, & de iſtis iuribus & bonis demanialibus non erat dictum. ideo ſequitur hæc rubrica. Et an rex poſſit alienare ea, quę ſunt de demanio regis? Vide tamen pro nunc Alberic. de Roſ. in l. quoties. C. de precibus imper. offe. vbi dicit, quod ſi rex alienat ea, quæ ſunt de demanio cum clauſula, non ob. lege in contrarium, vel cum clauſula, ex certa ſcientia, quòd valet talis alienatio. Idem dicit hic Andræ. & Prępoſ. in cap. 1. de his qui feud. dare poſſ. & tantò magis ſi à ſe non abdicat directum dominum, ſecundùm Bal. in prælud. feu. & in proœ. ſſorum, in 2. char. & ſic ſi alienat tantùm vtile dominium rei demanialis, ualet alienatio, ſecundùm Bald. in l. 1. C. vnde cognati. & Alex. in 5. uol. conſil. 1. in 6. colum.

SVMMARIVM.

1 *Officialis ob rempublicam non tenetur rerum ſuarum gubernationem omittere.*
2 *Demani de quid eſſe, vel conſuetum eſſe, vt pro demaniali habeatur, paria ſunt.*
3 *Rex ſine cauſa tollere nequit ſubditorum bona.*
4 *Priuilegium prędeceſſoris, vel confirmationem ſucceſſoris producere, paria ſunt.*
5 *Confirmatio quando ex certa ſcientia fieri dicatur.*
6 *Confirmatum per principem ex certa ſcientia non poteſt per aliquem infirmari.*
7 *Priuilegium originale conceſſionis factæ à prædeceſſore ſufficit produxiſſe.*
8 *Verba contractus intelligi debent, rebus ſic ſe habentibus.*
9 *Reſcripta non trahuntur ad beneficia poſtea creata.*

10 *Priuilegium conſirmatorium conceſſionis demanialis quando valeat.*
11 *Rex quando rem demanialem concedere dicatur, vt ſeruiat.*
12 *Rem de demanio Regis tenens ſine priuilegio ad reſtitutionem tenetur.*

DIGNVM. Si Rex huius regni tuetur
iura ſubditorum, quãtò magis tueri de-
bet iura propria, ne ab aliis occupentur.
& ideo ſtatuit hic, vt omnes ciuitates, ca
ſtra, caſalia & villę, & qcquid in eis ſunt
intus & extra, quæ ſunt in demanio re-
gis vel in præteritum conſueuit eſſe de demanio regis, &
per alios tenentur, debeant in manu regis immediatè reſi-
gnari, nec aliquis præſumat occupare, vel ſupprimere red
ditus, & ſeruitia debita regiæ curiæ. & ſi aliquis aliquid,
quod ſit de demanio regis, tenuerit ſine priuilegio regum
prædeceſſorum ex certa ſcientia, vel cum priuilegio præ-
deceſſorum regum & ſine confirmatione regis regnantis,
& fuerit requiſitus, vt dicta iura demanialia reſtituat, &
reſignet in manu regiæ curiæ, & non reintegrauerit, debet
condemnari in quadruplum cum reſtitutione fructuum,
& totius vtilitatis. h. d. vſq; in finem. No. primò ex text. ibi,
1 dignum. quòd officialis † publicus non tantùm debet atten
dere ad gubernationem reipublicę, vt inde dimittat guber
nationem rerum ſuarum, quia prima charitas incipit à ſe-
ipſo, vt in l. præſes. C. de ſeru. & aqua. in auth. de trienn. &
ſemiſ. §. 1. imò magis quis tenet̃ ſibi prouidere, quàm aliis,
vt ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt. l. Iulianus. ſecundùm Bald. in l.
prima. verſic. quæro, quædam mulier. C. de inoffi. do. pri-
mum ergo debet facere. ſ. conſulere reipublicæ, & poſtea
rei ſuæ. & ideo ſolitus ſum dicere iudicando & conſulen-
a do, quòd licet [a] conſuetudo Neapolitana in ſcriptis de ali
mentis præſtandis velit, quòd quando filius non vult ſtare
cum patre, pater debet ſibi præſtare alimenta pro numero
liberorum computata perſona ſua & vxoris, quòd ſi pa-
b ter non habet [b] tantum quod ſibi ſufficiat ad alimenta,
non tenetur dicto filio ad alimenta, quia ordinata cha-
ritas incipit a ſeipſo. & pro hoc ſolitus ſum allegare
gloſſ. in l. ſi quis à liberis. §. finali. in verbo liberto. ff. de
lib. agnoſcend. Secundò no. ex text. ibi, intus, aut foris. ꝙ
c ciuitates, caſtra, & villæ [c] habent intus & foris aliqua, quę
ſunt de demanio, ſic etiam caſtra & villæ habent rempu-
blicam eorum, vt C. de diuer. reſcr. l. fin. in fine. vt dicit An-
drę. in prælud. iſtarum conſtitu. in 1. colum. Tertiò nota.
ex tex. ibi, eſſe demanium, vel de demanio conſueuit. ꝙ pa-
2 ria ſunt rem † eſſe demanialem, vel fuiſſe conſuetum, quòd
fuit tenta, & poſſeſſa vt demanialis, vt hic. Et per quantum
tempus inducatur conſuetudo, vt res efficiatur de dema-
nio, ſunt opiniones inter Doctores, vt refert Ioan. de Imo.
in c. vt ſuper. de rebus eccleſ. non alien. tu tene, prout dicit
And. in c. 1. in princi. de his qui feud. dare poſſ. & in cap. 1.
epiſcopum vel abbatem. & vide Barto. in auth. qui rem. C.
de ſacroſa. eccl. & in l. ſi quando. & ibi dixi. C. de bonis va-
can. lib. 10. & Alex. in 4. volum. in conſil. vltimo. & Andr.
in l. imperialem. § præterea ducatus. verſicu. ita tamen. de
prohib. feud. alien. per Feder. dum allegat text. ad hoc in l.
qui eum. C. de fundis rei priua. lib. 11. Et ſcias, quòd ideo
reges in regnis ſuis habẽt bona de demanio, vt de illis poſ-
ſint viuere vt reges, & non vt grauent ſubditos imponen-
tes eis ſarcinas, & onera & nouas gabellas, vt dicit hic An-
3 drę. & pro hoc facit, quia rex ſine iuſta † cauſa non poteſt
tollere bona ſubditorum. l. ſi priuatus. ff. qui & à quibus. l.
toties. ff. de pollicita. l. Antiochenſium. ff. de priuile. cred. vt
not. in l. fina. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. & in
l. quod maior. ad municip. & ff. de nata. reſtit. l. fina. & fir-
mat Andr. in prælud. iſtarum conſtit. in 13. col. & Fely. in
cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. ideo dicit Iſaias 10. ca.
vhe vobis, qui conditis leges iniquas, ideſt imponitis no-
uas gabellas. Habere ergo debet rex bona, & iura demania
lia, vt abſtineat ab illicitis, quia iſta bona demanialia regis
ſunt ſtipendia regis quaſi ad hoc inſtituta, vt iuſtitiam fa-
ciat in regno, vt dicit Andr. in conſtit. ſuper inciſionibus.
in 2. colum. alle. B. Thom. de Aqui. & in c. 1. quæ ſunt rega
lia. in verbo, vectigalia. & in conſtit. ſi damna clandeſtina.
Et ideo dicimus, ꝙ ſi princeps cõcedit ea, videtur cum in-
iuria alterius concedere, vt in iuribus alleg. per Bald. in tit.
de pace Conſtan. in verbo, priuilegia omnia. Et ſic patet ex
tex. ꝙ nullus debet occupare ciuitatem vel caſtrum dema-
niale, vt hic. nec comitatum, vel baroniam demanialem, vt
infra in conſt. 1. ſeq. quæ incipit, perſonas. ibi, vel baroniam
aliquam. Quartò no. ex tex. ibi, aut oraculum noſtræ celſi-
4 tudinis. quòd paria † ſunt producere priuilegium præde-
ceſſoris regis mediatè vel immediatè de cõceſſione rei de-
manialis, vel producere priuilegium confirmationis noui
regis de priuilegio cõceſſionis rei demanialis factæ per prę
deceſſorem regem, dummodo confirmatio ipſa ſit facta ex
certa ſcientia principis. Quando autem dicatur confirma-
tio facta ex certa ſcientia? Dic, ꝙ ſi princeps in confirma-
tione priuilegij inſerit totum priuilegium ſui prædeceſſo-
ris, etiam ꝙ non dicat, ex certa ſcientia, dicitur confirma-
tio facta ex certa ſcientia, ſecundùm Abb. Sic. in c. exami-
nata. & in c. venerabilis. de confir. vti. vel inuti. Idem ſi ema
nauit ſecundum priuilegium confirmationis, eſt ſecunda
iuſſio principis, & habet vim clauſulæ ex certa ſcientia, ut
dicit Abb. Sicu. in c. porrecta. in fi. de confirm. vti. uel inut.
Item dicitur confirmatio ex certa ſcientia, quando prin-
ceps hoc exprimit, ut dicit Abb. Sicu. in ca. 1. de confirma.
utili, uel inutili. & uoluit gl. in ca. ſi motu proprio. & in c. ſi
pluribus. de præben. libro 6. & uoluit Bal. in l. eos. in prin.
C. de appel. Fely. in c. nonnulli. de reſcrip. & in clauſu. Do-
5 mini Vitalis. in 7. char. Et dicetur facta ſ confirmatio ex cer
ta ſcientia, ſi rex confirmauit citata parte, & ſic cum cau-
ſæ cognitione confirmauit, ut firmat Alex. in 4. uolu. con-
ſi. 123. in 8. & 6. col. inci. ſcripſit eccleſiaſticus. non eſt Ale.
ſed And. Barba. idem, ſi aliter appareat de eius certa ſcien
tia, ut in l. idem Vlpianus. ff. de excuſ. tut. Et ſic poteſt pro-
bari certa ſcientia per teſtes, ut dicit Bald. & ibi latè dixi.
in c. j. per quos fiat inueſt. firmat hoc Bald. in l. impetrata.
C. ſenten. reſcin. non poſſ. & Andr. de Iſer. hic in princi. &
Ioann. de Imo. in l. quidam conſulebant. ff. de re iudica. Et
priuilegium confirmationis ex certa ſcientia ligat manus
ordinariorum, ut amplius non poſſint cognoſcere ſuper
confirmatis de inualiditate ipſius confirmationis, ut dicit
Abb. Sic. in d. c. j. de confirma. uti. uel inuti. Et ſcias, quòd
iſta clauſula, ex certa ſcientia principis, operatur, ꝙ nõ po
teſt contrarium probari, ut dicit Bart. in l. conficiuntur. §.
codicilli. ff. de iu. codic. allega. l. 2. C. de legi. & l. 1. C. de off.
præſ. præto. & c. 1. & 2. de confirma. uti. uel inuti. Et ideo
dicebat Bal. in tit. de pace Conſtan. in uerbo, ſi quis autem.
quod non debet quis audiri contra illud, quod princeps fa
cit ex certa ſcientia, immo debet repelli, quia quod prin-
6 ceps † confirmat ex certa ſcientia, nemo infirmat, ſecundũ
Bal. in l. reſcripta. C. precib. impe. off. & Alex. in 4. vol. con-
ſi. 223. præallega. hoc uerum, niſi tractetur de magno prę-
iudicio tertij, quod non erat notum ipſi principi, ut firmat
Alex. in 4. uol. conſi. 122. inci. uiſo puncto & c. in 6. colum.
quia confirmatio principis ex certa ſcientia non operatur
cum iniuria alterius, alleg. conſil. Pau. de Caſt. 159. in fine.
Et ideo cum princeps poteſt uериſimiliter ignorare con-
tractus, & conſuetudines locorum, ut in ca. j. de conſtitut.
lib. 6. non uidetur, quòd dicta clauſula operetur effectum
ad ignorata, nec ſupplet defectus ſuppreſſos, ut firmat Pau
lus in prędicto conſilio 159. incip. quæſtio iſta uertitur, ut
audio & c. & quia clauſula ex certa ſcientia nõ operatur ni
ſi circa ea, quæ ſunt iuris, non circa ea quæ ſunt facti, ſe-
cundùm Bald. in d. l. impetrata. & Vitalem ubi ſupra, &
Alexand. in ſecundo uolu. conſi. 125. uiſo titu. & c. in fi. ſed
ſi modicũ læderet ius tertij, clauſula ex certa ſcientia ope-
ratur læſionem iuris tertij, ut firmat Alexand. in 2. uolum.
conſil. 215. incip. nec arguendi ſumus & c. in ſexta colum.
uerſiculo ſextò confirmatur. In uno alio caſu clauſula ex
certa ſcientia nihil operatur, uidelicet, quando rex con-
cedit feudum, & ex certa ſcientia minuit ſeruitium feudi,
tunc

tunc non valet iſta diminutio, niſi etiam dicat, non ob legge. Ita dicit And. in conſtit. conſtitutionem diuę memorię. in fi. remittens ſe ad §. prætereà ducatus. Quintò no. ex eo.
7 text. quòd ſufficit produxiſſe priuilegium † originale conceſſionis factæ à prædeceſſore Rege de re demaniali conceſſa, nec requiritur confirmatio noui regis regnantis, hoc multum bene probat iſte text. quia loquitur per dictionē, aut, per quam ſufficit alteram partem eſſe veram, vt in l. hæc verba, ille aut ille. ff. de verbo. ſig. ideo dicebat Cyn. in l. priuilegia. C. de ſacroſanc. eccl. quod defectus confirmationis noui Regis non inficit priuilegium, licet ſit conſilij, quod confirmetur, & tene menti iſtum textum ad hoc. Sed iuxta hoc quæro de quadam q. facti, pone, Rex cōceſſit iura demanij, puta focularìorum & ſalis ex certa ſcientia cuiuſdam ciuitatis, vel caſtri, deinde ſunt augmentati foculares, utrum videatur conceſſiſſe dictum augmentum? Videtur ꝙ non, allegabam ad hoc Andre. in c. 1. in fi. de vaſ. decrepi. æta. vbi dicit, ꝙ fiſcus videtur concedere ea, quæ habet de præſenti, nō ea, quæ in futurum debentur. Ad idem allegabam text. in l. cum ſtipulamur. ff. de verbo. obligatio. vbi in contractibus non veniunt futura, & ibi per Alex. da Imo. Facit, quod dicit Andre. in ca. moribus ſi de feu. fuer. controu. inter dom. & agn. vbi ſi conceſſit feudum, quod eſt deuolutum, & in veritate non eſt deuolutum, ſed deuoluendum, non trahitur gratia ad deuoluendum. Item quia
8 uerba † contractus intelliguntur, rebus ſic ſe habentibus, & prout erunt ſocularia tempore contractus, nō autem prout erūt in futurum. l. quod Seruius. ff. de cond. ob cauſam. c. quemadmodum. de iureiur. Faciunt ad hoc, quæ alle. Felyn. in c. ad hæc. verſic. & iſta important. de reſcrip. videlicet Paul. de Caſt. in l. cum ſtipulamur. ff. de verb. obl. Item priuilegium conceſſum monaſterio, & capellanis ſuis, non extenditur ad capellas poſtea quæſitas, vt not. in c. cum capella de priuil. arg. l. fin. §. Caia. ff. de liber. lega. Et pro hoc facit, quod dicit Cyn. in l. non in modijs. C. de ſer. & aqua. quòd ſi ruſticus promiſit cuilibet canonico, qui erant decem in numero, certum quid pro quolibet canonico, ſi poſtea canonici creuerunt, nō tenetur ruſticus, niſi quò ad illos decem. alleg l. damni. §. ſi is qui ædes. ff. de dam. inf. Bene facit, quod dicit Io. And. in addit. Spec. in titu. de cenſib. §. nunc dicendum. vbi poſt arg. pro & contra, refert fuiſſe deciſum, ꝙ ſi conceſſa eſt immunitas ciuitati, & villis, non extenditur ad villas futuras. Sic etiam reſcripta non trahū-
9 tur † ad beneficia poſtea creata, vt in clem. fin. de reſcr. Item facit, ſi quis cedit omnia iura ſua, non videtur cedere niſi iura, quorum dies ceſſit, nō iura futura in diem vel conditionalia, ſecundum Bald. in l. ſi ita reſcriptum. ff. de lega. 2. In contrarium facit diſpoſitio vniuerſalis, quia comprebēdit etiam augmentum ſuperueniens de futuro, vt in l. peculium. in princ. ff. de leg. 2. ff. de pign. l. grege. Et pro iſta parte vide multa ſimilia, quę alleg. Alex. in 2. volu. conſil. 177. incip. in occurrenti caſu. & in eod. vol. conſil. 182. incip. ex themate præmiſſo. verſic. nunc attingo tertiam dubitationem. Et vltrà eum addo Bald. in l. vtrum. de petit. hær. vbi, venditis gabellis, veniunt etiam ea, quæ in futurum ſunt augmentata. & ibi per eum. & faciunt ad hoc ſcripta per Alex. in l. ſi ex toto. in princ. ff. de leg. 1. & Alb. de Roſ. in 2. parte ſtatutorum. q. 141. Domini præſidentes regiæ cameræ inclinabant in primam partem, & pro eorum opin. allego text. iuncta glo. in verbo, ſtipulationis. & in l. Meuius. §. non idem. ff. de leg. 2. vbi legato homine, non venit futurus homo, & conſultauerunt Regem. Sextò not. ex tex. ibi,
10 ex certa ſcientia confirmatum, quod † ſufficit, ꝙ priuilegiū confirmatorium conceſſionis rei demanialis ad hoc ut valeat, faciat mētionem, ꝙ res demanialis donata per Regem prædeceſſorem cōfirmetur, etiam ꝙ non dicatur, ex certa ſcientia, vel non dicatur, non obſtante &c. quia ſatis dicitur conſtare de certa ſcientia, ſi Rex exprimit, ꝙ erat de domanio regio, vt bene declarat hic Andre. & dixi ſuprà in quarto notab. Iuxta hoc quærit hic Andr. quid ſi regio fiſco obueniat baronia per excadentiam, & Rex concedit vnam rem, quæ erat de demanio illius baroniæ, vtrum de neceſſitate debet exprimi in conceſſione, quòd ex certa ſcientia, vel cum clauſula, non obſtante, conceſſit, quod eſt quærere, vtrum illud, quod hic dicitur de re demaniali domini Regis, debeat extendi ad rem demanialem baroniæ. Andr. hic arguit ad partes. Et primò quòd non expedit dicere, quòd concedit rem demanialem baroniæ, nec dicere, ex certa ſcientia, nec dicere, non obſtante, quia tota baronia per excadentiam peruenit ad Regem, & ſic ſi totam baroniam vt excadentialem poteſt cum cōſueto ſeruitio alienare. ergo & eius partem, quia idē iuris eſt de parte, quod de toto, vt l. quæ de tota. ff. de rei vendic. Item iſta conſtitutio loquitur de demanialibus regalibus, & non de demanialibus baronum. In contrarium tamen arguit hic Andre. dicendo, ꝙ ſi baronia peruenit ad Regem per excadentiam, iſta excadentia dicitur ius regale, ſi poſtea rex concedit partem baroniæ, quæ fuit de demanio, dicitur demanium Regis: & ideo ſequitur, ꝙ debet dicere, ꝙ ex certa ſcientia concedit, vel quòd cōcedit rem demanialē baroniæ, quia Rex, qui ſuccedit baroniæ per excadentiam, habet eam, ſicut habebat ille, cui ſucceſſit. ſecundùm Andre. hic. ſed ille baro, cui Rex ſucceſſit, habebat res illas in demanium, ſic etiam habebit Rex. & ſic conſtit. iſta habebit locum in hoc caſu.
11 An autem † ſi Rex, quando conceſſit rem demanialem baroniæ, quæ ſibi deuenit per excadentiam, ſi non dixit, ꝙ ſeruiat determinatè, vel indeterminatè[d] videatur liberè con-
d cedere? Vide Andre. & ibi dictum fuit in c. 1. ex quib. cauſ. feud. amit. Et tene menti iſtud dictum Andr. hic, quia fecit mihi honorem contra vnum magnum Doct. dicentem, ꝙ ſi Rex bis concedit unum feudum, quod erat ſub baronia, quę ſibi obuenerat per rebellionem illius baronis, uel per excadentiam in perſonam illius conceſſionarij Regis, dicitur feudum nobile, & quaternatum, quia habetur à Rege. Ego dicebam contrarium, quia illud feudum dicitur haberi à Rege, prout à barone, & non prout à Rege, & per rebellionem illius inueſtiti à rege feudum debet applicari baroni, & non regi tanquam feudum, quod tenetur à barone, & non à rege, iuxta gloſ. in conſtit. poſt mortem. & per ea, quę ibi dicam: & ſic fuit per regem determinatum. Et ex hoc inſurgit hoc dubium, quid ſi baro habeat in ſua baronia aliquas res, quæ ſemper fuerunt in demanio baroniæ, deinde cum conſenſu domini regis vendit aliquam rem de demanio baroniæ, & non dicitur, ꝙ erant de demanio baroniæ, vtrum valeat dicta alienatio? Ego dicerem, quòd non valeat, quia iſta conſtitutio dicit, prout notaui in ſecundo notab. quòd barones, ciuitates, & villæ, intus & foris habent res demaniales, & ideo quando alienantur res illæ, debet fieri mentio, quòd ſunt de demanio baroniæ, vel ciuitatis, vel debet apponi clauſula, ex certa ſcientia, vel non obſtante regio aſſenſu, de qua per Andr. in l. imperialem. §. prętereà ducatus. de prohib. feud. alien. per Federic. in quo ſemper reſeruantur iura regalia ab iſtis, in quibus præſtatur aſſenſus. & ponitur clauſula, natura feudi in aliquo non mutata, & ſic tenetur ad præſtationem ſeruitij pro rata. Septimò no. ex textu ibi, iniuſtè perceperint,
12 rint, quòd ille, qui † tenet rem de demanio regis ſine priuilegio regis ex certa ſcientia, non ſolùm tenetur ad reſtitutionem rei demanialis, ſed etiā ad omnes fructus, & emolumēta percepta, & in quadruplum valoris rei demanialis & fructuum, quia iniuſtè illam habuit, & iniuſtè fructus percepit, ſic etiam occupans iura demanialia regis punitur in quadruplum, vt patet in conſtit. ab officialibus. rub. 91. Et pondera iſtam conſtit. quia inquantum dicit, ꝙ iniuſtè ſubditus regis tenet ea, quę ſunt de demanio regis, niſi oſtēdat priuilegium regis de conceſſione rei demanialis, videtur innuere iſta conſtit. ꝙ rex ex certa ſcientia poteſt alienare ea, quæ ſunt de demanio regis: hoc uerum intellige, ſi non eſt in graue prędiciuin coronæ, ut dicit Inn. in c. intellecto. de iureiu. in hoc me non extendo, ſed remitto me ad ea, quę dixi in prælud. iſtarum conſti. q. 24. & ad ea, quę dixi in l. imperialem. §. prętereà ducatus. in 6. not. de prohib. feu. alie. per Fed. & ibi multa tractaui poſt And. de materia bonorum demanialium regis. In glo. 1. & 2. no. iſtam

gloſ. quæ alleg. bona iura ad hoc, quæ dicatur confirmatio in forma communi, ſed clarius habetur in c. 1. & 2. de confirmat. uti. vel inut.

ANNOTATIONES.

a Licet.] Quæ conſuetudo incipit, ſi quis habeat filios, & alia quæ incipit, quid ſi aliquis habeat filios. & an mulier de dotibus, donatio & quarta teneatur liberis alimenta præſtare, vide aliam cõſuetudinem quæ incipit, mulier de dotibus, char. 52 libro meo. & an in omnibus caſibus, vbi pater & mater tenentur aliqua alimenta præſtare liberis ſuis, poſſint illa denegare, ſi cauſam ingratitudinis liberi ipſi contraxerint. vide aliam conſuetudinem, quę incipit, in omnibus. & an in caſibus, in quibus pater debet pręſtare alimenta filijs, ſi illi ſint diuites, & non egent, ad præſtationem alimentorum pater teneatur. vide Neapodanum in conſuetudine, quod ſi aliquis. in gl. ſuper verbo, pro alimentis & ſuſtentatione. & an filius poſſit petere alimẽta præteriti temporis a patre, ſi feciſſet ſe debitorem alicui pro dictis alimẽtis. vide Matth. deciſ. 10. vbi etiam vide, an pendente cauſa alimentorum alimenta debeantur ad quod etiam vide tex. in l. fin. C. de ord. cogni. & in l. inſtituta § pen. ff. de inoffic. teſt. in & Bart. in tract. de alimentis. & qualiter debet fieri æſtimatio alimentorum. vide Matth. deciſ. 31. & deciſ. 34 & quod alimenta debent pręſtari ſecundum quantitatem fructuum, vide Philipp. Dec. in reg. diuus Pius. col. fin. ff. de reg. iur. num. 8. fol. 169. libro meo parui voluminis. & an ſi conueniatur aliquis ex facto proprio, erit ſibi prouidendum de expenſis litis, ſi nõ habet aliunde. vide Abb. in c. cum contingat col. 21. num. 26. de foro compet. & tex. in c. ex parte. de accuſat. & quid ſi in cauſa fęderis matrimonij eſt lata ſententia, a qua eſt appellatum, an pendente appellatione debeantur alimenta: vide Matth. deci. 152. vbi etiam vide, quod a ſententia præſtationis alimentorum non admittitur appellatio. & alia priuilegia inducta fauore alimentorum. vide per Bart. in l. Mela. ff. de alimen. & ciba. lega. & an cauſa alimentorum ſit celeris expeditionis: vide Bart. in l. qui pro tribunali. col. 11. ff. de re iudic. Panorm. in c. 1. extra de dilationibus. col. 2. & 3 facit etiam text. in d. l. qui pro tribunali & text. in l. 2. ff de ferijs. Batius.

b Habet.] Ad idem vide Matth. deciſ. 290. circa finem. Batius.

c Villæ.] Et an comites vel barones habeant in caſtris & terris eorum aliqua præcipua demanialia, puta iuriſdictiones, aquas, aquarum decurſus, montes, nemora, fortelicia, & alia: vide Luc. de Pen. in l. quicunque C. de ſun limitro. lib. 11. Batius.

d Indeterminate.] Vide Andre. hic, & in c. 1. § fina. in princ. de capit. qui cur vend. Alexan. conſi. 30. 2. volum. Capitius in tract. feud. in uerbo, feud. genera. ver. francum.

SVMMARIVM.

1 *Perſona hominis eſt preferenda rebus cunctis.*

2 *Comes vel baro pertinens ad demanium Regis an poſſit ab aliquo nobili poſſideri.*

3 *Comes vel baro demanii Regis patiens ſe effici vaſallum alicuius nobilis punitur omnium bonorum publicatione.*

4 *Vaſallum demanialem Regis occupans plus punitur, quàm is, qui ciuitatem, vel caſtrum occupat.*

PERSONAS. Diuiditur in duas partes.
In prima ponit exordium. In ſecunda
ibi, hoc igitur. prohibet ſub pœna vaſal-
lum Cęſarianum ab alio teneri. Et hoc
intendit, ſi detinentib. res demaniales do
mini Regis impoſita eſt pœna, multò
fortius debet imponi pœna detinentibus perſonas liberas
ſubditas domini regis, cum per hoc non tantùm prouide-
tur intereſſe regio, quàm libertati, cum de iure omnes ſub-
diti Regis liberi cenſentur: & ideo ſtatuit hęc conſti. quòd
caueant nobiles, nec audeant detinere aliquem comitem,
vel baronem demanialem, uel baroniam aliquam, quę ſit
de demanio Regis, & ſi contra fiat, detentus, qui non reue-
lauit regię curię, punietur pœna publicationis bonorum
omnium, & detentor ſciens, in ęquiualenti dictorum bo-
norum ipſius detenti punietur. Not. primò ex text. ibi, prę-
1 ferentes. quòd ſicut † perſona hominis prælertur cunctis re-
bus, ut in l. in pecudum. in fi. ff. de uſur. iuncta l. iuſtiſſimè.
ff. de ędil. edic. & hoc propter hominis dignitatem, ut dicit
ibi gloſſ. & pſal. 8. ibi. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius
& c. ita non debet permitti, ut liber homo uaſallus Regis
ſit in ſeruitute perpetua alterius. Secundò not. ex text. ibi,
non tam nob s. quod ſi prouidetur, quòd uaſalli Cęſaria-
ni Regis non ſint uaſalli alicuius nobilis. Et ex hoc proce-
dunt duo bona. Primum, quia fauetur libertati, cum om-
nes ſubditi Regis liberi cenſetur: iura. n. multùm fauent li-
bertati, vt in l. 3. §. ſed ſi hominem. ff. de alien. iudi. mut.
cau. fac. Secundum bonum eſt intereſſe publicum. i. ipſius
domini regis, qui eſt dominus perſonarum quò ad regimẽ
& protectionem, vt hic, & in conſtit. quia frequenter. Ter
tio no. ex tex. ibi detinere præſumat. ꝙ licet iſte text. uetet,
ut nullus teneat comitatum, uel baroniam pertinentem ad
demanium Regis, uel baronem pertinẽtem ad demanium
Regis ſub pœna, & nihil dicat de alijs uaſallis Cęſarianis
non habentib. nec comitatum, nec baroniam, tamen idem
dicendum eſt de iſtis, ſicut de comitib. & baronib. ſpectan-
tibus ad demanium Regis, non per iſtam conſti. ſed per cõ
ſtit. quiſquis. ſub rub. ſeq. Sed iuxta hoc quærit And. an co
2 mes, uel † baro, qui pertinet ad demanium Regis poſſit me
diante priuilegio regis poſſideri ab aliquo nobili tanquam
uaſallus nobiles? Text. in allegata conſtit. quiſquis. dicit, ꝙ
uaſalli Cæſariani per alium mediante priuilegio Regis poſ
ſunt ut uaſalli eius, de quo loquitur priuilegium, poſſideri.
Idem dicit d. conſtit. ab officialibus. rub. 96. iſte text. nihil
dicit de iſto priuilegio, quò ad comites, & barones, & ideo
remanet in diſpoſitione iuris communis, ut dicit gl. ſup. in
conſtit. exceptiones filiationis. & in conſtit. probationum
a incurſibus. Ius cõmune a feudorum uult, quod ſicut uaſal
lus non alienabit feudum ſine conſenſu domini, ita domi-
nus non alienabit uaſallum. i. comitem, & baronẽ ſine eius
conſenſu, ut in c. 2. quo tempore miles. & in l. imperialem.
§. ita tamen. de prohib. feu. alie. per Fed. & ideo hic non po-
ſuit de priuilegio, ſicut poſuit in conſtit. præced. dignum.
& in d. conſtit. ut uniuerſis. & in hac opin. uidetur reſidere
hic, poſt multa uerba, ut uidere poteris: nec credo, ꝙ poſſit
reperiri priuilegium regis. Quòd comes, uel baro in regno
ſit uaſallus alterius, quàm domini Regis. de iſta tamẽ q. an
dominus rex poſſit alienare ciuitatem demanialem, uel co
mitatum, uel baroniam demanialem, inuitis uaſallis domi
ni Regis, ut ſunt uaſalli alterius. remito me ad ea, quę ſcri-
buntur per. Doc. in d. c. 2. quo tempore miles. & per Iac. de
Ard. in ſumma, quib. mod. feud. amit. §. meritò. dixi poſt
And. in c. 1. §. eadem lege de lege Corr. & ad hoc uide Ioã.
And. in ca. dilecti. de maior. & obed. Quartò no. ex text. ibi,
3 ſub diſſimulatione tranſiens. ꝙ ſi † comes, uel baro demanij
Regis ſub quadam ſimulata ignorãtia patitur ſe eſſe uaſal-
lum alicuius nobilis, & non exponat regiæ curiæ, ſe eſſe ua
ſallum demanialem regis, ꝙ debet puniri publicatione om
nium bonorum ſuorum: & ille nobilis, qui tenebunt ſcien
ter uaſallum demanialem Regis, punitur æquiualenter. i.
pęna publicationis omnium bonorum ſuorum: & ſic pari
ter punitur & detinens, detentus, ſecundùm gl. hic, quę al-
leg. in ſimili bonum tex. in l. 2. in fi. C. ut ruſticani ad nullũ
obſequium. Concordantias de pari pęna ponit Luc. de Pe.
ibi, in uerbo, par pœna. Et tene menti iſtum tex. ad hoc, ꝙ
4 in † plus punitur occupans uaſallum demanialem domini
Regis. ſ. comitem, uel baronem, aut baroniam de demanio
Regis, quia punitur pęna publicationis omnium bonorũ,
ut hic, quàm occupãs aliquam ciuitatem, caſtrum, uel uil-
lam demanialem, quia tunc punitur in quadruplum, ut ſu
pra in conſt. præce. dignum. in fi. & concordat in hoc con-
ſtit. in 1. lib. quę incipit, ab officialibus. ſub rub. 91. in fi. Et
uidetur ratione pęnę, ꝙ maius delictum eſt occupare per
ſonam demanij Regis, quàm rem demanialem Regis. uide
ad hoc in conſtit. ſi ciuiliter agens in 2. no. & ſic alia eſt cõ
ditio rerum, alia perſonarum, ut dicit tex. in l. ſi domus. §.
cum alieni ff. de leg. 1. ſic etiam inter homines ſunt diuer-
ſę cõditiones, ut patet per Alb. de Roſ. in rubr. ff. de ſta. ho.
In gl. 1. dic, ut dixi in 1. & 2. no. In gl. 2. dic, ut dixi in 4. no.

ANNOTATIO.

a Commune.] adde, ꝙ dominus & vaſallus iudicantur ad paria, vt dicit tex. in c. 1. de for. fidel. circa fi. & dicit Bal. ibi, ꝙ iſte text. debet videri dominus terribilis, qui text. eſt canonizatus in Decretis. 22 q. 5. c. de forma. ut patet in c. 1. § ſi enim in fi. quid ſit inueſt. & in c. 1. § fin. de mul. uaſal. qui contumax eſt & in quibus caſibus vaſallus de iure eſt domino obligatus, & econtra in quibus dominus tenetur vaſallo. vide regulam cum fallentiis per Matth. deciſ. 265. Batius.

De

De reuocatione alienationis feudorum, & rerum feudalium.
Rubrica V.

VONIAM Feuda proceſſerunt à publico, ut colligitur in §.optimum.in aut. de exhibendis reis. Et duobus modis acquiruntur, ſcilicet inueſtitura, & ſucceſſione, ut in c.2. de feud.cogni.& ſi ſine licentia domini alienentur feuda à poſsidentibus, ea de iure communi feudorum applicantur domino, à quo tenentur, vt in l. imperialem. & ibi ſunt concordantiæ.de prohib.feud.alie.per Feder.& quoniam Rex huius regni in omnibus feudis quaternatis habet directũ dominium, vt dixi in præludiis, in 22. q. & tenentes feuda habent vtile dominium, & ad Regem ſolùm ſpectat collatio dictorum feudorum, ut dicit And.in c.1.de controuer. feu.apud pares terminanda,& ſicut ciuitates, & caſtra demanij ſine priuilegio regis non poſſunt teneri, vt ſuprà in conſtitu.dignum. ita & feuda ſine licentia Regis non poſſunt alienari, & quià de iſta prohibita alienatione feudorum vltra ius commune feudorum non erat dictum, ideo immediatè ponitur hæc rubr.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio bona fide facta ſuper feudis eſt valida.*
2 *Tranſactio ſuper feudis ipſo iure non valet abſque aſſenſu regio.*
3 *Laudum ſuper feudis latum vigore compromiſſi an valeat abſque Regis aſſenſu.*
4 *Vaſallus in teſtamento de rebus feudalibus diſponere non poteſt.*
5 *Vaſallus non poteſt feudum eccleſiæ relinquere pro ſuorum peccatorum remiſſione.*
6 *Pater an poſſit in feudo vnum filiorum inſtituere, in quo omnes ſuccedere debent.*
7 *Hæres quando contra factum defuncti venire poſſit.*
8 *Hæres alienationem feudi factam per defunctum abſque regio aſſenſu reuocare poteſt.*
9 *Hæredi non licet, quod defuncto non licuit.*
10 *Filius non hæres quando feudum recuperare poſſit.*
11 *Filius vaſalli, ad quem nil de bonis paternis peruenit, feudum alienatum recuperare poterit.*
12 *Obligatio & hypothecatio bonorum feudalium an poſſit fieri abſq; regio aſſenſu.*
13 *Feudum an poſſit liberari ab hypotheca legitimè contracta ſine conſenſu regio.*
14 *Minor viginti annis licet manumittere non poſſit, poteſt tamen hypothecam in ſeruo alieno remittere.*
15 *Hypotheca, quam habet minor, ſine iuris ſolemnitate contrahi poteſt.*
16 *Dominium actus permanentis prætendens potior eſt alio creditore.*
17 *Refutatio feudi facta ſine regio aſſenſu in immediatè ſucceſſurum an valeat.*
18 *Vaſallus Regis non poteſt vendere fructus feudi pro pluribus annis ſine aſſenſu regio.*
19 *Decimæ pignorari non poteſt, fructus autem decimæ ſic.*
20 *Contractus ſuper feudis quando ſit nullus.*
21 *Permutatio ſuper re feudali an & quando ſit prohibita.*
22 *Contractus de re feudali factus inter partes nullam firmitatem inducit.*
23 *Reuocare volens alienationem an debeat probare ſe dolo inductum fuiſſe ad alienandum.*
24 *Aſſenſus domini an ſemper requiratur in alienatione feudi.*
25 *Feudum dicitur, pro quo quis debet ſeruitium perſonale.*
26 *Feuda ruſtica alienari abſque conſenſu Regis nullo modo poſſunt.*
27 *Aſſenſus regius in feudis an ſit de neceſſitate in ſcriptis probandus.*
28 *Aſſenſus regius quando validet executionem ſuper feudo faciendam.*
29 *Aſſenſus Regis præſtitus ſuper vendicatione feudi facienda an validet pignorationem, pro qua parte conuenerunt.*
30 *Promiſſio de feudo vendendo eſt prohibita.*
31 *Promittere non poteſt, qui alienare prohibitus eſt.*
32 *Feudum quod tenetur à barone, pro quo præſtatur adoha, alienari non poteſt ſine conſenſu Regis.*
33 *Primogenitus Regis an poſſit feudum quaternatum emere ſine regio aſſenſu.*
34 *Tranſactio ſuper feudis facta ſine conſenſu regio eſt ipſo iure nulla.*
35 *Princeps annullare poteſt iuramentum in contractu per partes interponendum.*
36 *Renunciari non poteſt his, quæ pro bono publico introducta ſunt.*
37 *Iuramentum ſuper re prohibita præſtitum non ligat iurantem.*
38 *Princeps ſecularis iuramentum inquantum Deo dirigatur infringere non poteſt.*
39 *Contrahentes tantùm, & non eorum hæredes poſſunt alienationem feudi ſine regio aſſenſo reuocare.*
40 *Contrauenients facto proprio etiam iurato non ſemper punitur.*
41 *Statutum, quòd quis infra annum faciat ſe promoueri ad ſacerdotium, non habet locum in eccleſia collegiata.*
42 *Donans conditionaliter conditione deficiente habet idem ius quod in re habebat prius.*
43 *Reuocatio alienationis facta ante regium aſſenſum quando valeat, & quando non.*
44 *Pretium rei feudalis venditæ ſine conſenſu domini, cui debeat reddi.*
45 *Impetrans aſſenſum Regis ſuper hypotheca feudi agere poteſt contra emptorem, qui primo aſſenſum impetrauit.*
46 *Reuocatio iure proprio an locum habeat in feudis excadentialibus.*
47 *Dominium non poteſt transferri ſine voluntate domini.*
48 *Hypotheca ſuper feudis rem feudalem afficit.*
49 *Pacto poteſt quis impedire facere id, quod ſibi permiſſum erat.*
50 *Acceſſorium & quicquid in eius conſequentiam venit, reprobatur prin ipali reprobato.*
51 *Actus ſequens non tollit voluntatem præcedentem derogatoriam ſecundæ voluntatis.*
52 *Compromiſſum ſine regio aſſenſu factum ſuper rebus feudalibus eſt nullum.*
53 *Compromiſſum ſuper re feudali inter vaſallos eiuſdem domini poteſt licitè fieri.*
54 *Tranſactio ſuper feudis ſine regio aſſenſu quando ſit valida.*
55 *Illuſtres per alium ſententiam legere poſſunt.*
56 *Compromiſſum factum ſuper incidenti in quæſtione feudi quaternati an valeat.*
57 *Defectus iuriſdictionis non obſtante partium conſenſu ſemper opponi poteſt.*
58 *Iuriſdictio commiſſa certis perſonis auctoritate regia aliis cenſetur denegata.*
59 *Barones & milites non poſſunt indiſtinctè res feudales locare.*
60 *Alienatio in augmentum feudi facta eſt valida.*
61 *Conceſſio feudi facta contra formam debitam eſt nulla ipſo iure.*
62 *Conceſſio excadentialis an poſſit reuocari.*
63 *Baro an poſſit excadentias vendere, permutare, aut aliter alienare.*
64 *Feuda excadentialia in quibus differant ab aliis feudis.*
65 *Feuda propriè non dicuntur, pro quibus ſeruitia perſonalia non præſtantur.*
66 *Barones non cognoſcunt de feudis nobilibus, ſed ipſi iuſtitiarii.*
67 *Bona excadentialia & mortitia quę accedunt ad feuda, an contribuant ad collectas.*

68 *Baro nil poteſt concedere, ſeu alienare, quod ſit de demanio.*
69 *Verba enunciatiua inter prohibitos prolata, neque diſponunt neque probant.*
70 *Iudici ex cauſa creditur in his, quæ à iure permiſſa ſunt.*
71 *Conceſſio rei factæ ſub antiquo reddituſ ſine diminutione de re ſoluta concedi valet abſque alia ſolemnitate.*
72 *Alienatio rei feudalis per teſtamentum prohibita cenſetur, ſi contractus de re feudali prohibeatur fieri.*
73 *Alienatio feudi tendens in ipſius augmentum fieri poteſt abſque regio aſſenſu.*
74 *Conſenſus tacitus Regis an ſufficiat in alienatione feudi.*
75 *Aſſenſus Regis ante & poſt celebratum contractum impetrari poteſt.*
76 *Teſtamentum poteſt reuocari per ſuperuenientiam filii.*
77 *Alienans feudum ſine regio aſſenſu an poſſit iure proprio reuocare.*
78 *Prælatus in caſu non permiſſo alienans res eccleſiæ reuocare poteſt contractum impunè.*
79 *Res vendita tacitè pro pretio eſt obligata.*
80 *Eccleſia ſi aliquid vendiderit, qua actione poſſit agere.*
81 *Feudum an & quando abſque aſſenſu regio poſſit obligari, vel hypothecari.*
Pignus in quo differat ab hypotheca.
82 *Reuocatio an habeat locum in feudis ruſticis.*
83 *Reuocatio contractus rei eccleſiaſticæ fieri poteſt abſque canonica ſolemnitate.*
Locatio non venit alienationis nomine.
84 *Comites & barones in regno non poſſunt alienare ea, quæ ſunt de demanio comitatus, vel baroniæ.*

CONSTITVTIONAM diuæ memoriæ. Iſta conſtitutio eſt nimis famoſa in regno, & eſt in viridi obſeruantia, & in tribus eſt correctoria ius cõmunis feudorum. & primò ius commune feudorum vult quòd alienãs feudum ſine conſenſu domini perdat feudum, & applicetur domino. vt in c.1.verſi.aut ſi libellario.quib.mod.feud. amit. & in c.1.de alien.feud. & in capit.primo qualiter olim feud. alien. po. & in c.ſi vaſal. contra conſtitu. quæ ſit prima cauſa benef. amit.& in c.1.de vaſal.qui contra conſtit.& in c.1.de prohib.feud.ali.per Loth. & in l.imperialem. de prohib.feud. alien.per Fed. ſed per iſtam conſtitut.per alienationem factam de feudali re ſine aſſenſu Regis non perditur feudũ, ſed ipſe idem vigore huius conſtit. poteſt reuocare ipſam alienationem. & ſic venire contra factum proprium, non obſtante iuramento, & ſtipulatione pœnali, quod eſt contra regulam iuris communis, quę uult, ꝙ non eſt licitum venire contra factum proprium, ut in l.poſt.mortem.ff.de adop.& no.in c.diuerſis.de cler. coniu.nec contra propriũ iuramentum, vt in ca.cum contingat.& c.debitores. de iureiur. Secundò de iure communi feudorum habens feudũ illud poteſt alteri dare in feudũ ſyncerè, & ſine fraude ſine domini conſenſu, ut in ca.1. qualiter olim feu.alien.po. & in c.1.§.præterea.de capi.Corrad.& in ca.1.§. ſimiliter. de l.Corradi.& in d.l.imperialem.§. callidis, ſed per iſtam conſtit.prohibetur etiam poſſe dari feudum in feudum ſine regio aſſenſu, & licet expreſsè hoc non dicatur, tamen ſic ſemper fuit hæc conſtitu. interpretata à ſapientibus regni, quia ſatis dicitur fieri in feudo commutatio de perſona ad perſonam, & fortè dominus Rex non eſt contentus de una perſona ſicut de alia, ut bene declarat hic Andr.& ita ſeruatur in regno. Tertiò de iure communi feudorum
1 ualet † tranſactio ſyncerè, & bona fide facta ſuper feudis ſine conſenſu domini, vt in ca.1.de controuerſ. inter uaſ.& alium de beneſi.& in c.ſi vaſ.de ſuo feu.agat. ſi de feu. fue. contr.inter do.& agn.ſed per iſtã conſtit.non poteſt tranſigi ſuper feudo ſine aſſenſu Regis. & pro faciliori intelligentia diuide iſtam conſt.in ſeptem partes. In prima parte dicit, ꝙ uult ampliare prohibitionem alienationis factam ſuper rebus feudalib.per Regem Rober. patrem dom. Conſtãtię matris huius Imperatoris Federici, & ſic eius auum. de qua ſuprà in conſtit.dignum.& durat uſque ibi, decernentibus. Hic eſt ſecũda pars, in qua dicit, ꝙ Ampliatio dictæ prohibitionis cõſiſtit in hoc, videlicet, ꝙ omnis alienatio, uel quicunque contractus ſuper feudis, & rebus feudalibus minuendis, aut commutandis facienda vel celebrandus, ſit ipſo iure nulla, & nullus, niſi de ſpeciali licentia domini Regis confirmetur, & durat vſque ibi, tranſactiones.
2 Hic eſt tertia pars, in qua ponitur ius nouũ ſuper iſto dubio, videlicet, vtrum valeat tranſactio ſuper feudis ſine regio aſſenſu. & dicitur indiſtinctè, ꝙ ipſo iure non valet, & durat uſque ibi, iuſiurandum. Hic eſt quarta pars, in qua deciditur vnum dubium, videlicet, quid ſi in alienatione, uel contractu rei feudalis ſine regio aſſenſu interuenit iuramentum, & ſtipulatio cum pœna, vtrum dictum iuramentum, & ſtipulatio pęnalis confirmet ipſum contractum, & alienationem; ita vt ſi contrauenіat, poſſit agi de periurio, & ad pœnam conuentam. & reſpondet littera, ꝙ iuramentum interpoſitum etiam cum ſtipulatione, & pœna eſt nullius momenti, & durat vſque ibi, eiſdem. Hic eſt quinta pars, in qua ſtatuit ius nouum, videlicet, ꝙ ſi fiat alienatio rei feudalis ſine regio aſſenſu, ipſe idem alienans iure proprio, ideſt ſpeciali huius conſti. poteſt reuocare ipſum contractum alienationis rei feudalis, & nõ incidit in aliquam pœnam pecuniariam, vel periurii, & durat vſque ibi, arbitraria. Hic eſt ſexta pars, in qua deciditur aliud dubium, uidelicet,
3 vtrum † ualeat compromiſſum & laudum latum vigore compromiſſi ſuper feudis ſine regio aſſenſu, & reſpõdet littera, ꝙ compromiſſum & laudum eſt ipſo iure nullum, cùm cognitio cauſę finalis per ſacras conſtitutiones regni magiſtris iuſtitiariis, & iuſtitiariis ſpecialiter eſt cõmiſſa, & ſic in arbitriis non poſſunt partes compromittere ſine regio aſſenſu, & durat vſque ibi, excadentias. Hic eſt ſeptima pars, in qua ſtatuit, ꝙ Baronibus & Militibus regni habentibus feuda licet res excadentiales ſui feudi, quæ per excadentiam eis obueniunt, concedere ſub conſueto ſeruitio, vel conſueto redditu, ita ꝙ in nõnullo antiquum ſeruitium, uel antiquus redditus minuatur, & durat vſque in finẽ. Nota primò ex tex.ibi, omnes alienationes, ſeu quoſ-
4 cunque contractus quatuor verba † generalia ſimul iuncta, videlicet, dictio, omnes. Item, alienationes. Item, quoſ-
a cunque. Item contractus, nam propter iſta verba ᵃ geminata ſatis clarè patet, ꝙ de rebus feudalibus quis non poteſt diſponere in teſtamento, inſtituendo aliquem non immediatè ibi ſucceſſurum, uel relinquendo feudum per legatum in teſtamento, vel in codicillis alicui perſonę non immediatè ſibi ſucceſſurę, quia alienare dicitur ille, qui aliquem non ſibi ſucceſſurum immediatè inſtituit hęredem uel ſibi feudum reliquit, ut in authen. de nupt.§.ſoluto.& §.ſi verò filios.gloſſ.hic alleg. l.nemo.§.fratre. de leg.1. hoc firmat etiam Andre. in l.imperialem.in princip. Bene facit text.qui dicit, quòd nulla ordinatio defuncti ualet in feudis.in c.1.in princip. de ſucceſſ.feud.& ſic non poterit feu-
5 dum † relinquere pro anima eccleſię pro remiſſione ſuorum peccatorum, ut dicit text.in d.l. imperialem.ibi, nec pro anima iudicare.niſi antequã moriatur teſtatore impetret aſſenſum à Rege, ut poſſit de feudalibus ſuis bonis diſponere in uita, uel in morte, uel quòd poſſit teſtari: ſecus
b ſi aſſenſus regius ᵇ fuiſſet pręſtitus poſt mortem teſtantis, quia tunc nihil ualeret in pręiudicium eius, qui debebat ſuccedere in illo feudo, ſi non eſſet teſtatus, ut firmat And. in d.l. imperialem. in princip.in 90. colum.uerſicu. item quęritur, an conſenſus hic ualeat &c. & ſequen. & eſt ratio, quia ſi interuenit aſſenſus Regis ſuper feudalibus diſpoſitis per teſtatorem poſt mortem teſtatoris eo tempore, quo res feudalis non eſt teſtatoris, ſed eius, qui immediatè eſt ſucceſſurus, & Rex nõ confirmat, niſi quod erat teſtatoris, & non quando erat illius immediatè ſucceſſuri, ideo nihil ualet aſſenſus, ut infrà dicam in 5.notab. & ideo bene glo. hic quęrit, utrum habens feudum, ſubaudi nouum, uel antiquum ex pacto & prouidentia acquiſitũ pro ſe & liberis, poſſit de eo teſtari, ſubdens, ſi pater habet feudum,

dum,& habet plures filios, qui omnes debent ſuccedere in
feudo, niſi eſſet feudum ducatus, vel marchionatus, vt in
cap. omnes filij. ſi de feu. ſuc. contro. vel niſi eſſet feudum.
in quo viuitur iure Franc. quo iure ſolus filius primogeni-
tus debet ſuccedere in feudo, vt infrà in conſtit. vnde ſuc-
6 ceſſoribus. † Modò pater in iſto feudo, in quo omnes filij
debent ſuccedere inſtituit primum vel ſecundum, vel ter-
tium ſolùm in illo feudo, vtrum valeat inſtitutio? Videtur
quòd ſic, quia inſtituit filium ei immediatè ſucceſſurũ. In
contrarium eſt veritas, quia inſtituit illum inſolidum in
feudo, cum debeat inſtituere omnes filios, & ideo illa inſti
tutio eſt alienatio, & non valet, & idem dicendum eſt, ſi te
ſtator habent feudum, in quo de natura feudi habentis di-
gnitatem debet ſuccedere, vel in eo viuit iure Franc. ſi ha-
beat plures filios, & inſtituat pariter omnes filios hæredes
in d. feudo, talis diſpoſitio non valet, tanquam facta con-
tra ius, & in præiudicium filij primogeniti, & dicitur alie-
natio, quæ eſt ipſo iure nulla, vt bene firmant hic gl. & An.
& ita tenui & declaraui in ca. 1. in princ. de ſucceſ. feu. Sed
iuxta hoc quęritur, quid in feudo paterno hæreditario ac-
quiſito pro ſe & hęredibus, & teſtator diſpoſuit de feudo
aliter, quàm in immediatè ſucceſſuro ſine regio aſſenſu,
vtrum iſte immediatè ſucceſſurus poterit venire contra fa-
ctum defuncti in d. feudo hæreditario? Videtur quòd non.
7 † Primo, quia hæres non poteſt venire contra factum de-
functi, vt in l. quę à patre. C. de teſta. mil. & l. cum à matre.
C. de rei vendi. cum ſi. Item iſta conſti. nihil dicit, quòd hæres
poſſit reuocare alienationem factam per defunctum, ſed
ſolùm dat poteſtatem ipſis alienantibus reuocare aliena-
c tionem rei feudalis factam ſine regio aſſenſu. Pręterea ius[c]
reuocandi non tranſit ad hæredes. l. fi. C. de reuo. dona. ca.
fi. de dona. & Bald. in l. antiquitas. C. de vſufru. Item reuo-
catio non operatur effectum ſuum poſt mortem conceden
tis, vt dicit Albe. de Roſ. in l. digna vox. C. de legi. In con-
trarium eſt veritas, ſcilicet quòd hæres venit contra factũ de-
functi alienantis in vita, vel morte feudum in alium, quàm
in immediatè ſucceſſurum, quia illa diſpoſitio, quæ eſt alie
natio, eſt ipſo iure nulla, tanquam facta ſine regio aſſenſu,
& ſic vt ipſe idem, qui alienauit, poteſt reuocare eam iure
ſpeciali, per iſtam conſt. Ita poteſt reuocare eius hæres im
mediate ſucceſſurus, cũ perſona hæredis & teſtatoris vna
& eadem perſona cẽſeatur, ut dicit text. in authen. de iure-
iur. à mor. præſt. in princ. & non dicetur venire contra fa-
ctum defuncti, ſed contra factum, quod de iure non ſubſi-
ſtit, ut bene declarat glo. in d. auth. in uerbo, quodammo-
do. Nec ob. quòd iſta conſti. non dat poteſtatem reuocandi, ni
ſi ipſi alienanti, quia dico, quòd non erat neceſſarium facere
mentionem de hærede, quia ſi hæres reuocat id, quod po-
terat defunctus reuocare, perinde eſt, ac ſi ipſe defunctus
reuocaſſet. & hoc per tex. in l. ſi tertius. §. fi. ibi, quòd autem is,
cui hæres ſum, perinde extat, quaſi ego ipſe feciſſem. ff. de
8 aqua plu. ar. † Et pro hoc facit, quia ſi hæres poteſt confeſ-
ſionem teſtatoris erroneam reuocare, ut in l. non idcirco.
C. de iur. & fac. ignor. & Bald. in l. error. in fi. C. eod. titu. &
Bal. in l. 1. in 3. col. C. ne ex deli. deſun. & in l. Titia. §. Ca-
ius. ff. de leg. 2. multò fortius reuocabit alienationem feu-
di factam ſine regio aſſenſu, quę eſt ipſo iure nulla. Nec ob.
l. fi. de reuoc. donat. quia ibi donatio facta per defunctum
non erat ipſo iure nulla, ſicut alienatio feudi facta per de-
functum fuit ipſo iure nulla, & ideo hæres reuocat illam.
d Iterum quæro, quid ſi habens feudum[d] paternum anti-
quum hæreditarium conceſſum ſibi, & hæredibus, de illo
diſponit in uita, uel in morte cum conſenſu regis in alium,
quàm immediatè ſucceſſurum, qui nõ conſenſit dictę alie
nationi. utrum iſte immediatè ſucceſſurus poſſit uenire cõ
tra d. alienationem? And. in multis locis dicit, quòd non poteſt
venire contra d. alienationem factam per defunctum, poſt
quam eſt eius hæres, quia hæres non venit contra factum
defuncti. vt ſuprà proximè dictum eſt, & tale feudum hę-
reditarium venit in petitione hæreditatis, vt not. in l. non
tantum. ff. de peti. hære. hoc firmat And. in c. 2. §. hoc quo-
que. in 2. col. de ſucceſ. feu. & in c. 1. an agna. in princ. & in
c. 1. de alie. feu. paterni. & in c. 1. §. quid ergo. de inueſti. de
re alie. facta. & in c. 1. in fi. qui ſucceſ. tene. & firmat Ioan.
And. in addi. Specu. in titu. de feud. §. fin. in addi. quæ inci-
pit, debet dicere, & Alex. de Imo. in 5. volum. conſ. 28. inci.
in cauſa & lite vertẽte ſuper feudo caſtri ſeculi de prouin-
9 cia terræ Hydrunti. † Item quia quod non licet defuncto,
non licet eius hæredi, vt in l. Seia. ff. de euic. & l. venditri-
ci. C. de reb. alie. non ali. & C. de euic. l. fi. ſed ſi defunctus,
quando viuebat, non poterat reuocare alienationem factã
per eum cum regio aſſenſu, ergo nec eius hæres, etiã quod
conficiat inuentarium, iuxta l. fi. C. de iu. deli. nam inuen-
tarium nihil operatur in feudo hæreditario, ſecundùm
Andr. in d. c. 1. an agnatus. quatenus hæreditas eſt ſoluen-
do, vt dicit Alex. in 3. vol. conſi. 60. incip. viſis dubitationi-
bus. Bene fateor, quòd ſi hæres alienantis feudum eſſet filius
alienantis, & in hæreditate paterna nihil eſſet, quòd tunc licet
filius debeat eſſe hæres patris, vt habeat feudum paternũ,
vt in c. 1. an agnatus. & in cap. 1. §. filius. de capita. qui cur.
vendi. tunc filius poterit venire contra alienationem feudi
hęreditarij antiqui factam per patrem, & recuperare ip-
ſum feudum alienatum. hoc voluit Iaco. de Bel. in effectu,
in ca. 1. an agna. ubi dicit iſta verba formalia, quod dixi de
filio, quòd non licet ei repudiare hæreditatem, intellige, quan-
do filius poteſt habere hæreditatem patris, vel quia pater
eum inſtituit hæredem in teſtamento, vel quia pater mor-
10 tuus eſt inteſtatus. † ſi uerò non poteſt habere hæredita-
tem tanquam hęres, quia alius eſt inſtitutus hęres, & pa-
ter filio reliquit legitimam iure inſtitutionis, tunc filius po
terit feudum recuperare, licet non ſit hæres, nec tenetur
ſoluere debitum. l. ſi quis priore. ff. ad Trebellia. C. de hæ-
red. inſtitu. l. quoties. ff. de hære. inſtitu. l. 1. §. ſi ex fundo. &
auth. ut cùm de appellat. cogno. §. aliud. & §. ſiue igitur. Et
idem dicit in cap. Titius filios. ſi de feud. ſuc. controuer. in-
ter domin. & agnat. per iſta uerba. uidelicet, quòd ſi pater alie-
nauit feudum paternum, & moritur, & nihil habet in bo-
nis, nunquid filius hoc caſu poterit feudum recuperare? Vi-
detur quòd non, per cap. 1. an agnatus. In contrarium uidetur,
quia ſi dicimus eum repelli, quia ſit hæres patris, iſte ha-
bebit nomen hęredis ſine aliquo fructu, & repelletur à uen
dicatione feudi, & egebit, & laborabit, & ſic non habebit,
nec feudum, nec hęreditatem, quod iniquum eſt, & contra
omnem æquitatem. ideo credo, dicit ipſe, quòd hoc ca. & c. 1.
11 an agnatus. debet intelligi † quando aliquid de bonis &
hæreditate paterna peruenit, uel peruenire poterit ad fi-
lium, ſed quando nihil peruenit, nec peruenire poteſt ad
filium, credo, quòd filius poſſit recuperare feudum, & de ne-
ceſſitate habemus præſupponere, quòd Iac. loquitur in feudo
paterno hęreditario, & non in feudo ex pacto, & prouiden
tia, quia de illo non eſt dubium, quòd ſi ſine eius conſenſu fuit
facta alienatio feudi cum regio aſſenſu, talis alienatio ni-
hil ſibi præiudicat confecto inuentario, ita eſt firma con-
cluſio And. in d. c. 1. an agnatus. & in c. 1. de alie. feu. pater-
ni. & in d. c. 1. §. hoc quoque. de ſucceſ. Et ita bis conſului,
& credo, quod conſului ueritatem, cum aliter non conſu-
luiſſem, tũ quia Iac. de Bel. fuit magnus feudiſta, quia dicit
in 1. rub. feudorum, quòd ipſe per octo uices legit librum feu-
dorum, tum quia d. doctrinam Iac. de Bel. non reperi in
ſpecie reprobatam ab aliquo ſcribente ſuper feudis, imò
Præpoſitus doctor Mode. eam refert, & ſequitur in d. ca. 1.
an agnatus. in 6. col. verſi. a limitatione. Et miror profectò,
quòd An. non facit mentionem de d. doctrina Iaco. de Bel.
qui fuit ante eum, ex quo Iac. de Bel. fuit conſiliarius re-
gis Roberti, ut dicit Bald. in l. 1. C. de dotis promiſſio. &
fuit contemporaneus cum Ioan. And. ut dicit Ang. in con-
ſi. 309. incip. pręſuppoſita multum eleganter. & Andre. in-
terfectus fuit tempore reginæ Io. primæ neptis regis Ro-
ber. ut dicit edictum d. reginę ſuper morte And forte poſ-
ſet dici, quòd And non habuit ſcripta dicti Iac. de Bel. & uide
aliam limita. quam poſui circa fi. conſt. infrà, ut de ſucceſ-
ſionibus. Et quoniam text. ille prohibet omnes alienatio-
nes ſuper feudis ſine regio aſſenſu ipſas nulliter pronun-
12 ciando. † Quęro, utrum ſit prohibita etiam obligatio, &
hypothe-

hypothecatio bonorum ſeudalium ſine regio aſſenſu? Glo.
7. hic tangit hoc dubium. Tu dic, ꝙ ſic, per text. in l. imperialem. §. 1. ſæpius allegatam, & tenet hoc gloſ. in verbo, iure proprio. & Andr. in c. 1. §. rurſus. quib. mo. feud. alie. po.
& in d. l. imperialem. circa princip. & videtur tex. de hoc in
l. fi. C. de reb. alie. non alie. vbi ſub verbo alienatio, comprehenditur hypothecatio, & multa alia, de quibus in d. l. fi.
& in l. alienationis. ff. de verbo. ſignifi. vbi deciditur, an cõprehendatur præſcriptio, da quo per Abb. in c. cum non liceat. de præſcrip. & vide ad hoc Iac. de Ardi. in ſum. quib.
mo. feu. amit. §. non ſolùm prohibetur, & Iaſ. in l. 3. colum.
4. & ſeq. C. de iur. emphy. Et quoniam iſte text. prohibet
quoslibet contractus ſuper feudis, & ſic non ſolum cõtractus ſuper feudis eſt nullus, ſed etiam diſtractua, quia diſtractus contractus eſt, vt C. de om. agro deſer. l. omnium.
lib. 10. & no. in l. exigere dotem. ff. de iudi. imò & quaſi cõtractus continetur, vt. ff. de act. & obl. l. ex contractibus, in-
13 ſtit. de act. §. omnes. † An autem ſi liberetur feudum ab hypotheca legitimè contra ſuper feudo ſine aſſenſo regio valeat talis liberatio? Videtur, quòd non ſit liberatum feudũ,
quia appellatione contractus, venit etiam contractus liberationis, qui dicitur diſtractus, vt ſuprà dixi. Item, quia liberare eſt alienare. l. ſolutum. in fi. ff. de ſolu. inſtit. qui. ali.
licet. §. nunc admonendi, ergo &c. Et pro hoc facit, quia illa ſolennitas, quæ requiritur in contractu, requiritur in diſtractu. ca. cum dilecti. de empt. & vendi. l. nil tam naturale. de re. iur. ſed in obligatione feudi requiritur regius aſſenſus, ergo in liberatione eius, cum eiuſdem naturæ ſit diſtractus, prout contractus, ſecundùm Bar. in l. & ideo. ff. de
condi. fur. Itẽ quia dicit hic And. quòd remiſſio iurium ſuper feudis fieri non poteſt ſine regia aſſenſu, vt in iuribus
per eum hic allegatis. Item qui renuntiauit hypothecę, contrahit, vt dicit noſter Neapod. in conſuet. Neapolitana. in
conſue. ſi mulier. Item prohibitus contrahere, non poteſt
contrahere ad liberandum, ſecundùm Bald. in rubr. C. de
pact. In contrarium tamen facit iſta litera ibi dum dicit, minuendis, ergo ſi liberatur feudum ab obligatione
per ſolutionem debiti, vel gratuito. non minuitur feudum
ſed ipſum augmentat, nec talis liberatio eſt donatio ſiue
alienatio, per l. ſi pignus. ff. quæ in frau credi. Item pro hac
14 parte ſolet allegari text. in l. 4. §. fi. ff. de manu. vindi. † vbi
minor 20. annis non poteſt manumittere, tamen poteſt remittere hypothecam, quam habet in ſeruo alieno, qui à domino manumittitur. Et hoc expreſsè tenebat Bartho. de
Cap. in quadam apoſtilla, in d. l. 4. §. fi. per illum text. ꝙ remiſſio hypothecæ ſuper feudo in contractu poteſt fieri ſine aſſenſu domini. Et ita dicit deci. mea, in deci. 232. & pro
hoc facit id, quod dicit Bald. in l. ſi mihi. ff. de ſerui. ruſtic.
prædi. vbi dicit, quòd non pluaoperat reſeruatio, quàm carentia iuris à principio. & ita declarauit rex Robertus in
duabus literis relatis per me in d. deciſio. mea 232. Quid
nunc dicendum ſit? Ego iſtam quæſtio. habui de facto, &
pro deciſione allegabam tex. & Bal. in l. Iulianus. ff. de fundo. vbi ſi prohibetur alicuius rei alienatio, videtur etiam
prohibita eius iuris remiſſio, allegat etiam l. 2. C. de authorit. præſtan. & l. 1. § ait prætor. ff. quæ in frau. credito. Item
ſuprà dixi, quòd illa ſolẽnitas, quæ requiritur in cõtractu,
requiritur in diſtractu, & certũ eſt, ꝙ aſſenſus regis ſuper
alienatione, vel contractu feudi dicitur ſolemnitas, quia
quicquid adijcitur vltra partium conſenſum formæ iuriſgentium, dicitur ſolemnitas, ſecundùm Bald. in l. fi. C. de
fideicommiſ. ergo in hoc diſtractu remiſſionis hypothecæ
requiritur regius aſſenſus. & reſpondebam ad d. l. 4. §. fin.
15 † quod illa hypotheca, quã habebat minor in ſeruo, potuit
contrahi ſine ſolemnitate iuris, ſed hypotheca in feudo ſine iuris ſolemnitate, ideſt, ſine regio conſenſo contrahi
non poteſt, vt ſuprà dixi. Item in d. §. perſona erat prohibita alienare, ſed in caſu, de quo agitur, non perſona, ſed res
eſt prohibita alienari. Item ibi minor non expreſsè renuntiat iuri hypothecæ, ſed ſolum conſenſit, ꝙ ſeruus alienus
ſibi hypothecatus poſſit manumitti, licèt tacitè ſequatꝰ remiſſio pignoris ex dicto cõſenſu, & hoc eſt fauore liber-

tis, cuius fauore multa ſpecialia ſunt. Item multa non poſſunt fieri expreſsè, ſed tacitè ſic, vt patet in clerico, qui non
poteſt expreſsè renũciare foro ſuo, vt in c. ſi diligẽti. de fo.
compe. ſed tacitè ſic, delinquendo, vel contrahendo, vt ibi
no. Docto. & in c. romana. §. contrahentes. de foro compe.
lib. 6. Item in prorogatione expreſſa requiritur conſenſus
epiſcopi, ſecus in tacita, vt dicit Inno. in ca. dilecti, de foro
compe. & Pau. de Caſt. in l. 1. ff. ſi quis in ius voca. non ie. &
habetur in l. cum quid. ff. ſi cert. petat. Nec obſtat, quia in
e augumentum feudi[e] poteſt fieri contractus ſuper feudo ſine regio aſſenſu, vt probat text. hic ibi, minuendis, ergo ſi
non in diminutionem feudi fiat contractus ſuper feudis ſine aſſenſu, valet contractus, & hoc tenet And. in l. imperialem. in 5. col. & in c. 1. in addi. an ille, qui interfec. fra. domi. ſui. & iſta liberatio concernit vtilitatem feudi. Quia ad
hoc poſſet reſponderi, ꝙ ille, qui habet hypothecam. ſuper
feudo cum conſenſu regio, ſi remittit hypothecam, non eſt
in augmentum ſui iuris. Item ſit commutatio de perſona
ad perſonam, quę eſt prohibita per iſtam conſtitu. ibi, aut
commutandis. Ex his hęc q. remanet mihi dubia, & niſi
fuiſſet impreſſa d. mea deciſi. fortè aliter dicerem, ſed nolo
mihi contradicere propter veterum authoritates, quorum
non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamentorum. Subſequenter quęro, quidam uolens ſibi in neceſſitatibus ſuis
prouidere impetrauit aſſenſum regium, ꝙ poſſit vendere
ſuum feudum cuicunque regio fideli. iſte vendidit feudum
f & tradidit, habita fide de pretio, ſed voluit[f] ex pacto, ꝙ ipſum feudum eſſet ſibi hypothecatum pro reſtanti quantitate pretij, vtrum ſine alio aſſenſu d. feudum ſit ſibi hypo-
16 thecatum? † Videtur ꝙ ſic, quia omnis, qui prætendit dominium actu permanentis, potior eſt alio creditore, ſecundùm Bald. in l. in his. C. de iu. dot. facit bonus text. in l. licet.
C. qui potio. in pigno. habe. & Bald. in l. prętextu. C. commo. Item iſtud reſiduum pretij eſt pars contractus venditionis, & ideo aſſenſus trahitur ad iſtam partem pretij. Et ſi
fuiſſet venditor confeſſus racepiſſe integrum pretium, &
emptor ex cauſa mutui conſtituiſſet ſe debitorem per inſtrumentum incontinenti celebratum cum eiſdem notario, iudice, & teſtibus, idem dicendum eſſet, prout dicit plenè Bal. in l. 1. ff. ſolu. matri. & iſta inſtrumenta vnum reputantur, ſecundùm Bald. in l. Sempronius. ff. de lega. 2. & in l.
nec retentionem. de uſu. In contrarium eſt veritas, quia aſſenſus non eſt prę́ſtitus niſi in venditione, per quam ſecuta traditione dominium translatum eſt in emptorem,
non potuit poſtea dicta res obligari pro pretio ſine nouo
regio aſſenſu. & hoc per text. in l. 1. in fi. ff. de re. eorum, ubi
g ſi minor emit[g] prędium, & pro pretio non ſoluto obligauit illud prędium, nihil valet obligatio, quia non interuenit decretum, & iam ſemel dominium fuit ipſi minori per
emptionem translatum, ideo ſine decreto non ualuit ipſa
17 obligatio. † Item quęritur, utrum[h] ualeat contractus refu-
h tationis feudi in immediatè ſucceſſurũ ſine regio aſſenſu?
Videtur ꝙ non, per iſtam conſti. quę prohibet omnem ſuper feudis alienationem ſine aſſenſu regis. In contrarium
tamen determinat hic And. & in c. 1. §. ſed & res. per quos
fiat inueſti. & in c. 1. §. & ſi clientulus. de alie. feu. & in c. 1.
de alie. feud. pater. & ibi dixi in 7. not. & in cap. 1. de natu.
ſucceſ. feud. quia iſte contractus donationis in immediatè
ſucceſſurum de feudo, non eſt alienatio per iura, & ratio-
i nes per eum allegatas hic. Nec iſta[i] conſti. generaliter prohibens omnem alienationem, & contractum ſuper rebus
feudalibus corrigit iura ſpecialia ſuper permiſſione alienationis rei feudalis in immediatè ſucceſſurum, vt dicũt iura
pręallegata. Et pro hoc facit, quia ſi ſunt plures cõpatroni
in uno iure patronatus, unus põt relaxare ius patronatus
alteri compatrono ſine conſenſu epiſcopi, quia non eſt donatio, ſed iuris ſui relaxatio, cum quilibet patronus habeat
ius inſolidum, ita no. glo. & Abb. Sicu. in c. ex inſinuatione.
de iure patro. ſecus ſi donatur conſanguineo, & non compatrono, tunc eſt neceſſarius conſenſus epiſcopi, arg. c. 1. de
iure patrona. lib. 6. & Ioan. And. in c. cum ſeculum. de iure
patro. & in cle. 1. in uerbo, hęredes. eod. titu. Bene facit id,
quod

quod dixit Bald. in c. 1. in 3. col. de vaſ. qui con. conſti. Lo-
tha. vbi dixit, ꝙ ſi duo fratres habent iuriſdictionem indi
uiſam, vnus poteſt alteri vendere ius ſuum, per quod iu-
riſdictio noua non acquiritur, ſeu conſolidatur, ſed exerci
tium quæritur. Item dixit Bald. in l. 1. circa fi. C. qui teſta.
face. poſ. & Bar. in conſ. 189. inci. vtrum iuriſdictio. chart.
77. Sed quid ſi fiat alienatio ſeudi non in proximum agna
tum ſucceſſurum, ſed in remotiorem ſine aſſenſu domini
regis, an valeat ipſa alienatio, vt non poſſit reuocari per ip
ſum alienantẽ? De hoc dubio vide per Bal. in c. 1. in 3. col.
de alien. feu. & in d. §. ſed & res. per Præpoſi. in c. Titius. in
4. col. verſi. quid aliud dubium tranſgrediar. ſi de feud. fue.
controu. inter do. & agna. An autem ſeudum poſſit diuidi
inter eos, qui communiter habent ſeudum? Vide Andr. in
d. l. Imperialem. §. præterea ducatus. vbi hic And. ſe remit-
tit, & ibi dixi. Et vtrum vaſalli inter dominos poſſidentes
eos poſſint diuidi ſine regio conſenſu? Vide Andr. & quæ
ibi dixi in d. §. præterea ducatus. & quæ ſcribit Bald. in l. ſi
18 plures. C. de condit. inſer. † Item quęro, vtrum habens ſeu-
dum, vel baroniam poſſit vendere fructus ſeudi pro pluri
bus annis ſine aſſenſu regio? Azo in ſum. inſti. de vſufruct.
dicit, ꝙ non. Sed Andr. hic dicit, ꝙ ſi ſeudatarius alienaret
fructus ſeudi pro eo tempore, quo ſeudum erit apud eum
valet venditio. Idem ſi venderit pro certo tempore, & du-
rante tempore ſeudum ex aliqua cauſa aperiretur domino
tunc extinguitur venditio fructuum pro reſiduo tempo-
ris, quia reſoluto iure datoris &c. vt in l. lex vectigali. ff. de
pign. Item dicit Andr. in cap. 1. §. his conſequenter. hic fi-
ni. lex Corra. & in c. 1. an agnatus. Sed iudicio meo per di-
cta domin. And. hic non apparet, vtrum vaſallus poſſit ven
dere fructus ſeudi vltra 10. annos. Et ideo dico, ꝙ Bald. in l.
voluntas. C. de fideicommiſ. dicit, ꝙ certum eſt, ꝙ poteſt
vendere fructus ſeudi ſine aſſenſu domini ad modicum tẽ-
pus. Et pro hoc bene facit gl. infrà in conſti. ſeq. quæ dicit,
ꝙ poteſt fieri locatio fructuum ſeudi ſine conſenſu princi-
pis vſque ad certum tempus, ſcilicet modicum, per ll. quas
alle. & hoc dummodo non faciat in fraudem legis, vt dicit
Alex. in 1. volu. conſi. 68. incip. viſis duobus elegantiſſimis
cõſiliis, in 2. colum. Et pro hoc facit l. qui concubinam. §.
K qui hortos de le. 3. quia executio [k] ſententiæ poteſt fieri ſu
per fructibus ſeudi non obligati, vt dixi ſuprà in conſtitu.
ſi quis poſt litem. & Ioã. de Imo. in l. commodis. de re iud.
& in l. ſi finita. 2. colum. ff. de damn. infect. & Ange. in l. pro
hærede. §. ſeruos hæreditarios. ff. de acqui. hæredi. Alex. in
19 5. volu. conſi. 18. 2. col. † Sic etiam decima non poteſt pigno
rari, ſed fructus decimę ſic, vt in capitu. veſtra, extrà de lo
ca. & dicit Spec. in titu. de pigno. §. 1. circa fin. & Ioan. Fab.
inſtit. de actioni. §. item ſeruiana. ſubdens, ꝙ fructus ſeudi
ſine aſſenſu domini poſſunt obligari, dummodo fiat ad mo
dicum tempus, & ſine fraude, & per viam locationis. vt di-
cit idem Ioan. Fab. inſti. de vſufruct. §. item finitur. Item
pro hoc facit, quia minor prædia ſua nõ poteſt alienare ſi-
ne decreto, vt in toto titu. C. de prædijs minor. ſed tamen
fructus prædiorum ſuorum poteſt alienare ſicut maior, vt
eſt glo. in l. 1. C. ſi aduerſus vſucapionem, & in l. diuortio.
§. interdum. in verſiculo reddit. ff. ſol. matr. & firmat Alex.
in 1. volu. conſil. 49. incipi. maturè ponderatis. in 2. colum.
Cõcludo ergo, quòd fructus ſeudi poſſunt alienari modi-
co tẽpore intra annos 10. dũmodo viuat ſeudatarius, quia
transfertur vtile dominium per locationem vltra 10. an-
nos, ſecundùm Doct. in l. filioſa. §. ſi vir in quinquennium.
ff. ſolu. matri. & ſic eſſet alienatio ſeudi, quod fieri non po-
teſt, per iſtam conſti. vbi enim per longum tempus eſſet fa
cta conceſſio fructuum ſeudi, diceretur conceſſus vſufru-
ctus ſeudi, ſecundùm Bart. in l. fundi trebatiani. ff. de vſu-
fruct. legat. quod fieri non poteſt ſine regio. Et idem di-
cendum eſt de penſionibus ſicut de fructibus, ſecundùm
And. & Bald. in d. §. his conſequenter. hic fini. lex. Corra. &
Bald. in c. 1. in princ. 10. colum. de pa. tenen. vide in l. fin. C.
de petit. hæredita. & in l. nec apud. §. 1. de leg. 2. & in l. cũ in
donatione. ff. de donatio. & in l. 1. §. taceat C. de rei vxora
actio. & Docto. in l. diuortio. §. non ſolùm. ff. ſolu. matri. &
Barto. in l. fi. circa fi. ff. de iure fiſci. Et ex prædictis patet ꝙ
pendente locatione fructuum ſeudi, vel eorum alienatio-
ne dominus ſeudi præſtabit ſeruitium, ſeu ſoluet adhohã,
per dictum. §. qui hortos. quia iſta non eſt alienatio. Sicut
non eſt alienatio, quando habens ſeudum conſtituit ſerui-
tutem in ſeudo, quę conſtitutio ſeruitutis non eſt alienatio
quia nihil domino directo præiudicat, vt in c. 1. §. quid er-
go. de inueſti. de re alien. facta. pręiudicat ergo ſolùm con-
ſtitutio ſeruitutis in ſeudo conſtituenti, ſed non domino
directo. vt ibi, nec per hoc cadet à iure ſuo, vt dicunt Iaco.
de Ardi. & Iaco. de Aluaro. in d. §. quid ergo. Nec obſtat, ſi
dicatur, ꝙ conſtit. iſta prohibet omnesq́ contractus ſine aſ-
ſenſu regis ſuper ſeudis, & rebus ſeudalibus, quia illud ver
bum, minuendis, ſoluit contrarium. Non enim per impo-
ſitionem ſeruitutis minuitur ſeudum. Quia ius domini
ſemper eſt ſaluum. Nec ſeudum per impoſitionem ſeruitu
tis minuitur, ex quo non eſt alienatio impoſitio ſeruitutis,
ſed eſt quædam permiſſio ad vitam conſtituentis, vel ad tẽ
20 pus. † Secundò no. ex tex. ibi, ſeudalibus minuendis. quòd
tunc alienatio, vel contractus ſuper ſeudis eſt nulla, vel
nullus, quando ſeudum ex hoc minuitur, aut commu-
tatur de perſona in perſonam, ergo à contrario ſenſu, ſi per
ſeudi alienationem, vel commutationem non diminuitur,
immo augmentatur ſeudum, valet alienatio, ſiue contra-
ctus ſuper ſeudi ſine regio aſſenſu, per iſtum text. & firmat
hic gloſſ. & Andræ. in cap. primo. circa fin. in additio. ſua,
an ille qui interfe. fra. domi. ſui. & in l. imperialem in prin-
cipio. ſępius allegata, & in cap. 1. §. econtrario. de inueſt. de
re alie. fac. Pone exemplum, Baro habet in ſua baronia ne-
mus demaniale baroniæ, de quo nihil, aut parum habet,
vult illud concedere alijs ad extirpandum, & colendum
ſub tertia parte fructuum, ex qua cõceſſione multum aug-
mentatur baronia, certè iſte contractus poteſt fieri, quia
eſt in augmentum ſeudi, non tamen poterit concedere, vt
pecunia ſibi præſtetur, vt dicit And. in d. addi. an ille, qui
interfe. fra. domini ſui. & dicit, ꝙ ita continetur in regi-
ſtro Imperatoris Federici, quod cõſeruatur in archiuo ſci-
licet in regno Sicilię vltra Farum, quia in iſto regno in ar-
chiuo nihil reperitur de eius geſtis, niſi teſtamentum eius.
Vel pone aliud exemplum. Baro in ſua baronia debet ſeu-
dum, quod pręſtat ſeruitium vnius militis, vult alienare al-
teri, vt pręſtet ſeruitium duorum militum, iſta alienatio di
citur in augmentum ſeudi, ſecundùm Andr. ibi. Vel pone,
habet ſeudum, & ipſe habet filios, vendit alteri non haben-
ti filios fideli, & habili, dicitur in augmentum facta aliena-
tio, quia ſeudum cito reuerſurum eſt regię, eo moriente ſi-
21 ne filijs, & ideo valet alienatio ſine regio aſſenſu. † Tertiò
no. ex tex. ibi aut commutandis. ꝙ omnes commutatio ſiue
reſpectu rei, puta quia permutatur ſeudum cum ſeudo,
uel ſeudum cum alia re, ſiue perſonæ, permutatio ſuper re
ſeudali eſt prohibita fieri ſine regio aſſenſu, ut hic & in d.
l. imperialem. Et ſi pater donaret ſeudum ſuum filio ſuo,
qui eſſet ſibi in d. ſeudo immediatè ſucceſſurus ſine regio
aſſenſu. iſta non diceretur commutatio, quia pater & filius
una perſona eſſe cenſetur, ut in §. ei qui. inſt. de inutil. ſtip.
& ideo tex. in auth. de reſti. fideicom. . . pe. nult, ꝙ prohibi-
ta alienatione non intelligatur prohibita alienatio, quæ fit
in filium. Idem ſiat alienatio ſeudi paterni in agnatum pro
ximiorem ſucceſſurum, puta, frater primogenitus, qui nõ
habet filios, donat fratri ſecundogenito ſine regio conſen-
ſu, ualet talis alienatio, ut dicit Ao. in d. §. ſed & res. & Bal.
ibi, & dixi in c. 1. de alie. feu. Bene facit l. unum ex familia.
& in l. Imperator. §. fina. cum l. ſeq. ff. de leg. 2. & l. cum pa-
ter. §. quindecim. eo. ti. & firmat Luc. de Pen. in l. 1. C. de fi.
inſtru. & iu. ha. fi. lib. 10. Et ideo dicebat And. in c. 1. in 2.
col. de alien. ſeudo. pater ꝙ refutatio ſeudi, quæ fit agnato
proximiori, ſicut eſt filius, qui dicitur agnatus proximior,
ut ff. de ſuis & leg. l. filius. non dicitur alienatio, ſed refuta-
tio, quę poteſt fieri ſine aſſenſu domini, per c. 1. §. ſed & res
per quos fiat inueſti. ubi hoc And. firmat. & ſubdit, ꝙ tunc
quando pater donat ſeudum filio in uita, uel ſibi uendit,
uel et refutat. uel quando frater fratri refutat, uel donat
ſeudum

ſeudum paternum, ex iſto contractn non ſoluitur releuiū,
quia mos & conſuetudo regni eſt, ꝙ quando ſucceditur ut
hęres, tunc ſoloitur releuium, & non quando ſeudum ha-
betur in vita per contractum, ſed ſi filius, cui donatum eſt
ſeudum, decederet, ſuperſtite patre, pater ſuccedere filio
io ſeudo, & tunc ſoluitur releuium, ſecundùm An. in d. §.
ſed & res vbi plenè de hac materia. Et pondera bene iſtud
verbū, aut cōmutandis. quod reſpicit ius reale ſeudi. vnde
non reſpicit ius perſonale, vt puta, quia habens ſeudum il-
lud vēdidit fideli cum pacto de reuendendo & rex aſſenſit,
iſte venditor poterit remittere illi fideli emptori illud pa-
ctū de reuendēdo, quia non cōmutatur perſona, & illud pa
ctū eſt perſonale, & non eſt ius reale in feudo, ſecundū cō-
1 munē ſententiā, quæ ſe habet, ꝙ pactū † de reuendendo nō
trāſit in ſingularem ſucceſſorē, vt patet ex ſcriptis per Ale.
in 1. vol. conſ. 10. inci. videtur fortaſſe. vbi reprobat Pau. de
Caſt. tenentem contrarium in l. ſi cum venderet. ff. de pig.
hanc partem contra Pau. tenuit etiam d. Fran. Cur. in conſ.
12. inci. quia paſſus quotidianus, & ſubtilis. Et ꝙ ex iſto pa
cto de reuendendo non ſit acquiſito aliquod ius reale in
ſeudo, ſed tantum perſonale, probo per id, quod alle. Alex.
in 2. vol. conſ. 163. in 5. col. & Bar. Soci. in conſ. 236. incip.
placet concluſio. ver. & hoc pe. reg. Et hoc eſt menti tenen-
dum, quia vidi aliquos inſipientes dicere, ꝙ remiſſio huius
pacti fieri non poteſt in ſeudis ſine regio aſſenſu, quia con-
ſti. iſta dicit, committendis. ſed intelligitur, vt ſup. dixi. ac-
cedant ad hoc ea, quæ dixi ſup. in 1. no. ver. an autem ſi li-
22 beretur ſeudum ab hypotheca &c. †Quartò no. ex tex. ibi,
nullam omnino firmitatem. ꝙ contractus factus inter par-
tes de re ſeudali nullā habet firmitatem, nec quò ad partes,
nec quo ad tertium, nec ex eo ioducitur aliqua confeſſio,
per quā inducatur aliqua certitudo, vel firmamentū & iſta
verba nō reperiuntur in d. l. imperialē, quia factū quod in-
diget confirmatione ſuperioris, non trhait ſecum ſuū effe-
ctum, donec cōfirmetur, verba ſuut Bal. in l. ſi intereſt. §. de
portatos. ff. de leg. 3. Et ſic patet, ꝙ per alienationem feudi,
vel contractū aliquem celebratum ſuper ſeudis, non perdi
tur feudum, ex quo partes ſaciunt actum nullum. & eſſe
nullum & non eſſe æqoiparantur. ff. de falſ. l. fi. cum ſi. alle-
gatis per Andrę. & per me in c. 1. §. præterea. quæ ſit prima
cauſa beneſi. amit. An autem venditor ſeudi nulliter aliena
ti recuperabit pretiū ab emptore? Tangit hic gl. & ſuper ea
dicetur. Et iſta eſt nullitas ipſo iure, & non per ſententiam,
quia litera dicit, oullam omnino firmitatem. ad idem text.
in ca. deliberatione. in fi. de offic. legat. li. 6. licet quoad ad-
uocandam poſſeſſiooem traditam per d. contractum nul-
lum requiratur ſententia iudicis, vt in l ſi quis in tantam.
C. vnde vi. & firmat And. in c. ſancimus. in 6. col. qno tem-
pore miles. dum alle. l. cnm duobus. §. idem reſpondit. ff.
pro ſocio. An autem de iure communi perdatur ſeudum
ipſo iure per alienationem factam ſine conſenſu domini,
vel per ſententiam? Vide Bal. in c. 1. §. denique. quæ ſit pri-
ma cauſa beneſi. amit. in 2. col. And. io cap. 1. imperat. Lo-
tha. & in l. imperialē. §. callidis. & Bal. in c. 1. §. 1. qui. mod.
ſeu. amit. & quę dicam infrà in gl. in verbo, iure proprio.
23 †An autem ille, qui vult reuocare iure proprio, habeat oe
ceſſe dicere, & probare, ꝙ doloſè fuit inductus ad alienan-
dum? Dicit hic gl. ꝙ non quia eoipſo ꝙ alienauit ſine aſſen-
ſu, oulliter contraxit. ita dicit hic glo. in verbo, reuocare.
Quintò not. ex tex. ibi, niſi de ſpeciali noſtræ celſitudinis
licentia. ꝙ ſuper omni alienatione ſeudi, & ſuper omni cō
tractu ſuper ſeudis, ad hoc vt valeat, requiritur conſenſus
regis, & iſte conſenſus eſt pro forma, qua ceſſaote, contra-
ctus eſt nullus. l. cum hi. §. prætor, ff. de tranſac. cum ſi. Et
an ſufficiat conſenſus ſui vicarij? Vide And. in d. l. imperia-
lem. & Iacobinum in tract. de ſeud. char. 7. & ea quæ dixi
in d. l. imperialem. in 15. nota. Sed pro intelligentia qoæro
primò, vtrum iſta conſtitu. debeat intelligi, ꝙ loquatur ge-
neraliter de omni ſeudo, ſiue ꝙ feudum teneatur immedia
tè, & in capite à rege, & etiam de ſeudo, quod tenetur im-
mediatè, & in capite à barone. nam ſi velimus intelligere
iſtam conſtitu. generaliter de omni ſeudo, ſequeretur, ꝙ
habens ſendum à barone. ſi illud vult alienare, ſufficit ha-
bere conſenſum domini regis, quia iſta conſtitu. ſolùm re-
quirit conſenſum regis in ipſa alienatione, quia de conſen-
24 ſu baronis nihil loquitur. † Si verò volnmus dicere, ꝙ re-
quiritur in alienatione ſeudi, quod tenetur a barone, con-
ſenſus regis per iſtam conſtitu. & conſenſus baronis, per l.
imperialem. quæ dicit, ꝙ requiritur conſenſus domini, à
quo ſeudum ſpectare dignoſcitur, ſequitur neceſſario di-
cendum, ꝙ reqoiritur vtriuſque cooſenſus, ſcilicet domi-
ni regis & baronis, à quo tenet leudum. iſtud dubiom tan-
gitur hic in gl & per And. hic. & in d. l. imperialem. & tam
gloſſ. hic, quàm Andrę. in d. l. imperialem. videntur con-
cludere, quòd verius eſt, quòd requiritur cōſenſus vtriuſ-
que, ſcilicet regis & baronis, quia de vtriuſq; prępiudicio
agi poteſt, & quia quod omnes tangit, ab omnibus debet
approbari. ff. de adop. l. oam ita. & C. de autho. pręſtao l fi.
Ego iſtud dubium examinaui in d. l. imperialem, in 12. no.
& vltra ibi dicta dico, ꝙ ſatis grauaretur emēs ſeudum mo
dicum, qđ non præſtat ſeruitium perſonale, nec adoham,
ſed certum reditum annuum, ſi vellet ſoluere regi ſcriptu-
ram pro aſſenſu baronis. Et maximè ꝙ res ſeudalis, quę cō
tractatur, non eſt cum vaſallis, ſed in feudis, aut agris inter
dnm modici valoris, & a tanto tempore, in cuius cootra-
rium memoria hominum oon exiſtit. ſemper io regno fuit
obſeruatum, ꝙ in ſeudis iſtis, quæ tenetur à barone, quan-
do alienantur, & nnn ſunt feuda quaternata, ſed ſeuda con
ſiſtentia in redditibus annuatim debitis domino ſeudi, &
non ſoluunt adhoam, nec præſtant ſeruitia perſonalia, ſuf-
ficiat in alienatione cooſenſus baronis tantum, & ita vidi
obſeruatum, & ſententiarum per ſacrum conſi. Et pro iſta
obſeruatione, & interpretatione bene facit id, quod dicit
Bal. in l. liberti, libertæque. C. de ope. libe. in 11. colum. vbi
dicit, quòd iſta ſeuda minima, quæ vocantur feoda, & con
ſiſtunt in annuis redditibus, puta fuit conceſſum d. ſeudū
per baronem puto annua quantitate frumenti, iſtud nō eſt
propriè ſeudum, ſed magis contractus emphyteuſis, vel
contractus innominatus, & iſte non debet præſtare iura-
meotum fidelitatis, nec cenſetur iure ſeudatarij. Et bene
hoc firmatur in meis deciſi. deciſ. 129. in 1. dubio. Iſtud di-
ctum Bal. refert, & ſequitur Alex. de Imo. in 1. volu. con-
ſi. 136. incip. viſo, & examinato proceſſu. in 3. col. & allega.
25 Cvo. in auth. ingreſſi. C. de ſac. ſanct. eccle. †vbi dicit, quod
illud dicitur eſſe ſeudum, pro quo quis præſtat ſeruitium
perſonale, & non reale, c. 1. de ſorm. fide. & alleg. Bald. in c.
1. in verbo, libellarius. de pa. Conſtan. vbi dicit, ꝙ feuda,
quæ non præſtant ſeruitium, ſed eſt cenſus pecuniarius,
vel ſpecies. puta frumeotum, vel vinum, vel vnum par ca-
ponum, vel vnam ſpallam porci, iſta non habent naturam
ſeudi, niſi aliter diceretur in inueſti. firmant Moder. in l.
ſi ſtipulatus ſim Damā. in ſi. ff. de verbo. oblig. & bene facit
id, quod dicit Luc. de Pen. in l. 1. 8. col. C. de import. Incra.
n deſcr. vbi dicit, feuda n ruſtica nunc cenſentur propriè iu-
re ſeudi, quod patet, quia pro eis cōtribuitur in collectis,
ſecus eſt in ſeudis nobilibus, pro quibus noo contribuitur
in collectis, vt bene firmat And. in capitu. 1. in verbo, plau
ſtorum. in 2. col. quæ ſint rega. & ratio eſt, dicit And. quia
ſeruitiom, quod debetur domino pro feudo eſt magnum,
quia pro 20. vncijs ſoluuntur pro ſeruitio vnc. 9. cum di-
midio. Sed res emphyteuticæ conceduntur pro modico
redditu, & ideo ſoluitur pro eis collecta. Item quia in ſeu-
dis contrahitur paradogium, ideſt nobilitas, quod non eſt
ſic in ſeudis ruſticis. Et pro hoc bene facit declaratio regis
Rober. ad char. 52. quæ dicit, ꝙ pro bonis ſeudalibus exca
dentialibus, & mortitijs, pro quibus baro præſtat debitū
ſeruitium, non ſiat contributio in collectis, quia præſtat
ſeruitium pro ſeudo. Poteſt ergo ſeudum baroniæ habere
ſeuda ſub ſe, quę debent ſeruitium militare, vel debent ſol
uere adoham, quando imponitur, & habent naturam ſeu-
di. poteſt etiam habere bona burgenſatica, quia non quic-
quid eſt intra fines ſeudi, cenſetur feudale. quia intra fines
feudi poſſunt eſſe bona burgenſatica, vt dicit Andre. in di-
cta l. imperialem. §. illud. & infrà in cooſtitutio. ſi dubita-
tio. &

tio.& ſuprà in conſtitu.ab officialibus.& in capit. 1.quali-
ter vaſal.iur.debit.fidelita.circa finem. Et ideo ſicut per iu-
ra prædicta nõ ſequitur, quicquid eſt intra fines regni con
ceſſi per Papam regi, non eſt feudale, ſic etiam non eſt feu-
dale, quicquid eſt intra fines feudi, niſi probetur eſſe feu-
dum, quia quælibet res libera cēſetur, niſi ſerua probetur,
vt dicitur in d.conſti.ſi dubitatio. Item baronia põt habe-
re bona redditiua cenſus, & bona emphyteutica, quæ licèt
ſint intra fines feudi, non tñ ſunt feudalia feudi, niſi proben
tur eſſe conceſſa ſecundùm naturam feudi. Et ex hoc ſe-
26 quuntur duæ concluſiones. † Prima, quòd ſi de iſtis feu-
dis ruſticis, quę non habent propriam naturam feudi, fiat
alienatio, vel contractus cum conſenſu baronis tantùm, ꝙ
valet alienatio, & non requiritur conſenſu regis. Secunda
concluſio ſit iſta, ꝙ ſi fiat alienatio de ſupradictis feudis ru
ſticis, quæ non præſtant ſeruitium perſonale, vel adoham
ſed ſolum certos annos redditus, ꝙ nõ poteſt fieri per alie-
nantem reuocatio virtute huius conſtitutionis. & ſi alie-
natur, & traditur poſſeſſio, habet locum perditio rei, & ap
plicatur domino, per l.fi.C.de iure emph. Aret.in §.adeo.
inſti.locati.niſi probetur, quòd res ſit cenſualis, vt in c.con
ſtitutus.de religio.domi.vel non ſit proceſſum ad traditio-
nem.nunquam enim perditur res feudalis, vel emphyteu-
ca alienata ſine conſenſu domini, niſi ſit proceſſum ad tra-
ditionem, vt dicit And.in c.1.de vaſal.qui contra conſtitu.
Loth.& ibi dixi, & Bal.in l.imperialem.2.colum.in princ.
& in c.1.§.aut ſi libellario.in 4.col.quib.mod.feu.amit.&
in c.1.§.hoc quoque.de ſucceſ.feu. & ideo ſi alienans reuo
caret alienationem de dictis feudis, & dominus poſtea cõ
ſentiret, illa reuocatio nulliter eſſet facta, & ſi nõ conſenti
ret, poſſet agere rei vendicatione ad rẽ ipſam propter con
temptum ſuum, vt habetur in l.2.C.de iure emphyt.&
27 iſtam limitationem no.ad iſtam conſtitu. † Secundo quæ-
ro, vtrum iſte aſſenſus regius in feudis debeat de neceſſita-
te probari in ſcriptis, ſecundùm ſtylum regiæ cancellarię,
vel ſufficiat, quòd probetur per teſtes, quod rex aſſenſit.
iſtam quæſtionem bene examinaui in deciſio.meis, deciſ.
398. Tertiò quæro, quid ſi rex dato ſibi memoriali, in quo
ſupplicatur, ꝙ aſſentiat in forma ſuper alienatione feudi fa
cta, vel facienda, rex ſcribit, fit, & antequam conficiatur
priuilegium cum ſigillo Regis, alienans reuocat alienatio-
nem virtute huius conſtitutionis, an poſſit fieri iſta reuo-
catio? Iſtam quæſtionem examinaui in deciſio.meis, deci-
ſio.253. Quarto quæro, quid ſi rex aſſentit alienationi feu-
di, deinde moritur venditor ſine deſcendentibus, & agna-
tis, & ſi feudũ debeat aperiri regiæ curię, vtrum ille aſſen-
ſus præſtitus in venditione, vel alienatione feudi, præiudi-
cet regi in hoc iure ſibi ſuperuenienti? Dixi poſt Andr. in
c.1.qui ſucceſſo.teneantur. & vide deciſionem meam 112.
Quintò quæro, vtrum vxor ſoluto matrimonio per mor-
tem viri poſſit impetrare regium aſſenſum ſuper obliga-
tione bonorum feudaliũ pro dote, ita quòd ſibi proficiat,
non obſtante reuocatione facta de ipſa obligatione bono-
rum feudalium per hæredem obligantis? Vide in deciſio.
meis, deciſio.152. Et quid ſi per mortem viri ſine filiis, vel
per eius rebellionem feudum eſt apertum fiſco, & vxor pe
tit aſſenſum ſuper obligatione bonorum feudaliũ pro do-
te, vtrum fiſcus debeat ſibi præſtare aſſenſum? Vide deci-
ſionem meã 385. Et vtrum vxor, quæ impetrauit regium
aſſenſum poſt mortem mariti ſuper obligatione bonorum
feudalium pro reſtitutione dotis, intelligatur in ſubſidium
quando non ſunt bona burgenſatica? Dixi infrà in conſti.
28 ſi dominus vaſallum.rub.12.in 4.no.† Sextò quæro, vtrum
aſſenſus regis præſtitus ſuper executione facienda ſuper
feudo virtute ſententiæ, ſi reperiatur executio facta ſuper
feudo, & ſic minus legitimè, an ille aſſenſus validet eam?
Dic quòd non, per id, quod dicit Bald in cap.at ſi clerici 8.
colum.de iud.vbi dicit, quòd diſpenſatio habita ſuper be-
neficiis habitis non trahitur in habendis, & vide deciſio-
nem meam 155. & vltra ibi dicta allego nunc id, quod di-
cit Pau.de Caſt.in l.ſi quis filio.§ irritum.ff. de iniuſto ru-
pto irrito teſtamen.vbi dicit, quòd ſi emphyteuta, vel feu-
datarius vendit rem irrequiſito domino, & ſic cecidit in
commiſſum, poſtea videns, quòd malè fecit, impetrat aſ-
ſenſum a domino, quòd poſſit vendere cuicunque, con-
cludit, quòd talis aſſenſus non operatur circa præteritam
alienationem ignoratam per dominum, vt ibi latius per
eum. Et iſtud dictum allegauit Alexand. de Imol. in 5. vo-
lum.conſil. 146. incipien.in cauſa, & lite vertente. Facit,
quod voluit Bald. in l.bonorum.penult. colum. C.qui ad-
mitti, verſic.extrà quæritur. Septimò quæro, ſi aſſenſus eſt
præſtitus, vt alienetur feudum Titio, & fuit venditum Sem
pronio? Concludit Andre.in l. imperialem, quòd quoad
Sempronium nihil ualet aſſenſus, & ibi dixi in 12. not. in
29 1.q.† Octauò quæro, quid ſi rex præſtitit aſſenſum ſuper
venditione feudi facienda ad partes, poſtea conuenerunt
de pignorando feudum, vel impetrauit aſſenſum ſuper do-
natione facienda, & non fuit donatum, ſed venditum, vtrũ
valeat aſſenſus? Andre.in d.l. imperialem.dicit, quòd non
valet, allegat iura uulgaria, ſed ego allego text. in ſpecie, in
l.ſi pupillorum.§.ſi prætor. ff.de reb. eor. & ibi dicit Bald.
quòd ſi permittitur, quod eſt maius, non videtur permit-
ti, quod eſt minus. & ad hoc multa iura allegat Andre in
d.l.imperialem in additio.ſua, quæ incipit, expreſſum eſt
o in contrario caſu. Nonò o quęro, vtrum aſſenſus præſtitus,
quòd poſſit vendere cuicunque fideli, extendatur ad pro-
miſſionem de uẽdendo? Dic quòd non, quia ille, qui pro-
miſit vendere, non dicitur uendere. c. ſi facta.ſi de feu.ſue.
controuer. Inde dicit Bald.in l.1.C.de pact. pignor. quòd
ſi de qualibet venditione rei debeat ſolui gabella, non de-
bet ſolui de promiſſione de vendendo, per text. in l. in bo-
næ fidei. in fin. de eo quod certo loco. & ibi per Paul. de
Caſt not.in capit.cum ueniſſent de inſtitut. debuit ergo im
petrari aſſenſus ſuper promiſſione de alienando feudum,
30 † quia promiſſio de uendendo feudum eſt prohibita, quia
per eam peruenitur ad venditionem. & cum quid prohi-
betur, prohibetur omne, per quod peruenitur ad illud.l.
oratio.de ſponſal.& not. Bald. in l.1.C. ſi rector prouinc.
Barto.in l.cum lex ff.de fideiuſ. Decimò quæro, quidam
promiſit vendere feudum, & ſuper iſta promiſſione inter-
uenit regius aſſenſus, deinde ſequitur venditio, antequam
impetretur aſſenſus ſuper uenditione, venditor reuocat uẽ
ditionem, an ſit reuocata? Dic quòd non potuit fieri reuo-
catio, quia venditio illa eſt executio promiſſionis, & con-
ſenſus præſtitus in officio, videtur præſtitus in eius execu
tione, gloſſ.eſt in l.Lucius Titius Cavum.ff.de adminiſtra.
tuto.quam allegat ad hoc Bald in l.fin. §. ſi autem inſti.C.
de bonis quę libe. Item qui implet conditionem contra-
ctus, non contrahit, nec quaſi contrahit, dicit Bal.in l.con-
ditionibus.ff.de conditio. & demonſtra. Sed tu ata hoc. Vn-
decimò quęro, quid ſi emptori feudi cum pacto de reuen-
dendo cum aſſenſu regio fiat promiſſio, ꝙ quando reuende
retur feudum ipſi venditori, promiſit illi emptori ſine re-
gio aſſenſu nulli alienare, niſi illi, an iſta promiſſio ſine aſ-
31 ſenſu regio obliget promittentem? † Tu diceres quòd non
quia ille, qui non poteſt alienare, non poteſt promittere, ut
dicit Bald.in l.fin. C.ad legem Falci. facit l.oratio.de ſpon-
ſa. ſed feudum non poteſt alienari ſine aſſenſu domini, er-
go promiſſio de non alienando alteri, niſi tibi pro certo
precio, non obligat. Sed ueritas eſt in contrarium, quòd
promiſſio prędicta obligat promittentem, & eius hære-
dem ad obſeruandam promiſſionem, actione quidem per-
ſonali, & nõ reali. ſicut dicimus in eo, cui facta eſt promiſ-
ſio de vendendo, quia ei nullum ius quęritur in re, ſed ſo-
la actio perſonalis contra talem promittentem, ne tenea-
tur ad intereſſe, ſi non uendat. l.ſi ſterilis.§.ſi fundum.ff.de
act. empti. hoc firmauit in re prohibita alienari Angel. in
conſil. 191.incipiente, ex forma, & ſerie dictorum inſtru-
mentorum. quem ad hoc allegat Alexand.in 2.uolu.conſi.
164.viſis duobus. & iſtud conſilium eſt duplicatum, quia
fuit poſitum in 1.volum. conſil. 68. & quando quis pro-
mittit aliquid facere, tenetur etiã eius hęres, ne dicta pro-
miſſio reddatur inutilis, ut dicit Ioan.de Imo. in l ſi ſic.la
grande, de uerbo.obliga. & Alexan.in 3.uolum.conſil.106.
incipien.

incipien. magnifice prætor. in 8. colum. & ſic tenetur hę-
res ad intereſſe, ſi non ſeruat promiſſionem prędictam,
quod tene menti, quia uidi aliquos ſuper hoc puncto gra-
uiter errare. & dicit Alexander, quòd uidit aliquos mul-
tùm ſuper hoc laborare pro reſponſione, & nun potue-
runt reſpondere. Nec obſtant in contrarium allegata, quia
uerum, quòd quoad ius reale in feudo, qui non poteſt alie-
nare, non poteſt promittere, ſecus quando promiſſio re-
ſpicit ius perſonale, ut ſi non poteſt adimplere promiſſa,
teneatur ad intereſſe, ut ſuprà dixi. & pro hoc bene facit id,
quod dicit Angel. in l. qui Romę. §. cohęredes. ff. de uerbo.
oblig. quòd licet quis promiſerit alteri non uendere, hęc ta
men promiſſio non afficit rem, ut ſi fecit, uenditio non te-
neat, quia imò tenet, & transfertur dominium. & uide pro
hoc Barto. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.
& pro iſta deciſione ultra ſupradicta allego Bald. in l. 3. §.
fin. C. commun. de leg. ubi dicit, quòd qui non poteſt alie-
nare, poteſt perſonaliler obligare, & ſic perſonalis obliga-
32 tio non dicitur alienatio, ut ibi per eum. † Duodecimò
quęro, ecce quòd ſecundùm ueritatem in feudis, quę prę-
ſtant ſeruitium, uel adoham, quę tenentur à barone, requi
ritur conſenſus regis, & baronis, utrum ſi rex conſentit, &
baro non uult conſentire, poſſit rex conſentire etiam no-
mine baronis? Vide quę dixi in d. l. imperialem. in 12. not.
in 9. quęſt. & vide ad hoc Barto. in l. ſi cum dotem. §. eo au-
tem tempore. ff. ſolu. matrimo. vbi dicit, quòd quando de-
negatur aſſenſus ſine iuſta cauſa, poteſt iudex ſuperior per-
mittere, quòd contrahatur ſine illius aſſenſu, & ibi uide
Alexand. Et propterea dicebat Barto. in l. 1. §. permittitur.
ff. de aqua quoti. & æſti. quòd ſi finita eſt emphyteuſis,
quia fuit conceſſa uſque ad tertiam generationem, & do-
minus non uult concedere illi de quarta, poſtquam finita
eſt tertia generatio ſine iuſta cauſa, quòd iſte de quarta po
teſt appellare. Item facit id, quod dicitur, quòd ſi parte non
vult conſentire filio in iudicio, iudex poteſt pro patre con
ſentire, vt dicit Barto. in l. cum oportet. §. neceſſitatem. C.
de bonis quæ liber. Item facit id, quod dicit Abba. Sicu. in
c. nullus. & in cap. paſtoralis. de iure patro. quòd ſi ille, qui
debet conſentire, non vult cōſentire, nec habet iuſtam cau
ſam denegandi aſſenſum, poteſt haberi recurſus ad ſuperio
rem. Idem Abb. Sic. in capit. quod Dei. in fi. de ſtatu mona
co. Item licet aſſenſus ſit de gratia, niſi in certis caſibus ut
dixi poſt Andre. in conſtitut. ſi quis poſt litem. tamen ſi ſi-
ne cauſa denegatur, fit iniuria petenti, ſicut dicimus, quod
poſtulatio eſt gratia, & ſi non admittitur ſine cauſa, fit in-
iuria, vt in c. bonæ. & c. penul. de poſtula. prælato. nam gra
tia quandoque eſt debita, ſcilicet quando ſubeſt iuſta cau
ſa illam faciendi, ut not. gloſ. 1. q. 7. cap. exigunt. Abb. in ca.
33 bonæ memorię. lu ſecundo, de poſtul. pręlato. † Decimo-
tertiò quæro, primogenitus regius eſt vicarius generalis re
gni, emit feudum quaternatum ſine regio aſſenſu, utrum
valeat iſta venditio, ſicut ſi ipſe rex emiſſet, in qua non re-
quiritur alius aſſenſus, vt dicit Alber. de Roſ. in l. ſi conſen
tiente. ff. de manumiſ. Et an venditor potuit reuocare ip-
ſam uenditionem tanquam factam ſine regio aſſenſu? Illā
quęſtio. examinaui in d. l. imperialem. in 12. not. & ibi
ſunt alię quęſtiones in materia aſſenſus, quę hic non tan-
guntur. Decimoquartò quęro, quidam uendit feudum,
& antequam ſit impetratus aſſenſus, reuocauit per iſtam
conſtitutionem dictam uēditionem ſecretè, ignorante em
ptore, poſt reuocationem impetratur aſſenſus regis ab em
ptore, poſtea emptor intellexit dictam reuocationem, &
querelatur de ipſo, quòd eum decepit, ille uenditor dicit,
ego ſum paratus dictam reuocationem factam reuocare,
utrum iſta reuocatio dictę reuocationis confirmet dictam
uenditionem? Et quid ſi uenditor feudi, non ſoluto inte-
grè pretio, reuocat uenditionem, & poſt ipſam reuocatio-
nem ignoratam per emptorem emptor impetrauit aſſen-
ſum, & poſt impetratum aſſenſum, uenditor poſtquam re-
uocauit, recepit pretium ab emptore, utrum iſta receptio
pretij operatur receſſum à dicta reuocatione? Vide, quę
ſcripſi in dicto 12. no. ubi examinaui 35. quęſtio. ſuper iſta
materia regij aſſenſus. ſic etiam facit hic Andr. qui repilo-
gat quæſtiones, quas ipſe tetigit in d. l. imperialē. & remit-
34 tit ſe ad dicta per eum ibi. † Sextò no. ex tex. ibi, tranſactio-
p nes etiam. quod ſuper feudis tranſactio inter partes ? eſt
ipſo iure nulla ſine regio aſſenſu, & hoc eſt ius nouum in
regno, quia de iure communi feudorum aliud eſt, ut dixi
ſuprà eodem in princi. Sed an tranſactio ſuper victu & mi
litia debita ſuper feudis fratri ſecundogenito valeat ſine re
gio aſſenſu? Videtur quòd non, quia victus & militia debi
ta fratri ſuper feudis eſt portio feudi. Ita dicitur infra in
conſtitut. comitibus. ergo non ualet ſine regio aſſenſu, per
iſtam conſtitut. In contrarium facit id, quod dicit Andrę.
in allegata conſtitu. comitibus. quòd partes ſolent ſe con-
cordare ſuper iſto victu, & militia, fuit in ſacro cōſilio cō-
cluſum, quod ſi eſt quæſtio inter fratres, an victus & mili
tia debeatur, tunc non ualet tranſactio ſine conſenſu Re-
gio. Sed ſi eſt quęſtio inter fratres, quantum ſit ipſe uictus
& militia, tunc ualet tranſactio ſine regio aſſenſu, & ita la
tius firmaui in repeti. l. imperialem. §. pręterea ducatus. in
6. char. Nec obſt. quòd tranſactio ſuper alimentis futuris
ſine decreto non ualet, ut in l. cum hi. ff. de tranſact. & in l.
de alimentis. C. eo. tit. quia non per omnia uictus & mili-
tia ſunt ſicut alimenta, ut dicam infrà in conſtitu. comiti-
bus. Sed quid ſi frater ſecūdogenito, qui tranſegit cum pri-
mogenito, dicat ſe deceptum, quia pro modica quantitate
tranſegit, an conſtito de hac lęſione, puta per inſtrumen-
ta de prompta, poterit agere, non obſtante tranſactione?
Dic ꝙ non, quia magnum commodum conſecutus eſt per
tranſactionem, quia receſſum eſt à lite, ut eſt tex. in l. Lu-
cius. §. fi. ff. ad Trebel. & habetur in c. 1. de tranſact. Et uo-
to, ꝙ ponderes iſtam cōſti. ad hoc, ꝙ ualet ſtatutum prohi-
bens certo caſu tractionem fieri inter partes, ſecus ſi gene-
raliter fuiſſet prohibita in omni caſu tranſactio, tunc non
ualeret ipſum ſtatutum, ita bene firmat Ioan. Baptiſta de
34 S. Seueri. in ſuo tracta. de tranſa. q. 22. † Septimò no. ex tex.
ibi, iuſiurandum. ꝙ Imperator, uel rex in regno poteſt an-
nullare iuramentum interponendum in cōtractu per par-
tes. Et hoc procedit, quando illud iuramentum eſſet con-
tra publicam utilitatem, ut hic, nam feuda proceſſerunt a
publico, ut §. optimum. in authen. de exhib. & intro. reis.
Et ideo potuit omnem alienationem iuratam ſuper re feu
dali ſine regio aſſenſu annullare, hoc uidetur reprobare
Bald. in l. ſi. C. de non nume. pecu. ubi dicit, quòd lex ciui-
lis poteſt abſoluere a iuramento contra publicam utilita-
tem præſtito. & ſic intelligitur id, quod dicitur in l. adigere
§. fui. ff. de iure patro. quòd lex ciuilis habet uim apoſtolici
quoad remiſſionem iuramenti, ſcilicet interpoſiti contra
publicam utilitatem. & ita firmauit Alex. in 3. nolu. conſi.
38. incipiente, uiſa petitione. in 4. colum. & in 4. uol. conſi.
99. in fine. incipiente, uidetur prima facie. Et pro hoc facit,
quia ſemper in omni loquela intelligitur excepta publica
utilitas, ut firmat per multa iura Andrę. Barba. in conſ. 43.
incipiente, pręclarè ſcribitur iudic. & c. in uigeſima colum
36 na. † Eis enim, quę ſunt pro bono publico introducta, non
poteſt etiam cum iuramento renunciari, quia contra bo-
q nos ꝗ mores, not. per Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. &
in c. 2. de maio. & obed. cap. non eſt obligatorium. de regu.
iur. libro ſexto, qui enim legem contemnit, moribus abuti-
tur religione proſtrata. ff. de iuſti. & iure. l. ueluti. & l. iuſti-
tia. §. iuris pręcepta. & ideo nō obediendo principi, peccat
mortaliter c. 2. de maio. & obed. ergo tale iuramentum tan-
quam reprobatum non eſt ſeruandum. uerba ſunt Angel.
in conſi. 160. incipiente, pro deciſione 3. colum. Aliàs ceſ-
ſante publica utilitate princeps ſecularis nihil poteſt ſuper
remiſſione iuramenti, ut uoluit Hoſtien. & Ioan. Andr. &
alij in cap. quemadmodum. de iureiuran. & ideo ſtatutum
laicorum non poteſt ſuper iuramento diſponere, quia iu-
ramentum ſpectat ad eccleſiam. ca. fin. de foro competen.
lib. 6. hoc firmauit Alexan. in 1. uolum. conſi. 59. incipien-
te, circa primum quęſitum. 4. col. verſi. præmiſſis non ob-
ſtantibus. cum ſequenti col. & allegat Io. de Imo. in repeti.
c. cum contingat. in 3. membro. dum dicit, ꝙ ſi ſtatutum
inua-

innalidat contractum iuratum, tunc poteſt recurri ad fo-
rum eccleſiaſticum, vt cogatur iurans ad obſeruationem
iuramenti. fatetur tamen, ꝙ contractus erit nullus propter
reſiſtentiam legis, per l. cum leg. ff. de fideiuſ. ſed iuramen-
tum obligauit, & ibi latius per eum. & per Luc. de Pen. in
l. nulli. C. de fundis patrimo. li. 11. vbi tenuit, ꝙ iſte impera
tor non potuit annullare iuramentum ſuper contractu rei
feudalis ſine eius aſſenſu. ſed ſe ipſum feſellit, quia propter
publicam vtilitatem hoc potuit, vt ſuprà dixi. imò contra
37 eum facit alia ratio, †ad hoc vt iuramentum liget, oportet
ꝙ ſit præſtitum ſuper re non prohibita. l. ſi quis inquilinus.
§. fi. ff. de leg. 1. l. non dubium. C. de legi. Sed iuramentum
ſuper alienatione feudi eſt interpoſitum, lege reſiſtente, &
prohibente, ergo iuramentum non valet. Bene facit ad hoc
conſi. Bal. in 3. volu. conſi. 132. incipi. ſtatutum. Item vera
concluſio eſt, ꝙ iuramentum poteſt remitti per illum, cu-
ius fauore eſt præſtitum, vt dicit Sali. in auth. ſacramenta
puberum. C. ſi aduer. vēd. per id, qđ habetur in l. ſi libertus
non aluerit. ff. de bo. libe. & l. fin. ff. qui & à qui. & firmat
Io. An. in cap. 2. de ſponſal. & Bart. in l. 1. §. & poſt operis. ff.
de oper. no. nun. hinc eſt, quod dicit Bald. in l. 1. ff. de acce-
ptila. ꝙ iuramentum homini præſtitum poteſt per homi-
nem relaxari, ergo poteſt princeps ſecularis ex cauſa remit
tere, quia id, quod poſſunt partes facere, poteſt princeps ſe-
cularis, vt dicit glo. in rub. C. de decurio. ſed ſine cauſa non
poſſet, vt firmat dn. Andr. Barba. in conſi. 21. incipi. & qui-
dem viſo puncto &c. in 3. col. Et de iſta materia uidelicet,
vtrum ſtatutum laicorum, vel princeps ſecularis poſſit in-
fringere, vel annullare iuramentum interponendum ſu-
per cōtractu futuro ex cauſa. Et quid ſi iam incidit in per-
iurium, vide copioſè Alex. in 1. volu. in allgato conſi. 59. &
Bart. in l. omnes populi. in 3. q. principali. ff. de iuſtit. & iur.
38 & Alex. in 1. vol. conſi. 125. vbi tenet, †quòd in quantum iu
ramentum dirigitur Deo, princeps ſecularis nō poteſt in-
fringere iuramentum, quia tunc iuramentum non noſci-
tur ſubeſſe legibus humanis, vt in cap. licèt. de regula. & vi
res iuramenti conſiſtunt in ſpiritu & anima, quæ ſubdita
eſt ſoli Deo, arg. c. tuam. de ordi. cogn. & Fede. de Se. conſi.
282. ſed quantùm ad partem annullando illud iuramen-
tum, bene poteſt, de quo per Ioan. And. in d. c. 2. de ſponſa.
latius per Felt. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitut. &
in capit. 2. de maio. & obedien. & latè per Abbat. Sicu. in 1.
volum. conſil. 71. incipiente, quinque dubia, & c. in primo
dubio, vide 40. alias remiſſiones, quas ponit Felin. in d. cap.
eccleſia, chart. 87. in 4. colum. vltra eum vide conſilium
Ioan. de Imol. 74. incipien. in caſu præmiſſo. Et ſcias, quòd
vbi princeps diſpenſat contra iuramentum, & illa diſpen-
ſatio eſt cum cauſa, vel ratione naturali, non poteſt dici,
quòd ſit contra virtutem iuramenti, ſecundùm Bald. in d.
authentic. ſacramenta. & ita refert tenuiſſe Rapha. Fulgo.
ibi. do. Philipp. Corneus in 4. volum. conſil. 252. vt ibi la-
39 tius per eum, vide Iaſ. in l. fina. ff. qui ſatiſd. cogan. †Octa-
uò not. ex text. ibi, eiſdemque contrahentibus. quòd iſte
text. probat, quòd contrahentibus tantùm, & ſic non eo-
rū hæredibus, permiſſa eſt reuocatio alienationis feudi ſi-
ne regio aſſenſu. & pro hoc facit. l. fin. C. de reuoca. donat.
vbi ius reuocandi propter ingratitudinem non tranſit ad
hæredem, capitu. fina. de donatio. & maximè fauore dotis,
per l. ſi ego. ff. de iure doti. Faciunt ſcripta per Bald. in l.
qui Romæ. §. Flauius. ff. de verborum obligation. Sed in
contrarium facit id, quod dicit Bald. in l. 1. in 7. colu. C. ne
ex delic. defuncto. vbi expreſsè firmat, ꝙ hęres poteſt reuo
care confeſſionem defuncti tanquam erroneam, allegat
gloſ. ordinariam. ff. de appell. l. creditor. §. iuſſus. & pro hoc
videtur text. in l. non idcirco. C. de iur. & fac. igno. Idem di
cit Bald. in l. error. C. eod. titu. & voluit Bald. in l. Titia. §.
Caius. ff. de lega. 2. Item quia defunctus. i. contrahens &
eius hæres eadem perſona finguntur, vt in auth. de iureiur.
à mori pręſti. in princip. & per Dyn. in regula, ratum quis.
lib. 6. not. Bart. in l. 2. ff. de pręto. ſtipu. ſed ſi defuncto, qui
contraxit, licitum fuiſſet, alienatum feudum iure proprio
reuocare ante impetratum aſſenſum, ergo & eius hæredi.

Nec ob in contrarium allegata, quia illi ſunt caſus ſpecia-
les. Et licèt tex. iſte ſolùm permittat reuocationem contra-
hentibus, appellatione contrahentium veniunt etiam eius
hęredes, per text. in l. ſi pactum. ff. de proba. & ita vidi fuiſ-
ſe interpretatam præſentem conſtitutionem à ſapientibus
40 regni. †Nonò not. ex text. ibi, iure proprio prædicta omnia
reuocare. caſum expreſſum, in quo licet venire contra pro-
prium factum, etiam iuratum cum pęna, & non incidit cō
traueniens in periurium, nec in pœnam. Et ratio eſt, quia
contractus ſuper re feudali eſt prohibitus fauore publico,
ideo licet contra factum proprium venire, quia vbi verſa-
tur publica vtilitas, licet venire contra factum proprium,
hoc expreſsè dicit Bald. in l. ſi tibi C. de euic. Item, quia ex
quo alienatio eſt à iure prohibita, ipſemet poteſt reuocare
ſecundùm Bal. in l. quoties. verſi. ex his infertur. in princip.
2. col. C. de fideicommiſ. per l. iubemus. C. de ſacroſan. ec-
cle. & firmat not gloſ. & Doc. in l. poſt mortem. ff. de ado. Sed
ſatis obſtat id, quod dicit Ioan. de Platea in l. omnes. C. de
aquæductu. lib. 11. vbi dicit, ꝙ quanquam non teneat con
ceſſio rei. de iure tamen concedens non poteſt contraueni-
re, & ſi contrauenerit, inde compeſcet contrauentionem,
ſed ibi ponitur caſus ſpecialis. Et ſic patet, quod hodie in re
gno contractus ſuper re feudali etiam cum iuramento, &
pœna de ſui natura eſt contractus reuocabilis, ſicut eſt con
tractus innominatus, vt in l. ſi pecuniam. ff. de cond. ob cau
ſam. & donatio cauſa mortis, vel teſtamentum, & vltima
voluntas, & in precario, vt in l. cum precario. ff. de precar.
Et hoc antequam aſſenſus regis interuenerit. & ſic, ſi hypo
thecantur feuda pro debitis contractis pro cauſa dotis vxo
ris, vel mutui, aut depoſiti, contrahens, qui obligauit feu-
da. poteſt iure proprio reuocare ipſam hypothecam, & ſi
poſt reuocationem rex conſentiret hypothecationi, ex quo
reperitur contractus reuocatus quoad hypothecam, aſſen-
ſus regis non conualidat hypothecam reuocatam iure lici-
to, per iſtam conſti. quia qualitas iſta reuocationis factę fa
cit cēſeri aſſenſum regium ex poſt pręſtitum diuerſę natu-
ræ ab aſſenſu, qui interponitur in hypotheca feudi, non re
uocata iure proprio, & pro hoc bene facit glo. in c. licet ca-
non. in verbo, pariochialis. de elec. li. 6. dum allegat c. ſtatu
41 tum. eod. tit. & lib. † vbi ſtatutum de faciendo ſe promoue-
ri ad ſacerdotium intra annum ſub pœna, non habet lo-
cum in eccleſia collegiata, quia qualitas illa, quia collegia-
ta, diuerſificat deciſionem. Item quando rex aſſentit, non
fuit facta mentio de reuocatione hypothecæ, & conſequē-
r ter aſſenſus eſt ſubreptitiè impetratus. Et qa gratia r aſſen-
ſus intelligitur, rebus ſic ſe habentibus, id eſt, ꝙ non ſit fa-
cta reuocatio, vt dicit Luc. de Pen. in l. cum allegatis. de re
milita. lib. 12. Faciunt not. in l. qđ Seruius. ff. de condictio.
ob cauſam. Bene facit id, quod ſcribit Alexan. in l. qui Ro-
mę. §. duo fratres. ff. de verbor. obligatio. Item inquantum
ſuprà eodem in 8. not. dixi, quòd hæres, vel agnatus alie-
nantis feudum ſine regio aſſenſu, qui non reuocauit aliena
tionem, poteſt poſt mortem alienantis reuocare vigore hu
ius conſtitutionis, per iura ibi alleg. Quæro, quid de filia
fœmina, an admittatur ad reuocandum feudum aliena-
tum per ſuum prædeceſſorem ſine aſſenſu, ſicut admitti-
tur ad ſuccedendum? Hoc dubium tetigi in c. 1. §. hoc quo-
que. vlti. col. de ſucceſſio. feudi. Item eſt ſciendum, ꝙ ſi con
tractus ſuper re feudali celebratus fuit conditionaliter, pu
ta ſi rex conſenſerit, tunc antequam princeps fuit rogatus
de aſſenſu præſtando, & noluerit aſſentire, contractus ſtat
in pendēti, & non poteſt reuocari, ſed debet expectari euē
tus conditionis, quia conditionalis contractus non dici-
tur perfectus. l. neceſſariò, & l. ꝙ ſi pendēte. ff. de pericu. &
42 commo. rei vendi. †Hinc eſt, ꝙ dicimus, ꝙ ſi fiat donatio
ſub conditione. ea deficiente, donās habet omne ius, quod
primò habebat, vt dicit Odoſ. in l. ea l. in ſin. C. de condi. ob
cauſam. allegat multa iura ad hoc, ut ibi per eum. Et ideo
dicebat Bal. in c. 1. §. denique. in 2. col. quæ ſit prima cauſa
benefi. amit. ꝙ ſi alienatur feudum, ſaluo aſſenſu domini,
ſi fuit dictum, & non aliter nec alio modo, tunc pars non
intendit alienare niſi cum conſenſu domini, hanc conclu-
ſionem

ſionem, ſcilicet, quòd ſi venditur feudum ſub conditione,
ſi dominus conſentit, ꝙ valet venditio quoad hoc, vt non
poſſit reuocari, niſi primò dominus interpelletur. Firmat
Lucas de ciutate Pennę in d.l. nulli.C. de fundis patri. lib.
11.Sed vtrum, vbi perditur feudũ per alienationem ſine aſ-
ſenſu domini, vel inquantum de iure poſſum, perdatur feu
dom? Bal.in c.1.§.hoc quoque.7.col. de ſucceſ.feud.tenet,
ꝙ non perditur feudum, ſed Abb.Sic.in c.ex parte.de feu-
dis. dicit, ꝙ perditur feudum, quia factum ſubſequens eſt
contrariũ proteſtationi, niſi adiecisset ſupradicta verba, &
non aliter, nec alio modo, & pro hoc Bald.in l. vnica.C.de
his quæ pœ.nomi.de quo plenè per Fely. in c.quæ in eccle
ſiarum, char.57.de conſtit.& vide notabile conſilium Bal.
in 3.volu.conſilio 9.vbi notabiliſſimè loquitur vltra alios.
43 † Secundò quæro, pone ꝙ habens feudum quaternatum il
lud vendidit, ſaluo regio aſſenſu, & recipit pretium, poſtea
reuocat, & in reuocatione non dicit, ſeparatum reſtituere
pretium venditori, nec illud depoſitauit, nec reſtituit, vtrũ
teneat reuocatio ante regium aſſenſum facta? Videtur ꝙ
non teneat, quia iſta conſtitutio permittit reuocationem
iure proprio, ideſt, ſpeciali virtute pręſentis conſtitutio-
nis, & ſic permittit diſplicentiam, & non videtur diſplice-
re, ſi retinet pretium, vt inquit Bal. C. de contrahen.empt.
l.fi.in 5.col.ver.item obſtat dicta lex, ꝙ ſi nolit.verba enim
effectualiter ſunt intelligenda, vt dicit glo.in ca. penult. de
appellatio.in 6.reddi ergo debent pretium, vbi contractus
reſcinditur, vt in l.emptorem. §.ibidem.ff.de act.emp.quẽ
ad hoc allegat Bald.in l.3.§.fi.C.commu.de leg. In contra-
rium eſt veritas, ſcilicet, ꝙ non requiritur, ꝙ pretium rece-
ptum offeratur ad effectum validandi reuocationem, quia
hoc non dicit iſta conſtitutio, quę eſt diſpoſitio iuris noui
ſuper reuocatione alienationis feudi. ſed de pretio reſtituẽ
do, & an debeat fieri, nihil hic dicitur, & propterea gl.in l.
44 imperialem.in prin.de prohibi.feu.alie.per Fed. † Quærit,
an pretium rei feudalis ob alienationem ſine domini con-
ſenſu facta debeat reſtitui emptori per venditorem, vel do-
mino in cuius iniuriam facta fuit alienatio? Et dicit, ꝙ bo-
næ fidei emptor recuperat pretium, ſed malę fidei emptor,
qui emit contra legis prohibitionem, ſciens rem eſſe feuda
lem, non recuperat pretium, & ſic tenet, ꝙ applicatur do-
mino, qui fuit contemptus.glo.eſt in c.1.§.& res in verbo
proximiori.per quos fiat inueſt.& gl hic ſuper verbo, nul
lam omnino. Sed aduerte, quia hodie in regno non eſt ſic
prohibita alienatio feudorum, ſicut eſt prohibita de iure
communi feudorum, vt dicunt hic gl.& An.quaſi velit hic
And.ꝙ ex quo venditor iure proprio, ideſt, ſpeciali, poteſt
reuocare alienationem feud. tamen ſi conuenietur ab em-
ptore, ꝙ reſtituat pretium, poſtquã diſplicuit vẽdere, tene
tur venditori reſtituere pretium. Ita dicebat dominus An-
to. de Alexand. vis ſummi ingenij, dum ſimul haberemus
verbum de hoc dubio, & ego dixi, quòd ita tenebat etiam
hic glo.ſuper verbo, nullam omnino, quæ dicit, quòd non
ſolùm bona fide emens recuperat pretium, ſed etiam po-
teſt agere ad intereſſe, vt ff.de contrahen.emp. l.& liberi.&
inſti.de emp.& vendi.§. fina. quod non eſt ſic de iure com
muni, quo iure per alienationem perditur feudum, & pre-
tium applicatur domino, vel fiſco. & ita vidi his proximis
diebus fuiſſe in practica obſeruatam. Aduerte tamen, quia
Iac.de Alnaro.in ca.ſi vaſallus.el 3.fi de feu.ſue. contro.di-
cit, ꝙ emptor feudi ſine aſſenſu domini, reſpectu venden-
tis, poteſt retinere feudum, donec ſibi reſtituitur pretium,
per l.ſi non ſortem. §.ſi centum.cum ibi no.ff.de condi. in-
debi. ſed non reſpectu domini reuocare volentis, per d. l.
45 imperialem.in princip.† Tertiò quæro, habens feudum, il-
lud hypothecauit pro certa quantitate pecuniæ mutuò re
cepta, ſaluo regis aſſenſu, & non aliter, nec alio modo, de-
mum iſte, cui primò hypothecatum fuit feudum, impetra
uit aſſenſum à rege. Sed antequam impetraſſet aſſenſum à
rege, ille debitor vendidit feodum cum regio aſſenſu, &
tradidit, an iſte creditor poſſit agere hypothecaria contra
emptorem? Dic quòd ille, qui impetrauit ſuper hypothe-
ca feudi, poteſt agere contra iſtum emptorem, licèt primò

impetraſſet aſſenſum. quia illa conditio, ſaluo regio aſſen-
ſu, & non aliter, appoſita in contractu mutui, & obligatio
nis feudi trahitur retro, ipſa veniente ad tempus contra-
ctus, per l. qui prior.& l. balneum. ff. qui potio. in pigno.
habe.& voluit Bartol.in repeti. l.ſi is qui pro emptore. ff.
de vſucap. in 5.quæſt.& in l. maritus.ff. de dona. inter vi-
rum & vxo. Alexand. in l.ſi filius.de verbo.obliga.bona gl.
in c.ſi tibi.de reſcript.lib.6.Bald.in l.1.an ſeruus ex ſuo fa-
cto.ablatiui abſoluti, vt ſuprà, inducunt conditionem, vt
inquit Bald.in l. 1.2. colum.C. quando lice. ab empto. di-
ſce. Bartol. in l.ab emptione.2.not.ff.de pac. Et hoc, quòd
aſſenſus trahatur ad tempus contractus, probatur per tex-
tum in l. 1.ff.qui potior.in pigno.habe. Fallit, quando duæ
obligationes conditionales diuerſis horis factæ eſſent vna
die, quia tunc illa dicitur antiquior, cuius dies primò ceſ-
ſit, licet poſterius ſit contracta, vt bene declarat Paulus de
46 Caſtro in l.ſi ex pluribus.§.Lucius Titius. ff. de ſol.† Quæ-
ro quartò, vtrum iſta reuocatio iure proprio ſecundùm
iſtam conſtitutionem habeat locum in feudis excadentia-
libus & morticiis & ſic de tabula, & ruſticis? Videtur quòd
ſic, quia iſta conſtitutio generaliter loquitur. In contra-
rium facit, quia in regno communis opinio eſt, quòd in
iſtis feudis ſufficit dominum immediatum conſentire, &
conſtitutio iſta dicit, quòd nulla alienatio feudorum valet
ſine regio aſſenſu, ergo non intelligitur de feudis excaden-
tialibus, in quibus ſolus baro debet conſentire. Item, quia
conſtitutio iſta permittit baronibus iſtas excadentias in-
feudare, & ideo ſi per eorum vaſallos ſine eorum conſenſu
alienentur, habet locum ius commune, vt perdatur feu-
dum per alienationem, & non liceat alienanti reuocare;
ſed glo hic in verbo.iuſtitiario.tenet contrarium, vt ibi di-
cetur. Quintò quæro, vtrum iſta reuocatio, de qua in iſta
conſtitutione, debeat venire in notitiam alterius partis ad
effectum, vt aſſenſus poſtea impetratus non valeat. Re-
ſpondeo, quòd ſicut quando tractatur de tranſlatione do-
minii, ſi procurator ad negotia eſt reuocatus, & poſtea alie
nat dominium domini, licèt ipſe procurator neſciat reuo-
cationem, tamen non transfert dominium, vt in l. ſi quis
prohibuerit. ff. de publiciana. curioſus enim debet eſſe ille,
qui contrahit, ut inquirat, an mandatum ſit reuocatum,
necne, ar.ff. de in rem uerſo.l.4.§.ſed & ſic.ſecundùm Bal.
47 in l.ſi procuratorem abſentem.ff.de procu. † quia in tranſ-
ferendo dominio requiritur voluntas domini.l. 3.§.ſubti-
litas.ff.de cond.ob cauſam.quæ uoluntas transferendi do-
minium deeſt, ſtante reuocatione, licèt ignorata per procu-
ratorem. ſic dicendum eſt in conceſſione hypothecæ, vt
non transferatur per regium aſſenſum impetratum poſt
reuocationem factam authoritate huius conſtitutionis, li-
cèt reuocatio fuit ignorata per impetrantem aſſenſum re-
gium, cum per hypothecam cum aſſenſu regis poteſt de fa-
cili perueniri ad tranſlationem dominij rei feudalis, & ſic
reuocatio nihil opereretur contra mentem huius conſtitu
tionis. Pręterea omnia iura, quę permittunt reuocationem
actus nulliter celebrati, non dicunt, ꝙ talis reuocatio inti-
metur alteri parti, ut no. in c.noſti. de ele.& in l. iubemus.
§.ſanè.C.de ſacroſan.eccl. & in l.poſt mortem. ff.de adop.
gl.in c.diuerſis.de cleri.coniuga.& in c.ſi quis presbytero-
rum. de reb.eccle.non alienan. nec iſta conſtitutio hoc di-
cit, nec nos dicere debemus, quia vbi lex nõ diſtinguit, nec
nos diſtinguere debemus.ff. de in ius uocan.l.quamuis. &
le.quęſitum. ff. de teſti.cum aliis concordantijs allegatis in
48 gloſſ.in l.de pretio.ff.de publiciana.† Item hypotheca ſuper
feudis afficit ipſam rem feudalem, & ideo nõ poteſt hypo-
thecari, ſecũdùm gl.hic. Sed ubi afficitur res, non cadit di-
ſtinctio ſciẽtæ, uel ignorantię ipſius reuocationis, ſicut di-
cimus in uitio litigioſi, ꝙ afficit rẽ, ubi non curatur de igno
rãtia, ſecundũ Bal.in l.cenſemus.C.de litigioſis. Et pro hac
deciſio.allego gl in c.per tuas.de condi.appoſitis.quã pon-
derauit Præpoſitus ibi, quę uult, ꝙ purificatio conditionis
non retrotrahatur in pręiudicium eorũ, quæ ſunt medio
tẽpore geſta, & ſic aſſenſus regis impetratus tẽpore in quo
reperitur facta reuocatio per iſtam conſtitutionẽ, non ope
ratur

ratur effectum in præiudicium reuocationis iam factæ fa-
cit, quod not. Barto.in l.ſi indebitum.§.1.ff.rem rat.habe.
Item quia aſſenſus non operatur in præiudicium reuoca-
tionis iam factæ virtute huius conſti. Sextò quæro de vna
noua quæſtione, quid ſi in alienatione feudi ſine regio aſ-
ſenſu adiectum fuit pactum, ꝙ non liceat reuocare autho-
ritate huius conſti. & ſi reuocauerit, nihil valeat reuocatio
niſi ſtatim ſit intimata alteri parti, & reſtituatur, quod ac-
ceptum eſt, vtrum illud pactum impediat reuocationem
49 iure proprio, vt hic dicitur. †Prima facie videtur dicẽdum
quòd tale pactum eſt ſeruandum, quia quis poteſt per pa-
ctum impedire id, quod ſibi à principio erat ſibi permiſ-
ſum, per not. per Bart in l.ſi quis in principio teſtamenti.
cum ſuis concordantijs.ff.de leg.3.Secundò iſtud pactum
reſpicit obligationem perſonalem, videlicet promiſſionem
de non reuocando alienationem, & ideo reſpectu obliga-
tionis perſonalis valet per id, quod dixit Bald.in l.3.§.fina.
C.commu. de leg. & dixi ſuprà in 6.not.in 9.q. Tertiò, va-
let promiſſio in eodẽ contractu nullo, quòd non allegabit
nullitatem contractus, vel compromiſſi, & ſi allegetur nul
litas, incidat in pœnam: certè poterit pœna exigi, ſi allege-
tur nullitas. Ita firmat Angel.in conſi. 200.incipiente A.&
B.contraxerunt.circa fi. maximè ſi talis promiſſio ſit iura-
ta, vt dicit Alex.in 2.volum.conſi.32. Quartò, dicit Beatus
Gregorius in Homilia Euangelij Aſcenſionis Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, veraciter fideles ſumus, ſi quod verbis ꝓ-
mittimus, operibus adimplemus. ergo dato, quòd poſtea re
uocetur alienatio contra pactum, iſte dicitur fidelis, & de
duobus malis minus malum eſt eligendum. l. ſi quis. §.1.
in fine. ff. de reli. & ſump. fune. l. quoties. ff. de reg. iuris,
ideo debemus dicere, quod dictum pactum eſt ſeruandũ,
vt euitetur infidelitas. Quintò, qui non ſeruat promiſſa
cum potuit, & debuit, dicitur eſſe in dolo.l.dolus.cum gl.
ff.manda.Alexan.in volum.3.conſi.41. Sed in contrarium
adducitur, non poteſt ius publicum pacto contrahentium
tolli.l.ius publicum. ff.de pact. And.in præludijs.8. colum
na. Sed reuocatio iſta permiſſa eſt propter ius publicum,
ne feuda, quæ procedunt à rege, minuantur. dicta leg.im-
50 perialem. ſæpius allegata, ergo &c. †Secundò reprobato
principali, reprobatur acceſſorium, & quicquid venit in
eius conſequentiam.ff.ad l.Falcid.l.Seiua.& Angerius.l.fi.
ff.de conſt.pecu.Auge.in l.vſuras.ff.de vſu.Iaſ.in l.eius qui
§.quas verò.ff.ſi cert.peta. Alber. de Roſa. in l.intelligere.
C.de luiti.pigno. Bald.in cap.1.de vaſallo decre. ætatis.ſed
contractus alienationis feudi ſine regio aſſenſu eſt ipſo iu-
re nullus, ergo & omnia pacta in eo appoſita. Tertiò, actus
qui poteſt interpretari dupliciter, in dubio debet interpre-
tari, vt minus obliget, vt dixit Bald.in l.Iulianus. §. propo-
nebatur.ff.de acquirend.hæred.hinc eſt, quod dicit Inno-
cent.in capitu.dilectus.de ord. cogni. per tex.in l.hæ enim
cauſæ.& l.Herennius. ff. de ſuſpe. tuto. quòd in dubio vi-
detur actor elegiſſe viam, per quam reus venit in minus
condemnandus. Sed iſtud pactum de non reuocando po-
teſt interpretari, quòd valeat, & non valeat, ergo debet in-
terpretari, quòd ſtantibus prædictis, non inducat obli-
gationem. Quartò, iſta conſtitutio dat poteſtatem om-
nia prædicta iure proprio reuocandi, & hæc prohibet om-
nia illa, quæ impediunt reuocationem, & per conſe-
quens pactum, quòd non poſſit reuocari, argumen.not.in
l.2.ff.de iuriſdi.omn. iudi. Quintò, ſi conſtitutio iſta per-
mittit venire contra factum proprium in principali con-
tractu, multò fortius in omnibus acceſſorijs contentis in
contractu, argumen. l. ſi vt certo. §. res quæ. ff. commo.
quia principale regulat acceſſorium, & non econtra, ſecun
dum Bald. in l. ſi plures.penul.col.C.de condit.inſer.& ſic
permittendo hæc conſtitutio reuocationem facti proprij
ergo & eius ſequelas, ſecundùm Bald. in l. poſtquam. C.
de hæredi. vel actio. vendi. Solutio. hanc vltimam partem
puto veram de iure, niſi iſtud pactum de non reuocando
factum eſſet ex interuallo, per l.ne caſu.C. de diſcuſſo.libr.
12. Secus ſi eſſet tale pactum actum in eodem contractu,
vel in alio contractu incontinenti cum eodem notario, iu-
dice, & eiſdem teſtibus, tunc iudicatur eſſe vnum inſtrumẽ
tum, vt dicit Bald.in l. Sempronium.ff. de leg.2. & dicitur
ineſſe contractui principali nullo, ſecundum Bald.in l.pe-
tens.vlti.char.C.de pact.& in l.penul.§.mulier.ff.ſolu.ma.
Alex.in 2.vol.conſi.25.viſo inſtrumento.in 4.col.& in iſto
vltimo caſu loquuntur argumenta pro iſta ſecunda parte.
51 Nec obſtat primum argumentum, †quia illud procedit, qñ
à principio gerebatur illud, quod erat permiſſum fieri, idõ
ſequens actus nullus non tollit præcedentem voluntatem
derogatoriam ſecundæ voluntati, ar.not. in c.licèt de iure
iur.libr.6. Sed contractus alienationis feudi eſt nullus, &
poteſt reuocari de iure, ideo non poteſt fieri pactum in cõ
trarium propter publicam vtilitatem, vt ſuprà dictum eſt.
Nec obſt.ſecundum & tertium argumentum, quia fateor,
quòd promittens ex interuallo tenetur ad intereſſe, vt ibi
dixi in 11.quæſt.Nec ob.quartum arg.quia verum eſt, ni-
ſi promiſſio fiat contra publicam vtilitatem, vt ſuprà dixi.
Nec ob. quintum argu. quia non dicitur eſſe in dolo ille,
qui facit contra factum proprium iure permittente, quia
dicit And.ſuprà in conſti. lite legitimè conteſtata, in fin.ꝙ
non dicitur fraudem committere, qui utitur legis admini-
culis, per l.1.C.de ſenten.præfecti prætorio. prima opinio
videtur æquior, ſed ſecunda iuſtior, ſtante diſpoſitione hu
52 ius conſtitutionis. † Decimò not ex text. ibi, arbitraria
etiam compromiſſo. quòd ſi fiat compromiſſum, ſiue in ar
bitrum & arbitratorem, ſiue in alterum tantùm ſuper re-
bus feudalibus ſine regio aſſenſu, tale cõpromiſſum eſt ip-
ſo iure nullum: & ſi feratur arbitrium, ſiue laudum ex ta-
li compromiſſo, nihil valet tale arbitrium, ſiue laudum, &
hoc vendicat ſibi locum in iſtis regnis vtriuſque Siciliæ
per iſtam conſtitut. Sed quęro pro declaratione, quid iu-
ris extra regna, an valeat compromiſſum ſuper rebus feu-
dalibus, & arbitrium ſine aſſenſu domini directi? Vide-
tur quòd ſit idem de iure communi feudorum, per d.l.im-
perialem, quę prohibet omne id, per quod peruenitur ad
alienationem feudi ſine conſenſu domini, & hoc videtur
tenere Andre. de Iſer. in capit.inter pares.de lege Corra.li-
cèt ille text. videatur ſonare contrarium, quia ibi exponi-
tur arbiter, ideſt iudex delegatus, ſecundùm Andre. ibi.
hanc opinionem firmauit Hoſtien. in ſumma, in tit.de feu
dis.§. apud quem.verſi.ſed quid ſi quæſtio ſit inter archie-
piſcopum &c. vbi tenetur, quòd non dato defectu directi
domini in iuſtitia, non valet compromiſſum de re feuda-
li ſine aſſenſu domini. In contrarium tamen faciunt mul-
ta iura, quæ allegat Iacob. de Aluaro in d.capitu.inter pa-
res.ad probandum, quòd compromiſſum valet in feudis ſi-
ne cõſenſu domini, & ꝙ multa iura feudorũ de hoc loquẽ-
tia, ꝙ valeat compromiſſum in feudis, ſunt correcta per d.
l.imperialẽ, vt firmat gl.c.1.apud quẽ vel quos contro.feu.
Idem tenuerunt Ia.de Bel.& Nic.de Nea. & Bald in c.1.de
inueſti.in maritũ facta.& Spe.in ti.de arbi §.reſtat.ver.ſed
nunquid vaſallus, per iura cõia ibi per eũ allegata. & Hoſt.
in tit.de arbi.§.de qua re.verſ.ſed nunquid vaſallus. ubi di-
53 cit, † ꝙ inter duos uaſallos eiuſdẽ domini põt fieri compro
miſſum ſuper re feudali ſine conſenſu dñi, ſed non præiu-
dicat domino. Et idẽ dicit in c.cum ipſe. de arbi. Ego ſum
in iſta opi. ꝙ poſt iſtam conſt.non eſſet iuſtum iudicare ex-
tra regnum, ꝙ valeat compromiſſum in feudis ſine conſen
ſu domini, quia ſicut declaratio Papę localis facit ius quo
ad omnes, vt in l.fi.in fine.C.de legi.& firmat expreſsè An-
dre.in c.1.pen.col.de his qui feudum dare poſ. Ita declara-
tio Imperatoris localis facit ius quoad omnes, quando eſt
dubium inter doctores, ęquiparando poteſtatem Papę po
teſtati Imperatoris, quia arbitror, quòd quando fuit facta
iſta conſtitu. Imperator habuit ſecum iuriſperitos, qui ha-
bebant notitiam de uarietate opinionum ſuper hoc dubio
& ſic determinauerunt, quòd utilis eſt pro republica, quòd
compromiſſum & laudum ſuper re feudali non ualeat ſi-
ne aſſenſu domini, quia per compromiſſa & lauda poſ-
ſet deueniri ad alienationem feudorum contra omnia iu-
ra feudorum. Et ideo ſi per laudum non deuenitur ad
alienationem feudi, ſed tenens feudum condemne-

tur per laudum ad dandam certam pecuniæ quantitatem
alteri parti, remanenſe ſibi feudo, ualeret tale laudum, ar,
l. ſi pro fundo. C. de tranſact. & in cap. veniens. & in capit.
de cætern. ff. de ſranſac. hoc voluis Bald. in d. l. imperialem.
in princ. in pen. col. & And. in c. ſi vaſallus. no. 4. ſi de feud.
fue. contro. inter do. & agna. & ibidem per Iac. de Aluaro.
& ideo dicebat dom. Barth. de Cap. quod ſi quidam ruſti-
cus non ſoluis redditum pro feudo per plures annos, & do
minus feudi egit contra eum, & poſtea tranſegit cum ruſti
co ſuper redditibus præteritis, valet tranſactio ſine regio
aſſenſu, ſecus ſi ſuper futuro reddito ſit tranſactum, argu.
54 l. de alimentis. C. de tranſ. † An autem ſi facta ſit tranſactio
t ſuper feudis ſine regio t aſſenſu, & tradito feudo, ſi poſtea
ſpolietur ab illo, qui ſibi tradidit feudum per tráſactionẽ,
poſſit agere interdicto recuperãdæ. Videtur quod ſic, quia
facta alienatione contra legum interdicta datur interdi-
ctum recuperandæ. l. 1. §. ſi vir. ff. de acqui. poſſ. ſed poſtea
poteſt aduocari, ut dicit ibi Bar. & reperio quandam apo-
ſtillam, quæ dicit, quòd ita iudicauit dominus Andrę. de
Cap. pater D. Barth. de Cap. Secundò quęro, vtrum valeat
compromiſſum inter primogenitum, & ſecundogenitum
ſuper victu & militia, quæ debetur ſecundogenito de feu-
dia, & laudum ſuper uictu & militia latum ſine aſſenſu re
gio, qui hanc quęſtion. examinaui in deciſ. meis, deci. 138.
ideo hic non ſcribo. Tertiò quæro de quadam quæſtio-
ne, de qua pridie fui interrogatus: ecce factum eſt com-
promiſſum inter duos feudatarios regis de rebus feudalib.
de iure, & de facto cum conſenſu regis in unum baronẽ,
u uel in unum iuriſperitum: iſte arbiter a & arbitror dedit
notario actorum electo per partes laudum, & non legit ip
ſe, ſed notarius præſente illo arbitro, & arbitratore, utrum
tale laudum ualidum ſit? Videtur ꝙ non, quia non fuis
lectum per ipſum arbitrum, & arbitratorem. l. ſi. C. de ſen.
ex breuic. recitan. probatur in capitu. fin. de re iudic. libro
55 ſexto, † vbi perſonis illuſtribus datur facultas legendi ſen-
tentiam per alium. Dici, quòd in contrarium eſt ueritas
per id, quod dicit Bald. in l. j. C. de ſen. ex breuic. recitan. in
3. col. ubi dicit. porrò pum arbitratorem poſſe ſententiam
clauſam ferre ſine ulla recitatione, & litigatoribus dare,
x quia eſt quid extraiudiciale. Item poteſtas x data iudican-
di de iure, & de facto hoc importat, ſcilicet quòd non te-
neatur ad obſeruantiam iuris ciuilis, ſed tãtùm tenetur ad
obſeruantiam iuris naturalis, ſcilicet iuris gentiũ, ita quod
non poſſit tollere iura partis. ita dicit Bart. in extrauagan.
ad reprimendam. in uerbo, uidebitur. in fi. ſed iſta ſolemni-
tas legendi ſententiam eſt de iure ciuili, ergo potuit omit-
ti ab arbitratore. Item arbitrator poteſt iudicare manu re-
gia, quando eſt arbitrator de iure, & de facto, ut dicit Bart.
in dicto uerbo, uidebitur. & Lapus alleg. 28. & manus re-
gia non ligatur ad obſeruantiam iuris ciuilis, ut in l. prin-
ceps. ff. de legi. & ideo poteſt iudicare, ſicut iudicat rex in
ſententiando, & ita ego conſulendo tenui. & ſcias, quòd ſi
in compromiſſo rerum feudalium interuenit regius aſſen-
ſus in laudo, poſtea nõ requiritur regius aſſenſus: quia lau
dum eſt ſequela compromiſſi: ideo ſuper eo non requiri-
tur alius aſſenſus, & hoc per text. in l. quicunque. §. fin. ibi,
eius enim rei ſequela eſt. ff. de inſtito. Facit text. in l. prima.
§. item acquirimus. & ibi per moder. Senenſes. ff. de acqui-
ren. poſſeſ. facit text. ibi Barto. in l. tutor rerum. ff. de admi.
tuto. & firmat Barto. in l. 5. C. de arbitris. & Bald. in l. præ-
56 ſes. C. de tranſactio & in l. prima. C. ſi aduer. tranſ. † Quar-
tò quæro, pone, quòd in ſacro conſilio, uel in magna cu-
ria uica. eſt quæſtio de feudo quaternato, partes non com
promiſſunt negotium principale, ſed quoddam incidens,
puta utrum teſtes propter impedimentum non examinati
intra dilationẽ poſſint poſtea examinari, uel utrum quæ-
dam ſcriptura pręſentata faciat fidem, utrum tale compro
miſſum, & laudum ſit ipſo iure nullum. Videtur, quòd ſit
ipſo iure nullum, per id, quod dicis Barto. in l. ſolet. ff. de ali
men. & ciba. lega. ubi dicit, quòd ſicut in cauſa alimento-
rum non ualet tranſactio, per l. cum hi. in prin. ff. de tranſ.
ita ſuper quolibet mandato illius cauſæ. Idem Bald. in leg.
prima. C. de reb. credi. & Paulus de Caſtro in dicta l. cum
hi & ita etiam dixit Petrus de Anchar. in conſilio 78. inci-
pien. ex verbis ſententiæ, quem refert Bartho. Soci. in con-
ſilio 300. in 8. columna item quia incidens aſſumit ſibi na-
turam cauſę principalis: vt habetur in clemen. diſpendio-
ſam. de iudicijs. Quintò quæro, quid ſi conuentum eſ-
ſet inter partes in compromiſſo facto de re feudali ſine
regio aſſenſu, quòd non liceat partibus vti beneficio hu-
ius conſtitutionis, & ſi qua partium beneficio huius con-
ſtitutionis vteretur, lucretur de bonis illius, qui contraue-
nit, vncias centum, vtrum ſi pars contrauenit, quia vti-
tur beneficio huius conſtitutionis, teneatur alteri parti
ad dictas vncias centum? Dic, quòd iſta conſtitutio di-
cit, quòd certis iudicibus commiſſa eſt cognitio, & diffi-
nitio quæſtionis cauſæ feudalis, videlicet magnæ curiæ
uic. vt hic: & ſuprà in conſtituti. iuſtitiarij nomen & nor-
mam, hic in gloſſ. allegatam, ergo cæteris arbitris & arbi-
tratoribus per compromiſſum videtur ſublata poteſtas:
partes ergo non poſſunt facere, ſub quibuſuis clauſulis fir-
mare iuriſdictionem, vbi ius denegat per ea, quæ not. glo.
fina. in clementi. prima, de ſequeſtra. poſſeſſ. & fructuum.
57 † Semper ergo defectus y iuriſdictionis poteſt opponi,
y non obſtante partium conſenſu: vt ibi per Angel. in leg.
diuus Traianus. ff. de teſtamen. milit. Bene faciunt not. per
Fel. in rub. de foro competenti. verſic. tertium fundamen-
tum. & id, quod dicit Ang. in l. non erit. §. dato. ff. de iure-
iu. & Fely. in c. ex parte. verſi. 16. fallit, de offi. deleg. & cap.
paſtoralis. col. 4. verſic. inquantum. de exceptionibus. Par-
tes enim non poſſunt facere, ꝙ ſententia lata ab incompe-
tenti iudice valeat vt ſententia, ſecundùm Bald. in l. 2. C.
commu. vtriuſque iudi. neque valebit vt pactum, refragan-
te iſta conſti. Et pro hoc facit, quòd ſi in ſententia eſſet ex-
preſſus error, & ſic ſententia eſſet nulla, conſenſu partium
non poteſt ratificari, & ſic non valebit vt pactum, quia nõ
eſt conſenſua, vt voluit Bald. in l. error. vlt. col. C. de iur. &
facti igno. & in l. 1. ff. de iuriſdic. omn. iudi. Alex. in 1. volu.
conſi. 123 in 4. colum. & Felyn. in d. c. ſignificaſti. Et ſic pa
tet, quòd ſententia ex defectu iuriſdictionis non poteſt cõ
ſenſu partium ratificari. Item Bald. in l. obſeruare. ff. de of-
fic. proconſul. & in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. Barto. in l. ſi
expreſſim. ff. de appel. Bald. in l. ſi diuerſa. C. de tranſa. ver.
ſed contra hoc oppono. Abb. Sicul. in c. ſignificaſti. de foro
competen. Barto. in l. 1. & ibi Alex. ff. de ferijs. & in l. 1. C.
quando prouo. non eſt neceſ. Item partes non poſſunt fa-
cere, quod conſtitutio iſta non habeat locum in ſuo con-
tractu. l. nemo poteſt. ff. de lega. primo, cum concordan.
58 † Vndecimò not. ex text. ibi, tantùm cognitio. ꝙ ſi auctori-
z tate regia z tãtùm certis perſonis commiſſa eſt iuriſdictio
alijs perſonis illa iuriſdictio videtur denegata. Et ſic cogni
tio cauſarum feudalium, ſcilicet quaternatorum, & non
quaternatorum commiſſa eſt magnæ curiæ vicar. uel iuſti
tiarijs reſpectu feudorum non quaternatorum priuatiuè
reſpectu capitaneorum regiorum, & aliorum, qui habent
iuriſdictionem à rege, & hoc propter dictionem, tantùm,
hic poſitam, quæ eſt taxatiua, de quo plenè per Felyn. in
capit. contingit, ſecunda colum. de fide inſtrum. Idem fir-
mat Abb. Sicu. in c. cæterùm. 3. columna de iudicijs, ideſt,
quod cognitio feudi cæteris iudicibus eſt conceſſa priuati-
uè. Bene facis id, quod dicit glo. ibi, & Ange. in l. 1. C. ubi &
apud quem. quòd ſi ſtatutum dicat, tu ſolus cognoſcas, per
hoc uerbum videtur adempta aliis iuriſdictio, niſi alijs
competeret iuriſdictio eadem per conſuetudinem, vt di-
cit Bartol. in l. viros. C. de diuer. offic. lib. 12. & firmat Fe-
59 lyn. in capit. paſtoralis. de offic. ordina. in 2. col. † Duodeci-
mò no. ex tex. ibi, excadentias autem Baronibus, & militi-
bus, quòd baronibus & militibus habẽtibus feuda non per
mittitur indiſtinctè locare res feudales ad eorum libitum
voluntatis: ſed eis per iſtam conſtitut. imponitur frænum,
a vt tantùm eis liceat locare a in perpetuum, vel ad longum
tempus res excadentiales feudales, ideſt, res, quæ ſemel
iure licito fuerunt conceſſæ titulo locationis perpetuæ,
uel ad longum tempus ſub annuo ſeruitio, ſeu reddi-
tu,

tu, & poſtea res illa feudalia aliqua ex cauſa licita reuerſa
eſt ad ipſum baronem. vel militem: iſtaa res excadentia-
les poteſt baro, vel miles concedere titulo locationis ſub
antiquo, & conſueto ſeruitio, ſeu redditu, abſque aliqua
diminuitione dicti antiqui redditus, vel ſeruitij, ita quòd
ſi ex dicta conceſſione diminueretur antiquum ſeruitium
vel antiqous redditus, locatio eſſet ipſo iure nulla, per l.
non dubium. C. de legi. Et ſic patet, quòd baro, vel miles
in hoc regno de nouo poteſt res feudales concedere in feu-
dum ſine regio aſſenſu: ſicut poſſet de iure communi feu-
dorum ſincerè, & ſine fraude, vt in c. t. 2. reſponſo. quali.
olim feud. alie. pote. cum ſimi. ibi allegatis. Bene poteſt cō-
firmare, & inueſtire de veteribus feudis, vt in ca. 1. §. ſed &
60 res. per quos fiat inueſti. † Sed pro intelligenda quæro pri-
mò: pone, quòd quidam baro habēs in ſua baronia nemus
demaniale, de quo percipiebat annis ſingulis centum, il-
lod concedit in feudum pro ducati ducentis in perpetuum
annis ſiugulis, quia ille, cui conceſſit, eſt homo induſtrius,
& fecit ibi paſcuum, vel vineas, vtrum valeat hæc conceſ-
ſio ſiue regio aſſenſu? Multa iura faciunt, quòd non debet
valere, quæ allegat And. in c. t. circa fi. an ille, qui interfec.
fra. domini, ſui. & tamen ibi And. concludit contrarū, ſci-
licet, quòd valet talis alienatio, quia valet alienatio in aug-
mentum feudi. ita etiam concludit ipſe in c. 1. §. præterea.
de capitu. Corra. & in l. imperialem. in prin. de probi. feud.
alie. per Fede. & ſubdit idem Andre. in d. c. in fi. an ille, qui
interſec. fra. domi. ſui. quòd in regiſtro Imperatoris Fede-
rici, quod conſeruatur in archiuo, intellige in archiuo re-
gni Siciliæ vltra farum, quia in archiuo Neapolis nihil re-
peritur de eiut geſtis, niſi ſolùm eios teſtamentum, quod
ego vidi, quòd feudatarius tenens in feudo res parum vti-
les de demanio feudi, poteſt concedere, vt plantetur, & cer
ta portio fructuum inde reddatur domino, ſed non pecu-
nia, neq; portio illa ſit modica, vt per hoc poſſet fraus præ-
ſumi, vt in c. t. quali. olim feu. alie. pote. ibi dum dicitur,
61 ſub viliſſima penſione duorum denariorum. † Et ideo aliàs
conſului, quandam inueſtituram factam per Comitem
Caſertæ de quodam territorio demaniali cuidam ſuo ſer-
uitori fuiſſe nullam, quis fuit conceſſa contra formam hu-
ius conſtituti. ſub ſeruitio vnius baroniæ argenteæ, quæ
pręſtatio erat utiliſſima reſpectu fructuum territorij dema
nialis conceſſi. Secuudò quæro, quoddam territorium
demaniale baronis ipſe conceſſit in feudum ſub aliquo ſer
uitio, vel proteſtatione annua alicui pro ſe, & hæredibus
ex ſuo corpore, & ſic non oaluit conceſſio: qoia res con-
ceſſa non erat excadentialis, ut hic dicitur, poſtea ille feu-
datarius mortuus fuit ſine filius, vel aliter iure licito res il-
la reuerſa eſt ad dominum. Demùm ille baro, uel eius ſuc-
ceſſor alteri confert tanquam excadentiale videns baro
rem illam eſſe effectam prætioſiorem, dicit conceſſionem
non valere, quia prima conceſſio non oaluit: quia res tunc
fuit demaniſliſonios rei, alienatio prohibita eſt baroni:
& ſic ſecunda tanquam demanialis non ualuit: quia di-
cebat Abbas Sicu. in capitulo ut ſuper. de rebus eccle. non
alienand. quòd ſi conceſſa fuit res eccleſię, quia ruinoſa,
deinde reuerſa eſt ad eccleſiam: non poteſt concedi tan-
quam ſolita ſine ſolemnitate requiſita in alienatione rei ec
cleſiæ per argumentum à ceſſante ratione, ut in capitulo
cum ceſſante. de appellationibus. cum ſimilibus. ſecus ſi
prima conceſſio facta fuiſſet cum ſolemnitate, quæ requi-
ritur in alienatione rei eccleſię: tunc ſi poſtea reuerſa ſit
res illa ad eccleſiam, poteſt eccleſia ſine alia ſolennitate al-
teri concedere ſine alia cauſa: & hoc per gloſſ. reputatam
ſingularem in capitulo frequens. in uerbo, ad menſam. de
exceſſi. prælato. & per text. in cap. 2. de feud. hoc firmauit
Alex. in 2. uol. conſi. 189. incipiente, uiſo & maturè diſcuſ-
62 ſo &c. in 6. col. uerſic. & licèt in alienatione &c. † Dicebat
ille, cui facta fuit conceſſio tanquam excadentialis, quòd
eius conceſſio reuocari non poteſt, quia facta tanquam de
re excadentiali: & ſic ſufficit, quòd ſemel de facto fuit con
ceſſa, ut ſecunda conceſſio dicatur de re ſolita, & excaden
tiali, concurrente curſu 30. annorum, ut dicit And. in cap.
1. de his qui feud. dare poſſ. & in c. 1. epiſcopum vel abba-
tem. Item quia à fine res denominatur. vt in l. rem non no-
uam. C. de iud. cum ſim. allegatis per Albe. de Roſa. in l. 1.
ff. de orig. iur. & in l. 3. ff. de minor. Veritas eſt, ꝙ tunc dici-
tur res ſolita excadentialis, vt poſſit concedi per baronem
ſine regio aſſenſu, qoando ſemel legitimè fuit conceſſa, &
poſtea reuerſa baroni, vel quando bis fuit reuerſa baroni,
& bis conceſſa cum curſu 30. annorum, vt dicit Andræas,
in locis pręallegatis, ſcilicet, de his qui feud. dare poſſ. &
epiſcopum vel abbatem. Vnde ſi ab initio non valuit con-
ceſſio, non poteſt poſtea illa haberi rata, vt dicit Cardina.
Floren. poſt Innocentium in cap. cum dilecti. in 3. contra-
rio, de emptio. & venditio. niſi concurrat bina conceſſio
63 cum curſu 30. annorum, vt ſoprà dixi. † Tertiò quæro,
textus iſte dicit, excadentias baroni permiſimus locare,
utrum poſſit ipſas excadentias vendere, vel permutare, aut
aliter alienare? Ego dicerem, quòd ex quo iſte textus per-
mittit baroni locare ſub conſueto ſeruitio, ſeu conſueta
præſtatione, intelligitur ad longum tempus, quæ quidem
b locatio [b] ad longum tempus dicitur alienatio, vt in l. ſina.
ff. ſi ager vectig & ff. de ſuperfici. l. 1. quod autem. Doctor.
in l. codicillis. §. inſtitutio. ff. de legatis ſecundo. Et ſic iſtud
uerbum, locare, hic accipitur largè pro omni alienatione
rerum excadentialium ſub conſueto, & antiquo ſeruitio,
ſeu præſtatione annua, ſic etiam verbum, transtulerit, ſu-
mitur pro locatione, vt dicit gloſſ. ſuper hoc verbo, tran-
ſtulerit, id eſt, locando. C. de bon. auctor. iudi. poſſiden. l. fi-
na. in fine Et ſic patet, quòd interdum impropriè ſumitur
locatio, ut eſt gloſſ. in l. & hæc diſtinctio. §. fina. ff. locat.
licet dicat gloſſ. in l. prima, §. ſi quis ſeruum. ff. depoſi. Loca-
tionem non eſſe ſine mercede in pecunia conſtituta, vt in
iuribus ibi allegatis. pro hoc l. ſi conuenerit. ff. commu.
diui. & l ſi quis conduxerit. ff. loca. quid enim refert, ſi ba-
ro rem excadentialem locet ſub conſueta annua præſta-
tione, vel vendat pretio mediante, cum onere præſtandi
ſeruitium conſuetum, vel annuam ſolitam præſtationem?
Certè non vidi differentiam effectualem, & ideo gloſſ. pe-
nultima, hic dicit in principio, quòd largè hic accipitur
64 uerbum, locare, pro qualibet cōceſſione in feudum. † Quar
tò quæro, vtrum ſit dare differentiā inter feuda excadentia
lia, & alia feuda, uel habeant propriam naturam feudi, ſi-
cut alia feuda, quæ tenentur à rege? Dic, quòd io mul-
tis eſt differentia. Et primò feudum excadentiale, quod
Andr. in dicto capitu. 1. 3. columna. de his qoi feud. dare
poſſunt, vocat feudum conſuetum dari aliis in feudū per
Comites, & Barones, & feudatarios alios, quæ eis aperta
ſunt, feuda plana, & de tabula, quæ conceduntur cum
antiquo ſeruitio, ſed alia feuda quaternata ſolus Rex con-
cedit, vt infrà, in conſtitutione, poſt mortem, de denun-
tianda morte Comitis, vel Baronis, & iſta feuda quaterna-
ta dicuntur feuda nobilia, & omne caſtrom in regno dici-
tur feudum quaternatum, ut dicit Andręas in dicto capi-
tulo primo de his qui feud. dare poſſunt. & in cap. 1. de con
trouer. feud. apud partes termi. & in dicta l. imperialem.
in principio. Item & ſecundò, in iſtis feudis excadentiali-
bus eſt ſucceſſio in linea tranſuerſali vſque ad ſeptimum
gradum, ut in capitulo 1. §. hoc quoque. de his qui feu. da-
re poſſunt. ſed in feudis, quæ tenetur à rege, eſt ſucceſſio
ſolòm in linea tranſuerſali vſque ad tertium gradum, vt di
cit gloſſ. infra, in conſtitutione, ut de ſucceſſionibus, in ver
bo, in omnibus, & Andr. in capit. 1. §. præterea in fine, quæ
ſit prima cauſa benefic. amitt. & in ca. 1. de natura ſucceſ-
ſionis feud. & Luc. de Penna in l. 1. C. de imponen. lucr. de-
ſcrip. lib. 10. Item & tertiò dicit Bal. in l. liberti. 1 1. colum.
C. de oper. liber. quòd ſi inſtrumentum dicit, conceſſam rē
in feudum pro annua quantitate frumenti, ꝙ illud non eſt
propriè feudum, ſed magis contractus emphyteuticus, vel
contractus innominatus, & ille non debet præſtare iura-
mentum fidelitatis, nec cenſetur iure feudatarii. & ideo
dicebat Cyn. in authen. ingreſſi. vltima columna. C. de ſa-
65 croſanct eccleſi. quòd feuda † quæ præſtant ſeruitia rea-
lia, & non perſonalia, non ſunt propriè feuda. Bene facit

id,quod dicit Bal.in titu.de pace Conſtantiæ,in verbo, li-
bellarius, quòd in Lombardia quædam eccleſiæ habent
certa feuda,pro quibus non præſtatur ſeruitium, ſed cen-
ſus pecuniarius ad inſtar ficti, puta certa quantitas pecu-
niæ,vel frumenti,vel aliud ſimile: vt vna ſpalla porci, vel
vnum par caponum quolibet anno,in iſtis feudis ſuccedit
mutus,& ſurdus,quia non habent naturam feudi, niſi te-
nor inueſtituræ aliud ſonet, vel aliter ſe habeat conſuetu-
do, hoc etiam firmat expreſsè Alexand.in primo volumi-
ne,conſilio 136.incipiente,viſo,& examinato proceſſu. in
tertia columna.& in l.ſi ſtipulatus ſum Damam.in fine.ff.
de verborum obliga. Quibus adde id,quod dicit Lucas de
Penna in l.prima. io 8.colum.ver.nec dictum.§.& ſi conti
c gerit.C.de impo.lucr. deſcrip.lib.10.quòd iſta feuda [c] ex-
cadentialia vulgus vocat feuda ruſtica,alij vocant actene-
ſias, iſta non cenſentur iure feudi,quod patet,quia pro eis
contribuunt in generalibus ſolutionibus, & collectis, de
quibus etiam bonis Comites & Barones vaſallorum ſuo-
rum ordinarij cognoſcere nó vetantur, vt dicit ſe ſcripſiſ-
66 ſe in l.fina.C.de fundis limit. † At in aliis feudis nobilibus
non cognoſcunt Barones ſed iuſtitiarij,nec pro eis contri-
buitur in collectis.& hoc not.hic in glo.in verbo, iuſtitia-
riis.Cui adde Andr.in cap. primo.in verſi. & plauſtorum,
& nauium præſtationes, in 2.colum. quæ ſint regalia,vbi
dicit, quòd in regno iſto feudatarij non ſoluunt collectas,
quia debent præſtare ſeruitium pro feudo, ideo non de-
bent duplici onere grauari,argum.l.nauis onuſtæ.ff.ad le-
gem Rhodiam de iactu. ſed pro bonis emphyteuticis ſolui
tur collecta ſecundum eum ibi,non tamen dicit ibi Andr.
quòd bona emphyteutica ſint iure feudi, ſed ſi eſſent con-
ceſſa in feudum pro annua quantitate, tunc iſta bona eſ-
ſent feudalia,& non ſoluerent collectam,vt in capitu infrà
allegando. Sed miror, cur Andr.ibi non fecit mentionem
de capitulo Regis Roberti, quod incipit, habeat feudata-
riorum noſtrorũ &c. char. 51. vbi dicitur, quòd de feudo
tabulæ, quod tenetur à Comite, vel Barone debet primò
ſeruari conſuetudo circa ſolutionem adohæ. Et ſic patet,
quòd feudum de tabula ſoluit adoham ſecundùm conſue-
tudinem. Nec etiam fecit mentionẽ de capitulo Regis Ca-
roli Secundi, quod incipit,porrecta culmini noſtro.char.
29.vbi pro bonis feudalibus,quæ pręſtant adoham, nullo
modo debet ſolui collecta. Idem ſtatuit Rex Robertus in
76 c.quod incipit,ſubſcriptorum hominum, char.50. †Quid
autem de iſtis bonis excadentialibus,& morticiis,quæ ac-
cedunt ad ipſa feuda, an contribuant in collectis, vel cen-
ſeantur iure feudi, & ſic quòd non contribuant in colle-
ctis. Deciſum fuit per Regem Robertũ in capitulo quod
incipit. Robertus &c. quod cum ipſe teneat,& poſſideat,
char. 52.vbi determinat,quòd tam pro bonis feudalibus,
pro quibus præſtatur ſeruitium,quàm pro morticiis & ex
cadentiis,nihil contribuatur in collectis, ex quo dicta bo-
na excadentialia accedunt ad ipſa bona feudalia,& ideo ſa
piunt naturam bonorum feudalium. Mirabile capitulum
eſt hoc,vt omnia,quæ accedunt feudo, ſint bona feudalia,
cum in feudo poſſint eſſe bona burgenſatica reddititia ſeu
do, & tamen accedunt feudo,& non ſunt feudalia. Et ideo
intelligo dictum capitulum Regis Roberti, quòd pro bo-
nis morticijs,& excadentialibus nõ ſoluitur collecta,quan
do apparet, quòd ſunt feudalia, & accedunt feudo, ſed ſi
non apparet,quòd ſunt feudalia,& ſic præſumuntur allo-
dialia, tunc pro ipſis ſoluitur collecta, quia pro iſtis bonis
emphyteuticis ſoluitur collecta, vt eſt gloſſ.in l.perſiſtere.
C.de anno. & in l.1.C.de indictio.libro 10.Item quia iſta
bona nunquam ſoluerunt ſeruitium militare,ſed reperiun
tur in libro collectarum notata, & ſic per annos triginta
ſoluerunt collectas, ideo ſtandum eſt huic conſuetudini.
An autem rex poſſit diminuere ſeruitium antiquum pro
feudo,vide Andręam in l.imperialem.§.præterea ducatus.
68 de probi.feud.alie.per Federicum. † Quintò quæro pone,
quòd baro in inſtrumento conceſſionis alicuius territorij
feudalis dicit, concedimus tibi tale territorium confina-
tum in feudum, quod eſt excadentiale deuolutum per
mortem talis ſine liberis, ſub annua præſtatione conſue-
ta.demùm Baro, vel eius hæres dicit, quòd conceſſio illa
non valuit, quia territorium fuit tempore conceſſionis de
demanio feudi,quod non potuit alienari ſine regio aſſenſu
prætextu dictorum verborum. Quæritur, an iſto caſu li-
ceat venire cõtra propriam confeſſionem, & probare con
trarium? Breuiter omiſſis argumentis pro & contra, con
cludo,quòd talia verba non probantur per aſſertionẽ con-
trahentium, ſed aliter per veram probationem ſunt pro-
banda, aliàs præſumuntur prolata in fraudem huius con-
ſtitutionis prohibentis baronem cõcedere ea, quæ ſunt de
demanio feudi ſine aſſenſu regis, & ſolùm permittentis
concedere in feudum morticia, & excadentialia, argum.
leg.qui teſtamentum.ff.de probationib. & l. cum quis de-
cedens.§.Titia honeſtiſſima.ff.de legatis tertio,& ideo vo-
69 lunt iura, † quòd verba enunciatiua prolata inter prohibi-
tos non probant, neque diſponunt.l.ſi fortè.& l.caſtrenſe.
ff.de caſtren.pecu .l.qui teſtium.ff. de probationibus, cum
concordant. pronuntiatio mendoſa,nihil releuat,dicit tex.
in l.qui teſtamento.ff.de excuſat.tuto. Hinc eſt, quod di-
cebat Ioannes Andręas in additio.Specula.in rubri. de re-
bus eccleſi. non alienan.abſit enim,quòd in prohibitis cer
to caſu permiſſis ſtetur verbo dicentis caſum permiſſum
ſubeſſe, per dictam leg.qui teſtamentum. & d.§. Titia, &
per gloſſ.in capitu.literas. de pręſum. Idem firmat expreſ-
ſe Bald.in pręludiis feud.in a.diuiſione.& Bart.in l.ambi-
tioſa.ff.de decre.ab ordi.facien. & Barto.in auth. ſi quis in
aliquo documento. C.de eden.& Domini. in c. 1. de rebus
eccle.non alienan.libro 6.accedat ad hoc gl. & Doc.in l.ſi
d donatione.C.de collatio.vbi confeſſio patris,quòd donat[d]
propter merita, non probat merita pręceſſiſſe. idem Bart.
& Bal.in l.per diuerſas.C. mand.& in l.1.C.ne lice.poten.
idem Cyn.in l.1.in fi.C.de ſacroſan.eccle. vbi dicit, quòd
confeſſio coniugis, quòd tenetur ſuę vxori in tantã quan-
titatem, cui prohibetur donare, non valet. idem Bartol. in
l.ſi conſtante.antepenul.colum.ff.ſolu.matr.& pro hoc vi-
70 detur tex.in l.Aurelius.§.fina.ff.de liber.leg.† Vnde in his,
quæ ſunt à iure permiſſa, credendum ex cauſa eſt iudici,
vt eſt glo.in c.paſtoralis.in verbo,exonerare.de off. delega.
Alber.Alex.in l.1.de off.eius cui mand. eſt iuriſd.& Barb.
in c.de cauſis.in 12.col.de off.deleg.dicit,quòd licitum eſt
regi aliquid facere, vel ordinare in pręiudicium iuris alte-
rius,& in melius commutare,allegat Inno. in c.debitores.
de iureiur.Fallit dicta concluſio,niſi illa conceſſio,quę cõ-
tinet dicta verba, eſſet antiqua, excedens centum annos,
tunc ſtaretur illis verbis,per nota.per Bald. poſt Cyn. in l.
emancipatione. C.de fide inſtrumen. & l.cum antiquiori-
bus.C.de iure deliberan.& Ioan.And.in c.Albericus. de te
ſti.Anto.de Butr.in capit.quoniam contra falſam. de pro-
batio.Ange.in l.ſciendum,de verbor.obligat.Sextò quęro,
quid de ducibus,marchionibus,principibus,& comitibus
regni,an idem ſit quod de baronibus,qui nõ poſſunt infeu
dare demania,ſed ſolùm excadẽtialia? Dic,quòd idem eſt
de iſtis baronibus titulatis.ita reperi quandam apoſtillam
Domini Bartho.de Cap.quia ſub verbo baronibus, & mi-
litibus comprehenduntur dicti barones titulati ad hunc
effectum,quia conſtitutio,poſt mortem, vult, quòd om-
nia feuda quaternata ſint ad collationem regis tantùm,ni-
ſi aliud habeat priuilegium regis,prout ego vidi aliqua pri
uilegia, in quibus reges conceſſerunt vt feuda quaternata
exiſtentia in terris comitis, ſiue ad collationem comitis.
71 †Decimotertiò not.ex text.ibi, ab antiquo, quòd conceſ-
ſio rei facta ſub antiquo redditu ſine diminutione de re ſo
lita concedi, valida eſt ſine alia ſolemnitate, ſecus ſi receſ-
ſum eſt ab antiquo reditu per diminutionem. in multis
enim ſtandum eſt antiquitati, de quibus latè per Archid.
in capit.Domino ſancto.l.diſtinctio.& dicit gl. in authen.
ut ordinarię pręfecturę. in principio 5.collatio.quòd In-
nocen. in concilio multa de antiquis repetit,quia quaſi ne
glecta erant. Et quod antiquitas temporis induxit, ſem-
per ſeruandum eſt,vt no.in authentica,ut determi. ſit nu-
me.cleri.§.2.in fin.& uide quę dixi in conſtitu. auctorita-

tem

tem, in 1. libro in 3. q. & in prælndiis iſtarum conſtitutio-
num. in 25. quæſtio. Nunc venio ad gloſſ. iſta conſtitutio
fuit bene gloſſata ab iſto domino Marino, & non eſt miran
dum, quia ſuper iſta conſtitu. poſſet commodè tractari, to-
ta materia feudorum, & quod ſcribit Lucas de Penna in
C. de agri. & cenſi. & Docto. in c. 1. de feudis. & in dicta l.
imperialem. ſed hoc eſſet potius auferre dotes aliis iuri-
bus, quàm laudabile. in gloſſa prima, hæc gloſſa ponit ſum-
72 marium huius conſtitutionis. † In gloſſa ſecunda, in verbo,
contractus, nota. iſtam gloſſa. quòd ſi prohibetur contra-
ctus fieri de re feudali, videtur etiam prohibita de re feu-
dali etiam alienatio per teſtamentum, gl. alleg. l. peto. §. fra
tre. ff. de leg. 2. & C. de ſecun. nup. l. ſi quis priore. potuiſſet
allgare glo. text. in c. 1. in princ. de ſucceſ. feud. vbi nulla di-
ſpoſitio valet in feudis ſine aſſenſu domini, niſi quando in-
ſtituitur immediatè ſucceſſurus, ut dixi in capit. primo, in
princi. de ſucceſ. feud. etiam ſi eſſet diſpoſitio ad pias cau-
ſas, vt in l. imperialem. in prin. Et de iſto articulo, an appel-
latione contractus veniat teſtamentum, vide glo. ſuprà in
conſtitutione regni, inſtrumentorum robur, ſub rubri. 79.
in 1. libro, & quæ ibi dixi in 1. not. in 2. quæſti. & Ioannem
Andrę. in nouella, in ca. cum à nobis. de teſtibus. In gloſſ.
3. in verbo, feudis. Quærit hic gloſſa an habens feudum
poſſit de ipſo feudo in teſtamento, vel in ultima voluntate
diſponere inter filios, vel extraneos, vel in piam cauſam cũ
regio aſſenſu, vel ſine? Vide gloſſ. dic, vt dixi ſuprà in primo
73 not. in princip. † In gloſſ. 4. in verbo, minuendis, nota iſtam
gloſſam perpetuò, quòd iura facientia mentionem de pro-
hibitione alienationis rerum feudalium ſine regio aſſenſu,
nunquam comprehenditur alienatio, quæ tendit in aug-
mentum feudi, & tunc alienatio in augmentum feudi po-
teſt fieri ſine regio aſſenſu, de hoc dic, vt dixi ſuprà. in ſe-
cunda not. In gloſſ. 5. in verbo, nullam omnino. quæritur
hic in gloſſ. an emptor, quando venditor iure proprio reuo
cat alienationem feudi factam ſine regio aſſenſu, vigore
huius conſtitutionis poſſit recuperare pretium ab ipſo vẽ-
ditore, quod ſibi ſoluit? Vide gloſſ. & ea quæ ſuprà dixi in
nono nota. In gloſſ. ſexta, in verbo, licentia, hæc gloſſa exa-
minat aliam veterem quæſtionem. An in alienatione rei
feudalis, quæ tenetur in capite à Comite. vel Barone, re-
quiratur conſenſus non ſolùm Baronis, ſed etiam regis,
ita quòd ſi uterque non conſentiat, non ualet alienatio?
Iſta gloſſ. tenet, quòd ſufficit conſenſus Baronis in illis feu
dis excadentialibus, quæ tenentur ab eo. Contrarium te-
net hic Andr. quia, quod omnes tangit, ab omnibus debet
approbari. C. de auct. præſtan. l. fina. & ff. de adopt. l. nam
ita & firmant Andre. in l. imperialem. in princip. dicens,
veritas eſt, quòd requiratur conſenſus vtriuſque. vide, quę
dixi in dicta l. imperialem, in duodecimo notab. Ego vidi
obſeruatam eſſe toto tempore vitæ meæ opinio. gloſ. hic,
ideo minimè recedendum ab opinione, quæ diu à ſapien-
tibus fuit obſeruata, vide in meis deciſionibus, deciſ. 543.
Et volo, quòd ponderes iſtud verbum, licentia, poſitum in
hac conſtitutione, quod eſt contra opinio. Andr. in cap. 1.
74 de prohi. alie. per Loth. qui dicebat, † quòd ſufficit tacitus
conſenſus domini regis in alienatione feudi, & tamen hoc
non eſt verum in regno, quia vbi iura requirunt licentiam,
non ſufficit tacitus conſenſus. Ita dicit Baldus in l. obſer-
uare. §. poſt hæc. in fina. ff. de officio procon. allegat Ioan-
nem Andre. in nouella, in capit. ſi Abbatem. de electio. li-
bro ſexto, vide ad hoc meam opinionem in deciſionibus
meis, deciſio. 398 In gloſſ. ſeptima, in verbo, confirmetur,
not. iſtam gloſſam, quòd aſſenſus regis in alienatione feu-
di trahitur ad tempus alienationis feudi, hoc etiam dixi ſu-
prà in nono nota. in tertia queſtione. Et facit ac ſi à prin-
cipio. quoad ualiditatem contractus, interueniſſet con-
ſenſus quoad pręiudicium regis conſentientis, non ta-
men præiudicat ille aſſenſus iuri tertio quæſito in ipſo feu
do. Puta Titius alienauit feudum, vel de eo diſpoſuit in
vltima voluntate, & ante regium aſſenſum obtentum alie-
nans mortuus eſt, ſuperſtite filio, cui ſtatim poſt mortem
patris apertum eſt feudum, non obſtante alienatione feu-
di, quæ fuit nulliter facta ſine regio aſsenſu, quam ſtatim
poteſt reuocare, & iam reuocauit, ſi poſtea impetretur aſ-
ſenſus regis, non præiudicat iſte aſſenſus filio, & hæredi.
Quia ratihabitio regis, vel eius aſſenſus non põt tertio præ
iudicare, vt per Bartolum in l. in ſtar. C. de iure fiſci. libro
decimo, & in l. fina. ff. rem ratam habe. Baldus in l. obſer-
uare. §. poſt hæc. ff. de officio proconſul. & lega. & vide quæ
75 dixi ſuprà eod. in 9. nota. in 3. & 5. quæſtione. † Secundò
nota. iſtam gloſſam, quæ expreſsè decidit, quòd aſſenſus
regis poteſt ante cõtractum celebratum impetrari, & poſt
contractum. Idem firmat Andr. in d. l. imperialem. in prin
cipio. & ibi vide, quæ ſcripſi ſuper hoc. Imò cautela eſt,
vt impetretur aſſenſus ante contractum, vel ante teſtamen
tum conditum ſuper contractu, vel teſtamento faciendo
ad effectum, ut non poſſit ipſe contrahens, vel teſtator iu-
re proprio reuocare teſtamentum, quod eſt confirmatum
auctoritate regia, & ſic patet, quòd teſtamentum confir-
matum per regem in feudalibus non poteſt poſtea teſtator
reuocare ſine regio aſſenſu, vnde ſi pater poſt feudum ac-
quiſitum de nouo cum aſſenſu regio diſpoſuit, vt ſolus pri-
mogenitus ſuccedat, non poteſt poſtea facere ſecundum
teſtamentum, in quo omnes filios inſtituat hæredes in feu-
dalibus, caſſando primum, quia per confirmationem re-
gis prohibita eſt eius reuocatio, ut dicit gloſſa not. in capi-
tulo frater. decimaſeptima quæſtione quarta allegat capi-
tulo ſecundum, de confirma. uti. uel inuti. Sed quid ſi ha-
bens feudum nouum fecit teſtamentum & inſtituit duas fi
lias fœminas, quas habet, in feudalibus, & impetrat re-
gium aſſenſum, poſtea procreauit filium maſculum & ip-
ſum inſtituit hæredem in feudalibus, reuocando dictum
primum teſtamentum cum regio aſſenſu factum, utrum
76 ſit præiudicatum primo teſtamento? † Dico, quod tale
teſtamentum primum propter ſuperuenientiam filij ma-
ſculi dicitur reuocatum iuris auctoritate, primò per leg. ſi
unquam. C. de reuoca. dona. Item quia in illo primo teſta-
mento confirmato à rege intelligitur ineſſe tacita conditio,
quæ ab initio ineſt ex præſumpta voluntate diſponentis, ac
ſi eſſet dictum in primo teſtamento, inſtituo filias, ſi filium
maſculum non habuero, & ſic uidetur princeps aſſenſum
præſtitiſſe. Item, quia in regno, ſtante maſculo, in feu-
dis, in quibus viuitur iure Francorum, filia non ſuccedit,
ut in conſtitutione, vt de ſucceſſionibus, & totum feu-
dum tunc eſt legitima cum onere dandi uictum, & mili-
tiam ſecundogenito, ut dicit Hoſtienſis in capitulo licet.
de uoto, & idem dicit Andręas ſup. in conſtitutione, di-
gnum, & ſic eſt ei debitum à iure. nam uolunt Docto. Pa-
pien. in authentica, ex cauſa. C. de liber. præter. quòd il-
lud, quod dicitur, quòd per ſuperuenientiam filii reuo-
catur donatio, intelligitur vſque ad legitimam tantùm de-
bitam filio. Idem dicit Ioannes de Imola in lege Titius. ff.
de liberis & poſthumis. idem Iaſon in authentica, unde ſi
parens. C. de inofficio. teſtamento, & Alexand. in ſecun-
do volumine conſilio 149. incipiente, circa primam dubi-
tationem, gloſſa 17. quæſtione quarta, capitulo quicun-
77 que. † In gloſ. in verbo, iure proprio, quærit hic gloſſ.
ſi alienãs feudum ſine regio aſsenſu tradidit poſseſſionem
feudi, verum licet alienatori iure proprio non ſolùm con-
tractum, ſed etiam poſseſſionem auocare. Et concludit
gloſ. quòd ſolùm contractum auctoritate huius conſtitu-
tio. reuocabit, non autem auctoritate propria reuocabit
poſseſionem feudi. Sed oportet, quòd adeat iudicem, &
ab eo petat ſibi reſtitui poſſeſſionem, quia reuocatus fuit
contractus alienationis iure licito per iſtam conſtitutio.
quæ inducit ius nouum contra ius commune feudorum,
quod vult, quòd alienans feudum ſine conſenſu domini
illud perdat. Et ſic patet quòd non licet ſibi propria
auctoritate ius dicere, nec committere violentiam pu-
blicam, vel priuatam pro recuperatione ſuæ poſſeſſio-
nis ex interuallo, vis enim eſt & tunc, quoties id quod
deberi ſibi putat, non per iudicem repoſcit, ut dicit tex-
tus in lege penultima ff. ad l. Iuliam de ui priua. Iuxta hoc
quæro, utrum iſta reuocatio debeat fieri uerbis expreſſis

vel ſufficiat tacita reuocatio? Vide ad hoc Bald. in l. ſi cum
ff. de ſolutio. vbi dicit per illum tex. quòd iuſta cauſa reuo
cationis mandati inducit præſumptam pœnitentiam, per
quam reuocatur mandatum, & dicitur iuſta cauſa reuoca
tionis, ſi mandatarius mutauit ſtatum in peius, vt in l. ſi
cum Cornelius. ff. de ſoluti. cum ſimilib. allegatis per Ale-
xand. in l. rogaſti. §. fin. ff. ſi cert. pe. Ego credo, quòd in iſta
reuocatione requiratur factum hominis, quia dicit iſta
conſti. eiſdem alienatoribus concedimus poteſtatem reuo
care, quia remanet factum, quod non durat factum, ut di-
cit Bald. in c. 1. quod metus cauſa & ideo eſt opus reuoca-
tione. Et pro hoc gloſſ. in l. qui habebat. ff. de manumiſ. te-
ſtamen. vbi interdum aliquid de iure non ſubſiſtit, & ta-
men ſeruatur, & ſortitur effectum. & iſtam glo. ad hoc al-
legat Alexand. in ſecundo volum. conſi. 107. penul. colum.
78 † In eadem ibi, quid dices de rebus eccleſiaſticis. Quæ-
rit hic gloſſ. ſi rector eccleſiæ, vel prælatus alienauit res ec
cleſiæ, non in caſu à iure permiſſo, vel ſine decreto ſuperio
ris, an ipſe idē prælatus, uel rector poſſit reuocare contra-
ctum impunè? Dicit gl. quòd ſic, per c. ſine exceptione. 12.
q. 2. & l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle. & not. in ca. ſi quis
presbyterorum. & in auth. de non alie. .hic ergo. Cui ad-
de Bald. in d. l. iubemus. §. ſanè. in uerſiculo quartò quærit
ubi tenet, quòd prælatus aget rei vendicatione nomine ec-
cleſiæ, & non ſuo, quando illicitè contraxit. Sed iuxta hoc
quæro de vna quæſtio. de qua aliàs conſului, vtrum ſi ec-
cleſia vendidit cum decreto ſuperioris, & ſic iure licito, &
habuit fidem de pretio, an pro pretio dictę rei venditę res
ipſa ſit tacitè hypothecata? Text. in l. fina. C. de ſacroſan-
ctis eccleſijs, dicit, quòd quando emit pro habenda re em-
pta: competit eccleſię hypothecaria. & nihil dicitur ibi,
quando eccleſia vendidit, ſed quia iſta ſunt correlatiua,
quia dicitur quando eccleſia emit, idem dicendum, quan-
do vendidit, vt tenet Iaſon in dicta l. fin. & pro hoc allego
79 text. in l. quidam ff. de in rem verſo. † vbi res vendita taci-
tè eſt obligata pro pretio, quem text. allegat ad hoc Bald.
in l. pro debito C. de bon. auctori. iudic. poſſi. Facit gloſſ.
in authentica. C. qui potin. in pigno. habe. vbi competit
tacita hypotheca in pecunia mutuata ad rem emendam
in rebus ipſis emptis. & iſtam gloſſam allegat Alexander
in l. ſi cum dotem. §. finali ff. ſoluto matrimonio. ſed ad-
uerte, quia Alexander ibi in dicto §. finali. dicit, quòd text.
in l. Iulianus §. offerri. ff. de actio. emp. expreſsè dicit, quòd
uenditor in re uendita habet ius pignoris, ſed dicit illud
uerum reſpectu retentionis, & ſic re uendita, & non tradi-
ta, ſecus ſi eſſet tradita, tunc niſi expreſsè res fuiſſet hypo-
thecata, non eſt tacitè hypothecata. hoc etiam firmat Bald.
in l. final. C. commo. ubi allegat bona iura pro hoc. Idem
Bald. in l. eum qui. C. de actio. & obligatio. & l. 1. §. fina. ff.
de rebus eorum. & dicit text. in l. 2. eodem titu. quòd reſcri
ptum principis impetrandum eſt, quòd detur hypotheca
ad rem uenditam pro pretio, niſi emat à fiſco, uel pupillo,
ut in l. 3. ff. eod. titul. l. huius. ff. qui potio. in pign. habe. hoc
etiam uoluit Angel. in l. quod ſi nolit. §. Marcellus. ff. de
ędil. edic. & in authent. ut exactio. inſtan. dotis. §. his igi-
80 tur. † Et pro iſta parte facit, quia ſi eccleſia uendit, & non
recepit pretium, poteſt agere rei vendicatione ad rem, ſe-
cundùm Bal. in l. eum ſeruum. ff. ſi cer. pet. ergo non hypo-
thecaria. Sed in contrarium facit, quòd poteſt agere eccle-
ſia hypothecaria ad rem pro pretio non ſoluto, quia eccle-
ſia ęquiparatur fiſco, ut dicit Abb. in capit. 1. de reſtitut. in
inte. & in c. 1. de teſta. & gaudet priuilegijs fiſci, ſecundum
Abb. in capit. auditis. de reſtit. in integ. ſed fiſcus habet hoc
priuilegium, ut ſuprà, idem dicendum eſt in eccleſia, ſi res
empta de pecunia eccl. eſt eccleſię, ut dicit Ang. in l. inter-
dum. ff. qui po. in pig. ha. Spec. in tit. de empt. & uen. §. ter-
tio loco. Abb. Sicul. in ca. 1. & c. inquirendum. & c. auditis.
de reſtitu. in integrum. quantò magis pro pretio debet eſ-
ſe obligata res eccleſię uendita, ſic etiam res empta de pe-
cunia pupilli eſt obligata tacitè pupillo pro illa pecunia,
de qua eſt empta, ut in l. ſi tutor. C. de ſer. pig. da. ergo idem
in eccleſia, cum eccleſia utatur iure minoris, ut dicitur de
reſtitutione in integrum ca. requiſiuit. & ibi Inno. & Abb.
de reſtit. in integrum. ſecundùm primam opinionem. Ego
conſului, & adhuc lis eſt ſub iudice. In eadem ibi, ſed nun-
81 quid poſſit obligari. † Quęrit hic gloſſ. an feudum poſſit
obligari, vel hypothecari ſine regio aſſenſu? Hæc quæſtio
fuit antiqua, & gloſſ. hic refert argumenta pro & contra,
quæ fuerunt Iaco. de Ardizo. in ſumma, quib. mod. feud.
amit. rubricella, pignoris obligatio prohibita eſt. & uide
ad hoc gloſſ. pen. hic. Vera concluſio eſt, quòd hodie neque
obligari per hypothecam, nec pignorari poteſt feudum ſi-
ne regio aſſenſu. Ita concludunt Docto. in d. l. imperiale
in princip. per illum tex. Et ſi hypothecaretur feudum, vel
pignoretur, non valet hypothecatio, nec pignoratio per il-
lum text. & firmat Ia. de Alua. in capit. 1. §. aut ſi libellario.
quib. mod. feud. amit. & dictum fuit ſuprà in primo no. in
3. q. Verùm de iure communi feudorum eſt differentia in
ter hypothecam & pignus, quia ſi hypothecatur feudum,
per hypothecam ſolam non perditur feudum, ſed ſi datur
in pignus feudum illud, tradendo creditori, perditur feu-
dum, quia nunquam perditur feudum per alienationem,
niſi ſit peruentum ad traditionem, ut dicit Andr. in c. 1. de
probi. feud. alie. per Lotha. in 2. col. & Bald. in d. l. imperia-
lem. ſecunda colum. & in c. 1. §. aut ſi libellario. quib. mod.
feud. amit. & in capit. 1. §. hoc quoque. 8. colum. de ſucceſ.
feud. ſed per iſtam conſtit. per alienationem, & traditionē
feudi non perditur feudum, ſed ipſe idem poteſt reuoca-
re, ut hic. Et ſi fiſcus poſt moram alienantis præuenit in re
uocando, præfertur, de quo latè per Andrę. in c. 1. 2. col. de
vaſ. qui contra conſtit. Lotha. & ibi dixi, & ibi vide Andr.
declarantem, quando alienans dicitur in mora in non re-
uocando, ut fiſcus admittatur ad reuocandum. Io gloſſ. in
uerbo, reuocare. Quærit hic glo. an ille, in quem fuit facta
alienatio feudi cum traditione poſſeſſionis ſine regio aſſen-
ſu poſſit feudum per annos triginta præſcribere, vide gloſ.
ſed de iſta quæſtione dicetur infrà in conſtit. conſuetudi-
nem, & ea, quæ ſcripſi in cap. ſi quis per triginta, ſi de feud.
fue. contro inter domi. & agna. in c. 1. §. præterea. de capit.
Corra. In glo. in verbo, iuſtitiarius, not. iſtam gloſſ. quia iſta
gloſſ. expreſsè dicit, quòd iſta conſtitut. habet locum non
ſolùm in feudis quaternatis, ſed etiam in non quaternatis,
& ſic habet locum in feudis ruſticis & de tabula, & hoc
propter generalitatē huius conſtit. hoc tetigi ſup. in 9. not.
82 Multi Moder. Doct. non viſa iſta glo. tenebant, † quòd re-
uocatio, de qua in iſta conſtit. non habet locum in aliena-
tione illorum feudorum ruſticorum, & tamen iſtam glo.
vidi ſeruari in iudicando, quando iſta feuda ruſtica appa-
rent eſſe feuda, vel eſt conſuetudo, quòd regulantur ſicut
alia feuda, & vide ad hoc, quæ dixi ſup. in 12. no. in 4. q. In
glo. magna in uerbo, locare, ibi, ex prædictis, not. iſtam gl.
ꝙ quando Comes, vel Baro facit ſecundam conceſſionem
rei feudalis, vel renouationem instrumenti conceſſionis
rei feudalis, non requiritur regius aſſenſus, & allegat bo-
na iura tu vide Andr. in c. 1. de his qui feu. da. poſſ. & in ca.
1. epiſ. uel Abbatem & Doctor. in ca. 2. de feud. Cui adde,
quòd pactum appoſitum in contractu de renouando in-
ſtrumentum finito tempore, non afficit rem, ſed perſonā,
Ita dicit Ang. in conſi. 181. incip. ex forma curiæ. & de iſto
conſilio facit magnum feſtum And. Barb. in c. precariæ. de
pręcar. ſed ipſe impugnat eum per l. ne cui. C. de loca. ſed
illa. l. nihil facit, quia per illud pactum nullum ius reale eſt
quæſitum primo conductori, ſicut per pactum de reuen-
dendo non eſt quæſitum ius reale, ſed perſonale, ut dicit
83 Alex. in 1. volu. conſi. 10. † Et ideo dicimus, ꝙ in reuocatio-
ne contractus rei eccleſiaſticæ non eſt neceſſaria ſolemni-
tas canonica, quæ requiritur in alienatione rei eccleſiæ.
hoc expreſsè dixit Car. Flor. in d. c. præcarię. & And. Barb.
præalleg. l. ſi pupillorum. §. 1. ff. de reb. dub. In eadem ibi,
ſed nunquid res feudalis. quærit gl. de quæſtione illa vulga
ta, vtrum ſi eſt prohibita alienatio, ſit prohibita etiam lo-
catio ad longum, vel longiſſimum tempus ſub mercede,
vel pecunia? Et arguit ad partes, & concludit cum gl. ord.
in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de legat. 2. vbi tenet, quòd res
prohi-

prohibita alienari, poteſt locari etiam ad mille annos, iſta glo. communiter reprobatur, ut patet in gl. in cle. 1. de reb. eccle. non alie. & per Alex. poſt Bart. in d. §. inſtituto. & in c. nulli. de rebus eccl. non alien. & Alex. in 4. volum. conſil. 213. & in 3. volumi conſi. 105. & eſt gl. in l. fi. C. de pac. pi-
84 gno. Bald. in rubri. C. de iure emphy. †In glo. fina. no. iſtam gloſſ. quòd hodie Comites, & Barones in regno ſine regio aſſenſu ea quæ ſunt de demanio comitatus vel Baroniæ, & ea quæ ſunt quaternata in quaternionibus nõ poſſunt alienare, nec aliis in feudum concedere, quia iſta feuda non ſunt ad collationem comitis, vel Baronis, ſed Regis, ut infrà in conſtitu. poſt mortem. Et ſi rex aſſentit, propter aſſenſum videtur haberi à rege, per l. lege obuenire. ff. de uerbo. ſign. cum ſimi. quæ allegaui poſt Andr. in c. 1. qui ſucc. tene. & uide, quę dixi in conſtit. cum circa, in 7. not. Sequitur conſtit. hac edictali.

ANNOTATIONES.

a Contractus.] Adde. quòd actus geminatus, vel perſeueratio multum arguunt ad validitatem eius, quod agitur ſecundùm Barto. in l. cum ſcimus. in fi. C. de agric. & cenſi. lib. 11. Item confeſſio facta non in figura iudicij licet nõ præiudicet, tamen ſi fuerit geminata. & bis emanauerit, forte iſta præiudicaret, ſicut ea quæ eſt facta in figura iudicij. vt per Fely. in ca. ſi cautio de fide inſtrum. col. 2. verſ. fallit, & col. 8. in finalibus verbis, ibi, fallit vltimo, & verba geminata quid operentur in obligatione, reſcripto, in interlocutoria, & in nonnullis aliis actibus, vide tu per Fely. in d. c. ſi cautio, in 9. col. ſtatim poſt medium ibi, hic eſt de fide inſtru. Batius.

b Regius.] Et an poſt commiſſum delictum per vaſallum, qui obligauit feudum, poſſit obligationi rei feudalis impetrari regius aſſenſus, vide Matth. deciſ. 285. incip. & an poſt mortem obligantis feudum pro dote poſſit aſſenſus impetrari in fauorem dotis, vide Par. de Put. de reinteg. feud. in verbo, an conſenſus. fol. 145. & quid ſi Titius impetrauit aſſenſum ad vendendum feudum, morte præuentus non vendidit, an hæres ſuus poſſit vigore huius poteſtatis vendere, & quid ſi impetratur aſſenſus vt vendatur Titio, & antequam emat, moritur, an poſt eius mortem poſſit vendi eius hæredi, vide Ant. Cap. in repe. c. imperialem. de prohi. feud. alienan. per Fede. col. 90. & 91 & quid ſi feudatarius confidens in domino vendidit rem particularem feudi, & ſub pœna promiſit facere ipſum conſentire & dominus moritur, an venditor teneatur ad pœnam, ſi nouus dominus ſucceſſor nolit conſentire, vide Par. de Put. de reinteg. feu. verſi. ſed quæritur, fol. 56. & an emens feudum poſſit impetrare aſſenſum poſt mortem venditoris, ita quod præiudicetur eius ſucceſſoribus, vide per eundem Par. de Put. de reinte. feu. verſiculo an ſi aliquis, fol. 146. & an aſſenſus impetratus per emptorem poſt mortem alienantis præiudicet filio, vel agnatis venditoris, vide Par. de Put. de feud. reinte. in verſi. an ſi alienetur, folio eodem. Batius.

c Ius.] Et an competat contra hæredes, vide Ang. in l. his ſolis, C. de reuoca. dona. quem refert & ſequitur Hyppo. de Marſi. in l. qui ſine accuſatoribus. ff. de quæſt. & eundem Marſi. in l. 1. colum. 13. C. de raptu virgin.

d Feudum.] Et an hodie omnia feuda ſint hæreditaria, vide Neapoda. in conſuet. ſi teſtator. in verbo, diſponere. col. 3. & Mart. dec. 140.

e Feudi.] Alienatio in augmentũ feudi ſine conſenſu domini, an & quando fieri poteſt vide Par. de Put. de reinteg. feu. verſ. ex proficiſcens, fol. 145. col. 2. & Matth. deciſ. 232.

f Voluit.] De iſto pacto vide late per Nicoſantium in tract. de pign. fol. 77. nume. 35.

g Prædium.] De hoc late vide per Nicoſantiũ in d. tract. de pig. fo. 77. nu. 35. circa medium ibi, ꝙ ſi minor emit cum pacto adiecto a vẽditore.

h Vtrum.] An dominus poſſit reuocare alienationem feudi, ſi fiat in immediate ſucceſſurum ſine conſenſu domini, vide Par. de Put. de reinteg. feu. in uerbo, habens feudum antiquum, fol. 141.

i Iſta.] An & hodie ſtante capitulo conceſſo Neapolitanis per regem catholicum, quo cauetur, quod inſtrumẽtis dotalibus, in quibus extat obligatio rerum feudalium cum conſeruatione regij aſſenſus pro dotibus ſtatim intelligatur præſtitus aſſenſus regius, vt in c. 21. fo. 57. & confirmatum per Cæſaream maieſtatem, vt in c. 14. fo. 9. iſta conſtitutio habeat locum, ita quod poſt dictam obligationem poſſit fieri reuocatio vigore huius conſtitutionis. Batius.

k Executio.] Adde, quod bona feudalia non poſſunt capi in cauſa iudicati, nec pro ſoluendis debitis vaſalli, niſi in ſubſidium deficientibus aliis bonis vaſalli ſecundum Bart. & alios in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, ff. de dam. infect. & tunc debent capi fructus feudi pro exequutione iudicati ſecundum Angel. in l. pro hærede. §. ſi quid tamen per glo. magna. ibi ad fi. ff. de acqui. hære. & Io. de Imo. in d. §. ſi de vectig. 8. col. & Alex. in l. commodis. ff. de re iudi. Adde ſimiliter, quod bona prohibita alienari, quæ alienari poſſunt pro ſoluendis debitis, vt l. peto. § prædium. & l. vnum ex familia. §. ſi ex talis. ff. de lega. 2. intelligitur quando alienatio propter debita fieret in ſubſidium aliis bonis deficientibus, ſecundum Rapha. Cum. in d. l. peto. § prædium & Bar. in l. pater filium. ff. de leg. 3. Adde ſimiliter dici in re donata eccleſiæ prohibita alienari, licet ſuperueniat cauſa neceſſaria alienandi, tamẽ ſi poteſt ſubueniri per alienationem alterius rei, ſtabit firma prohibitio ſecundum Ioan. And. in c. vetum de condi. appo. & ſequitur Are. in conſi. 22. quod inci. diligenter & mature, & intellige in ſubſidium, quando in alijs bonis nullo modo poteſt fieri exequutio, aut ſaltem cum magna difficultate, puta propter longam abſentiam, vel magnã diſtantiam aliarum rerum, vt no. Bal. in l. fi. ff. ſi cer. pet. & Bar. in l. 3. ff. de appellationibus recipiend.

l Pactum.] Adde Matth. idem tenentem ſuprà in conſtit. pacis cultum, col. 6. Item pactum de retrouendendo quomodo probetur, vide Pau. de Caſt. conſil. 180. incip. viſo proceſſu & atteſtationibus, in 2. col. in fi. quòd per coniecturas & præſumptiones, & in conſ. 121. in 2. volu. vbi dicit, an per teſtes, & an per vnicum teſtem cum iuramẽto in ſupplementum probationis.

m Quaternata.] Adde, quod iſta feuda quaternata ſolus princeps concedit in regno ſuo, vt per Andr. de Iſer. in c. 1. de contr. feu. inter pares termi. quem refert & ſequitur Matth. in vſib. feu. in tit. quę ſint reg. colũ. 10. & feuda quaternata & non quaternata quę dicuntur, & quæ de tabula, & in quo differant, vide Matth. in rub. de feu. non haben. propri. natu. & dicuntur feuda quaternata, quæ ſunt ſcripta in quaternionibus regię curię, quæ ſeruantur penes Archiuarium regiæ curię, vt in conſtit. iuſtitiarij per prouincias. de offic. iuſtitia. & quid ſit feudum quaternatum, vide And. in c. 1. de contro. feud. apud par. termi. col. 3. vbi etiam Matth. in 2. col.

n Feuda.] Quid ſit feudum ruſticum, aliàs ruſticanum, vide glo. in conſt. vt de ſucceſſionibus, in prin. gl. Batius.

o Nouo.] Adde, quod ad euitandum euitanda, impetrans aſſenſum debet impetrare ſimpliciter, & ſe nõ aſtringere ad certum contractum, nec ad certam perſonam, de quo vide late per Par. de Put. de reintegratio. feud. in verbo, pone quod vaſallus impetrauit aſſenſum, folio 141.

p Partes.] Et quid in aſſiſtentia cum adiudicatione petita ſuper feudis an requiratur aſſenſus regius. & quid ſi fuerit obtentus poſt concluſionem cauſæ, vide Capici. deci. 51. col. 3.

q Mores.] An & quando actus contra bonos mores poſſit iuramento firmari. Bald. in l. pacta quæ contra. in prin. C. de pactis & in l. non dubium in 17. oppo. C. de legib. & in rub. de cond. ob turpem cau. Bart. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. & ibi Alex. & idem Alexan. in l. pacta quæ contra & Imo in c. cum contingat. in 17 char. de iureiu. Bal. in conſi. 116. in prin. volu. 1. & Abb. in d. c. cum contingat. Adde etiam Bart. Soci in tractatu fallentiarum, in regula, iuramentum ſeruandum eſt.

r Gratia.] Adde videndum Matth. deciſi. 335, colum. 3. ibi, verum dictus aſſenſus, & deciſio. 355. Batius.

ſ Rebus.] Hodie iſta quæſtio reperitur deciſa per regiam nouel. prag. quæ incip. olim, quæ inter coniunctos. in fine, vide etiam Iaſ. in l. fin. C. de iur. emphy. col. 35. verſi. concludo ergo, & an emphyteuta poſſit facere compromiſſum de re emphyteutica ſine conſenſu domini vide per eundem Iaſo. in d. l. fi. col. 35 verſi. nono quæro. Batius.

t Regio.] An tranſactio de re feudali facta ſine regio aſſenſu valeat, vide Bal. in c. 1. ſi de feu. fue. contro. inter do. & agna. §. ſi vaſallus, & in c. 1. de contro. inter vaſal. & alis de benef. & Iaſ. in l. fin. C. de iur. emphy. col. 35. ibi, decimo quæro, & ibi uide, quid de emphyteuta, & an emphyteuta, ſeu uaſallus litigans poſſit deferre iuramẽtum aduerſario ſuper re emphyteutica, uel feudali ſine cõſenſu domini, uide per eundem Iaſ. in d. l. fi. col. 35. ibi vndecimo quęro. Batius.

v Arbiter.] An & quando ſententia ſeu laudum poſſit per alium recitari. vide Bart. in l. hac conſultiſſima §. ex ea humana. C. qui teſta. face. poſ. & Bar. & Doc. in l. ſtatutis. C. de ſenten. ex breuic. recitan. ubi etiã habetur, quid de interlocutoria & ibi ponit Bald. in verſic. ſed pone, quod duo & vide Bal. in l. iubemus C. de teſtib. & Cy. in l. 2. C. de ſenten. ex breui. recit. & Bald. in additio. Specu. in titu. de ſenten. prola. Ioan. Anton Batius.

x Poteſtas.] Hęc poteſtas de iure & de facto quid importet, vide domi. Anto. de But. in c. dilecti. de iud. & Bald. in c. 1. de no. for. fidel. & in l. fi. in fi. C. de iure delib. & an iudex, qui habet arbitrium procedendi de iure & de facto, poſſit credere teſti redenti malam cauſam. vide Bal. in l. ſolam. in fi. C. de teſtib. & Iaſ. Inſtit. de actio. §. in bonæ fidei. verſi. quid autem ſi iudici daretur arbitrium. nu. 47. & 48. ubi plura dicit de iſta poteſtate, & ꝙ propter dictam poteſtatem procedendi de facto non tenetur ſeruare formam iuris, vide per Alex. in l. ſciendum, 6. col. ff. de uerb. obli. Bal. in l. 1. C. de euictio. Batius.

y Defectus.] Adde gl. in cle. 1. de ſeq. poſ. & fructuum. in uerbo. non obſtante, & ibi Card. Zab. & Pau. de Caſt. in l. 1. § magiſtrum. ibi, & idẽ ſi aliquis. ff. de exerci. actio. Batius.

z Regia.] Facit tex. in l. maritus. C. de procurato. & l. quod Labeo. ff. de compenſa. & l. cum ita, in fi. ff. de cond. & demonſt. vide Bal. in l. 2. & 3. C. de ſac. ſanct. eccle. adde etiam, quæ not. in c. ſi ſtatus. de reſcr. & in l. 1. C. de dignitati. lib. 11. & quod not. Innoc. in c. cum ſuper, de offi. deleg. & in c. cum literis. de reſcrip. & ſic econtra, quod quibuſdam prohibetur, cęteris videtur eſſe permiſſum, ut in l. cum prętor. ff. de iud. & l. ex eo. ff. de teſtib. & l. quæſitum. § idem reſpondit. ff. de fon. inſtru. leg. & l. poſſeſſionem. §. 1. ff. ex quib. cau. in poſſeſ. eat. & c. qualis. 25. diſt. Batius.

a Liceat.] Facit, quod no. Par. de Put. de reintegra. feud. in verbo, iuxta. pręmiſſa. fol. 4. nu. 6. & adde, ꝙ cõſuetudo eſt in regno, quod bona ex cadentialia tenetur baro, cum exciduns, concedere, & nõ retinere ꝑ ſuo demanio, ne ordo feudorum peruertatur, de quo vide per eundẽ Par. in loco pręalleg. col. fi. nu. 15. itẽ adde, quod excadentia videnẽ locari ſub ſolito. eruitio, vel quantitate fructuũ, vt per Par. de reinteg. feudorum. in verbo, an bona demanij. ubi late de materia. Batius.

b Locatio.] Adde, quòd de iſta locatione ad longum tempus loquitur Iaſ. in l. ſi. col. 32. ibi quartò quæro. C. de iu. emphy. & dicitur locatio facta ad longum tempus, quando eſt facta per annos decem, vt per glo. in l. fina. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. pet. & quid de locatione in annos centum, vel mille, vide gl. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. 2. in verbo non extitiſſe. Batius.

c Feuda.] Adde, quod de iſtis attentiſſis deducto onere, quod dominis debetur, ſoluitur collecta, vt per Par. de Put. de reinteg. feud. in verbo, viſo, col. 2. fol. 13. item adde, quod feuda ruſtica contribuunt collectis ut per Par. de Put. in d. tracta. in verbo, ventamus. col. 1. in fi. fo. 2. & ibi vide, quod iſta feuda ruſtica alii appellant manſum, alij collibetum, vt in Aprutio, vbi etiam vide, quæ dicantur feuda plana, & de tabula. Batius.

d Donat.] Adde, an per confeſſionem factam in inſtrumento probetur merita præceſſiſſe, vide gloſſ. Neapoda. in conſuetudine, & ſi mulier. col. 4. ibi, non autem per confeſſionem ſuam factam in inſtrumento. & an & quanta merita probare debent, & quando præſumitur præceſſiſſe, vide Bar. in l. ſi forte ff de caſtrenſi pecul. Tho. Ferra. cani. 33. Phil. Deci. conſi. 20. Anto. Capic. deci. 103. & Iaſ. in l. ſi donatione. C. de colla. Domi. de Rot. deciſ. 177. in nouis Matt. in ca. 1. de feud. dat. inuicem. l. commiſſo. & quid ſi eſt facta confeſſio meritorum cum iuramento an per iuramentum probentur merita. Alex. conſil 8. vol 2. & in l. ſi donatione col 2. de coll. & an donatarius poſſit agere de eui ctione, quando donatio eſt remuneratoria. Phil. Decius, in d. l. ſi donatione. col. 7. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Edictalis, dictio, quid ſignificet.*
Res ſtabiles curiæ regiæ obligatæ non ſunt alienandæ.
2 *Debitor contrahendo, vel teſtando hypothecę creditoris derogare non poteſt.*
3 *Res in collectas aſcripta, vel aſtricta in eccleſiam tranſire poteſt, ſed cum onere ſuo.*
4 *Prohibitus alienare à ſtatuto alienare non poteſt vllo modo.*
5 *Alienationis nomine an veniat alienatio bonorum in totum, vel in partem in fiſcum fienda.*
6 *Transferre & commutare, hæc verba cum effectu ſunt intelligenda.*
7 *Feudum ad ſeruitium perſonale obligatum cui in teſtamento relinqui poſſit.*
8 *Filię dotem habens præcipuam in ea inſtitui poteſt.*
9 *Feudum non venit in generali omnium bonorum obligatione.*
10 *Aſſenſus regis requiritur, ſi feudum de perſona in perſonam mutetur.*
11 *Alienatio rei regię curiæ obligatę quare domino non præiudicet.*

HAC edictali. Nullus Comes, Baro, vel
miles, & quilibet alius, tam laicus, quàm
clericus rem, quæ eſt in ſeruitijs regiæ
curiæ qualitercunque obnoxia, vel res
ipſas, redditus, vel ſeruitia regiæ curiæ
præſtare debet per contractum inter vi
uos, vel in ultima uoluntate in totum, uel in partem, uel
in alium transferre præſumat & ſi fortè aliter fiat, per hoc
redditus, uel ſeruitia debita regiæ curiæ non minuantur,
quia alienatio tranſibit cum ſua cauſa, ideſt, cum dictis
1 ſeruitiis, & redditibus, hoc dicit. †Nota primò ex tex. edi-
ctali, quia iſta conſti. ſeruari debet ſolùm in regnis utriuſ-
que Siciliæ, licèt condita ſit ab Imperatore, quia Impera-
tor omnibus regni fidelibus ſolum condidit, quia hoc uo-
cabulum, edictali, exponitur, ideſt, hac generali l. in regnis
prædictis, ut in l. hac edictali. C. de ſecundis nupt. Secun-
dò nota ex text. ibi, quilibet alius, uel clericus, quòd nullus
laicus, nec clericus habens, & tenens res ſtabiles, quæ in
aliquo ſunt obligatæ regiæ curiæ, poteſt res ipſas ſtabiles
obligatas regiæ curiæ alteri donare, uel aliter alienare per
contractum inter uiuos, uel in ultima uoluntate, idem ſi
res ipſæ ſtabiles aliquem redditum annuum uel aliquam
ſpeciem ſeruitutis debent regiæ curiæ, & ſi fortè contra-
rium fiat, non per hoc contractus, uel alienatio redditur
nulla, niſi res eſſet feudalis, ut ſuprà in conſtitut. præced.
ſed res ipſa ſtabilis per alienationem prohibitam in alium
translata, tranſit cùm ſua cauſa, & ſua obligatione, & titu-
lo penes ipſum, in quem facta eſt translatio. concordat in
hoc text. in capitu. regis Caroli ſecundi, quod incipit, Item
2 ſtatuimus, quòd poſſeſſiones, chart. 21. †Sic etiam de iure
communi non poteſt debitor contrahendo, vel teſtando
hypothecæ creditoris derogare, quia res affecta obligatio-
ne tranſit cum ſua cauſa. text. eſt in l. debitorem. C. de pig.
& in l. ſi debitor. C. de diſtrac. pignor. Et ideo dicebat ibi
Bald. quòd ſi eccleſia emit rem ſubiacentem tributo, res il
la tranſit cum onere tributi, allegat capitu. 1. de confirma.
vti. vel inuti. & Bart. in l. minorum. § patrimoniorum. & in
l. reſcripto. ff. de muner. & hono. & quod ipſe dixit in l. 2.
a C. de epiſ. & cler. Et ex hoc infero, quòd ſi clericus [a] etiam
in ſacris emat res ſtabiles, quæ ſunt ſcriptæ in cataſto pro
collectis, quòd tenetur pro iſtis bonis emptis ſoluere col-
lectas regias. Bene facit, extrà de deciſio. capitu. nuper. ſunt
enim ſoluenda iura regis abſque diminutione, vt in §. co-
ges. in authent. de man. princip. & pro hoc text. in authen.
de alie. & emphy. §. ſi uerò quidam. Facit, l. inter debito-
rem. ff. de pac. hoc videtur firmare Lucas de Penn. in l. 3. C.
de prædi. & omni. reb. nauicu. lib. 11. Cui addo id, quod di
cit Car. Flo. in clemen. 1. in 2. opp. de immuni. eccle. vbi di-
3 cit, †quòd ſi res ſemel aſcripta in collectam tranſiret in ec
cleſiam, tranſiret etiam cum onere ſuo, niſi daretur pro do
te, uel pro fundatione eccleſię, & dixit Alex. in apoſtillis in
l. Titio. ff. ad municip. quòd Bald. in conſilio incipien. qui-
dam laicus. dixit, quòd ſi clericus ſuccedat laico, cogitur
ad collectas in prędeterıtum impoſitas ſuper illis rebus, ſecus
ſi collectæ in futurum imponerentur in rebus franchis.
Cui adde conſilium Bald. in 2. uolum. conſilio 198. inci-
pien. præmiſſo ſtatuto. ubi dicit, quòd ad clericos tranſit
res cum ſua cauſa, ſuiſque uitijs. ff. de acquirenda poſſeſ-
ſione. l. Pomponius. §. cum quis. Nec ob. authentica item
nulla communitas. C. de epiſcopis & clericis. quia ille text.
debet intelligi, niſi bona per prius ſint affecta per pactum,
vel quaſi, ut per ęſtimum, & ſic res clericorum ſunt ſubie-
ctę laicis, quia cum hoc onere peruenerunt clericis, ſicut
ſi perueniſſet res emphyteutica priuata, quę debet cenſum
priuatæ perſonę, & ſic non debet eſſe deterior conditio fi-
ſci, quàm priuati. Item quia quando onus imponitur rei
hęreditarię contemplatione perſonę, tunc penes quem-
cunque tranſit res illa, tranſit cum onere ſuo, vt in l. 1. C.
de anno. & tribu. libr. 10. & uoluit Bartol. in l. 1. C. de mu-
li. & in quo loco. & probatur in l. apud Iulianus §. hęres.
ff. de legatis 1. ſed contra prędicta nimis obſtat id, quod
dicit Bald. in l. reſcripto. §. finali. ff. de muner. & hono. &
quod dicit Bald. in l. 1. §. nemo. ff. quod cuiuſque uni. no-
mi. ubi quando collecta imponitur perſonę pro rebus,
prout eſt hodie, non tranſit cum onere ſuo in clericos, uel
perſonas eccleſiaſticas, ſecus in perſonas ſubditas, ut in l.
quęro. ff. de uſufruct. legat. & Bartol. in l. neque ſtipen-
dium. ff. de impenſis. & in l. Lucius. §. idem reſpondit. ff. ad
municip. ſed reſpondetur, quia pro collectis bona ſunt ta-
citè obligata, ſecundùm Baldum in d. l. prima §. nemo. per
l. murileguli. C. de murileg. libro 11. & Bald. de pa. Conſtan.
in verbo, nos Romanorum. hoc idem dicit Paulus de Ca-
ſtro in d. l. apud Iulianus §. hęres. ff. de legatis primo ergo
illa obligatio tranſit in ſubditos, & non ſubditos, cętera
de iſto articulo me remitto ad ſcripta per Ioannem de
Imola in capitul. fina. de uita & honeſtate clericorum. in
6. columna poſt Ioann. de Lignano & Anto. de Butrio ibi.
4 † Tertiò nota ex textu ibi, quocunque alienationis titulo
inter uiuos, uel in ultimis uoluntatibus, quòd prohibitus
alienare à ſtatuto, non poteſt alienare, neque per contra-
ctum inter uiuos, nec in teſtamento, uel codicillis, uel qua-
libet alia ultima uoluntate, ſed ſi contra fiat, quia alienatur
tenet alienatio, & tranſit cum ſua cauſa, ut hic, ſed poteſt
reuocari iudiciaria auctoritate, ut dixit gloſſa in authen-
tico, de reſtitutio. & ea quę parit. in uerbo alienauerit. uide
ad hoc notabile conſilium Franciſci de Aretio nume-
ro decimooctauo. An ſi alienaret feudum in eccleſiam
ſine regio aſſenſu, tranſit feudum in eccleſiam cum ſuo
ſeruitio? Dicit hic Andręas, quòd in eccleſiam non po-
teſt

teſt fieri alienatio, quia diceretur ſeudum peruenire ad
manus mortuas, quia eccleſia nũquam moritur. Et rex nõ
ſolet concedere aſſenſum, quando feudum transferatur in
eccleſiam, ut dictum fuit in capit. 1. alie. feud. An autem ſi
aliquo caſu tranſiret feudum in eccleſiam, tranſiret cum
ſeruitijs & ſua cauſa, licet nihil dicatur de ſeruitijs? Vide
Innocen. in cap. verum. de foro competenti. & quæ dixi in
capitulo qui clericus. ſi de feudo fuerit controuerſia inter
dominum & agnatum. & Andr. in ca. 1. ex quib. cau. feud.
5 amit. † Sed iuxta hoc quæro, vtrum prohibita alienatione
per ſtatutum, vel conſuetudinem fauore proximorũ agna-
torum, ſit etiam prohibita alienatio de bonis in totum, vel
in partem, quę fieri debebat in fiſcum propter delictum, ſi
non eſſet dictum ſtatutum, vel conſuetudo? Alexander in
3. vol. conſ. 88. incip. opportunè conſideratis. arguit pro &
contra. & allegat optima iura, & finaliter concludit, ꝙ in
pręiudiciũ ſucceſſoris per delictum non videntur alienata,
vt ibi latius per eum. ſed vltra eum allego, filius peculium
aduentitium non poteſt alienare in vita ſua, vt in l. fi. §. filij
autem. C. de bonis quę liberis. ita ꝙ confiſcatis bonis filij
non cenſetur confiſcatum peculium aduentitium, vt vo-
luit Barto. & communiter Docto. in l. ſi finita. §. ſi de vecti
galibus. ff. de dam. infe. & Bald. in l. 1. C. ne filius pro patre
b item quia qui prohibitus eſt alienare ᵇ per contractum, nõ
poteſt alienare etiam per delictum, vt l. Imperator. & ibi
Barto. ff. de fideicommiſ. libe. ſecus ſi ſtatutum, vel conſue
tudo dediſſet poteſtatem alienandi, tunc non intelligitur,
ꝙ poſſit alienare per delictum, vt in l. 1. C. de bo. dam. &
Bald. in l. executorem. C. de execu. rei iud. bene facit id, qđ
dixit Ang. in l. ſi filius. C. de bon. damn. ꝙ publicatis bonis
patris non publicatur peculium profectitium filii, licèt pa
ter poſſet illud reuocare. l. 3. §. ſed vtrum. ff. de pecu. Et ſic
publicatis bonis mariti non publicantur bona donata vxo
ri, licèt vir potuiſſet reuocare, vt in l. res vxoris. C. de dona.
6 inter vir. & vxor. † Quartò no. ex tex. ibi, transferre, vel com
mutare. ꝙ iſta duo verba intelligũtur cum effectu, ideſt tra
dita poſſeſſione rei, quæ debet redditum, vel ſeruitutem re
giæ curiæ, ſed ſi res non eſſet tradita, vel commutata de per
ſona ad perſonam aliquo titulo alienationis, ceſſat diſpoſi-
tio huius conſti. & pro hoc inſti. de vſuca. §. j. aliis quoque
modis traditur, & transfertur poſſeſſio in alium per contra
ctum, licet non ſit tradita poſſeſſio, vt quando donatur res
retento ſibi vſufructu, vt in l. quiſquis. C. de don. vel conſti
tuis ſe alterius nomine poſſidere, vt in l. ab emptione. in fi.
ff. de pact. & no. in l. quod meo. & in l. interdum. ff. de acq.
poſſ. tunc alienans tenetur ad onera realia, & perſonalia fiſ
co, vt probat iſte tex. & probat Neap. in conſu. Neapo. quæ
incipit, inſtrumenta donationum. in verbo, perueniat. Itẽ
dicitur poſſeſſio translata per legatum factum, ſi teſtator le
gat, vt auctoritate propria ingrediatur, vt in l. fiſtulas. §. fun
dum. & ibi per Bal. ff. de contrahen. empt. In gl. 1. in princ.
hæc glo. firmat vnam concluſionem in materia feudali, vi-
7 delicet † ꝙ habens feudum, quod eſt obligatum ad ſerui-
tium perſonale, poteſt iſte feudatarius facere teſtamẽtum
& relinquere feudum illi, qui ſine teſtamento eſſet ſibi im
mediate ſucceſſurus ab inteſtato, & valeret teſtamẽtum in
feudis ſine regio aſſenſu. Sed And. hic & ſuprà in conſt. prę
ced. opponit, & non ſoluit, videlicet de c. 1. in princ. de ſuc-
ceſſ. feud. vbi dicitur, ꝙ nulla diſpoſitio in vltima volunta-
te valet in feudis ſine aſſenſu domini, & idem dicitur in l.
imperialem. in princ. ſed tu ſolue, prout dixit d. Bartho. de
Ca. in conſi. quod ipſe fecit pro rege Roberto patruo con-
tra regem Carolum Regem Vngariæ eius nepotem, ꝙ non
inconuenit concurrere diſpoſitionem iuris cum diſpoſitio
ne hominis, vt eſt in multis videre exẽpla. Et primò, filius
debet habere legitimam in bonis patris, vt C. de inoff. teſt.
l. quoniam. & tamen in ipſa legitima poteſt hæres inſtitui
8 ut in §. aliud. in auth. ut cum de appell. cog. † Secundò, filia
debet habere dotẽ præcipuam etiam exhæredata à patre,
ut C. de rei uxo. act. l. 1. §. uideamus. & tamen in ipſa dote
poteſt hæres inſtitui à patre, ut no. in l. 3. §. ſed utrum. ff. de
mi. & eſt ratio, quia iſta non eſt alienatio, quando fit in im
mediatè ſucceſſurum, vt in c. j. de alie. feu. pater. Hanc con-
cluſionem firmaui in meis deciſ. deciſ. 119. ubi alia allega-
ui, ſed nec ego, nec Doctor. ſacri conſilii fuerunt memores
de auctoritate huius glo. licet fuerint alle. tria conſilia Ale.
& conſilium Oldra. & conſilium Bal. ut latius uidere pote
ris, ubi concluditur, ꝙ diſpoſitio l. fin. C. de edi. diui. habet
locum in feudis, quando eſt inſtitutus ille, qui debebat ſuc
cedere ab inteſtato, aliàs ſecus. In eadem ibi, Item uolunt
quidam dicere. no. & ſigna illam glo. quę uult, ꝙ ſi inſtitua
tur hæres ille, qui debet ſuccedere in feudo ab inteſtato,
nulla facta mentione de feudis, ꝙ ſub iſta uniuerſitate hæ-
res intelligitur eſſe inſtitutus hæres in feudis, alle. multa iu-
ra in argumentum de iur. com. Sed contra iſtam gloſſ. facit
text. in c. generali. ſi de fen. ſuer. contr. inter do. & agn. ubi
ſub generali locatione non comprehenditur feudum, niſi
9 de eo ſpecilicè ſiat mentio per quem text. uolunt † Doct. ꝙ
ſub generali obligatione omnium bonorum non uenit feu
dum, ut firmat Ludo. in l. ſi conſtante. in princip. ff. ſol. ma.
& Bald. in l. imperialem. in princip. & in l. uoluntas. C. de
fideicom. & in l. 1. C. quæ res pigno. obl. poſſ. Pau. de Caſt.
in l. tutor. §. fi. ff. de pig. act. & Alexan. in 2. uol. conſil. 168.
in fin. & in 4. uol. conſi. 2. & conſi. 124. in 3. colum. & in 5.
uol. conſi. 2 0. in 1. colum. in fi. Et pro hoc facit id, quod di
cit Bald. in l. in ſucceſſione. C. de ſuis & leg. & in l. in teſta-
mento. C. ad l. fal. ubi renuncians generaliter non uidetur
renunciaſſe feudo. hinc eſt, ꝙ dicit Barto. poſt Dy. in l. item
uidendum. §. fi. ff. de pet. hære. ꝙ ille, qui renunciat hęredi-
tati paternę, non uidetur renunciaſſe feudo paterno. Idem
firmat Bald. & Ang. ibi, Bald. in l. 1. in 1. q. ff. de rerum di-
uiſio. & in authen. ſi quas ruinas C. de ſac. ſan. eccle. & Alb.
de Ro. in l. tres fratres. ff. de pa. & Iaſ. in l. 2. uerſ. tertiò quæ
rit Saly. & c. C. de iure emphy. Fallit in uno caſu, prout dixi
in c. fi. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agna. Solutio
iſta ſunt diuerſa dicere, ſi peto hæreditatẽ, tunc uenit feu-
dum, per iſtam gloſſ. & hoc firmat Barto. in l. ſi patroni. ff.
ad treb. & Andre. in c. 1. an agnatus, ſed ſi obligo omnia bo
na, non uenit feudum, quia prohibitum eſt feudum ſub pę
na obligari, quod nõ eſt ſic in inſtitutione illius, qui debet
in feudis ſuccedere, nam tunc in petitione hæreditatis ue-
nit feudum, ſi eſt hęreditarium, ſecundùm And. hic. Quid
in feudo ex pacto & prouidẽtia in filio, qui debebat ſucce-
dere, an ueniat in petitione hęreditatis? Dic, ut dixi poſt
And. in c. 1. an agnatus. cętera dic, ut dixi in d. c. generali. In
eadẽ ibi, item quidã dicunt. hęc gl. ſi eſſet uera, non eſſet ne-
ceſſarius aſſenſus regius, quando unus uaſal. domini regis,
qui habet feudum, illud alienat in alium regium uaſallum
fidelem. Et tamen contrarium ſeruatur, quia prohibita eſt
alienatio feudorum generaliter, ut dicit hic And. & bene.
10 † Item quia quotieſcunque feudum mutatur de perſona in
perſonam, licèt ambo ſint uaſalli eiuſdem domini, requiri
tur aſſenſus regis, & hoc propter intereſſe regis, quod inter
eſſe conſiſtit in hoc ſi placet uel diſplicet regi, argument. ff.
de uſu & habit. l. fi. poteſt enim regi placere de uno, ꝙ non
placet de alio, ut dicit And. in l. imperialem. 2. colum. Bene
fateor, ꝙ ſi duobus rex concederet feudum, unus non ha-
bens liberos poſſet alteri alienare portionem ſui feudi ſine
domini aſſenſu, quia tunc haberet locum ius accreſcendi,
per l. 1. C. ſi ſocius imperia. largi. libr. decimo. de cuius in-
tellectu ibi dixi. An autem d. l. habeat locum in feudis? Vi-
de Andr. & ea quę ſcripſi in ca. 1. de duobus fratr. de nouo
benefic. inueſti. & in Specu. de loc. §. nunc aliqua. uerſi. 69.
Docto. in l. ſi mihi & tibi. de uerborum obl. & Ludouic. in
conſilio 19. incipien. in caſu quęſtionis propoſitæ. Item
quia facta in immediatè ſucceſſorum, ſecundùm Andr. in
conſt. præcedenti, & in c. 1. de alie. feu. pa. In eadem ibi, Itẽ,
crederem. gloſſ. tangit hic illam, quęſtio. quam tetigi ſuprà
in conſti pręced. in 1. not. circa finem, uidelicet, an domi-
nus feudi poſſit alienare fructu feudi ad tempus ſine con-
ſenſu domini regis, & dicit, ꝙ tota die barones dant, & lo-
11 cant caſtra, & gabellas, ſed intellige, prout ibi dixi. † In glo.
fi. quæris rationem, quare non præiudicans domino aliena
tio rei, quæ eſt obnoxia regiæ curiæ, ſed res alienata tranſit
cum

cum ſua cauſa. Dicit glo. quia non poteſt vaſallus inuito domino ſubrogare alium in eius locum, ſicut ſocius, qui admittit in ſocium alium, qui nõ eſt ſocius, cum quo non cõtraxit, vt in l. qui admititur. ff. pro ſocio. & c. a. de duobus fratres. de nou. beneſi. inueſtit. tu dic prout dixi ſuprà in ſummario.

ANNOTATIONES.

a Clericus.] An clerici teneantur ſoluere collectas cum laicis de bonis emptis. vide pragma Regis Ferdinandi, incip. Rex Siciliæ ſpectabiles & magnifici viri. & c. regni, item ſtatuimus. nume. 97. & ibi glo. Sebaſtiani, vide Fely. 10 cap. Eccleſiæ S. Mariæ. de conſtitu. col. 27. & ibi Panor. conſi. 54. prima parte. Barto. in l. reſcripto. ff. de muner. & honor. & in conſil. 150. vide tex. in authen. quæcunque communitas. C. de epiſ. & cler. & in auth. caſſa. & irri. C. de ſac. ſan eccl. vide aliud cap. regni nume. 98. item ſtatuimus, quòd poſſeſſiones iuncta glo. Sebaſt. & Nico. de Neap. Adde Mate. in c. 1. de cle qui inueſt. fe. & Bal. in tit. de pace Conſtan § 1. in verbo, monitione ciuitatis. Pau de Caſ. in l. 1. in fi. C. de epiſ. & cle. Iaſ in l. placet. C. de ſac ſan eccle. in fin. & an bona empta veniant appellatione rerũ patrimonialium vide Luc. de Pen. in l. ſi diuina domus, col 2. in prin. C. de exact. trib. lib. 10. & ſi vis videre ad ſaturitatem, an clerici de bonis emptis teneantur ſoluere collectam, vide Io. Ant. de Nigr. repe. clemen. 1. de vita & honeſ. clericorum, in glo. in verbo, priuilegio. colum. decimanona. ibi, ſed quæro, an clerici & eccleſiæ teneantur ſoluere colle. num. 49. vbi late examinat hanc quæſtionem. Batius.

b Alienare.] Adde Alex. conſi. 24. incip opportune ponderatis. volu. 1. & conſi. 86. col. 2. volu. 3. vbi loquitur maxime in prohibitione teſtatoris & vide Ange. in l. Imperator. ff. de fideicom liberta. & Io. And in addi. Specu. in tit. de feud. ver. Oldradus. Batius.

De reuocandis tranſeuntibus ad alienam habitationem. Rubrica VI.

POTEST ſic continuari ad proxima dictum eſt ſup. de reuocatione alienationis feudorum ſine regio aſſenſu, erat videndum, quid de vaſallis Cæſarianis, & de demanio regis, ſi vadunt ad habitandum in terris, & locis prælatorum, & baronũ, vtrum hæc translatio noceat regiæ curiæ, & quid agendum. Et quid econtra, ſi vaſalli prælatorum, vel baronum obligati ad ſeruitia perſonalia recedunt à terra feudali ipſorum prælatorum, & baronum, & vadũt ad alia loca, & terras, & ſic ſe alienant à locis feudalibus ſine aſſenſu domini, quid agendum. ideo condecenti ordine ſubnectitur hæc Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium de vno territorio in aliud transferre qui poſſunt licitè.*
2 *Ruſticitas quæ habeat priuilegia.*
3 *Ruſticus in iure teſtari poteſt cum quinque teſtibus.*
4 *Burgenſes & villani quando & qualiter conſtituantur de terra demanii.*
5 *Habitationem demanii regis quando quis derelinquere dicatur.*
6 *Habitator in quo differat ab habitante.*
7 *Tempus datum tenentibus vaſallos alterius inuito domino quando currere incipiat.*
8 *Comes, vel baro requiſitus non reſtituens vaſallum burgenſem & ruſticum regiæ curiæ mulcta indicta compellitur.*
9 *Vaſallus burgenſis & villanus lucrum quod fecit ex receſſu a terra demanii fiſco regio conferre tenetur.*
10 *Vaſallum demanialem recedentem à demanio receptans in quam incidat pœnam.*
11 *Vaſalli baronum recedentes à terra quando reuocari poſſint.*
12 *Vaſalli recedentes ratione curiæ, vel caſtri ſunt ad feudum reducendi.*
Ignorantia iuris naturalis non excuſat à pœna.
13 *Vaſalli fugitiui quando ſint requiſitione ſint reſtituendi.*

QVISQVIS. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit quòd ſi vaſallus villanus, & burgenſis de dema. domini regis receſſerit à terra demanij, & acceſſerit ad habitandum in terra alicuius comitis, vel baronis, relicta habitatione terrę de dema. regis, tenetur à die requiſitionis ſibi factæ per regiam curiam intra tres menſes, ſi in eadem prouincia eſt terra demanij regis, & terra baronis, & ſi terra baronis, vbi acceſſit ad habitandum, ſit extra prouinciam à terra demanii, intra ſex menſes redire ad habitandum in priſtinam terram demanij cum tota familia, & ſi non redierit poterit compelli remediis opportunis ad redeundum, & durat vſque ibi, quicunque autem. Hic eſt ſecunda pars, in qua iuxta prædicta deciditur vna dubitatio, videlicet quid ſi comes, vel baro ſcienter, vel ignorãter receptauerit in terra ſua burgenſes, & villanos demaniales domini regis ad habitandum, vtrum ipſi ſint in aliqua pœna? Dicit iſte text. quòd ſi fuerint à regia curia requiſiti, quòd ipſos remittant ad terram demanii, & cõtempſerint remittere, debent ſe componere regia curia in vna libra auri puriſſimi, & durat vſque ibi, & æqua lance. Hic eſt tertia pars, in qua deciditur alia dubitatio, videlicet, quid econtra, pone, vaſallus prælati, vel comitis, vel baronis, qui eſt ſibi obligatus ad ſeruitia perſonalia, vel ad vnum minimum ſeruitiũ perſonale, receſſit à terra baronis, & acceſſit ad habitandum in terra dema. domini regis, vel in terra alterius baronis, vtrum poſt requiſitionem intra dictum tempus tẽpus teneantur redire ad terras vnde receſſerunt, & ſi nolunt redire, an poſſint legitimè cõpelli ad redeũdum in terras, vnde receſſerunt. & reſpondet litera dicens, quòd poſſunt compelli ad redeundum, & durat vſque ibi, prælatum ſeu, comitem Hic eſt quarta pars, in qua quæritur, qua pęna puniatur prælatus. vel comes, vel baro. qui requiſitus, vt expellat à ſua terra vaſallos obligatos ad ſeruitia perſonalia baroni, qui receſſerunt ab eius terra, & venerunt ad habitandum in terra alterius baronis poſt dictum tempus, & reſpondet hæc litera, quòd puniuntur pœna medietatis vnius libræ auri puriſſimi, cuius medietas erit regii fiſci, altera medietas erit illius baronis, qui paſſus eſt dãnum propter receſſum ſui vaſalli obligati ad ſeruitia perſonalia ad terram illius baronis, qui receptauit eum & noluit parere requiſitioni. An autem ſcientes debeant requiri, hic text. uidetur dicere, quòd non, ſecundùm glo. fi. hic. Et breuiter. h. d. in ſumma. Nullus impune poteſt inuito rege receptare burgenſes, & villanos regis ad effectum, vt relinquant habitationem terræ demanialis. Item angarii, vel perangarii baronum non poſſunt recedere à terra domini, cui debentur ſeruitia perſonalia, & ſi recedunt, poſſunt cõpelli ad redeundum, & puniuntur reputantes poſt emiſſa
1 tempora hic deſcripta ad pęnã hic deſcriptam. h. d. †No. j.
ex tex. ibi, de burgenſibus & villanis. quòd iſta conſtit. non eſt extendenda ad nobiles burgenſes habitãtes in terra demanii, neque ad artiſtas habitantes in terra demanii, nam iſti poſſunt pro libito voluntatis accedere ad habitandum in terris comitum, vel baronum. ſed tantũ loquitur iſta cõſti. de burgenſibus, & villanis, ſiue ſint obligati ad ſeruitia perſonalia, ſiue non, quia illa copula &, coniungit, vt in l. ſi quis ita. ff. de verb obli. ideſt, ꝙ ſit burgenſis & ruſticus. Qui ergo ſint illi burgenſes ruſtici. Bart. in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure cod. dicit, ꝙ text. in l. j. C. vt ruſti. ad nullum obſe. reuo. lib. 10. videtur intelligere ruſticos omnes, qui habitant extra muros ciuitatis, vel caſtri. Tu dic, vt dixi ſuprà in 2. lib. in conſtit. proſequentes. ſub Rub. 31. in 7. no. & per Neap. Sebaſtianum in conſu. Neap. de teſtimo-
2 nio ruſticorum. †Habet enim ruſticitas aliqua priuilegia
conceſſa à iure, vt eſt videre exemplũ l. athletę. §. de ruſticis. ff. de excu. tu. vbi excuſatur quis à tutela propter ruſticitatem. Fallit in ruſtico ſagace, & diuite, vt dicit ibi gloſſ. Item ruſticus excuſatur ab imperitia in illis caſibus, in quibus reperitur expreſſum in iure, ꝙ excuſatur, vt dicit Alex. in l. ſi quis id, quod, in 3. col. ff. de iu. om iu. & ibi allegat bo

nas cotas,vt ibi per eum,& vide Bald.in l.ſenatus.C.de in-
terd.mat.Item excuſatur à dolo præſumpto præterito, vt
per Alexan.in l.vbi.ff.de eden. Bene facit l.ſi quis in graui
§.ſi quis ignorans. ff. ad Syll.in d.l.ſi quis id quod. §. doli.
& Bald.in diſputatione ſua,accuſatus de vi turbatiua.in fi.
& ideo ruſticus conuictus de falſo non punitur de falſo,ſe
cundùm Ange.in authen.de teſtib.§.& licet.Item nunquã
videtur prorogare tacitè iuriſdictionem non iudicis,vt di-
cit Ang.in l.fi. C. de exce.Item ſancta ruſticas omnia palã
habet,vt dicit Bart.in l.eo iure.ff.quib.mod. pig.tacitè con
a trab.Item pro debito [a] ſi bene colit,non poteſt capi, vt in
auth.agricultores.& ibi Bal.C.quæ res pig.ob.poſ.ſed pro
hoc facit,quia ſi boues aratorij non poſſunt capi pro debi-
to,vt ibi,& in c.regni,ergo nec eius perſona, tamen nõ ſer
3 uatur. †Item poteſt teſtari in rure cum quinque teſtibus,
vt no.per doct.in l.fi.C.de teſt.& in multis aliis ſunt ruſti-
ci priuilegiati,vt patet in gl.in ver.in omnes,in auth.vt nul
lum credentem agricolæ illius terræ &c.Item tẽpore meſ-
ſium,& omnibus aliis temporibus,in quibus exercẽt agri-
culturam, habent immunitatem à muneribus extraordina
riis,vt in l.1.C.de agri.& cenſi.lib.11.& ibi vide alia priui-
legia per Io.de Pla.Sic econtra in multis ſunt deterioris cõ
ditionis quàm cæteri, nam ipſi nedum non habent pecu-
niam,niſi in æſtate,vel venditis fructibus,vt dicit Bald. in
l.æde.C.locati.& nõ habent bona mobilia,ſecundùm Bal.
in l.certi.C.loc.nec licet eis optare pecuniam.l.domini prę
diorum.C.de agr.& cenſ.lib.11.Item ruſtici debent come
dere groſſum panem, & non album,& caſeum,& cepas,&
non delicatos cibos,vt dicit glo.in l.ſeruis vrbanis.ff.de le-
ga.3.Item ſolent bibere aquã,ſecundùm Iac.de Bel.& Cy.
& Bal.in auth.ad hæc,C.de vſu.Item ruſtici derelinquen-
tes culturam terrarum,& accedentes ad militiam ſunt re-
uocandi ad culturam terrarum, vt in l. ſuper C.de manci.
& colo.patrimo. lib.11.Item ruſtici & coloni eccleſię pro
iuribus eccleſiæ,non in alio foro poſſunt conueniri,niſi co
ram iudice eccleſiaſtico, donec ſunt coloni eccleſiæ, vt in
c.indicatum eſt nobis 89.diſt.Item nihil impudentius ar-
rogantia ruſticorum,dicit tex.46.diſt.in princ.Item ſcias,
ꝙ aliud eſt eſſe agricultorem, aliud eſſe operatorem terræ,
vt declarat Beatus Ambr.in lib.Geneſis 9.c. vbi agriculto-
res ſunt domini terrarum,qui per alios exercent agricultu
ram.operarij ſunt illi,qui per ſeipſos ad victum ſolum ope
4 rantur agriculturam,vt ſunt iſti ruſtici.†Secundò [b] no. ex
b tex.ibi,temporibus retroactis. ꝙ ad conſtituẽdum burgen
ſes,& villanos de terra demanij regis,non ſufficit, ꝙ habi-
tauerint per modicum tempus, ſed per longum tempus,
iſtud longum tempus exponit hic glo.à tempore corona-
tionis huius Imperatoris,& ſic erat vltra decennium, Do-
cto.in c.ſuper.de reb.eccleſ.non alienan.tãgunt, ſi res fuit
ſolita concedi per eccleſiam,& poſtea reuerſa ad eccleſiã,
c an,vt dicatur [c] de menſa,ſufficiat, ꝙ in demanium tenuit
per annum.Et concludunt,ꝙ non,ſed requiruntur 30.an-
ni.& pro hoc bene facit l.eum qui. C.de ſun.rei pri. li. 10.
quẽ ad hoc allegat And.de Iſer.in l.imperialem.§.pręterea
ducatus.de prohi.feu.ali.per Fed.ſed ſi res nunquã fuit ec-
cleſię,& illa peruenit ad eccleſiam,& eccleſia tenuit per an
num,tunc dicitur effecta de menſa, ſeu de deman. de quo.
per Alex.in 4. vol.in conſi.fi.& vide Barto.in l. qui rem.C.
de ſac.ſan.eccl.& in l.ſi vacantia.C.de bo.vac.lib.10. & ea,
quæ dixi in c.1.epiſcopum, vel abbatem.& Car. Flo.in ca.
5 fi.ext. de feu.†Tertiò no.ex text.ibi,habitatione noſtri de-
manij derelicta. ꝙ ſi burgenſis villanus de demanio regis
iuerit ad culturandum in terra comitis, vel baronis etiam
per plures annos,tamen derelinquendo familiam ſuam in
terra demanij regis cum intentione reuertendi, iſte non di
citur derelinquere habitationem demanij regis, & ceſſat
prouiſio huius conſti.Et ſic habitatio accipitur hic pro ha
bitatione cum familia,vt probat iſte tex.ibi dum dicit, cũ
tota familia.& pro hoc l.quæſitum.§.1.ff.de lega.3. Et ex
his infertur,ꝙ dicitur quis habitare in loco, vbi quis reti-
net familiam,licèt non ſit pręſens.glo.in verſ.maneat. in l.
3.§.1.& ibi Barto.ff.de liber.agnoſc.Faciunt ad hoc multa,
quæ allegat Felin.in cap.quoniam in 1.colum.de offic.or-
dina.Cui adde ad idem Alex.3.vol conſi.111.in 3.col.Bar-
tol.in l.1.§.habitare.ff.de his,qui deiec. vel effud.& gloſ.in
clement.cauſam.in verſic.communiter.de elect.& Bald.in
l.ſi quis ad declinandam. in 7.chart.verſicu. nunc breuiter
6 venio &c.C.de epiſcop.& cleri.†Et ſcias,quòd eſt maxima
differentia inter habitatores, & habitantes,nam habitato-
res dicuntur habentes familiam & ſic domicilium,habitã-
tes dicuntur, qui non habent familiam, nec domicilium,
vt in l.eſt differentia.ff.qui.mod.pigno.tacit.contrah.idem
Neapoda.Sebaſtianus in vltima cõſuetudine ciuitatis Nea
politanæ,in verbo habitatoribus. Pone ergo,ꝙ quis habet
duo domicilia, videlicet originis & incolatus in alio loco,
puta originis in terra baronis, & incolatus in terra dema-
nij, dic ꝙ debet inſpici potius incolatus,quàm originis,vt
firmat Alex.in 1.volu.conſi.16.col.3.alle. Bald.in l.2.ff.de
ſta.hmi. hodie quidã procurator interrogauit me de hoc
caſu,quidam promiſit dare habitationem genero ſuo, iſte
ſocer dedit habitationẽ in domo ſua, vtrum poſſit ipſe po-
ſtea expellere, & dare ſibi aliam habitationem,& ſic an ſit
ei licita variatio? Dixi ſibi,ꝙ ſic,per text.in l.ſi ſterilis.§.fi.
7 ff.de act.em.& ipſe miſit ſibi xenium.†Quartò no. ex text.
ibi,poſt requiſitionẽ.ꝙ tempus trimeſtre,vel ſemeſtre,qđ
datur tenentibus vaſallos alterius, videlicet regis in terra
ſua inuito domino, currit à die requiſitionis ſibi factæ per
ſuperiorem iudicem ipſius,qui tenet vaſallum burgenſem
& ruſticum domini regis, nec requiritur,ꝙ procurator re
gis probet illum burgenſem & ruſticum eſſe angarium,vel
perangarium,ſed ſufficit, ꝙ ſit vaſallus burgenſis,& villa-
nus,qui ſunt iſti vaſalli burgẽſes, declarat And.in c.1.qua-
liter vaſ.iu.de.fide. Et hæc eſt differentia inter vaſallos Cæ
ſarianos & vaſallos baronis, quia vaſalli demaniales domi
ni regis,ſi acceſſerint ad habitandum in terra Baronis,pro-
curator fiſci eos repetit, abſque eo ꝙ probet,ꝙ ſit obligati
ad ſeruitia perſonalia,ſed ſi vaſallus baronis receſſerit à ter
ra baronis,& iuerit ad habitandum in terra demanij regis,
vel in terra alterius baronis, non poteſt repetere effectuali
ter,niſi probet, ꝙ ille ſit obligatus ad ſeruitium perſonale,
vt in ſecunda parte huius conſti. ſed hoc intellige, vt infrà
dicam, uel niſi rex vendiderit caſtrum cum vaſallis, tunc
transfert ius, quod habet rex in vaſallis, in quibus habet
ius,ꝙ burgenſes non poſſunt ire ad habitandum in alia ter-
ra,vt ſuprà,& hoc ius etiam dicetur rex vendidiſſe, ſecun-
8 dùm And.hic.†Quintò no.ex tex.ibi,compellatur. ꝙ ſi co-
mes,vel baro poſt requiſitionem, & tranſacto tempore tri
meſtri,vel ſemeſtri noluit reſtituere vaſallum burgenſem,
& ruſticum regiæ curtæ,tunc compellitur reſtituere mul-
cta indicta,& pignoribus captis,& etiam manu militiari,ſi
expedit,iudicis officio,per.l.qui reſtituere.ff.de rei vendi.
Nam iſtud verbum,compellatur,prolatum à iuris condito
re importat,ꝙ vis per iudicem inferatur,vt in c.veniens.in
fi.de tranſa. & in c.conqueſtus. de for.comp.Sextò not.ex
text.ibi,contempſerit redire.ꝙ ſi comes, vel baro fuerit re-
quiſitus à procuratore fiſci,vt remittat burgenſem,& villa
num demanialem domini regis, & contempſerit ipſum re
ſtituere regio fiſco, debet puniri pœna vnius libræ auri pu
riſſimi propter contemptum,ſi ergo non detur contẽptus
baronis,non erit iſta pœna, fortè enim ex cauſa iuſta baro
non permiſit,ꝙ ille vaſallus redeat, vt per Luc. de Pen.in
l.ſi coloni.colum.5.verſi.ſ2.quæritur,cum ſeq.quæſtioni-
bus.C.de agr.& cenſ.lib.11.ubi enim datur aliqua iuſta cã
contra præceptum, non dicitur præceptum contemptum,
vt in c.breui.de iureiu. & Io.And.in c.cupientes.§.ſi verò.
de ele.lib.6.& Arch.in c.eos. de ſen.exc.lib.6.not.in c.me-
9 tropolianum.2.q.7.& in l.3.ff.ſi quis ius di.non ob.†Septi-
mò no.ex tex.ibi,& receptos ꝙ ſi vaſalli burgẽſes,& villa-
ni domini regis ex receſſu à terra demanij ad terram pręla
ti,vel baronis aliquid fuerint lucrati, vel aliquid commo-
di habuerint ex dicto receſſu,totum illud lucratum,& cõ-
modum erit regij fiſci, & fiſco compellitur reddere,etiam
ſi piè aliquid egerit,puta conſtruendo eccleſiam, & ſibi ac
quirendo ius patronatus,nam iſtud lucrum eſt,ut dicit gl.
in

in l.locum.ff.de vſufru.per text.in auth.de hęre. & falc.§.ſi
verò expreſſim. Et ſic per iſtam cóſt.tranſiret ius patrona
tus in fiſcum ex iſta culpa.& pro hoc facit gl.in c.filijs.16.
q.7.quæ dicit, ꝙ iudex laicus poteſt cum vniuerſitate pri-
uare aliquem iure patronatus, ſed per ſe non poteſt.& fir-
mant Io.And.Abb.Sic.in c.nobis.de iurep.& de quo in l.li
finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam. inſe.& Fely.in c.quan
tò.de iud.in 3. colum. vide regnicolam noſtrum. D.Fran-
ciſ.de Gayeta bonum canoniſtam in repetit.c. fin.de elect.
lib.6.Octauò no.ex text.ibi, ęqua lance, ſimile verbum eſt
in l.cum quęſtio.in fi. C. de lega.& in l.generaliter.§.ſi au-
tem iudex.C.de iureiurand.& in l.maximum vitium.§.ſan
cimus.C.de liber. pręter.& in l.1.C.de ponder.& auri illa.
lib.10.ſufficit tamen, ꝙ in aliquo ſit ęqualitas, licèt in mul
tis ſit differentia, vt patet hoc in gloſſ. nam licèt idem ius ſit
in vaſallo baronis obligato ad ſeruitia perſonalia, receden-
te à terra baronis, & accedente ad aliam terram demania-
lem, vel alterius baronis, vel priuati, ſicut in vaſallo dema-
nij, accedente ad terram baronis, vt teneatur ad reſtitutio-
nem, tamen in multis eſt differentia, quia vaſallus demanij
reſtituetur, etiam ꝙ nó ſit obligatus ad ſeruitia perſonalia
vt hic, ſed vaſallus baronis ſi non eſt obligatus ad ſeruitia
perſonalia, & acceſſerit ad aliam terram baronis, non reſti
tuetur, per iſtum text. Fallit ſecundùm Andre. hic, ſi domi-
nus Rex dedit baroniam cum vaſallis, ita ꝙ vaſalli non di-
ſcedant ab ipſa baronia, vt ſuprà dixi. Et quia iſta clauſula
d ſolet apponi[d] in huiuſmodi inueſtituris, ſi non ſit appoſita
pręſumitur appoſita, quia pręſumitur dictum id, quod cō
ſuetum eſt dici, licèt non ſit dictum. argu. l. cum quid. ff.ſi
cert.peta.& ff.commo.l.ſi is qui.§. fin. vide ad hoc multas
concordan. quas poſui in c.1.6.no.ex qu.cauſ.feu.amit.&
10 per Lucam de Pen.in l.miſſi.C.de exact.trib.lib.10.† Item
receptans vaſallum demanialem incidit in pęnam hic con-
tentam, ſed receptás vaſallum alterius baronis obligatum
ad ſeruitia perſonalia poſt requiſitionem non incidit in pę
nam hic deſcriptam, ſcilicet unius librę auri, ſecundùm
gloſſ. hic, ſed punitur in media libra auri, quæ diuiditur
inter fiſcum & illum, qui paſſus eſt damnum pro medieta
te. Nonò no.ex tex.ibi, qui tamen dominis ſuis de perſona-
11 libus ſeruitijs minimis teneantur. ꝙ uaſalli † baronum, qui
tenentur etiam ad minimum ſeruitium perſonale, ſi rece-
dunt, & uadunt ad habitandum in alia terra, ſiue ſit alte-
rius baronis, uel prælati, uel demanij regis, authoritate iu-
diciaria poteſt ipſe Baro ipſos reducere ad habitandum in
ſua terra, unde receſſerunt, ſecus ſi non tenentur, niſi ad ali
quam præſtationem non perſonalem, ut expreſsè dicit ca-
pitulum Papæ Honorij. quod incipit, ad nouas communã
tias.& de iſto c. facit mentionem Luc.de Penn.in l.a.C.de
agricol.& cenſit.libr.11. & pro hoc facit bonus text.in l.1.
C.de colo.illiricia.libr.11. Idem ſi uaſalli prælati obligati
ad ſeruitia perſonalia receſſerunt à terra eccleſię, & iuerũt
ad habitandum in alia terra, per omnem modum coercitio
nis legitimę poſſunt compelli, ut reuertantur, unde receſ-
ſerunt, ut in ca. regis Caroli ſecundi in planitia ſancti Mar
ti. quod incipit, item ſtatuimus, ꝙ ſi uaſalli eccleſiarũ. char.
21. Intellige pręcedente requiſitione de qua hic. pro qua
facit l.quidam Hyberus.ff.de ſerui.urba.pręd.& quod no.
Luc.de Pen.in l.domini.C.de agri.& cenu.li.11.Et de iſtis
uaſallis angarijs, & perangarijs dic, ut dictum fuit ſuprà, in
conſti. proſequens. in ſecundo lib. ſub rub.31.& in ca.1.in
uerſic. perangarię, quę ſunt regalia. Quibus adde id, quod
12 dicebat Bald.in l.ſi plures.C.de conditio. inſer. † Quòd ſi
uaſalli ratione curię uel caſtri recedũt, ſunt ad feudum re
ducendi. Et dicit Bald.in l.1.C.de lati.libe.tollen. quòd li-
citum eſt domino propria auctoritate aſcriptitiũ capere,
& plagis mediocribus caſtigare. Et dicit gl. Caroli de Toc
co in Lõgobarda, quia cognouimus de ultimis uoluntati-
bus, ꝙ angarius, inuito domino, non poteſt ſe liberare ab
iſta angaria. Decimò no.ex text.ibi, ignorantes. ꝙ ignoran-
tia hic non excuſat à pęna, quia eſt ignorátia iuris natura-
lis, quę non excuſat. de quo in c.ignorantia, de regu.iu.lib.
6. Nam ius naturale uult, ꝙ tuum non eſt, credas ad alium
pertinere, vt in l.cum quęrebatur.C. vnde vi. ſi ergo uaſal-
lus meus recedit à meo caſtro, & uidit ad caſtrum alterius
ad habitandum, etiam quòd ignoret poſt requiſitionem,
debet ipſum mihi reddere, nec ignorantia habet eum excu
ſare poſt requiſitionem, aliàs ſine requiſitione ignorans
non contemnit, ut in l.ſi ignorans.ff.loca. ſed poſt requiſi-
tionem ignorans dicitur contemnere, ut dicit iſte tex. in 2.
parte ibi, ignoranter contempſerit redire &c. Et patet, ꝙ
ſcientes non ſunt requirendi, ut remittant uaſallos fugiti-
uos dominis ſuis, ut incidant in pœnam, & hoc tenet glo.
13 fina. hic in princi. † quòd ſcientes debent reſtituere uaſal-
los fugitiuos, etiam ſine requiſitione. & pro hoc facit ſu-
prà in 1. libro conſtitu. ab officialibus noſtris. in fi. ſub ru-
bri.91. ubi prohibita eſt occupatio rerum fiſcalium etiam
non facta requiſitione, ſed melius opi. glo. probat iſte text.
in fi. ibi, ignorantes, requiſiti, &c. In gloſſis non aliud ſcri-
bam, niſi quod ſuprà dixi in textualibus. Ideo nota ſolùm
gloſ. fina. quæ dicit, quòd non permittitur alicui ignorare
res ſuas, uel qualitatem rerum ſuarum.ff.de act.empt.l.te-
netur.& C.de reſcin.uendi.l.quiſquis.

ANNOTATIONES.

a Debito.] Quid in muliere, an pro debito ciuili poſſit capi & carcera-
ri? Vide Iaſonem in dicta l.plerique.colum.fin.ff.de in ius vocando.
& ibi Alecand.de Imol. & deci. in regula fœminæ. ff. de regu.iur. ibi,
quarto mulier, Anto.Capi.deciſ.44.& Soey.in tracta.fallentia.in re-
gula 229.in 2.fallent.& tex.in auth.nouo iure.C.de cuſtod.reorum.
Ioan. Ant. Batius.

b Secundò.] Vide Deciam conſilio 131. Guido Papæ deciſio. 154. Anto-
nius Batius.

c Menſa.] De iſta materia, quæ dicantur res menſas, & quæ non, vide in
capitu. vt ſuper. de rebus eccleſi. non alien. & Bartol. in authentica,
qui rem.C.de ſac.ſanct.eccleſ. Doctores in capitulo 2. extrà de ſerus.
Archi.12 quæſtio. ſecunda, capi. ſine exceptione. Hoſtien. in capi. per
venerabilem. qui filij ſint legit. Ioan. And. in clem. frequens. de exceſ.
prælato Barto.& Angel. in repetitione l.ſi vacantia.C.de bon. vacan.
5.colum. libro 10 Andr. capitulo primo, colum. 1. epiſcopum vel ab-
batem. Anton. Batius.

d Apponi. Quid in notario, an præſumatur rogatus apponere clauſulas
apponi ſolitas & conſuetas in inſtrumento, vide per Matth ſuprà in
conſtitutio. Baiulos omnes & Iaſon in l.certi condictio §. ſi nummos.
colum.3 ff.ſi certum petatur. & in l.vt liberis.C.de colla.& an nota-
rius poſſit apponere conſtitutum, vel apponere pœnam ſolitam, ſi
non fuerit rogatus, & quid de dictione &c. vide Alexan. conſi.38. vo-
lum.2.& quod notarius cenſeatur rogatus de clauſulis. vide Alexan.
conſilio 27. Batius.

De hominibus affidatis non tenendis. Rubr. VII.

DICTVM fuit ſuprà proximè de plu-
ribus q. ſuper hominibus recedentibus
ab eorum incolatibus, & tranſeuntibus
ad habitandum ad alteram terram ſine
licẽtia domini, verùm, quia nobiles per-
ſonæ, milites, vel barones in regno in-
terdum ſolebant vltra eorum uaſallos habere homines aſ-
fidatos, & recomandatos à quibus ſolebãt recipere aliqua
xenia annuatim, pro eo quòd ipſis præſtabant fauorem, &
defenſionem, & poterat dubitari, an in regno ubi eſt rex,
qui eſt omnibus tutiſſimum refugium, liceat dictis nobi-
libus, militibus, & baronibus habere dictos homines affi
datos, vel recommendatos, & ſi eis non ſit licitum, an pu-
niantur aliqua pœna ſtatuta, de quibus non erat dictum,
ideo immediatè ſequitur hæc rub. ſub qua ſunt tres con-
ſtitutio. prima incipit, cum uniuerſis. ſecunda incipit, ad
ſubiectorum noſtrorum. tertia incipit, pręſenti conſtitut.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus, cui infertur iniuria, non debet diffidere de defenſione regia.*

Vaſallos demaniales regis receptans iniuriam regi irrogare dicitur.

2 *Nobiles, vel potentes de terris demanii regis non debent habere*

bere affidatos, vel recomendatos.

Defendere illum, quem recepi in protectionem, qui non eſt de demanio regis, & ab eo aliquid accipere, vt eum defendam an ſit de genere malorum.

3 *Rex poteſt priuilegium dare nobili habendi recommendatos vel affidatos.*

4 *Priuilegiatus ſuum priuilegium oſtendere tenetur, nec ſufficit quòd dicat ſe priuilegium habere.*

5 *Ius affidandi & recommendandi vaſſallos demaniales regni non poteſt præſcribi.*

6 *Præſcriptio centum annorum an differat à præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat.*

7 *Affidatos habere auſu temerario quis dicatur.*

8 *Delictum iterans grauius punitur.*

9 *Supplicium capitis capitur quandoque pro morte ciuili.*

10 *Defenſa pro parte comitis, vel baronis imponi non poteſt.*

CVM Vniuerſis. Dicunt hic gloſſ. & And. quod bona eſt illa cõſtitutio, ſi ſeruaretur, ſi ergo bona eſt, ſeruari debet, quia non id, quod fit, ſed quod fieri debet, intuendum eſt, vt in capitu. cum cauſam. extrà de elect. nec exemplis, ſed legibus iudicandum eſt. C. de ſenten. & interlocu. om. iud. l. nemo. Continet in ſe hæc conſtitutio quatuor principalia dicta. In primis exorditur vnum ornatum procœmium, quod in effectu dicit, ꝙ contra omnes impetus, qui inſeruntur vaſallis regis de ſuo dema. debet eis ſufficere defenſio regia, & officialium regis, & non diffidere de protectione, & defenſione regia, & ſuorum officialium, nec ipſi vaſalli demaniales habent quærere patrocinia, ſcilicet aliorum potentum, cum hoc non ſit ſine iniuria regia. Et durat vſque ibi, nolentes. Hic eſt 2. dictum, videlicet, ꝙ ad euitandum regiam iniuriam prædictam ſtatuitur hęc conſtitu. vt nullus nobilis præſumat habere affidatos, vel recomandatos de terra demanij regis, niſi ei ſit per ſpeciale regium priuilegium conceſſum, ꝙ poſſit habere affidatos, vel recomandatos de dema. regis, & illud oſtenderit, & durat vſque ibi, pręſcriptionem. Hic eſt 3. dictum, in quo remouętur omnis præſcriptio in contrarium tanquam de re, quæ eſt de demanio regis, quæ non ſolùm nõ poteſt præſcribi, nec occupari, ſed tenentur vaſalli domini regis iura fiſcalia defendere, & ideo nulla præſcriptio poteſt tueri nobiles poſſe habere affidatos, vel recommendatos. Et durat vſque ibi quiſquis. Hic eſt 4. & vlti. dictum, in quo puniuntur illi nobiles, & potentes, qui recipiunt temerario auſu vaſallos demaniales domini regis in affidatos, & recommendatos pœna 10. librarum auri puriſſimi. Et ſi iterato alios, uel eoſdẽ homines recipit affidatos, uel recommendatos, omnia bona ſua fiſco publicantur. Et ſi tertiò reiterare pręſumunt, iſta conſuetudo delinquendi punitur pœna capitali, non ob. qualibet conſuetudine in contrarium, hoc dicit iſta lõ
2 ga conſt. †No. 1. ex tex. ibi, impetus. ꝙ ſi cõtra uaſallum demanialem regis cõmittitur maleficium impetu, quod eſt, quando inter duos ſimultoſtantes oritur ſubito rixa, ſeu propter verbum nouum, vel cõtemptionem nouiter emergentem, ſeu propter ebrietatem, vt declarat Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœ. non debet diffidere defenſione regia, & ſuorum officialium, nam poterit imponere defenſionem, ut ſuprà in conſti. iuriſgentium in 1. libr. ſub rub. 15. cum tribus ſequentibus conſti. Secundò no. ex tex. ibi, noſtram perpetratur iniuriam. ꝙ iniuriam facit regi ille, qui recipit uaſallos demaniales in affidatos, & recommẽdatos, & capitur hic iniuria pro omni eo, quod non iure fit
3 ut inſtitu. de iniu. in princi. † Tertiò no. ex tex. ibi, nulli omnino liceat affidatos, uel recommendatos. ꝙ nõ eſt licitum nobilibus, uel potentibus perſonis de terris demanij regis habere affidatos, uel recommendatos, ut hic. Idem expreſſius ſtatuit rex Carolus primus in c. quod incipit, ꝓdeceſſorum noſtrorum. char. 11. per hæc verba uidelicet. Statuimus etiam, ut nullus in terris demanij noſtri recipere audeat recommendatos, cùm non tantùm damnoſum, ſed iniurioſum nobis ſit, cùm defenſio noſtra eis plenè ſufficiat, & alia defenſione non egeant. & imponit pœnam, prout in iſta cõſt. dicitur, ad idem in alio c. eiuſdem regis, quod incipit, terreri. car. 19. in fi. Quid ſi nobilis. & potens habeat affidatos, & recommendatos non de demanio regis, ſed de terra alicuius baronis, uel prælati, an habeat locum in hoc caſu diſpoſitio huius conſti. Dicerem, ꝙ non, quia nec iſta conſtitu. nec capitulum regni de hoc aliquid dicit, & quia non eſt de genere malorum defendere illum, quem recipit in protectionem, qui non eſt de demanio regis, & etiam recipere ab eo aliquid, ut defendat, ut dicit Bart. in l. metum. §. ſed licet. ff. quod met. cauſa. ut ibi per Albe. de Ro. & apoſtillam Alex. ibi, quæ incipit, uide text. † Quartò no. ex tex. 3
ibi, niſi de habitis. ꝙ rex poteſt dare priuilegium alicui nobili, ꝙ poſſit habere recommendatos, & affidatos impunè de demanio regis, ut hic. Et non eſt mirandum, quia uidimus reges alienare ea, quæ ſunt de demanio cum clauſula ex certa ſcientia, & non obſtãte, ut latè per And. in l. imperialem. §. pręterea ducatus. uerſi. ita tamen. & per Barto. in l. prohibere. §. planè. ff quod ui aut clam. & per Bald. in pręludijs feudorum. & dictum fuit ſuprà in conſtitutio. dignum. cum ſequenti, in iſto. 3. lib. ſub rubri. 3. Dicit tamen Andre. hic, ꝙ iſtud eſſet extraneum priuilegium, & contra omnem formam, tempore Andr. poterat eſſe extraneum, quia reges ſuo tempore non concedebant nec merum, nec miſtum imperium, nec alia iura regalia de demanio, hodie non eſt extraneum, ſed conſuetum, ut eſt notorium facti permanentis. Nam vidimus, reges terras demaniales cum uaſallis demanialibus cõcedere, & alienare nobilibus perſonis, & illi tenentur poſtea illi domino ſubuenire in quinque caſibus, ut infrà in conſtit. quamplurimum. Et ego uidi priuilegium reſtitutionis in integ. factum principi Biſignani, in quo reſtituit in inte. ipſe, & ſui uaſalli adhęrẽtes,
4 affidati & recommandati. † Quintò not. ex text. ibi, oſtendat. ꝙ non ſufficit priuilegiato dicere, ego habeo priuilegium, ſed debet illud oſtendere, imò permittere, quòd legatur, ut in ca. cum perſonæ, de priuile. lib. 6. An autem ſufficiat oſtendere tranſumptum authenticum, Vide Doct. in authent. ſi quis in aliquo. C. de eden. & ibi per Iaſo. cui adde, quod dicit Luc. de Pen. in l. probatorias. C. de diuer. officijs. lib. 12. ꝙ ſi priuilegium habet ſubſcriptionem principis, non probat tranſumptum auctoritate iudicis, niſi ſit ſubſcriptum manu principis, quod dicit eſſe ſatis notandum. Subdit tamen ſe uidiſſe contrarium ſeruari, & poteſt tolerari hæc contraria conſuetudo duobus concurrentibus, ſecundùm eum. Primò, quando tranſumptum ſit, quia originale debet præſentanti reſtitui. Secundò, ꝙ tabellio, & teſtes, & iudex, qui auctoratur notam habeant ſubſcriptionem proprię manus regis. ego indiſtinctè uidi centies priuilegia, ubi erat manus regia cum ſigillo regis tranſumptari in magna curia uicarię, quę à tempore, cuius initij non extat memoria, habuit hanc pręeminentiam, ꝙ facit tranſumptionem inſtrumentorum publicorum & priuilegiorum ſine partis citatione, & eius tranſumptis per uniuerſum mundum datur plena fides, & tamen in tranſumptione priuilegij non apponitur manus regia, & ſi lege
5 cauetur, conſuetudine non habetur. † Sextò not. ex text. ibi pręſcriptionem. ꝙ non auditur nobilis allegans pręſcriptionem iuris affidandi, & recommendandi uaſallos demaniales regis, quia præſcriberet res particulares feudi, ſed res particulares feudi non poſſunt pręſcribi, ut in conſtit. conſuetudinem. in fi. de pręſcrip. ergo nec poſſunt pręſcribi, quòd liceat habere recommendatos de demanio regis. Quod intellige procedere, pręterquam in pręſcriptione, de cuius initij non extat memoria, iſta habet uim priuilegij, de quo per gloſſ. infrà in conſti. ſi quando. & per Andr. in l. imperialem. §. pręterea ducatus. & per Docto. in ca. ſuper quibuſdam. §. pręterea. de uerb. ſigni. & in c. 1. de præſcrip. lib. 6. cum concordan. allegatis per Bartho. Veronen. in ſuo ſingulari tract. de ſer. urba. ca. 19. Et ſic patet, ꝙ ille, qui mercatur contra legem, non poteſt pręſcribere, ut hic,

& in

& in l. quemadmodum. circa fin. C. de agri. & cenſ. lib. 11.
tamen non intelligitur de præſcriptione, quæ habet vim
6 conſtituti, & priuilegij, cap. 1. §. fina. & de capi. Corra. † an
autem ſit aliqua differentia inter præſcriptionem centum
annorum, & præſcriptionem tanti temporis, cuius initij
memoria non exiſtit. Cardin. Flor. in ca. ſi diligenti in fi. de
præſcr. dicit, ꝙ poſſeſſio centum annorum nõ dicitur tem
pus, cuius initij non exiſtit memoria. Item in præſcriptio-
ne centenaria requiritur titulus, quando ius commune eſt
contra ſe, vt dicunt Doct. in d. c. ſi diligenti. ſed in præſcri-
ptione tanti temporis, in cuius contrarium &c. non requi
ritur titulus, vt no. in cap. 1. de præſcr. lib. 6. Septimò not. ex
tex. ibi, non vſurpare fiſcalia, ſed defendere. quòd non ſo-
lùm homines, qui tenentur iuramento fide. domino regi te
nentur non occupare iura fiſcalia, ſed etiam tenentur de-
fendere, vt hic. Sic econtra, dominus rex tenetur ſuos vaſal
los defendere, vt dixi poſt Andr. in capi. 1. §. fin. hic finitur
lex Corr. & ſic Papa tenetur defendere regem ſibi obedien
tem, quia eſt ſignis vicarij domini noſtri Ieſu Chriſti, vt in
7 clem. paſtoralis. de re iudi. † Octauò not. ex tex. ibi, temera-
rio auſu. ꝙ ille dicitur habere aſſidatos, vel recommenda-
tos homines de dema. temerario auſu, qui ſine priuilegio
principis ipſos habere non timet, ſed propria auctoritate
ipſos habet. & pro hoc bene facit id, quod dicit Domin. de
S. Gemin. in cap. eum qui. §. inſuper. de præbend. libro 6. ꝙ
temeritas dicitur, quando quis facit actum ſcienter à iure
ſibi prohibitum, & vide ad hæc Lucam de Penna in l. ma-
giſtros, in verſi. timere. de profeſ. & medi. & in l. fi. in verſi.
temeraria. C. de priui. eorum, qui in ſacro pala. mili. lib. 12.
vbi multa ſcribit de hoc. Nonò no. ex tex. ibi, poſt mẽſem.
quòd non eſt verum illud procuratorum dictum. ꝙ con-
ſtitutio ligat poſt duos mẽſes, poſtquam publicata erit, vt
in auth. vt factæ nouæ conſtitutio. in princip. ſed eſt arbi-
trarium condentis conſtitutionem, vt patet in c. 1. de pœni.
remiſ. vbi datur vnus menſis à tempore notitiæ. in auth. vt
neque miles, neque fœderatus. §. ſi igitur. & in auth. vt in
priuatis domibus. dantur tres menſes, vt dicit Ioann. And.
8 in data ſexti libri. † Decimò not. ex tex. ibi, quòd ſi iterato.
quòd grauiori pœna punitur, qui bis committit idem de-
lictum, & grauiſſimè, qui illud committit ter. Ad idem in-
frà in conſti. magiſtros mechanicarum artium. Et iſtud di
ctum in tantum procedit, ꝙ ſi delinquens prima vice ha-
buiſſet remiſſionem, ſecũda vice habuiſſet ſimiliter remiſ-
ſionem, nõ valeret ſecunda remiſſio, niſi de prima remiſ-
ſione fuiſſet facta mentio. Idem ſi primum delictum fuiſ-
ſet punitum, non valeret ſecunda remiſſio, niſi feciſſet mẽ
tionem in ſecunda remiſſione de punitione primi delicti,
ſecundùm Bal. in l. quicunque. C. de ſer. fu. volunt gl. Abb.
Sicu. & Io. de Ana. in c. 1. de cler. percuſ. idem Guli. de Cu.
& Bal. in l. 3. C. de epi. audi. & Bart. in l. ſi cui. in fi. ff. de ac-
cu. Faciunt ea, quæ ſcribit Fely. in c. paſtoralis. de excep. &
9 Alex ao. in l. 2. §. quod diximus ff. ſi quis caut. † Vndecimò
no. ex tex. ibi, ſupplicio capitis. ꝙ non intelligitur de pœna
mortis naturalis, ſed de pœna mortis ciuilis, cum publica
tione bonorum, de quo dixi ſuprà in conſtitut. Comes vel
Baron. in quinto nota. in 1. libro rub. 8. & vide Archi. in c.
nemo peritorum 11. qõ. 3. in verbo, ſupplicium, vbi ponit
differentiam inter pœnam & ſupplicium. In gl. 1. no. iſtam
glo. quod in Lombardia ſeruatur hoc, quòd nobilibus, &
potentibus licitum eſt recipere omni anno ab impetenti-
bus aliquid, vt ipſos defendant obligando perſonam ſuam,
& ſuorum hæredum, faciendo ſe ſuum hominẽ. & de iſtis
loquitur Spe. in tit. de feu. quoniam. verſicu. 17. & Iaco-
binus in trac. de homagiis. in rubr. de ro. ſeu operis. In iſto
regno hæc non poſſunt fieri ſine aſſenſu regio, quia domi-
nus rex eſt dominus perſonarum, vt infrà in cõſti. quia frè
10 quenter. † in glo. 2. tene menti iſtam glo. ꝙ defenſa non po-
teſt imponi pro parte comitis, vel baronis, ſed ſolùm im-
ponitur pro parte regis, vt dictum fuit ſuprà in dicta con-
ſtitutio. iuriſgentium. In gloſſa tertia, in verſic. vel recom-
mendatos. nota, quòd iſta conſtitutio ortum habuit ratio-
ne l. 1. C. de his, qui potentiorum nomine. & C. vt nemo
priua. tit. &c. l. 3. vnde non licet ponere in domo ſua titu-
lum potentis. item non licet potentiori aduocare pro im-
potente, vt C. ne liceat poten. l. 1. adde id, quod dixit Alb.
de Ro. in rub. C. vt nemo priua. vbi dicit, quòd ipſe vidit cõ
trarium ſeruari, nam multi faciunt depingi in domibus ar
ma potentum contra illum titulum. In glo. 3. in verbo, præ
ſcriptione. dic, vt dixi ſuprà in 6. no. In glo. pe. ille, qui dolo
ſè vult acquirere rem pertinentem ad fiſcum, eſt in pœna,
ſecus ſi iuſtè. ita intelligit Carolus Longobardam, ſi quis
præpoſitus. ſub rubri. ſi actor regis res regias per fraudem
alienauerit. In glo. ſi. dic, vt dixi ſuprà in 10. not.

SVMMARIVM.

1 *Inuidia multis capitur modis.*
2 *Vaſallus demaniales regis poteſt in quocunque loco regni bona ſta-
bilia habere.*
3 *Vendere obligatus iuſto pretio, qualiter vendere poſſit.*

AD SVBIECTORVM noſtrorũ. Tria
dicta continet hęc conſtitutio. Primum
eſt, quòd vaſallis domini regis non con-
uenit inuidere, ideſt, blaſmare regem, ſi
rex interdum intendit ſuis priuatis com
modis, & non patitur iura ſua ab alijs
vſurpari. Secundum dictum eſt ibi, hic eſt. vbi imperator
Inhibet pręlatis eccleſiarum, comitibus, baronibus, & qui-
buslibet alijs fidelibus regis, ne retineant recommendatos
de dema. regis, ſed ipſos debeant remittere ſine difficulta-
te officialibus regis ad loca demanij ipſis deſtinata, & con-
trafaciens punitur pœna publicationis omnium ſuorum
bonorum Tertium dictum eſt ibi, cæterùm. hic deciditur
vna dubitatio, videlicet, quid ſi ille recommendatus tem-
pore, quo erat recommẽdatus pręlati, vel baronis aliquam
rem ſtabilem teneret ab ipſo pręlato, vel barone, & præla-
tus, vel baro virtute huius conſtitutio. habet remittere ip-
ſum recommendatum ad terram demanij, vtrum pręlatus
& baro poſſit ipſos recommendatos, quos habet reſtituere
in terra demanij, priuare poſſeſſione dictorum bonorum,
quæ tenebat ab eis. & reſpondet hęc litera, quòd licet hoc
ſit de iure communi, quòd non poſſunt à dictis dominis
priuari poſſeſſione dictorum bonorum ex cauſa prędicta,
quia non ſunt amplius recommendati, quia reuocati ſunt
in demanio regis. Tamen hic rigor iuris corrigitur, &
ſopitur in regno, quia illi recommendati reuocati tenen-
tur diſtrahere dictas poſſeſſiones, quas tenent à dictis pre-
latis, vel baronibus alijs vaſallis eiuſdem domini, & ipſi do
mini tenentur compellere ſuos uaſallos ad emendum di-
1 cta bona iuſto tamen pretio, hoc dicit. † Not. 1. ex text. ibi,
inuidiam. ꝙ hęc inuidia ſumitur pro blaſmo, ut no. in l. ad
inuidiam. ff. quod met. cauſa. & in l. fi. C. ne fiſ. vel. reſpubli.
procu. aſicui patro. can. in lite pręſ. nõ debet ergo uaſallus
blaſmare de rege, ꝙ rex intendit in gubernandis ſuis iurib.
& ea non patitur ab alijs vſurpari. Sic ẽt non ſunt iudican-
di à populo iudices magnę curię, ſi interdũ tempore, quo
paſtinãtur arbores, & tempore meſſium, & uindemiarum
vadũt ad eorũ poſſeſſionẽ quia ſolet dici, ꝙ oculus domini
impinguat equum, licet ſit ritus, ꝙ iudex magnæ curiæ vic.
non debeat exire ciuitatẽ ſine licentia regentis. Secũdò no.
ex text. ibi, ad noſtram reuocationem. ꝙ per iſta verba ap-
paret, ꝙ iſta conſtitutio nõ eſt ſuperflua, quia loquitur, qñ
recõmẽdati de demanio regis, penes baronẽ ſunt reuocati
in demanio regis, tũc non licet baroni ipſos amplius retine
re ſub pœna publicationis omnium bonorum, prout dici-
tur in conſtitu. pręcedenti, & ponuntur hic illa, quæ ibi
2 non ſunt dicta. † Tertiò no. ex tex. ibi, liberè perfruantur. ꝙ
licitum eſt vaſallis demanialibus regis in quocunque loco
regni habere bona ſtabilia, præterquam ſi bona ſtabilia ha
buiſſet ab aliquo barone regni in feudum, uel in emphyteu
ſim eo tempore, quo eſſet ſuus recommendatus, & poſtea
reuocatus ad demanium regis, tunc illa bona non poteſt
poſſidere, ſed debet illa vendere alijs vaſallis eiuſdem do-
mini

mini,& dominus debet compellere ſuos vaſallos ad emen-
dum illa bona. Et ſic no. caſum, in quo quis tenetur vende-
re, & alius tenetur emere, contra regulam. l. nec emere. C.
de iu. delibe. & ff. de contrahen. emptio. l. inuitum. & ff. de
dona. l. hoc iure. §. non poteſt. Et ideo dicebat Iaſ. in d. l. nec
emere. in 7. fallentia. quòd ſtatutum generale poteſt face-
re, quòd quis compellatur ad vendendum rem ſuum, alle-
gat Bartol. in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commu. prædio. &
in l. Antiochenſiũ. ff. de priu. cre. alios caſus, in quibus quis
tenetur vendere, vide ibi per Iaſ. & Abb. Sicu. in c. 1. de em
ptione & venditione, & quæ dixi in ca. primo. §. poſt nata-
3 le. de pace tenenda. † Quartò. not. ex text. ibi, pretio. quòd
ille, qui tenetur vendere iuſto pretio, non debet vendere,
quantum ab alio reperitur, ſed quod eſt iuſtum pretium,
quia non debet attendi. quod vnus, vel duo offerunt, ſed id
quod communiter offertur, vt dicit glo. s. in fin. C. de re-
ſcin. vendi. Facit id, quod dicit Bal. in l. ad officium. C. com
mu. diui. vbi non attenditur animoſus licitator, quantum
offert, ſed iuſtum pretium. Et ſic hoc caſu non habet locũ
illud, quod dicitur, quòd tantum valet res, quantum ven-
di poteſt, vt not. in l. pretia rerum, ad legem falcidiam, &
in l. ſi ſeruus. ff. de condi. furti. & hoc firmant Ange. & Pau
lus de Caſtro in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbor. ob-
liga. Idem ibi firmat Ioan. de Imo. Et ita eſt conſuetudo in
ciuitate Neapolis de iure congrui, vbi vicinus volens iure
congrui habere domum ſibi collateralem, debet ſoluere
iuſtum pretium æſtimandum per deputatos, & non ſolue-
re, id, quod fuit illa domus empta, vel quantum ab aliјs re-
peritur, ſecus ſi fuiſſet ſimpliciter dictum, quò teneatur vẽ
dere, quia intelligitur quantum ab alio reperitur, ſecun-
dùm Docto. in d. §. cohęredes, & quia iſta conſtitu. nullas
habet glo. ideo ſequitur conſti. pręſenti.

SVMMARIVM.

1 *Comes vel baro contra iuſtitiam vaſallos ſuos opprimens punitur.*
2 *Victus victori eſt in expenſis condemnandus.*
3 *Expenſæ qualiter ſint taxandæ.*

1 PRAESENTS conſtitutione. † Nullus
comes, vel baro audeat vaſallos ſuos cõ-
tra iuſtitiam opprimere, vel eis auferre
aliquid illicitè, & ſi contra fecerit, puni-
tur in refectione expenſarum, & vt ab-
latam rem reſtituat, & regiæ curiæ du-
plum cõponat, econtra, ſi vaſallus iniuſte querelatur con-
tra iuſtitiam calumnioſè de domino ſuo, debet in expenſis
dño ſuo cõdemnari, & ſic vtriuſque eſt conſultum, hoc di
cit. Iſta conſtitutio eſt ſine gloſſ. & ſine aliqua apoſtilla do
mini Andræas. vel alicuius alterius Doctoris, tamen nota
iſtam conſtitutionem ad hoc, quòd ſi iudex omiſit in caſu,
quo hic, condemnationem expenſarum vigore huius con-
ſtit. poſſunt dictæ expenſæ peti ſecundùm Bartolum in l. ſi
mulier. §. ſi rem. ff. de lega. 3. Baldus hoc non approbat in l.
terminato. C. de fruct. & liti. expen. dixi de hoc ſuprà in cõ-
ſtitutio. conſtitutione diuorum. in primo libro, rub. 42. Et
2 hoc ideo, † quia generaliter fuit conſtitutum, vt victus vi-
ctori condemnetur in expenſis, tam iure communi, vt in-
ſtit. de pœna temere litigantium. §. item actore. & C. de iu-
di. l. ſancimus. & vtrobique concordantiæ, quàm iure iſta-
rum conſtitutio. vt ſuprà in conſti. diuorum principum. in
ſecundo libro, ſub rub. 42. & quæ ibi dixi, non ſunt hic re-
petenda. Intellige tamen, quando vaſallus domino condẽ-
natur ad expenſas litis, vt expenſę ipſæ taliter taxentur per
iudicem, quòd non excedant facultates ipſius vaſalli, nec
taxet, prout expenſum fuit, ſed prout facere debebat, vt di-
cunt Nic. de Neapo. & Alex. in l. officio. ff. vbi pupil. educa.
debet. & prout ſolitum eſt expendi, vt in l. properandum.
§. ſi quidem, ibi, quia conſuetudo modo. & in §. ſiue autem
3 ibi. pro ſolitis. C. de iudiciis. † Et in taxatione expenſarum,
ſi petantur expenſæ victus in hoſtariis, deducuntur expen

ſe, quas feciſſet in domo, vt eſt glo. in l. ſed & ſi hæreditas.
ff. de exhiben ſecundùm Iac. de Arena in trac. de expenſis,
in 3. col. ver. ſed ex hoc conſueuit quęri &c. & firmat Alex.
in 2. vol. conſi. 37. incip. viſo & opportunè diſcuſſo &c. col.
9. ſubdens, ꝙ iudex taxabit expenſas, conſiderata qualitate
cauſę, & ipſius prolixitate, etiam nullis factis probationi-
bus in ipſis expenſis, vt not. in l. non ignorat. C. de fruc. &
lit. expen. & in aliis iuribus ibi per eum allegatis. & ibi vi-
de, an iuſta cauſa litigandi excuſet ab iſtis expenſis, & di-
ctum fuit in prędicta conſti. diuorum principum.

De probatione per inſtrumenta publica ſuper q. homagii. Rubrica VIII.

FACTIS eſt continuatio. dictum fuit
ſuprà proximè quòd regius fiſcus reuo-
cat uaſallos demaniales aſſidatos, vel re-
commendatos per aliquem baronem ad
ius demanij. verum quia interdum ori-
tur contentio inter ipſum baronem, &
regium fiſcum, quia fiſcus dicit, quòd ille uaſallus, quem
poſſidet baro inter demanii, non eſt ſuus vaſallus, ſed eſt
vaſallus regis, & eum reuocat, ex quo fuit aſſidatus, ſeu re-
commendatus ab ipſo Barone, iure reſiſtente. Baro dicit,
quod ille eſt ſuus & ut uaſallum tenuit, & poſſedit eum in
terra demanii regis, & non vt aſſidatum, vel recommenda
tum, & ſic fiſcus erat actor, & baro erat conuentus & erat
dubium quis debebat probare ſtãte cõmuni regula, quòd
ei, quid dicit, incumbit onus probandi, ut in l. 2. ff. de prob.
cum ſi. Et nullus poſſeſſor conuentus tenetur oſtendere ti-
tulum ſuæ poſſeſſionis. ut in l. cogi. C. de peti. hære. In con-
trarium faciebat pręſumpt. iuris, quę uult, ꝙ quicquid eſt
in terra demanii domini regis, præſumatur eſſe deman. &
ſic homines, qui ſtant in terra demanii, pręſumuntur eſ-
ſe dema. regis. Sicut dicimus, quòd pecunia in domo reper
ta præſumitur eſſe domini domus, ut in l. a tutore. ff. de rei
vendi. Et ſicut competit interdictum, vnde vi. pro rebus
ſtabilib. ita etiam pro rebus mobilibus exiſtentibus in re
ipſa ſtabili pro qua agitur interdicto, de qua eſt ſpoliatus,
vt in l. 1. §. illud. ver. planè. & §. ſi fundus ff. de vi & vi ar. Sic
quicquid intus ciſtam ſignatam pretium eſt, venit in reſti-
tutione, vt in l. 1. §. ſi ciſtam. ff. depoſ Sic etiam omnes ec-
cleſię, quę ſunt in diœceſi, ſunt ſub poteſtate epiſcopi, vt
in c. cum non liceat. de pręſcr. c. omnes baſilicę. 16. q. 7. niſi
appareat contrarium per priuilegia, vt in cap. cum & plan
tare. de priuil. Sic etiam in toto ineſt pars, vt in l. ſi quis. ff.
excep. rei iud. & ff. de reg. iur. l. ſemper in generalibus. & l.
chorus. in prin. ff. de leg. 3. Et pars poteſt eximi à genere, in
l. ſi peculium. cum concor. allegatis in gl. ff. de manu. teſt. &
in cap. auditis. de pręſcri. &c. cum olim. Et ideo, qui dicit,
quòd aliquis, qui habitat in terra demanii, eſt ſuus vaſallus
debet hoc probare, etiam quòd ſit conuentus à fiſco, quia
fiſcus habet fundatam intentionẽ ſuã per pręſumptionem
iuris, ſeu à iure cõmuni. Et erat dubiũ, quomodo talis poſ-
ſeſſor habebit probare, quod ille homo, qui habet domici-
lium in terra demanii, erat ſuus vaſ. Et de iſta q. adhuc nõ
erat dictum ideo immediate ſequitur hęc rubri. Et ſi tu di
cis, quòd imò de hoc fuerat dictum ſuprà in conſt. proba-
tionum defectum. in 2. lib ſub rub. 35. Reſpondetur, quòd
ſatis differat iſta conſti. ab illa. Nam illa loquitur, quando
baro agit contra fiſcum, iſta loquitur econtra quando fi-
ſcus agit contra baronem dicendo hominem, quem poſſi-
det baro in terra demanii, eſſe Cęſarianum.

SVMMARIVM.

1 *Vaſalli Cęſariani qui dicantur.*
Baro poteſt habere feudum in ciuitate, vel terra de demanii regis.

2 *Baro-*

2 *Barones & nobiles bona, quæ ſibi obuenerunt titulo hæreditario, poſſidere poſſunt in terra demanii regis.*
3 *Habitantes in terra demanii regis de iure communi præſumuntur de demanio regis.*
4 *Ordo iuris eſt ſeruandus in cauſis principis & fiſcalibus.*
5 *Fiſcus non poteſt poſſeſſorem compellere ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis.*
6 *Feudum apud regem eſſe non poteſt.*
7 *Verba libelli in dubio debent intelligi in fauorem libellantis.*
8 *Poſſidens feudum conuentus à procuratore fiſci quid probare habeat.*
9 *Poſſeſſio antiqua quæ dici poſſit.*
10 *Præſcriptio centum annorum quando contra fiſcum habeat locum.*
11 *Bona demanialia regis quanto tempore præſcribi poſſint.*
12 *Seruitia, quæ regi debentur, quanto tempore præſcribantur.*
13 *Dominium rerum abſque alia traditione in fiſcum transferri poteſt.*
14 *Bona ſi fiſco ſint applicanda, non neceſſariò dicitur in ſententia, quòd publicentur bona.*
15 *Baro qualiter legitimè vaſallum eſſe ſuum poſſit probare.*
16 *Vaſallus demanialis emi non poteſt abſque regio aſſenſu.*
17 *Promittens parere mandato iudicis, intelligi debet de mandato iuſto.*
18 *Actum aliquem promittens, ſecundùm legem illum facere debet.*
19 *Poſſeſſio cum iuramento fidelitatis pro feudo, quod habet vaſallus à barone, quid operetur.*
20 *Fiſco in dubiis non ſemper fauendum.*
21 *Iudex etiam literatus non debet verecundari inquirere ſapientis conſilium.*
22 *Fiſcus in aliquibus eſt deterioris conditionis, quàm priuatus.*
23 *Gratia, vel inueſtitura domini regis non probatur per teſtes etiam omni exceptione maiores.*

SI Dubitatio. Bene fuit gloſſata hæc conſtitut. quæ primò ponit dubium, ſecundò ponit deciſionem ad dubium, ibi, vt omnes. in tertia parte. ibi duo igitur. ponitur concluſio, quòd duo ſunt neceſſariò probanda per baronem, quando ipſe conuenitur à procuratore fiſci ſuper iure vaſallagii, quod poſſidet baro in terra demanij, & durat vſque in fine. Dubium eſt, quid agendum, quando procurator fiſci agit contra baronem poſſidentem hominem in terra demanij regis, & fiſcus dicit illum eſſe vaſallum Cæſarianum, & ſic ad regem pertinere, & baro dicit, quòd ille homo eſt ſuus vaſalo. & ab eo tenere talem rem in feudum, vel talem rem hæreditariam tenet ab eo in terra demanii, quis habet probare, an actor ſuam intentionem, vel baro conuentus ſuã exceptionem. Et dicitur in litera, quòd ex quo de iure communi fundata eſt intentio actoris, quia præſumitur, quicquid eſt intus in terra demanii, quòd ſit de demanio, procurator fiſci non tenetur probare, quòd ille homo eſt vaſallus Cæſarianus, ex quo conſtat, quòd habuit domicilium in terra demanii, & ideo præſumitur vaſallus Cæſarianus, & per conſequens baro, qui eſt conuentus, habet cauſatiuè probare per priuilegium regis, vel per inſtrumentum publicum authenticum, quòd ille homo, qui habet domicilium in terra demanii, eſt ſuus vaſal. & ſi per priuilegium regis, vel per publicum inſtrumentum non poteſt probare, tunc neceſſe habet probare per teſtes idoneos, ſi vult vincere, quòd tempore prędeceſſorum regum ille homo, vel ſui prędeceſſores tenuerunt in feudum ab ipſo Barone, vel ſuis prædeceſſoribus aliquam rem ſtabilem hęreditariam dicti baronis in terra demanij, & iurauit fidelitatem, & in præſenti ſic inuenitur poſſideri à barone. Ex quibus ſequitur iſta concluſio, ſecundùm iſtam literã, quòd deficiente probatione per regium priuilegium, vel per pub. inſtrumentum Baro conuentus habet duo probare per teſtes cumulatiuè. Primò, quòd tempore prædeceſſorum regum Baro, uel eius prędeceſſores tenuit, & poſſedit dictum hominem in terra demanii tanquam ſuum vaſal. ſubaudi, probando, quòd ille homo, vel ſui prædeceſſores dicto Baroni, vel ſuis prædeceſſoribus tempore prædeceſſorum regum iurauit fidelitatem. Secundò, quòd dictus homo, & ſui prædeceſſores aliquid tenuerit in feudũ à dicto Barone, vel de ſuo hæreditario, tanquam ſuus vaſ. in terra demanij, & propter quod homo ipſius baronis cẽſeatur, & hoc habeatur loco ſummarij. Et vide glo. 1. hic,
1 quæ not. cauſam per longum in iſta conſtit. †Not. 1. ex tex. ibi, Cęſariani noſtri quòd vaſalli de demanio domini regis dicuntur vaſalli Cæſariani, de iure verò communi Cæſariani vocantur illi, qui faciunt officium primipilli, vt eſt text. & gloſſ. in l. ſi quis poſt hac. in finali C. de bonis proſcrip. Alibi dicuntur Cæſariani officiales fiſci, vt in l. prohibitum. C. de iure fiſ. lib. 10. & in l. facultas eod. titu. Secundò not. ex tex. ibi, poſſeſſores, qui feuda in ciuitatibus tenent. quòd Baro poteſt habere feudum in ciuitate, vel terra de demanio regis, & illud feudum poteſt eſſe de ſua baronia ſeparata, & ſegregata à terra ſeu ciuitate demanij. Ex quo ſequitur, quòd vnum feu. poteſt habere res particulares nadum in terra demanij, ſed etiã in alia terra, & in alio feudo, quod eſt menti tenendũ. Ego ſcio multa feuda, quæ habent poſſeſſiones feudales in alia terra, quę non eſt eiuſdem domini, ſed diuerſi. Item pondera dicta verba ad aliud, videlicet, quòd non poteſt poſſideri vaſallus in terra demanij per aliquem baronem, niſi oſtendat, quò ille habet in feudum rem aliquam exiſtentem in illa terra de dema. regis, ſubaudi, deficientibus priuilegijs, aut emptionalibus inſtrumentis, ut bene innuit hic gl. in verbo, neceſſariò. Et intelligo illud uerbum, aut emptionalibus inſtrumentis. ſ. factis cum rege. Solebant enim reges uendere bona, & feuda, & uaſallns, interueniente publico inſtrumento. Et hæc ego uidi, ſcilicet publica inſtrumenta, quæ legi, celebrata tempore regis Ladislai, & aliorum regum, qui uendebant res feudales, & non conficiebant priuilegia, ſed inſtrumen
2 ta per manus notarij, iudicis, & teſtium. †Tertiò no. ex tex. ibi, uel hæreditaria ſua. quòd in terra demanij regis nobiles, & Barones regni poſſunt poſſidere bona, quæ eis obuenerunt titulo hæreditario, & ſic non eſt uerũ, quòd quicquid eſt in terra demanij regis, præſumatur, ꝙ ſit domini regis, ex quo particulares homines poſſunt ibi habere res burgenſaticas, & bona hæreditaria, vt probat egregiè iſte text. Item probat iſte text. quòd baro habens bona burgenſatica, uel bona, quę ſibi obuenerunt per hæreditatem, poteſt bona illa alteri concedere in feudum, & hoc approbat And. in c. 1. de contro. feu. apud partes termi. licet non alle. iſtum text. Quartò not. ex text. ibi, communi iure dominij pro nobis prima facie faciente. quòd prima facia ille text. uidetur probare, quòd iure communi fundata eſt intentio domini regis, quod quicquid eſt in terra demanij, uel in territorio terrę demanij pręſumitur, quòd ſit de demanio regis, niſi probetur contrarium, ſcilicet, quòd ſit priua
3 tę perſonę.† Et tamen non eſt ſic, quia iſta text. ſolùm hoc dicit, quòd homines habitantes in terra demanij de iu. cõmuni pręſumuntur, quòd ſunt de dema. regis. Et pro hoc faciunt omnia illa iura, quę alle. hic glo. in uerſi. poſſeſſor. non ergo dicit. quòd res, quę ſunt in territorio demanij regis, pręſumuntur de dema. regis, eſſet enim hoc contra multa iura. Item quia rex utitur, iure communi tam in agendo, quàm in defendendo, ut in l. 1. C. de conducto. & procur. lib. 11. & in l. hac lege. C. de proxi. ſacro. ſcri. & Inno. in c. ad noſtrã. el 2. de iureiu. niſi ubi reperitur in ſpecie priuilegiatus, ut in l. 1. cum concordan. C. de peti. hære. Habet enim fiſcus multa priuilegia, de quibus dixi in ca. 2. de duob. fratr. de nouo beneſi. inueſti. & inter alia, quòd homines habitatores in terra ſui demanij præſumũtur, quòd ſint de demanio, non ergo extendi debet hoc priuilegium ad res ſtabiles, quia priuilegia contra ius non ſunt extendenda, ut in l. ius ſingulare. ff. de legat. & habetur in l. etiam ff. ſol. ma. per Io. de Imo. cum ſimilibus. Itẽ conſti. ſuprà cũ vniuerſis. dicit, quòd homines demanij nullo tempore præ-

præſcribuntur, non dixit de alijs rebus demanij, ſi voluiſ-
ſet diaiſſet.& ſic omiſit,vt C. de cadu.tol l.1.in fin.Et pro-
pterea dicebat Andræ.de Baru.in d. l. 1.C.de conducto.&
procur.ſe vidiſſe caſſari & annullari quandam citationem,
& proceſſum factum per curiam Manfredi, quæ citauit
quendam nobilem ad oſtendendum, quo iure tenebat, &
poſſidebat quædam caſtra, quæ dicebātur ad curiam per-
4 tinere,aliàs priuaretur dictis caſtris. †fuit enim dicta cita-
tio,& proceſſus nullus, quia iuris ordine non ſeruato, qui
etiam in cauſa principis & fiſcalibus ſeruari debet,vt in d.
l. 1.& in l.pen.C.de dela.Nec cogitur quis dicere titulũ ſuę
poſſeſſionis,vt in d.l.cogi.allegata in rubr.præſenti,ſed de-
bet actor de ſuo iure probare,ut in l. fi. C.de rei vend.& l.
fine poſſidetis.C.de probatio.Et ideo malè.& peſſimè dice
bat Martinus gloſſator, prout refert gl.in l. bene à Zenone.
C.de quadri. pręſcrip.quòd omna præſumuntur eſſe im-
peratoris,niſi probentur exempta,quia illud intelligitur ra
tione iuriſdictionis,non ratione dominij,vt ibi firmat glo.
& communiter Doct. & Andr.in l.imperialem.§. illud. de
prohi.feu.alie.per Feder.Hinc eſt,quòd glo.3.hic multum
egregiè examina illam q.fiſcalem. Si procurator fiſci petit
caſtrum , vel feudum quaternatum ab eo , qui illud poſſi-
det,pro quo pręſtitit ſeruitium regiæ curiæ, dicendo illud
ad fiſcum pertinere,eo quòd ipſe poſſidens ſine titulo poſ-
ſidet, an per hoc quòd cõſtat eſſe feudum quaternatum,&
pro eo rex recipit ab eo ſeruitium,ſit fundata intentio pro
curatoris fiſci,vt poſſeſſor,qui nihil probauit,niſi poſſeſſio
nem , & præſtationem ſeruitij, poſſit condemnari ad reſti
tuendam poſſeſſionem dicti feudi dicto procuratori fiſca-
li.Et glo.hic facit multa argumenta pro & contra,ſed ſi be
ne conſideretur , hæc quæſtio deciditur per conſtit.ſuprà,
5 ab officialibus noſtris.in 1.li.rub.92. †vbi expreſsè dicitur
ꝙ in regno non poteſt fiſcus aliquem poſſeſſorem compel-
lere ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis , prout eſt
etiam de iure communi,& firmat And. in d.l.imperialem.
in §.illud.vbi de hoc dixi,de quo per Andræ.in capitu.pri-
mo.de contro.inter maſcu.& fœmi.de benefi.& in capi. 12
qualiter vaſ.iura,debet fidel. & per Abba.Sicu.poſt Hoſti.
in capi.nimis,de iureiu.Sed quia glo. magna hic dicit quin
que dicta,quę ſunt ponderanda,ideo non omitto ipſorum
quinque dictorum ponderationem . Et in primis ponde-
ro uerba glo.ibi,dum dicit,quòd ſi procurator fiſci in ſuo
libello , quando vult uendicare aliquod caſtrum , dicat il-
lud eſse feudũ, uidetur tacitè dicere rem ipſum alijs ſuiſse
conceſsam . Et ſic ſeipſum excludit tanquam proponens
contraria,ut in l.prima.C.de fur.niſi probet cauſam, qua-
re illud caſtrum, vel feudum ſit deuolutum,& pro iſta glo.
facit id, quod poſtea ſubdit hęc glo.ꝙ eo ipſo,quòd procu
rator fiſci dicit in libello feudum, dicit illud eſse extra pa-
6 trimonium fiſci, † quia feudum non poteſt eſse apud regẽ,
& tantò magis, ſi procurator fiſci diceret in libello, quod
tali caſtro , quod Titius poſſidet, quod eſt de demanio re-
gij fiſci , iuit pręſtitum ſeruitium regio fiſco . Sed aduerte,
quia Andr.hic non videtur tenere iſtud, quia licet procu-
rator fiſci dicat in libello, rem illam , quam vendicat, vt
rem demanialem fuiſſe feudum , & pro illa fuiſſe præſti-
tum ſeruitium regiæ curiæ, non propterea videtur dicen-
dum , ꝙ per dicta verba in libello dicta , uidetur ſeipſum
excludere, quia non eſt credendum, actorem dicere id,per
quod ſeipſum excludat.l. 3.ff.de mili.teſtam.quia, ut dicit
Bal.in l.fi.C.de fideicom.libe.omnis agens, agendo repelli
tur, ſi perperam agit , reflexa ſagitta in oculos proprios.Et
vt euitetur iſta reflexio , non corticem verborum, ſed me-
dulam debemus inſpicere. 1.q.1.c.Marchio. Facit.ca.nihil
obſtat. de verborum ſignificatione,glo.in c.dudum.in ver-
bo,ſubſtantiam.de conuer.coniu.Hinc eſt,quod dicit Bal.
in l.Titia.§.Lucius.ff.dę leg.2. quòd oratio trahitur ad ex-
traneum ſignificatum,ne oratio pereat.Et alibi dicit Bald.
in c.ex parte.in pe.colum.de appel. quòd acumina verbo-
rum relinquuntur pertinacibus , ſenſus autem ſapiẽtibus.
Et ideo illa verba poſita in libello, quòd vendicat rem il-
lam feudalem,mutant naturam ſuam propter illud admo-
ctum, vt demanialem,vt in l.ſi adijciatur. ff. pro ſocio.& l.
fi.ff.de uino,triti.& ole.leg.l.qui lancem. ff.de au.& argen.
lega.Item quando fiſci procurator vendicat feudum à poſ-
ſeſſore, non dicit illud fuiſſe ſibi conceſſum , ſed bene di-
cit tacitè,quòd fuit alteri conceſſum in feudum.& hoc nõ
releuat poſſeſsorem ,niſi probet inueſtituram, vel id, quod
habetur loco inueſtituræ . Et illa verba appoſita in libello
procuratoris fiſci,quòd de dicto feudo fiſcus pręcepit ſer-
uitium,intelliguntur.ſ.ab alio,non autem ab ipſo conuen-
to,aliàs ſi diceret ab ipſo conuento,fiſcus ſeipſum exclude
ret,vt latius hic per Andrę.& iſta declaratio poteſt fieri vſ-
que ad ſententiam,ut dixi ſup.in conſt. probationum defe
7 ctum.in a.gloſſ.† Et ſic patet, quòd quando verba libelli
poſſunt intelligi in damnum & pręiudicium libellantis ad-
mittitur declaratio libellantis in eius fauorem . Bene facit
tex. in c.cum dilectus.de accu.& in c.cum clamor.de reſt.
ſi verba patiuntur declarationem propter eorum generali-
tatem.uel propter verba alia in libello cõtenta. & pro hoc
bene facit l.fina.C.de fideicom. libe. vbi libellus largiſſimè
debet interpretari quò ad vim conprehenſiuam,vt compre
hendat omnia, quę poſſunt adaptari ad materiam deductã
in iudicio,niſi fuerit expreſsè exceptum, non tamen inter-
pretatur,quòd veniat extranea. Ad idem in ca. examinata.
de iudi.Et vbi intẽtio,vel oratio eſt ambigua,interpretatur
pro proferente.l.ſi quis intentione.ff.de iud.vbi dicit Ang.
quòd licèt actor habeat interpretandi potentiam.ſ.ante li-
tis conteſtationem,& etiã in articulis & poſitionibus, hoc
eſt verum , ſi interpretatio eſt congruens, aliàs ſecus,ut in
Spec.in tit.de iudi.Barto. & alij in l.inter ſtipulantem.§.2.
de verborum obligatio. Bene facit id, quod dicit Alexand.
in 2.volumi.conſi.68.in 5.colum.vbi dicit,quòd in dubio
intelligitur intentata illa actio,quę melius adaptari poteſt.
incipit illud conſilium,uiſo themate&c.allegat.l.ſi quis in-
tentione. ff. de iudicijs . Idem firmat Dyn. in regula, cum
ſunt partium. libro ſexto . & facit. ff.de petit. hęred.l. item
veniunt.§.aptanda. & l. quicquid aſtringendę. de verborũ
obliga.& not.in c. ſi de beneficio. de conceſ.pręben. Item
quia uerba libellantis debent intelligi taliter,ne libellus red
datur inutilis, ut probat text. in l.quoties. ff. de rebus du-
8 bijs.†Secundò pondero uerba gloſ.inquantum dicit,quòd
poſſidens feudum, ſi conuenitur a procuratore fiſci, habet
oſtendere conceſſionem ſibi factam , uel longęuam poſſeſ-
ſionem ſuam, & hoc ratione directi dominij quod habet
rex in feudo. Idem ſi poſſeſſor feudi conueniretur à comi-
te, vel barone, à quo tenet ipſum feudum, de quo ſibi prę-
ſtat ſeruitium. nam tenetur probare conceſſionem ſibi fa-
ctam.uel longęuam poſseſſionem . Et ſic uidetur inferre
gloſs. quòd comes uel baro habet directum dominium in
feudis,quę tenetur ab eo, ſubaudi ſubalternum . Cui adde
ad hoc ea,quę dixi ſuprà in pręludijs, in 22.& 25. q.quę di
xi in dicta l.imperialem.§.illuc.poſt And. ibi . Et ſic patet
ex iſta gloſ. quod antiqua poſſeſſio feudi tuetur poſſeſſo-
rem feudi , ut non teneatur fiſco oſtendere conceſſionem
feudi . Deinde ſubdit gloſs. utrum iſta antiqua poſseſſio
intelligatur de poſseſſione triginta annorum,uel de poſſeſ-
9 ſione centenaria ? † Et uidetur concludere, quòd dicitur
antiqua poſseſſio per triginta annos ad iſtum effectum, vt
non poſſit moleſtari à fiſco, ad oſtendẽdũ titulum ſuę poſ-
ſeſſionis . Intellige iſtam gloſs. eſse ueram , quando poſ-
ſeſsor feudi conuentus à fiſco ita formauit ſuam exceptio-
nem in ſuis poſitionibus, ſeu articulis,uidelicet. Item po-
nit, quòd dictum feudum fuit conceſsum per regem , uel
prędeceſsores regis mihi , uel anteceſſoribus meis . Item
quòd poſt dictam conceſſionem ipſe, & ſui prędeceſsores
poſsederunt dictum feudum ſpatio triginta annorum .
Item quòd requiſiti pręſtiterunt ſeruitium debitum , &
conſuetum, ut firmat hic Andræas & in c.ſi quis per trigin
ta.& ibi late dixi,ſi de feud.fue.contro.inter dom.& agna.
& in capitu. 1. in princip. de conſue. recti fue. ſecus ſi ſo-
lùm conuentus poſſidens feudum allegaret contra fiſcum
poſseſſionem 30.annorum,quia contra fiſcum non pręſcri
bitur,niſi per centum annos,ut infra in conſtitutione. cõ-

10 ſuetudinem.† Tertiò pondero verba glo. inquantum dicit,
ꝙ præſcriptio centum annorum tunc habet locum contra
fiſcum, quando illa feuda, quæ prætenduntur eſſe præſcri-
pta contra fiſcum, iam fuerunt acquiſita fiſco, & incorpo
rata. ſecus ſi non fuiſſent acquiſita, nec incorporata. nam
iſtis non incorporatis non præſcribitur contra fiſcum etiã
ſpatio centum annorum. Aduerte, quia Andr. hic dicit
iſtam gloſ. non bene dicere, quia quod poteſt tribuere pri
uilegium regis, poteſt tribuere præſcriptio centum anno-
rum, ſiue præſcriptio tanti temporis, in cuius contrarium
memoria hominum non exiſtit, vt in c. ſuper quibuſdam.
§. præterea, de verbo. ſignifi. gl. in cap. innouamus, de cenſi
bus. glo. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo. ff. de aqua plu-
uia arcenda. l. 1. in fi. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua
quotidiana & æſtiua. Iſta enim parificantur, ſecundum
Andr. hic, & quod ius eſt in vno, eſt in alio, & vno poſito,
intelligitur poſitum & aliud, etiam ſi taceatur. Idem dicit
And. in l. Imperialem, §. præterea ducatus. 8. col. & Bald. in
l. ſi ſolemnibus. C. de fide inſtrumentorum. & in l. 1. C. de
ſine cenſu, vel reliquis. & in l. de quibus, ff. de legib. & An-
dr. in c. 1. in verbo, flumina. quæ ſint regalia. Bal. in l. ſi quis
ad declinandam. in 6. char. C. de epiſcop. & cleric. & And.
infrà in conſti. quadragenalem. Alex. in j. volu. conſil. 6. &
11 in 2. volu. conſil. 35. in 2. colum. & conſil. 195. 2. col. † Et ſic
ea, quæ ſunt de demanio regio, vel baronis, poſſunt præſcri
bi præſcriptione tanti temporis, quia conſtit. dignum. non
prohibet hanc præſcriptionem tanti temporis, &c. imò po
tius permittit, ex quo in ea dicitur, ꝙ rex poteſt concedere
ea, quæ ſunt de demanio. ergo idem poteſt inducere præ-
ſcriptio tanti temporis, quia ſufficit probare per æquipol-
lens, ſecundùm Bal. in l. edita. vlti. char. C. de edendo, con-
ſtitutio regni, quadragenalem. quæ eſt poſt iſtam, permit-
tit præſcriptionem per cẽtum annos. Bene fatendum eſt,
ꝙ id, quod non poteſt concedi per priuilegium, nõ poteſt
inducere præſcriptio tanti temporis, in cuius contrarium
& c. vt dicit gloſ. in l. diligenter. C. de aquæduct. libro 11. &
And. hic. Cui adde Fely. in ca. accedentes. de præſcri. verſi.
fallit 2. vbi dicit etiam, quòd vbi de iure communi non ca
dit poſſibilitas acquiſitionis, ibi non cadit dicta præſcri-
ptio tanti temporis &c. Idem Ioan. Andr. in ca. 2. de præb.
lib. 6. & firmat Alexan. in 1. volum. conſil. 155. in 5. colum.
& in 4. volu. conſi. 74. in 4. colum. vbi dicit, quòd ſi laicus
per mille annos exercuiſſet officium ſacerdotale, nunquã
12 illud præſcripſiſſet. † Quartò pondero verba glo. quę dicit,
ꝙ præſtationi ſeruitiorum, quæ debet fieri domino regi,
nullo tempore præſcribitur, vt in legibus in ea allegatis.
Intellige glo. eſſe veram quò ad præſcriptionem x. vel xx.
annorum, non autem de præſcriptione centenaria, vt inf.
conſti. conſuetudinem. & dictũ fuit in d. ca. ſi quis per 30.
& pro hoc eſt communis ſententia Doctorum in capit. 1.
§. præterea. de cap. Corra. ibi dum dicitur, quòd liceat do-
mino renocare alienationem feudorum ſine eorum aſſen-
ſu, nulla obſtante præſcriptione, ſcilicet decem vel viginti
annorum, ſecus in præſcriptione xxx. vel xl. annorum, per
quam tollitur omnis actio, ſecundùm gloſſam ibi. & Iaco.
de Bel. & Bald. ibi, & Iaco. de Aluaro. ſed Iaco. de Ardizo.
& And. de Iſer. tenent, ꝙ etiam iſta præſcriptio ſit ſublata,
per tex. in d. l. imperialem. qui dicit, nullius temporis præ-
ſcriptione impediente, ſed non excluditur præſcriptio cen
tenaria, vt dicit Ange. in l. 1. C. ne rei domi. vel templo. vbi
dicit, ꝙ iſtud verbum, nulla præſcriptione obſtan. non tol-
lit præſcriptionem centum annorum, & ego pro hoc alle-
go glo. Ang. in auth. de cętero. §. decętero. quam ad hoc al-
legat Bald. in l. j. C. de anna. excep. & Ludo. in l. 1. C. de vſu
cap. hoc idem firmat Bald. in authen. quas actiones, in ver.
quintò quærit glo. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Felyn. in ca-
pit. cum ex officij. in prima colum. verſicu. & dicit domi-
nus meus de Aretio conſilio 15. penultima columna, & c.
de reſcriptis. & Alexand. in l. nemo poteſt. in fine. ff. de leg.
13 primo. † Quintò pondero illa verba gloſ. in quantum di-
cit, quòd res, quæ deuoluuntur in fiſcum, dominium ea-
rum rarũ ſine traditione, & apprehenſione aliqua tranſ-
feruntur in fiſcum, & ſubdit, non tamen poſſumus dicere,
quòd ita ſit in poſſeſſione, ut illa ſine apprehenſione tran-
ſeat in fiſcum, quia poſſeſſio habet plurimum facti, quæ
non poteſt intelligi eſſe acquiſita, niſi animo & corpore
fuerit apprehenſa, quia nulla lex poteſt facere, quòd illud,
quod non eſt factum, ſit verè factum, & econtra, id, quod
eſt factum, quòd non ſit factum, ut in pluribus legibus
hic circa fin. glo. allegat. Cui adde duas concluſiones. Pri-
ma, quòd ubi agitur de amiſſione utilis dominij conſoli-
dandi cum directo, vt eſt in feudo, vel emphyteuſi ſuper
ipſo iure perditur ex culpa dominium. hoc firmat And. &
ibi dixi in capitulo primo. §. ſi autem dixerit. in 4. colum.
quo tempore miles. ſed ad aduocandum poſſeſſionem illo-
rum bonorum, requiritur ſententia declaratoria, quòd à
tempore commiſſi criminis dicta bona ſunt deuoluta fi-
ſco, & ideo incorporantur fiſco, per l. quiſquis. §. penulti.
C. ad leg. Iul. maie. & l. fi. eſt ergo neceſſaria ſententia pro-
pter fructus medij temporis, & poſſeſſionem aduocandã
vt dicit And ibi per gl. in auth. de inceſt. nup. in prin. & no
ta. in l. commiſſa. ff. de publ. & probatur in l. fi. in fi. C. de iu-
re emphy. & de hoc eſt gl. hic notab. & firmat Andr. in ca-
pi. 1. §. item ſi fidelis. quibus mod. feu. amitt. & in conſtitu.
contingit. in ſecundo libro. & eſt tex. in c. cum ſecundùm,
de hære. libro ſexto. & Abb. Sicu. in cap. cum Vinton. in fi.
de elec. fallit in caſu. l. raptores. §. an bona. C. de epiſ. & cle
ric. & dixi poſt Baldum & Andrę. in capitulo primo. de
14 feu. ſin. cul. non amitt. in quarto not. † Et eſt ſciendum, ꝙ
quando ipſo iure propter delictum applicantur bona fi-
ſco, non requiritur, quòd dicatur in ſententia, quòd bo-
na publicentur, ſed tantum declarare ipſum eſſe culpabi-
lem de cauſis, de quibus contra eum eſt proceſſum, ut di-
cunt Archidiac. & Petrus de Ancharano in capit. pro hu-
mani de homicid. libro ſexto. Idem dicit Bald. in l. ſi quis
non dicam, rapere. in octaua oppoſitione. C. de epiſcop. &
cleri. allegat Ioannem Andrę. in dicto capitulo pro huma-
ni. Secunda concluſio ſit iſta, quòd in bonis burgenſaticis
deuolutis fiſco ex aliqua cauſa, nunquam ipſo iure perdi-
tur dominium, niſi per ſententiam, ut in l. ſi quis in tan-
tam. C. unde ui. Fallit in crimine læſæ maieſt. ubi ipſo iure
perditur dominium, ut firmat Azo in ſumma. C. unde ui,
& patet in capitulo regni, nuper apud Tranum. & in alio
capitulo, bona proditorum. in quo delicto, quando eſt no-
torium facti permanentis, fiſcus inuadit bona de facto, ut
in l. prima. C. de petitionibus bonorum ſublatis, libro deci
mo. & dicitur iure ſuo facere, ut in l. Titius. ff. de iu. fiſ. &
firmat Fely. multum copioſè in capitulo Rodulphus, pen.
char. de reſcript. & hoc caſu fiſcus ſpoliando uaſallum de
facto, non poteſt uaſallus agere poſſeſſorio, quia hoc cri-
men notorię rebellionis inhabilitat perſonam agentis poſ-
ſeſſorib, ut dicit And. ubi ſuprà, & firmant hoc Anto. de
But. & Abb. Sicu. in cap. item cum quis. de reſtit. ſpol. imò
per capi. regni, in hoc crimine notorio dominium & poſ-
ſeſſio tranſit in fiſcum, ut in capi. regni, quod incipit, die
mercurij, char. 8. conſulo tamen illi, cui fiſcus conceſſit bo
na committentis notoriam rebellionem, ꝙ habeat proceſ-
ſum factum ſuper dicta notorieta. per inquiſitionem, quę
poteſt de facto fieri, ſecundùm Innoc. in capitulo primo.
de poſtulatio. prę latorum, quia poſſent perire teſtes, qui
15 ſciunt notorium. † Quintò not. ex text. ibi, niſi quos poſſeſ-
ſor per priuilegia, ut noſtra lex ſanxit. ſubaudi ſuprà in
cõſtitutione. dignum. & ſequenti, quòd baro dicitur pro-
bare legitimè uaſallum eſſe ſuum, ſi producit priuilegium
regis, in quo aſſeratur, quòd ille uaſallus impetitus à pro-
curatore fiſci eſt uaſallus ipſius baronis, ſubaudi, ſi di-
ctum priuilegium habeat clauſulam, non obſtante, quòd
habeat domicilium in terra demanij domini regis, quia
dicta clauſula derogatoria eſt illa, quæ facit ualere pri-
uilegium ſuper uaſallo habitante in terra demanij, ſicut
dicimus, quando conceditur à rege res de demanio regis,
non ualet conceſſio, niſi in priuilegio ſit clauſula deroga-
toria, ut dicit And. in l. imperialem. in uerſic. ita tamen, in
6. col. uel habeat clauſulam ex certa ſcientia, ut dicit And.

ſuprà io conſti.dignum.in principio. Et non præſumitur appoſita quantumcunque conſueta, quia extrinſeca non præſumuntur, vt in proprijs terminis dicit Andre. in d 6. col.pr eallega.Sextò no.ex text.ibi, per emptionalia publica,& auth.inſtrumenta.non credas per illú tex.quòd vaſal
16 lus demanialis poſſit † per inſtrumentum emi ab ipſomet vaſallo demaniali,uel ab alio ſine regio aſſenſu,ſed requiritur in ipſo inſtrumento emptionali vaſalli demanialis regius aſſenſus,vel id,quod habet loco regij aſſenſus,qa vaſallus eſt de corpore feudi,quia feudú eſt quædam ſacti vniuerſitas continens in ſe multa corpora,vt ſunt redditus,& poſſeſſiones, & iuriſdictiones, & territoria & alia iura,vt dicit And.io c.t.in 4.col.quid ſit inueſti. & per conſequēs eſt prohibita eorum alienatio ſine aſſenſu domini regis, ut probatur iufrà,in cōſt.quia frequēter,iuncta coſti.ſuprà conſtitutionem diuæ memoriæ. Vel intelligas, quod ipſe rex contraxit mediante publico inſtrumēto,per quod alienauit ſuos vaſallos demaniales, de quo per Andr.in t.§.ex eadem lege,de lege Corra.& in l.imperialē.§.præterea ducatus.nam rex quando alienat,iſta alienatio eſt regius aſſenſus, idem quando ipſe emit rem, vbi requiritur eius aſſenſus,vt in l.ſi conſentiente.& ibi Alb.de Ro. ff. de manumi. Et ex iſta litera patet,ꝙ verba conſtitutionis ſunt intelligēda cum effectu, & ſic de actu valido,& non de actu inualido,ideſt inſtrumento inualido,pro hoc allego glo.in l. t.in verbo,quibuſcunque.C.de fide inſtrumentorum,vbi licet ſtetur quibuſcunque probationibus,intelligitur, ſi ſunt ſolennes,& iſtam glo.allegat Bal.in c.cum contingat, de re-
17 ſcri.vide Iaſ.io §. de conſtituta. inſtitu. de actionibus. † & pro hoc facit illud, quod dicitur, quòd qui promittit etiā cum iuramento parere mandato alicuius iudicis, intelligitur de mandato iuſto, & non iniuſto, vt dicit Abb.Sic.in c. ad hoc,de appella.poſt glo.ibi.& Bald.in l.2.t. col. de reb. creditis.Bene facit id, quod dicit Bartol.in l.fi.ff.de præto. ſtipula. dicens, quòd qui promittit ſtare dicto alicuius, intelligitur,ſi iuſtè declarabit.Bene facit id,quod dicit Bal. in l.non dubium.2.colum.C.de legi.vbi dicit, quòd ſi dicat ſtatutum, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella,intelligitur de contractu valido, non de inualido, multa ad hoc allegat Feliu.in c.ſignificantibus.de officio delega.& in capit.ex tenore.in 3. colum. de reſcriptis. Cui addo id, quod dicit Alexand. de Imola in 3. volumi. conſil. 77.io t.column.& ea quæ ſcripſi in capitu. præterea ſi vaſallus.in vltimo notabi.iu 2.quæſt.quæ ſit prima cauſa beneſici amittend.& Andre.Barba.iu capit.in literis.de oſſic. delegati. Qui ergo promittit aliquem actum facere, debet illum validum facere.l. huiuſmodi. in principio. ff. de lega.& fideicommiſſ.primo.ſecundùm Bald. in capit. 1.de cap. qui cur.vendi.& Bald.in l.pro hærede. §. Papinianus. ff.de acquir.hæredi.vbi actus,qui debet fieri, debet taliter fieri, quod ſortiatur effectum, quia verba cum effectu ſunt intelligenda.l.t.in fiu. ff.quod quiſque iuris. Et dicit Bald.
18 in l.ſi duo.ff.de acquir. hæred. † quod ille, qui habet facere certum actum, debet illum facere ſecundùm legem de eo loquentem.hoc allegauit Alexand.in 2.volumine,conſilio 103. incipiente, uiſis ſcriptis. in tertia columna allegat Bald. in di. l. ſi duo. quibus addo Bald. in l. qui ſibi. §. qui laccum.ff.de ſolutio.ubi dicit per illum textum,quòd ille,qui promittit ſeruitium cum equis,debet ſeruire cum equis bonis, & aptis ad ſeruitium. Item ubi actus poteſt intelligi de ualido, & inualido, intelligitur de ualido. l. ſi ſeruus. §. t. ff. de fideiuſſor. Bene facie id, quod dicit Bartol. in lege poſt legatum. in principio verſicul. item contra hoc oppon. quòd ille, qui producit inſtrumentum, non uidetur aſſerere illud eſſe uerum, niſi quatenus illud probet. vnde ſi illud inſtrumentum non probat, producitur ſicut non probet. hoc etiam uoluit Ioan. de Imola in capitu.cum uenerabilis. in fin. de excepcio. & ſic producens ſcripturam producit ualidam, & ſi non ualet ex productione, non facit ipſam ualidam. ita Alexand. in 2. uolumi. conſil. 208. incipiente, uiſo proceſſu, in 2. column. item facit text. & gloſſ. in l. 2. §. prætor att.

verſi.qualiſcunque.fideiuſſor,dicit gloſſ.non tamen pupillus vel furioſus. ff. qui ſatiſd. cogant. & ideo dicit Bartol. quòd ſtante ſtatuto,quòd qualitercunque fuerit ſententia arbitri, mandetur executioni, intelligitur, ſi potuerit eſſe
19 arbiter. † Septimò not.ex text. ibi, prædeceſſorum noſtrorum prædeceſſoribus ſuis.quod antiqua poſſeſſio concurrente iuramento fidelitatis pro feudo, quod habet à barone vaſallus, qui habet domicilium in terra demanij operatur tantum, ſicut priuilegium regis ad probandum vaſallum nō eſſe de demanio regis,licet habitet in terra baronis. Et non intelligitur iſta antiqua poſſeſſio de poſſeſſione cuius initij non extat memoria,ſed ſufficit, ꝙ ſit à tempore regum prædeceſſorum,& ſic duorum regum, & à tēporibus ſuorū prædeceſſorum,& ſic patris,& aui,vel duorum prædeceſſorum baronum,qui poſſederunt dictū vaſallum, vel eius prædeceſſores habitantes in terra demanij. Et ſic dare caſum, in quo poſſeſſio longa 10.vel 20. annorum dummodo concurrat mors duorum regum, prout accidit tēporibus noſtris de morte trium regum de Aragonia intra 10.annos, & duorum prædeceſſorū ipſius baronis operatur tantum,quantum priuilegium regis ad probandum, ꝙ vaſallus, qui habet feudum à barone, & habitat in terra demanij,ꝙ eſt uaſallus baronis,& nō regis,ꝙ alibi non memini me legiſſe. In glo. t.tota iſta glo.bene declarat text.huius conſtitut.ideo non omittat legere,eam,quando occurrit legere iſtam conſtit. In gl.magna ſuper verbo,communi iure faciente. hęc gloſſ. fuit pro maiore parte pondera-
20 ta ſuprà in 4.nota.† Et vltra ibi dicta tene menti iſtam glo. inquantum dicit, quòd non tantum debemus diligere rerum fiſcum, quòd erremus, quia in quæſtionibus dubijs facile reſpondetur contra fiſcum,vt in l.non puto.ff.de iure fiſ. Sed ſuper hoc aduerte,quia Oldra.& Alber.in l.s.C. de iur.fiſci intelligunt d.l. non puto.ſic, videlicet non puto facile,ideſt faciliter,ſed grauiter delinquere eum,qui in dubijs contra fiſcum interpretatur.& dicit Alb.quod iſte intellectus verior eſt,tamen And.in procemio conſtit. regni in 19.col.tenet,prout dicit hic gl.& Alexan. iu l. t.in prin. ff. ſolu.matri. Quibus adde Bald.iu l.quicunque.in vltima colum. C.de ſeru.ſugi. vbi dicit, quòd ius fiſci facilius remittitur,quàm ius priuati nō tamen credas, quòd per hoc iudex debeat permittere fiſcum pati iniuſtitiam, vt dicit tex.iu Auc.iuſiu.quod præ.ab his.§.fi.ibi, ſe compererο fiſcū in iuſtitiā pati. Et ideo dicebat Andr.in c. t.§.ſed & res per quos fiat inue.& in ca.t.de duobus fratri.de de no. bene.iuueſ.& infrà,in conſt.ut de ſucceſſionibus.6.col.quòd dicta.l.non puto,intelligitur, quando dubium eſt in facto, tunc fit interpretatio contra fiſcum, ſecus quando eſt dubium iuris, tunc fit interpretatio in dubio pro fiſco. Idem
21 Ioan.Andræ.in addi.Specu.in titu.de teſte.§.qualiter.† Et ſi quæſtio videbitur dubia iudici literato, & ſapienti, non erit ſibi verecundia adhibere conſilium alterius ſapientis, ut patet ex ſcripis per Barto.in l.ille autem.§. cum in uerbis.ff.de legatis 3. not.in Auc.de iudi. §. 1. Hinc eſt, quod dicit glo. not in ca.qui de menſa.38.diſtinct.quòd in dubijs debemus recurrere ad exempla maiorum, prout dixi ſuprà in conſtit.vt uniuerſis.in glo.7.Idem in dubijs faciēda eſt interpretatio ad excluſionem delicti, ut in l. meritò, ff. pro ſocio.cum concor.ſuis. aliàs diceretur interpretatio temeraria, vt dicit Aſtenſis in ſum.li.1.arti.45.in 2.col. & Iaſ.iu l.non ſolùm.§.ſciendū.ff.de ope.no.nun. Quia actus in dubio non debet interpretari, vt trahatur ad prohibitum,vt allegat Alex.in 2 uolu.conſi.120.in fin. Vel ut incidat in pœnam. Alexan.in 4.uolu.conſi.2.in t.col. Fallit, ni ſi illud delictum eſſet ſibi ſauorabile, ut dicit Alexan.in 4. uolum.conſi.127.in t.colum. In eadem gloſſ.magna in fin.
22 not.† quòd in aliquibus condi. fiſci.eſt deterior,quam conditio priuati.& in aliquibus eſt melior,& ſic fiſcus excedit terminos,& ideo exceditur alius terminus. ſic etiam dicit glo.fin.in actione quod metus cauſa,in l.3.& ibi per Cy.& ibi per glo.C. quod metus cauſa. dum allegat.l.finali.C. de edicto diui Adri. tollen.in fine. Et ideo rex excedens ſuos terminos,permittēdo ſuos ſubditos iniuſtè lucrari, excedi

tur contra eum, quia Deus permittet, quòd perdat ſuoa redditus, vt dicit beatus Thomas de Aquino in epiſtola ad Reginam Brabantiæ, in prima quæſtione. Quia quod iniuſte aliis facit, iuſtè malum ſuſtinet, vt in Auc. de ſao. epiſ. §. omnibus. & in Auc. ſcenicas, circa medium. ideo dicit l. ſed & partus. in prin. ff. quod met. cau. quòd ille, qui excedit inferendo metum, non ſolùm tenetur ad fructus perceptos, ſed exceditur contra eum, vt teneatur ad fructus, qui percipi potuiſſent, & non ſunt percepti, & ſic de multis ſimilibus. In gloſſ. in verbo, poſſeſſor. ibi. cap. omnes baſilicæ. Vide, quæ dixi ſuprà in rubrica præſenti conſtitutio. & quæ dixi ſuprà in quarto nota. in princip. In gloſ.
23 in verbo, inſtrumenta. nota iſtam gloſſ. in princip. † quòd gratia, vel inueſtitura Domini Regia non poteſt probari per teſtes omni exceptione maiores. qui interfuerunt gratiæ, ſiue inueſtituræ, ſed requiritur ſcriptura, & allegat gl. hic bonas rationes & auctoritates. & illam glo. ſecutus ſui in meis deciſionib. deciſione 361. in quinto nota. & in deciſio. 498. In gloſ. penult. not. iſtam glo. quòd poſſeſſionem vaſallorum baro poteſt probare, ſi recepit iuramentum fidelitatis ab eis, quod in iſto regno dicitur aſſecuratio uaſallorum, quod ſine literis regis non poteſt recipi, ut infrà in conſtit. domini à vaſallis. iuncta conſti. infrà comite, vel barone. Conſulo ergo baronibus, vt talia inſtrumenta, in quibus continentur iuramenta vaſallorum cum litera regis conſeruent ut pupillam oculi, quia talia inſtrumenta probant poſſeſſionem uaſallorum. In glo. fina. vtrum feudum præſcriptione poſſit acquiri? Vide hic gl. & And. & quæ dixi ſuprà in 4. no. in tertia ponderatione, & quæ dixi in c. 1. §. ſi quia per triginta, ſi de feudo fuerit contro. inter dom. & agna. & ſupra in conſtitu. conſtitutionem diuæ memoriæ. in glo. in uerbo, iure proprio.

De hominibus non tenendis ratione terra vel feudi. Rub. IX.

SVPRA proximè dictum fuit, quòd regulariter non licet baronibus regni habere uaſallos in terra de demanio Regis, niſi hoc probent per illos modos, ut dicit conſtitutio præcedens, & ibi dictũ fuit. Verùm quia interdum uaſalli Domini Regis per inſtrumenta publica ſe obligabant baronibus ad præſtandũ certa ſeruitia perſonalia in certis temporibus in perpetuum pro ſe & hæredibus eorum. Et poterat dubitari, vtrum talia inſtrumenta ſint ualida, attento quòd ſunt uaſalli Domini Regis, ideo immediatè ſequitur hæc rubrica, & poſtea nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus regis abſque regio aſſenſu non poteſt ſe obligare ad ſeruitia perſonalia.*
2 *Homo liber ad religionem perpetuam ſe obligare poteſt.*
Corpus liberum æſtimationem recipere nequit.
3 *Pactum, quo quis promittit, perpetuò ſe non receſſurum à tali loco, ſeruitutis quandam importaſſe ſpeciem.*
4 *Promiſſio ſeruitiorum facta per hominea regni alicui nobili ſine aſſenſu regio eſt nulla.*
5 *Feuda à publico proceſſerunt.*
6 *Confeſſio partis admittitur contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.*
7 *Ruſticus obligans ſe ad aliquod ſeruitium perpetuum, poteſt poſtea conqueri.*
8 *Cauſa originalis licita eſt ſemper attendenda.*
Fraus ſemper excepta cenſetur ab omni iuſta & licita prouiſione.
9 *Prælatus, aut quiuis alius non poteſt recipere obligationem à vaſallo regio de præſtando ei in perpetuum aliquod perſonale ſeruitium.*
10 *Promiſſio facta ex cauſa iniuſta eſt inualida.*
11 *Iuramentum præſtitum contra ſtatuti diſpoſitionem eſt ipſo iure nullum.*
12 *Vaſallus ligius regis non poteſt ſe cum iuramento alii obligare in perpetuum ad ſeruitia perſonalia.*
13 *Dominus vaſallos in ſeruitiis angariare non poteſt vltra caſus expreſſos.*
14 *Conuentio, quòd vaſallus demanii regis teneatur alicui ad aliqua ſeruitia perſonalia, eſt nulla.*
15 *Conceſſio repræſaliarum contra ciues non intelligitur de contractibus factis extra territorium.*
16 *Vaſallus demanialis regis qualiter poſſit eſſe vaſallus alterius.*
17 *Rex eſt dominus omnium perſonarum in regno habitantium.*

QVIA frequenter. Quoniam interdum prætextu liciti illicitum attentatur, ideo ſtatuit hæc conſtitutio, quòd nullus vaſallus domini regis poſſit ſe obligare ad præſtandum in perpetuum aliqua ſeruitia perſonalia, etiam ſi à perſona eccleſiaſtica, vel ſeculari receperit rem aliquam ſtabilem in feudum, quantumcunque iſta obligatio fuerit ſolennitate
1 vallata, † quia vaſallus regis non potuit ſine regio aſſenſu ſe obligare ad præſtandum ſeruitium perſonale baroni, nec alicui perſonæ in perpetuum, ex quo dominus rex eſt dominus perſonarum, bene tamen potuit ſe obligare ad præſtandum pecuniam, uel rem aliquam pro ſe & hæredibus in perpetuum pro re, quam accepit in emphyteuſim, vel in feudum. h. d. Antequam vlterius procedam, quæro pro intelligentia, vtrum de iure communi homo liber per inſtrumentum poſſit ſe & ſuos deſcendentes obligare ad certum ſeruitium perſonale præſtandum alicui, & ſuis hæredibus in perpetuum, ſine aſſenſu domini regis? Specu. in titu. de feudis. §. quoniam. verſicu. primò autem circa hoc, diſputat iſtud dubium pro & contra, finaliter tenet, quòd per iſtam promiſſionem de præſtãdo certum ſeruitiũ perſonale, non conſtituitur ſeruitus, ſed tenetur ille, cui facta eſt iſta promiſſio perpetua ſeruitij perſonalis conſeruare eũ in reliquis in ſua libertate. Et pro iſta parte allegat text. in ca. grandi. de ſupplen. negligen. præla. in ver. ex pacto. ad idem tex. in l. cũ ſcimus. C. de agr. & cenſi. lib. 11. per And. de Barulo, & Ioan. de Platea. † Item ꝙ liber homo poteſt ſe
2 obligare ad religionem, vt toto tit. de regularibus. & tamen illa religio eſt quædam ſeruitus. cap. multos. 54. diſtinctione. Item quia quis poteſt conditionem ſuam grauare pactionibus, vt in l. ſ. de iure perſonarum §. penu. & hoc etiam firmat Albe. de Roſ. in l. fi. in fin. C. de patri. qui filios diſtra. Sed in contrarium videtur tex. in l. nec ſi volens. & in l. liberos. C. de libera. cauſa, vbi promiſſio facta contra ſtatum naturalem hominis, non valet, etiam ſi eſſet iurata, ſecundùm Bal. ibi. Et pro hoc facit, quia liber homo non eſt in noſtro commercio, nec in commercium adduci poteſt. l. liber homo. ff. ad l. aquiliam, facit l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obligatio. Item, quia liberum corpus non recipit æſtimationem, vt in l. fina. ff. de his qui deiece. vel effuder. & per dictam l. nec ſi volens. dicit Bald. in l. fin. C. de tranſactionib. quòd liber homo non poteſt per pactum ſe obligare, quòd ſit homo alterius. Bene facit id, quod dicit Bald. quòd ruſtici & vaſalli non poſſunt facere inſtrumenta in præiudicium ſuæ libertatis, in l. ſi qua pecunia. C. de oper. liber. Et ideo dicebat Innocent. in cap. dilectus. de capell. monac. quem refert, & ſequitur Bald. in l. 2. in 4. colum. C. de ſerui. & aqua. quòd ſi aliquis faceret confiteri, quòd talis eſt homo ſuus, & exigit ab eo iuramentum fidelitatis, non per hoc conſtituitur ille, cui facta fuit confeſſio, eius dominus, nec dat ſibi poſſeſſionem, quia non poterat tradere id, quod confitetur. Et pro hoc facit id, quod dixit Dyn. in l. Titio centum. §. 2. ff. de condition. & demonſtration. † Quòd pactum, per
3 quod quis promittit perpetuò non recedere à tali loco, eſt quædam ſpecies ſeruitutis, vt in l. 2. de liber. homin. exhibend. & non valet, vide ad hoc Speculat. in titul. de locat. §. poſtquam. uerſic. quòd ſi quis. vbi dicit, quòd valet tale

tale pactum, ſed poteſt ſeruire per ſubſtitutũ, vel prǽſtare
intereſſe, ſed iſta ratio impugnatur, vt ibi per Ioan. Andræ.
Et bene accedit ad hanc parté id, quod firmat Luc. de Pen.
in l. cum ſcimus. in 2. col. C. de agr. & cenſi. li. 11. vbi dicit,
ꝙ vnus cum iuramento non poteſt ſe obligare ad ſeruitia
perſonalia, cum non ſit libertus, vt. ff. de fideiu. l. ſi quis pro
eo. in prin. ff. de ope. libe. l. vt iuſiurandi, in prin. eod. titu. l.
penulti. niſi pro feudo, ſecundùm eum. Et de hoc videtur
tex. in d. l. ſi quis pro eo. cum ſi. ibi allegatis in glo. Ego cre-
do, ꝙ propter conflictum opinionum, & rationum, & iu-
rium prædictorum emananit in regno hæc conſti. quæ an
nullat iſta pacta, & inſtrumenta, per quæ quis obligatur in
perpetuũ ad ſeruitium aliquod perſonale ſine regio aſſen-
ſu. Et tantò magis, quia iſta conſtitutio expreſsè determi-
nat, ꝙ dominus rex eſt dominus perſonarũ exiſtentium in
regno, & per conſequẽs perſona exiſtens in regno ſine aſsẽ
ſu regio non poteſt obligare ſuam perſonam in perpetuũ
4 ad aliquod ſeruitiũ perſonale, † & ideo obligatio, vel pro-
miſſio ſeruitiorum facta per homines regni alicui nobili,
uel baroni ſine regio aſſenſu dicitur fieri cõtra ius ſacrarũ
regni conſtitutionum, & poſſeſſor iſtorum ſeruitiorum nõ
debet defendi, etiam quòd ſit poſſeſſio longiſſima minus
centum annorum, vt dicit gl. communiter approbata in c.
peruenie, de cenſibus. & in ſpecie in angarijs, & peranga-
rijs firmat Arch. in ca. ſeruitium. 18. q. 2. vbi quando poſſi-
dentur iſta ſeruitia iure reſiſtente, longiſſima poſſeſſio non
tuetur poſſidentes, niſi ſit priuilegium, vel id, quod habe-
tur locũ priuilegij. Nec ob id, quod dicit And. in c. 1. in ver
bo, angariæ, quæ ſint regalia, vbi dicit, ꝙ in regno Siciliæ in
baronijs & feudis ſunt multa de iſtis angarijs & peranga-
rijs, & tunc non ſunt regalia, ſed quando ſunt in demanijs
regum, & principum, tunc ſunt regalia, quia intelligitur,
poſtquam per antiquum vſum, vel priuilegium iſta anga-
ria, & perangaria ſunt in terris baronum, tunc non ſunt re
galia. ſed quando ſunt in demanio regis, ſunt regalia, quia
id, quod eſt conceſſibile per priuilegium, eſt præſcriptibile
præſcriptione centum annorum, ut in conſti. quadragena-
lem. & voluit do. Ant. de Bu. in d. c. peruenit. & tunc donec
eſt feudum penes feudatarium, non dicitur regale, ſed ſi
alienarẽtur, requireretur conſenſus regis, quia iſti angarij
& perangarij ſunt de feudo, vel baronia. Et ideo ſine aſſen-
ſu regio tanquam pars feudi non poſſunt alienari, vt ſup. in
5 conſti. conſtitutionem. ſicut dicimus, † ꝙ feuda proceſſe-
runt à publico, vt in §. optimum. in Auc. de exhi. reis, &
cum feuda, quæ ſunt penes barones, & feudatarios nõ ſunt
iura regia, ſed quando ſunt in demanio regis, tunc ſunt de
demanio regis. Sed pone, quòd in quodam inſtrumẽto in-
ter dominum & vaſallos celebrato reperirentur iſta verba,
videlicet, dicti vaſalli aſſerunt ſe ab antiquo fuiſſe obliga-
tos in perpetuum ad iſta ſeruitia perſonalia, & exprimun-
tur ibi certa ſeruitia, quæ habebant facere, de quibus ſerui
tijs dominus remittit certa ſeruitia, & alia ſibi retinuit, &
ſic illi vaſalli promittunt illa retenta præſtare cum iura-
mento & pœna, & ſic poſtea præſtita fuerunt. dicunt vaſal
li, quod dicta promiſſio per iſtam conſtitutio. non valet, di
cit dominus, ꝙ iſta ſeruitia debebantur ab antiquo, quia
ſic dicit inſtrumentum, ſed aliter non probẽtur dicta anti-
quitas, vtrum talis confeſſio vaſallorum probet dictam an
tiquitatem præteritam? Et prima facie videtur, quòd pro-
bet dicta confeſſio dictam antiquitatem. & pro hoc faciũt
omnia iura, quæ dicunt, quòd nulla melior eſt probatio,
quàm partis aduerſæ confeſſio ut in l. cum te. C. de tranſa.
& ubi confeſſio non eſt probatio, tamen releuat ab onere
probandi, vt dicit Bal. in l. fi. C. ſi cer. pet. Item contra præ-
ſumptionem iuris & de iure admittitur probatio per con-
feſſionem partis, glo. eſt no. in §. illud. in Auc. de æqua. dot.
6 † Item contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam,
admittitur confeſſio partis in contrariũ, ut dicit Iaſ. in l. cũ
ſe tranſegiſſe. C. de tranſact. & tamen ſententia, quæ pronũ-
ciauit talem eſſe hominem meum, facit ius inter partes, vt
in capit. cum inter. de re iudic. & habetur pro veritate, ut
in l. res iudicata. ff. de re iudic. In contrarium tamen facit,

quia dicta confeſſio vaſallorum facta fuit inter perſonas
prohibitas, quia uaſallus non poteſt feciſſe talem confeſſio
nem, nec dominus recipere, obſtante præſenti conſti. quæ
uult, quòd obligatio perpetua ſeruitij perſonalis non va-
let ſine regio aſſenſu, & per conſequens non inducit pro-
bationem, vt in l. qui teſtamentum. ff. de proba. & in l. cum
quis decedens. de lega. 3. Bald. in l. quoties. in fin. ff. de in-
terroga. actio. Item ſi inſtrumentum obligationis eſt nul-
lum, non valet confeſſio contenta in eo, ut probat Felyn. in
c. cum venerabilis. de except. & Alexan. in 5. vol. conſ. 154.
& Ludouic. in conſilio 274. Item quia confeſſio baronis,
& uaſallorum ſuper hoc iure ſeruitutis perſonalis in per-
petuum facta eſt ſuper iure regio, meritò non nocet re-
gi, ſecundum Innocen. in ca. cum ſuper. de re iudic. & Bar.
in l. Aurelius. §. Caio. ff. de liber. lega. & glo. in ca. conſulti.
de regula. ff. quæ in fraud. credit. l. qui autem. §. ſimili mo-
7 do. habetur in l. ſæpe. ff. de re iudica. † Et tantò magis, quia
iſtæ confeſſiones vt plurimùm fiunt à ruſticis, & imperi-
tis, qui ſe conqueruntur, ſemper debent audiri, ut dicit
Bald. in parua lectura in l prima. ff. ſi quis in ius voc. non
ierit. accedat ad hoc id, quod dicit Bald. in cap. 1. in verbo,
pactiones. de pace Conſtantiæ. quod indebita ſeruitia præ-
ſumuntur à dominis per metum extorta, alleg. Ioan. And.
in nouella, in c. 1. de præſcri. li. 6. & alia, ut ibi per eum. Nec
obſt. quòd remiſſio iurium feudorum etiam vnius gallinæ
non poteſt fieri per dominum vaſallis, uel alijs perſonis, vt
dicit Andr. ſup. in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ,
quia illud intelligitur de remiſſione iuris debiti ipſi feu-
do, ſed ubi nõ eſt debitum illud ius, ſed de facto poſſeſſum
abſque poſſeſſione tanti temporis, cuius initij memoria nõ
exiſtit, illud poteſt remitti, quia quod in iuſtum exigitur,
poteſt reſtitui, & remitti abſque iudice, ut l. reſtituere. ff. de
uerb. ſigni. quia iſta remiſſio & reſtitutio cadit ſub illo præ
cepto diuino, non furtum facies, furtum eſt enim prætẽ-
dere illum eſſe obligatum ad ſeruitia perſonalia, qui non
eſt uigore ſuæ confeſſionis reprobatæ à iure. Et ideo li-
cut acciperem alienam contra iuſtitiam eſt furtum, ita,
& detinere eam, ſecundùm beatum Thom. de Aqui. ſecun
da ſecundæ. q. 62. & firmat glo. in ca. decimæ. in verbo, in-
uadunt. 16. q. 1. allegat c. ſæpe. de reſtitut. ſpoliat. Et talis re
miſſio non dicitur datio, vt dicit Bartol. in l. actione. in 3.
col. ibi, ſed quando debitum eſt incertum, & dubium &c.
C. de tranſact. & tunc dicitur facere id, quod debet facere.
Idem Abb. Sicu. in c. veniens al. 10 s. verſic. ſed quæro. quid ſi
8 presbyter. de teſti. & in hanc partem intrepidè reſido. † His
præmiſſis, nota primò ex text. ibi, illicitum attentatur.
quòd licet àlias attendatur originalis cauſa licita, ut in l.
qui id, quod. ff. de donat. tamen ſi id, quod ſequitur ex
originali cauſa licita eſt illicitum, iudicatur id eſſe illici-
tum. iſta eſt regula brocardica. nam interdum principium
debet inſpici, interdum finis, ut patet in brocardis Pilæi, in
prima chart. vide Bartol. in l. denique §. 1. ff. de minor. &
Bald. in rubr. C. de condictio. ob turpem cauſam & Bar-
to. & Alexand. in l. quòd ait. §. quòd ait. ff. de adulter. & in
l. clam poſſidere. in prin. ff de acqui. poſſeſ. & pro iſto text.
bene facit illud metrum Ouidij.

Exitus acta probant, careat ſucceſſibus opto.
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Pro hoc facit l. ſed & ſi quis. §. interdum. ff. de uſufru. Secũ
dò no. ex tex. ibi, fraudibus præcludentes. ꝙ ab omni lici-
ta, & iuſta prouiſione intelligitur ſemper fraus excepta, ut
probatur in l. fraudè. ff. de iure fiſ. l. ſi pater. & ibi Ange. ff.
de his, quæ in fraudem creditorum. ff. man. l. creditor. §. Lu
cius. Bald. in l. cum ita. in prin. ff. de lega. 2. ideo dicit text.
in l. dubium non eſt. C. de repu. quæ contra fas geſta ſunt,
ſi uctum calliditatis obtinere non poſſunt, cum nobis hu-
iuſmodi commenta diſpliceãt &c. Præſumptiones fraudis
poſuit Iaco. de Ardi. in ſumma, quib. mo. feu. amit. §. quod
dictum eſt. & Luc. de Pen. in l. quemadmodum. C. de agri
co. & cenſi. lib. 11. & ego ſcripſi in l. ſancimus de iure pro-
9 tomiſeos. & illa lectura fuit bis impreſſa. † Tertiò not. ex
text. ibi, perſona eccleſiaſtica, ſeu etiam ſeculari. quòd nul-

lus prælatus eccleſiæ ſiue abbas, vel rector eccleſiæ, nec co
mes, nec baro, nec miles poteſt recipere obligationem ab
aliquo vaſallo domini regis, de præſtando ei aliquod ſerui
tium perſonale in perpetuum, pro quacunque re ſtabili ſi-
bi conceſſa, etiã ꝙ talis obligatio eſſet ſolennis, & bene cau
ta, vt probant verba huius conſtitutionis ibi. quamuis iuris
ſolennitate vallata. quæ verba important, ꝙ illud inſtrumẽ
tum factum ſit, ideſt, ſeruatis ſeruãdis ſecundùm Bal. in c.
1. in prin. 5. col. in verſi. ſolenniter. quid ſit inueſtitura. Sed
clarius loquitur Bal. in l. & in epiſtola. C. de fideicommiſ.
in fi. ꝙ quicquid requiritur præcipuum vltra conſenſum,
dicitur de ſolennitate. Iterum quicquid additur formæ in
riſgentium. Et dicit Bald. in l. ſi quam tibi pecuniam. C. de
ope. libe. ꝙ ita punitur extorquens indebitam promiſſionẽ
ſicut exactor indebiti, vt ff. de calum. l. & generaliter. vide
pro hoc Bar. in l. ſi patronus. ff. de don. & in l. ſed & ſi quis.
§. fi. ff. ſi quis cau. gloſ. in l. qui erat. ff. fami. erciſ. Bart. in l. ſi
quis delegauerit. ff. de noua. & in l. ſi is qui perpetua. ff. de
10 condictione indebiti. †Sic enim promiſſio facta eſt iniuſta
cauſa non valet, ſicut facta ſine vlla cauſa. vt in l. 2. ff. de cõ
di. ſine cauſa, de quo per Roff. Beneuenta. in rub. de condi.
ſine cauſa. in prin. char. 71. Excluditur tamẽ aſſenſus regis,
quia aſſenſus regis in huiuſmodi obligationibus ſeruitij
perſonalis in perpetuum, non dicitur ſolẽnitas intrinſeca,
ſed extrinſeca, & ideo tex. iſte debet intelligi etiam ꝙ in in-
ſtrumento interuenerit oĩs ſolẽnitas intrinſeca, ſecus ſi in-
teruenit regius aſſenſus, quia tunc valeret illud inſtrumen
tum, aliàs ſecus, quia lex reſiſtit dictæ obligationi, & ideo
impedit naturalem obligationem, vt in l. cum lex. ff. de fi-
deiuſſo. & l. ſi non ſortem. §. primo. ff. de condict. indeb. &
per conſequens vim iuramenti, cum non ſit differentia in-
ter ſimplicem loquelam, & iuramentum. 22. quæſt. 5. cap.
iuramenti. ſ. inquantum obligatio dirigitur in partem, cui
facta eſt obligatio, vt dixi ſuprà in cõſt. conſtitutionem di
uæ memoriæ. in 5. nota. non autem inquantum dirigitur
Deo, vt dicit Alexan. in 1. volum. conſi. 125. incipiente, vi-
11 ſis & conſideratis. in 5. colum. †Item iuramentum præſti-
tum contra diſpoſitionem ſtatuti non ligat, ſecũdum Bar.
in l. ſi quis pro co. ff. de fideiuſ. & tanto magis, quia iſtud iu
ramentum ſuper dicta obligatione eſt cõtra publicam vtili
tatẽ, tendens in prǽiudicium tertij. ſ. domini regis, quo ca-
ſu non ligat iuramentum, ut in cap. 2. de pac. lib. 6. ut dicit
Pau. de Caſt. in l. ſi quis pro co. Sed ego ſatis dubito de hoc
quia communis concluſio canoniſtarum eſt, ꝙ ſi ſtatutum
prohibet contractum, nunquam habet locum ſtatutum in
contractu iuramẽto firmato, vt firmant Ant. de But. Io. de
Ligna. Io. de Imo. & Abb. Sic. in c. cum contingat. de iureiu.
& Pau. de Caſt. in d. l. ſi quis pro eo. & Alex. in 1. volu. con-
ſi. 17. in 3. colum. incipi. viſo libello. Et ſubdit, ꝙ ſtatutum
nunquam comprehendat actum iuratum. Ad idem in 2.
uol. conſ. 37. in 7. colum. incip. viſo, & opportunè diſcuſſo.
12 Teneo igitur decidendo, † ꝙ uaſallus ligius domini regis
non poteſt ſe obligare cum iuramento ad ſeruitia perſo-
nalia in perpetuum, quia iſta conſti. annullat contractum
ſuper perpetua promiſſione ſeruitutis perſonalis ſine re-
gio aſſenſu, & quatuncunque ſit iurata, iuramentum non
ſupplet ſolennitatem regij aſſenſus, vt dicit Alexan. 1. vol.
conſil. 95. incipiente in cauſa & lite. in fin. ſicut non ſup-
plet in materia feudali. nam homines regni dati ſunt per
eccleſiam Romanam regi in feudum, & rex eſt dominus
perſonarum regni, ideo non valet obligatio perſonalis per-
petua. Item, quia pactis priuatorum iuratis non tollitur
ius publicum, vt in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. cum ſi. Nec
ob. ſi diceretur, quòd conſt. ſuprà, conſtitutionẽ diuæ me-
moriæ. expreſsè annullat iuramentum futurum in aliena-
tione feudi, & hic nihil dicit de iuramento futuro. Item,
quia actus iuratus non dicitur ſubiacere iuri poſitiuo, vt la
tè per Alexan. in 4. volum. conſil. 102. in 2. colũ. quia ſi iſta
conſtitu. non facit mentionem de iuramento in obligatio-
ne perpetua operarum, tamen aliæ leges annullant iuramẽ
tum ſuper obligatione operarum perpetua, ut in l. ſi quis
pro co. ff. de fideiuſſ. & in l. vt iuſiurandi. ff. de oper. liber.

quæ iura allegaui ſuprà, dum allegaui Lucam de Penna,
qui hanc quæſtionem decidit in l. cum ſcimus. C. de agri-
co. & cenſi. libro vndecimo. vide tamen Paridem de Pu-
teo in tract. de ſyndicatu. in 6. charta. verſicu. excedunt
13 autem barones. † vbi dicit, quòd dominus non poteſt an-
gariare vaſallos in ſeruitijs vltra caſus expreſſos, & puniun
tur eos grauantes in ſeruitijs non debitis, vt ibi latius per
eum. Item pondera illud uerbum in tex. poſitum, vel perſo
na eccleſiaſtica. quòd ſicut reſpectu rerũ feudalium eccle-
ſia eſt de foro iudicis ſecularis, ut in c. verum. de foro com-
petenti, cum ſuis concordan. ſic etiam ſi eccleſia tenet, &
poſſidet vaſallos obligatos ad ſeruitia perſonalia ſine regio
aſſenſu, & impeditur à procuratore fiſci, iudex competens
erit regia curia, quia hoc ſonant iſta verba. Hoc fallit, niſi
prǽlato, cui debet fieri ſolutio decimarum, fuiſſet facta
promiſſio de prǽſtãdis certis ſeruitijs pro decima Deo, de-
bita, ut in capitu. decimæ. 16. quæſtio. 1. & ibi gloſſ. dicit,
quòd de operibus perſonalibus debentur decimæ, per ca-
pi. quanto. in fin. de vſur. de hoc etiam dixi ſuprà in con-
14 ſtitutio. probationum defectum. in 1. not. †Quartò not. ex
tex. ibi, & ſic ſub occaſione huius. quòd nõ eſt licitũ aliqua
occaſione nobilibus perſonis, & multò fortius non eſt lici-
tum perſonis eccleſiaſticis iure conuentionis cum vaſallis
demanij domini regis, vt ipſi, & eorum hæredes tenean-
tur ad aliqua ſeruitia perſonalia, ita ut deueniatur ad acqui
ſitionẽ alicuius demanij ſuper eos, ideſt, quòd dicta cõuen
tio ſit perpetua. Et ex hoc infero, quòd ſi facta fuerit cõtra
iſtam conſti. erit nulla ipſo iure, per l. non dubiũ. C. de leg.
vel ſaltem ueniet annullanda, quia præſumitur facta per
uim & metum, ut ſuprà dixi allegando Bal. in titu. de pace
Conſtan. in verſ. pactiones. referenda. Ioã. And. in nouella,
in c. 1. de præſcrip. lib. 6. quòd in debita ſeruitia prǽſumun-
tur à dominis per metum extorta à uaſallis, & contra ipſos
potentes iura præſumunt, vt in multis legibus allegatis
per eum ibi. Et ideo dico, quòd domini prouinciæ Abru-
tinæ non poſſunt de iure compellere eorum vaſallos ad
ſeruitia perſonalia, maximè extra diſtrictum feudorum ſi-
ne eorum voluntate, ſecundùm Bald. ibi. & pro hoc facit
l. fina. ff. de iuriſdict. iuncta. l. 3. C. de hæred. inſtituen. Be-
ne ad hoc facit id, quod dixit Barto. in tracta. repræſalia-
15 rum. in 4. q. †quòd ſi per ſtatutũ conceduntur repræſaliæ
contra ciues, non intelligitur de contractibus factis extrà
territorium, quia repræſaliæ ſunt contra ius, ſic obligatio
prǽſtationis angariæ, vel perangariæ eſt contra ius, ut ſu-
prà dixi. & hoc idem dixit Ioã. de Imo. in conſil. 80. & dixi
ſuprà in conſt. proſequentes. in 6. no. Et ultra ibi dicta alle
go optimum text. in l. quod niſi. cum l. ſequen. ff. de ope. li-
be. ubi in promiſſione operarũ tacitè ſubintelligitur, quòd
prǽſtentur in loco, ubi conſueuit habitare ſubditus, & do
minus. & iſtum tex. ad hoc allegat dom. Iacobinus de ſan-
cto Georgio in trac. de feudis, ſeu operibus. in 3. colum. ad-
do text. ſuprà in conſtit. iuſtitiarij non per calendas. & ibi
uide in 3. not. Et ſubdit ibi in uerbo, pactiones. Bald. quòd
uis præciſa domini in ſubditũ omnino tollit cõſenſum eo-
rum. Et tene menti iſtam conſtitu. quòd ille, qui habet ſu-
per uaſallos aliqua ſeruitia perſonalia in perpetuum. ſ. iu-
re licito, dicitur in eis habere dominium, quod alibi non
memini me legiſſe non tamen dicentur ſerui. Bene tamẽ fi
lij uaſalli, angarij & perangarij ſequuntur conditionem
patris, & nõ matris, ut dicit Bart. in l. non diffinimus. C. de
agr. & cenſi. li. 11. quia non ſunt ſerui, ut dixi ſup. in conſt.
aſcriptitios. in 1. no. Et quid ſi vaſallus obligatus ad ſerui-
tia perſonalia illa ſeruitia denegat prǽſtare, utrũ dominus
de facto poſſit ipſum incarcerare? Dico, quòd ſi hẽt merũ
& miſtum imperium in eum, poteſt hoc facere, & hoc
procedit, ſi inobedientia eſt notoria, aliàs non. Et pro hoc
allego Bald. in cap. 1. §. ad hæc. circa fi. de pace iura. fir. aliàs
16 oportet adire ſuperiorem, ut dicit ibi Bald. † Quintò not.
ex text. ibi, redditus in pecunia, uel rebus alijs. quòd uaſal-
lus demanialis domini regis ratione feudi poteſt eſſe uaſal
lus alterius, dummodo non obligetur ad ſeruitium perſo-
nale perpetuum, ſed ſolum obligetur ad prǽſtationẽ pecu-
niæ,

niæ, vel alterius rei. Et ſic patet, quòd quis poteſt eſſe vaſal
lus plurium ratione feudi cum præſtatione pecuniæ, vel al
terius rei, ſic etiam poteſt quis iurare fidelitatem pluribus
dominis, ut dicit Barto. in l. cum vnus. in princi. ff. de ali. &
cib. leg & no. in c. omnis. ſi de feud. fuer. controu. inter do.
& agna. & in l. imperialem. in fi. de prohi. feu. alie. per Fed.
Ligius verò eſt niſi vnius domini, nullius fidelitate ſalua, ut
dicit Bal in l. vnica. §. in primo. vlti. colum. C. de cad. tol. &
idem Ioan. And. io addi. Spe. in tit. de feudis. §. quoniam. &
gl. in cle. paſt. in ver. ligius. de re iudi. & dixi in ca. 1. quali-
ter vaſ. iura. debe. fide. Sextò, & vltimo, not. ex tex. ibi, nos
17 qui ſumus domini perſonarum. †quòd iſte tex. ſemper al-
legatur ad hoc, quòd dominus rex eſt dominus omnium
perſonarum habentium domicilium in regno, & ideo nul
lus poteſt obligare perſonam ſuam ad aliquod ſeruitium
in perpetuum ſine regio aſſenſu, ut hic. licet Romana ec-
cleſia dicat, quòd rex teneat regnum in feudum à ſede Apo
ſtolica, & ſit ſpeciale patrimonium Beati Petri, cuius prin
cipaliter ſunt homines, & vaſalli, vt in c. ad apoſtolicæ. de
re iudi. lib. 6. In glo. vnica. licet glo. dicat, quòd hæc conſti.
locum habuit temporibus retroactis, ſcilicet in illis, qui ha
buerunt huiuſmodi hominem à tempore regis Gulielmi,
tamen temporibus noſtris vidi eam allegari in contingen-
tia facti, ut ſine vetuſtisſima præſcriptione, quæ habet vim
priuilegij, iſti angarij, & perangarij per feudatarios regni
haberi non poſſint, per ea, quę ſunt dicta ſuprà poſt finem
ſummarij huius conſti.

De hominibus baronum poßidentium interra demanÿ. Rub. X.

ALII antiqui libri habent rubricam ſic, de bonis emptis per villanos dominorum ab hominibus demanij. Et hęc rubri. magis conuenit nigro. Et poterit ſic continuari, dictum eſt ſuprà, quòd omnes homines, qui habent domicilium in regno ſunt ſub dominio, & iuriſdictione domini regis, & eius ſunt vaſalli, & ipſe eſt dominus perſonarum ſuarum. & ideo non poſſunt ſe obligare ad pręſtandum aliquod ſeruitium perſonale alteri ſine regio aſſenſu. Verùm quia in regno ſunt aliqui prælati, & rectores eccleſiarum, & comites, & barones, qui habent iure licito uaſallos angarios, & uaſallos villanos ſimpliciter, qui non habent ab eorum dominis feudalia bona, ſed habent bona hęreditaria, ideſt bona burgenſatica libera, empta à uaſallis demanialibus domini regis. Et eorum domini prætendebant, quòd de ipſis bonis burgenſaticis ipſi uaſalli non habebant liberam diſpoſitionem ſine conſenſu dominorum, & ipſi uaſalli dicebant contrarium. Et propterea habitus fuit recurſus ad regem, & uolens rex hoc dubium determinare, ſubnectit hanc conſtit. ſub pręſenti rubrica ſequitur nigrum.

S V M M A R I V M.

1 *Vaſallus baronis res ſtabiles burgenſaticas, ſeu allodiales emere poteſt à vaſallis demanialibus regis.*
2 *Barones non poſſunt vaſallis ſuis prohibere alienationem bonorum ipſorum burgenſaticorum.*
Bona triplicis iuris poteſt quis habere.
3 *Vaſallus baronis habens bona hæreditaria, burgenſatica, franca & libera in nullo pro dictis bonis baroni ſuo tenetur.*
Vaſalli baronum in terris demanii regis quæ agere poſſint abſque conſenſu dominorum ſuorum.
4 *Fiſcus regius ſuccedit vaſallis baronum decedentibus ab inteſtato, ſi non ſint, qui eis ſuccedere poſſint, & non ipſe baro.*
Fiſcus an excludat uxorem vaſalli baronis ab inteſtato decedentis.
5 *Vaſallo morienti ab inteſtato nullo relicto qui ei ſuccedere poſſit, ſuccedit in feudo dominus, à quo feudum tenebat.*
6 *Fiſcus ſuccedens in bonis vacantibus ea alteri alienare poteſt, ſub quibus ei placet conditionibus.*
7 *Baiuli dominorum bona ſua alienare non poſſunt pendente eorum adminiſtratione.*
8 *Alienatio prohibita eſt ſtatim lite mota in vniuerſalibus iudiciis.*
9 *Confeſſio in lite facta per adminiſtratorem ſpecies quædam eſt dilapidationis.*
10 *Scholari ſine hærede decedenti ſuccedit vniuerſitas ſcholarium fiſco excluſo.*
11 *Eccleſia ſuccedit clerico mortuo fiſco excluſo.*

SI QVANDO contingit. Diuiditur hęc
conſtitut. in quatuor partes, quia qua-
tuor dicta principaliter continet. In pri-
ma parte dicit, quòd ſi prælatus, vel re-
ctor eccleſiæ, aut comes, uel baro ha-
beat in regno uaſallos angarios, uel ſim-
pliciter vaſallos villanos cuiuſcunque conditionis ſint, qui
poſſideant bona hæreditaria ideſt burgenſatica, quę acqui
ſiuerunt titulo emptionis ab omnibus demanialibus domi
ni regis, vel alio titulo in quocunque loco regni, iſti tales
villani, & uaſalli baronum bona iſta poſſidebunt libera &
franca, prout poſſederunt illi uaſalli demaniales domini re
gis, à quibus ipſi uaſalli villani baronum cauſam habue-
runt, ita quòd pro dictis bonis burgenſaticis in nihilo ba-
ronibus eorum dominis tenentur. Et ſic licitum eſt dictis
vaſallis dicta bona burgenſatica alienare, vendere, & do-
nare inter uiuos, vel in ultima uoluntate, ſine licentia ba-
ronis ſui domini & iure licito emere. Et hęc eſt prima
pars. & durat uſque ibi, & ſi contigerit. Hic eſt ſecunda
pars, in qua dicunt, quòd ſi talis uillanus uaſallus baronis,
qui acquiſiuit bona burgenſatica moriatur ſine hærede,
qui potuiſſet ſibi ſuccedere ab inteſtato, in illis bonis bur-
genſaticis nullo modo ſuccedit baro eius dominus, ſed ſuc
cedit regius fiſcus, deficientibus linea deſcendenti, aſcen-
denti, & collaterali. Sed ſi habet feuda ab ipſo barone, &
moriatur uaſallus ſine hærede, baro ſuccedit in illis feu-
dis, quæ tenebantur ab eo, & non rex. & durat uſque ibi,
poſtquam autem. Hic eſt tertia pars, in qua dicitur,
quòd ſi euenit caſus, quòd uaſallus baronis, qui habebat
bona hæreditaria burgenſatica moriatur ſine hærede, qui
poſſit ei ſuccedere in dictis bonis, & ſic bona ipſa burgen-
ſatica tanquam bona uacantia peruenerit in regium fi-
ſcum, regius fiſcus poterit bona iſta, prout uoluerit, collo-
care ſub quibuſuis conditionibus, uel redditibus, & ſer-
uitijs. & durat uſque ibi, de tenore autem. Hic eſt quar-
ta & ultima pars, in qua dicit, quòd à diſpoſitione huius
conſtitut. excipit hanc cauſam, uidelicet, ſi uaſallus baro-
nis, qui acquiſiuit bona burgenſatica fuerit baiulus baro-
nis, qui ſuſcepit adminiſtrationem bonorum ipſius ba-
ronis, non licet dicto baiulo alienare bona prædicta bur-
genſatica, donec non reddiderit rationem, uel ſteterit per
ipſos barones requiſitos à baiulis, ut recipiant rationem
ab eis, & ipſi uoluerunt recipere. hoc dicit uſque in finem.
Et breuiter hoc dicit in ſumma. Vaſalli baronum poſſunt
emere, & uendere bona burgenſatica ſine eorum conſen-
ſu. Et in illis bonis non habent ius ſuccedendi tanquam
bona uacantia, ſicut habent in bonis feudalibus, quę tenen
tur ab eis. Itē fiſcus, cui obuenerunt bona uacan. poterit il
la cōcedere, prout ſibi placuerit. Et baiulo, qui tenetur red
dere rōnē de geſtis, & adminiſtratis per eū, eſt interdicta
alienatio bonorum ſuorum, donec ſit reddita ratio, uel ſte
1 terit per eum, cui reddi debet. †No. 1. ex tex. ibi, comparare,
aut aliter acquirere. quòd cuilibet uaſallo baronis cuiuſcun-
que ſit conditionis, & ſic ſiue ſit angarius, uel peranga-
rius, uel ſimpliciter uillanus, licitum eſt emere res ſtabiles
burgenſaticas, ſeu allodialia bona à uaſallis demanialibus
domini regis, & illa empta diſponere in uita, uel in morte
pro arbitrio uolūtatis ſine aſſenſu baronis, uel domini ſui,
& illa retinere, ſi uoluerit cū eiſdē qualitatibus, prout tene
bāt ipſi uendentes ante uenditionē. Et ſic res tranſit cū ſua

cauſa, & ſuo onere, vt dicit Azo in ſum. C. de pig. in emptorem, prout erat penes venditorē, ita ꝙ ſi baro ante emptionem factam per ſuum uaſallum de dictis bonis burgenſaticis nullū ius habebat, quando uēditor ante venditionē tenebat ipſa bona burgenſatica, minimè babebit, quando dicta
2 bona aliquo titulo peruenerunt ad ſuum vaſallum. †Et ſic patet, ꝙ non licet dominis baronibus facere bannum, ſeu prohibitionem, ꝙ non liceat vaſallis alienare bona eorum burgenſatica, niſi cum vaſallis eiuſdem domini, nam poſſeni barones puniri tanquam transgreſſores huius conſtitnt. pœna arbitraria pro dicto banno, vt inquit Bald. in l. non dubium. C. de leg. de quo in c. nam concupiſcentiam. per Abb. Sicu. & alios, de conſtitu. & in c. 2. de maio. & obedien. Dicit tamen glo. penul. ꝙ vaſalli, villani baronis, ſi babent aliquod prædium, vel tenimentum à domino non in feudum, non poſſunt illud alienare ſine licentia domini, à quo tenent. Et de his bonis, quæ tenentur à barone non in feudum, poterit baro prohibere per bānum ipſos uillanos vaſallos, vt non alienent dicta bona ſub pœna caducitatis ſine eius conſenſu. Aliqui volunt intelligere iſtam gl. in alienatione facta inter viuos, ſecus in alienatione facta in vltima voluntate per inſtitutionem hæredis. & hoc per glo. ſuprà, in conſti. hac dictali. ibi, Item volunt quidam dicere, & per gl. in conſti. vt de ſucceſſionibus. in ver. ex vtroque parente. Et ſic patet ſecundùm gloſſ. hic, ꝙ quis poteſt habere res duplicis iuris, vt ibi patet, & in l. hinc quęritur. §. poteſt. ff. de peculio. imo triplicis iuris, videlicet burgenſatica. Item feudalia. Item res, quę non ſunt feudales, ſed tenētur à barone. ſed vna res nō debet diuerſo iure cenſeri, vt in l. eum qui ædes. in fi. ff. de vſucapio. hoc verum corporali conſideratione vnum, ſed intellectuali conſideratione unū & idem æquipollet pluribus, ut inquit Bald. in l. 1. in 3. op-
3 poſitione. C. de ſeru. fugi. †Secundò not. ex text. ibi, in nullo domino ſuo penitus teneatur. ꝙ uaſallus baronis habens bona hæreditaria burgenſatica, ſi franca, & libera erant penes illum, à quo ipſe cauſam habuit, in nullo tenetur ſuo baroni pro dictis bonis. & propterea dicebat Card. Floren. in cle. paſtoralis. §. denique. 7. q. de re iud. ꝙ uaſallus tenetur domino tantum quò ad ea, quę concernunt feudum, & ſic obligatio eſt potius realis, quàm pſonalis, & ideo ſi feudum refutatur, ceſſat ex toto ſubuentio, licet in memoriam priſtini dominij non debeat dominum offendere. Tertiò no. ex tex ibi, ſine licentia ꝙ uaſalli baronum poſſunt emere, & vendere & inter uiuos contrahere, & in ultima oolun tate relinquere bona burgenſatica in terra demanij regis ſine conſenſu dominorum ſuorum, etiam ꝙ dominus eo-
4 rum eſſet perſona eccleſiaſtica. †Quartò not. ex text. ibi, ex deſcendenti, aut aſcendenti, aut collaterali linea. ꝙ ſi moritur uaſallus baronis ſine liberis, uel ſine parentibus aſcendentibus, uel ſine collateralibus ab inteſtato, in bonis burgēſaticis, ſubandi, & ſine alijs, qui de iure communi ſuccedunt ab inteſtato, ut hic ibi, qui aliàs poſſent ad ſucceſſionem eiuſdem &c. ſuccedit regius fiſcus, & non baro, per iſtum tex. & hoc eſt etiam de iure communi, ut in ca. 1. in uer. bona uacātia. quæ ſint rega. nam fiſcus eſt ultimus ſucceſſor, ut in l. 1. §. diuus. ff. de iure fiſc. & Auc. de hær. & falci. §. ſi uerò. & C. de bo. uacan. l. 1. & l. ſi uacan. li. 10. & iure Romano uxor defuncti ſine hęrede excludit fiſcū à ſucceſſione, ut in l. 1. C. unde uir & uxor. ſed de iure Lōgobardo uxor non excludit fiſcum, quia illud ius non cognouit cognatos, ut bene firmat hic gl. & And. hic, & in d. c. 1. in uerbo. bona uocan. Sed an per iſtā conſti. fiſcus excludat uxorem? And. in d. uerſ. tenet, ꝙ non, imò fiſcus excluditur per uxorem, per rationes, quas ibi adducit, de quibus ibi dixi, ideo hic non repeto, fiſcus ergo eſt ultimus ſucceſſor ad occupandum bona uacantia, & non baro, ut dicit glo. in l. ſicut ff. quod cuiuſque uniuer. nomi. & in l. ſi filius, qui in teſtamento. ff. de lega. 1. & Bart. in l. 1. §. an bona. ff. de iure fiſ. Sed quando fiſcus ſuccedit in iſtis bonis uacantibus, an debeat præſtare onera, quæ præſtabat ipſe priuatus? Dicit Spec. in titu. de feu. §. 2. uerſi. 34. Bene facit. l. 1. C. de hęred. uel actio. uend. & in l. ſi mariro. in prin. per doct. ff. ſol. matri. Et ſic vides, ꝙ ſicut barones non habent ius publicandi bona, niſi ex priuilegio eis conceſſum ſit, vt no. in c. 1. §. receptatoribus. de pa. iur. fir. & in c. 1. in prin. & in §. ſi iudex. de pa. tenen. & And. in c. 1. in ver. publicandorum. q̄ ſint re-
5 ga. ita non habent bona vacan. vt hic. †Quintò not. ex text. ibi dominus feudi ſuccedit. ꝙ ſi moritur vaſallus ſine deſcendentibus, & ſine illis perſonis, quæ poſſunt ſuccedere in feudo, baro, vel dominus à quo ipſum feudum tenebat, ſuccedit in ipſo feudo, & non regius fiſ. tex. eſt hic expreſſus. idem ſi vaſallus committat delictū, propter quod debet perdere feudum, illud feudum non applicatur regi, ſed baroni, à quo feudum habet, dixit gl. inſ. in conſt. poſt mortem. & hoc expreſsè firmat An. de Barulo in l. apud. C. de cenſi. & cenſito. li. 10. vbi dicit, ꝙ ꝓ delictū vaſalli nō debet publicari res feudalis fiſco, ne delictum vaſalli ſit in diſpendium domino. ad hoc l. de pupillo. §. ſi plurium. ff. de no. ope. nun. & ff. de publ. l. fraudari. in fi. & l. ſi quis in ſuo, §. legis. ſi quis aliquem teſta. prohi. & ideo fiſcus non ſuccedit in dicto feudo, arg. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. inſe. & ibi per Bar. hoc etiam firmat And. de Iſer. in c. 1. §. ſi quis hominem. in 4. col. de pa. ten. & in c. 1. de vaſal. decre. ęta. & in c. 1. pen. col. ſi vaſ. feu. priue. & in l. imperialem. §. illud. de prohi. feu. alie. per Feder. Alex. de Imo. in d. §. ſi de vectigalibus. Bene facit tex. in l. cum ratio. §. ſi in libertorum. ff. de bo. lib. & Luc. de Pen. in l. 1. C. de peti. bon. ſubla. li. 10. Et vide ad hoc vnā pulchram & copioſam deciſionem Egidij de Bellamera deciſ. 7ſ. 5. char. 66. & Io. Fab.
6 Inſti. de vſufru. §. finitur. †Sextò no. ex tex. ibi, placuerit. ꝙ quando fiſcus ſuccedit in bonis vacan. poteſt alteri alienare bona illa ſub conditionibus, & redditibus, & ſeruitiis. prout ei placuerit. Et ſic cum ſeruitiis, vel ſine, quia licet verbum, placuerit. importet arbitrium boni viri, vt no. per Bar. in l. Lucius Titius. ff. de fideic. li. & Abb. Sic. in c. cum veniſſent, de inſti. & in c. 1. de conſti. hoc verum, quādo datur alteri facultas, vt placuerit. Sed in domino vero importat liberam collationē, quia quilibet de re ſua poteſt facere, quicquid ſibi placet, vt in l. in re mandata. C. man. Et capitur hic fiſcus pro ipſo rege, per tex. iſtū ibi, per nos. & illud verbū, collocauerit. exponitur, pro quocūq; titulo alienationis. An quādo rex alienat res ſuas, debet ſeruare ſubhaſtationes, ſicut quando fiſcus vendit? Vide in l. 1. & in l. quod in libellum. C. de fide inſtru. & iur. haſt. fiſca. lib. 10.
7 & per Bal. in l. 1. C. de hęred. vel actio. vendi. †Septimò no. ex tex. ibi, de adminiſtratione ſua ſatisfacere. quòd baiulis dominorum interdicta eſt alienatio bonorum ſuorum, do nec pendet eorum adminiſtratio, & donec non ſit reddita ratio ꝑ eos, & reſtitutis reliquis, vel ſteterit per dominos, quominus ab eis receperint ſatisfactionē. Et ſi fieret alienatio contra tenorem huius conſtit. non valet alienatio, & habetur, ac ſi non eſſet facta, vt colligitur ex dictis per Bar. in l. iubemus. §. 1. C. de ſacroſanc. eccleſ. Et ſic patet ſecundùm Andr. hic, quòd etiam bona burgenſatica baiulorum ſunt tacitè obligata eorum dominis pro reddenda ratione, & reliquorum reſtitutione. Quibus adde, ꝙ ideo ſunt bona baiuli obligata domino, quia dicitur gerere publicum officium. & pro hoc l. pro officio. C. de adminiſt. tut. ratione n. publicæ utilitatis ille, qui adminiſtrat pecuniam publicam, tacitè eius bona ſunt obligata pro adminiſtratione officii publici, & fiſcus præfertur vxori, vt in l. utilitas. C. de primipilo. lib. 12. & confeſſio iſtius adminiſtrationis & alienatio oil valet per iſtam conſtit. quæ licet loquatur in adminiſtratione officij baiuli, fortius dicendum adminiſtratore pecuniæ publicæ, prout in theſaurario, & hoc ratione publicæ utilitatis, vt dicit Luc. de Pen. in d. l. utilitas, & in l. ſatis notum. C. in quib. cau. pig. tacitè contrahatur. ſi enim eſſet priuatnm officium, non eſſent eius bona taci-
8 tè obligata. †In iudiciis vniuerſalib. ſtatim, ꝙ mota eſt lis, prohibita eſt alienatio, vt dicit Bart. in l. alienatio. ff. famil. erciſcundæ. & in l. item veniunt. §. petitam. & l. diuus. in princip. per Bartol. in ſecunda oppoſitione. ff. de petitione hæreditatis. Et in iudiciis particularibus poſt litem conteſtatam interdicta eſt alienatio, ſecundùm Bartol. in d. l.

diuus

dinus.in 3.opp.per l.1.C.de litig.& l.2. C.commu.diuid.
Sed antequam ſit motum iudicium de iure communi, nõ
eſt interdicta alienatio rerum ſuarum per ipſum, qui ad-
miniſtrat, vel adminiſtrauit bona aliena, etiam quòd eſſet
tutor vel curator, & ſic gerebat officium publicum. Sed
tranſit alienatio cum ſua cauſa, vt in l.alienatio. ff. de con-
trah.emp.& per tex.in l.1.C.rem alie.geren. ſecus in admi
niſtratore publici officialis per iſtam conſtitut. quod tene
menti, quia per eam videtur corrigi ius commune. Et ſic
per ſtatutum poteſt prohiberi alienatio, vt dicit Bart. in l.
filiusfami.§.diui.verſ.quæro, an per ſtatutum.ff.de lega.1.
cum ſimil.Et hoc maximè, ſi caderet ſuſpicio, quòd bona
ſua diſſiparent, vt patet ex dictis per Bar. in l.de pollicita-
tionibus.ff.de pollicit.& Bal.in l.2.circa fi. ver.ꝙ autem di
xi.C.de hær.ven.& no.in l.is cui bonis.ff.de ver.obli.Bene
facit id, quod dixit Bal.in l.2.§.quod obſeruari.in 5.col.C.
9 de iur. cal. ꝙ confeſſio † facta mala fide per adminiſtrato-
rem eſt ſpecies dilapidationis, quæ non permittitur alicui
legitimo adminiſtratori, arg.l.Imperator.ff.ad Treb.& C.
de ſen.paſ.l.in quæſtione. Qui autem ſint iſti legitimi ad-
miniſtratores, vide per Bal.in d.§.quod obſeruari.in 3.co-
lum. An autem de iure communi, ſi adminiſtrator alienat
de bonis ſuis, non reddita ratione, puniatur aliqua pœna?
Dic, ꝙ ſic, vt no.in d.l.1.C.rem alie.ger. Et ſcias, ꝙ iſte ba-
iulus, qui debet reddere rationem: & ideo eſt ei interdicta
alienatio rerum ſuarum, debet ipſe accedere ad pręſentiã
domini ſui, & offerre ſcripturam rationum realiter, & nõ
verbotenus dicere, ꝙ eſt paratus reddere rationem, & offer
re reliqua reſtituere, & offerre fideiuſſorem de ſoluendo id
quod apparebit debitorem eſſe ex reddita ratione, vt bene
firmat Alex.in 1.vol.conſ.102.in 3.col. In gl.1.& 2.eſt de-
claratiua tex. In gl.3.dic, vt dixi ſup.in 1.no. In gl.4.no.iſtã
glo.ad id, quod dixi ſuprà in 3.no.in fi. In glo.fina.inquan-
tum dixit glo.ꝙ vltimus ſucceſſor eſt fiſcus, dic, vt dixi ſu-
prà in 4.nota. Quibus addo id, quod dicit Nic.de Neapo.in
10 l.formularij.C.de tract.lib.12.ꝙ ſi ſcholaris moriatur † ſi-
ne hærede, vniuerſitas ſcholarium ſuccedit, excluſo fiſco,
ad hoc vide alia, quæ allegaui in d.c.1.in verſ.bona vacan-
tia.quę ſint regalia. Idem dicendum eſt in mercatore mor-
tuo ſine hærede, vniuerſitas mercatorum ſuccedit, & non
fiſcus, ſecundùm Bal.in l.receptitiæ.in fi.C.de conſtit.pe-
cu. Idem dicendum eſt de artifice mortuo ſine hærede, vt
artifices excludant fiſcum à ſucceſſione, ſecundùm Bart.
& Ang.in l.ſiue autem.§.eius.ff.de ininſ.rup.& irri.teſta.
Idem ſi moriatur doctor de collegio ſine hærede, collegiũ
ſuccedit, & non fiſcus, vt in l.1.C.de hære.decur. & ibi di-
11 cit Bal.ꝙ ſi † moriatur clericus, eccleſia ſua ſuccedit excluſo
fiſco, allegat l.ſi quis presbyter.C.de epi.& cle. Tu vide gl.
in c.quia diuerſitatem.de conceſ.præb.& ibi per Anto.de
But.de quo per Inn.in c.inſinuante.qui cle.vel vo.

De ſtatuendo dotario in feudis & caſtris. *Rubri. XI.*

DICTVM fuit in præcedenti conſti.ꝙ
ſi moriatur vaſallus ſine hærede, ꝙ quæ
feuda tenet à barone, habebit ipſe baro,
& non regius fiſcus. Verùm quia baro,
cum aperta ſunt dicta feuda, vel non a-
perta vult recipere uxorem, & uult ſibi
conſtituere dotarium, utrum ſuper feudis ſuis poſſit
conſtituere dotarium ſuæ uxori ſine regio aſſenſu? & de
hoc non erat dictum. ideo immediatè ponitur hæc ru-
brica. uel ſic. dictum eſt de prohibita feudi alienatione,
nunc dicit de permiſſione alienationis feudi, puta pro do-
tario uxoris.

SVMMARIVM.

1 *Baro quis ſit, & in quo differat à milite.*
2 *Feudatarius ſimplex qualiter poſſet effici baro.*
3 *Vaſallus habens tria caſtra quando poſſit unum in dotarium dare pro uxore.*
4 *Comes in quo differat à barone.*
Dotarium uxori non poteſt conſtitui in capite comitatus, vel baroniæ.
5 *Feuda titulata non penitus regulantur eo modo, quo alia caſtra & feuda.*
6 *Communio lucri non inducit capitalis communionem.*

SI aliquis baro. Diuiditur in quatuor
partes. In prima dicitur, quòd ſi baro,
uel miles habeat tria feuda, poterit dota-
rium conſtituere ſuę uxori in uno ex di-
ctis tribus caſtris. Et durat uſque ibi, ſi
autem pauciora. Hic ponitur ſecunda
pars, in qua dicitur, quòd ſi baro, uel miles, duo uel unum
feudum habeat, poteſt conſtituere dotarium uxori in pe-
cunia ſecundùm quantitatem, & qualitatem feudorum, ſi
tertiariam, & durat uſque ibi, cęterùm ſi plura feuda. Hic
ponitur tertia pars, in qua dicitur, quòd ſi baro, uel miles
habeat ultra tria feuda, poteſt conſtituere dotarium pro-
portione feudorum, prout ſuprà proximè dictum fuit, &
durat uſq; ibi, comes autem, uel baro. Hic eſt quarta pars,
in qua dicit, ꝙ comes, aut baro, qui habet caſtra in regno
poteſt de caſtris ipſis dotarium cõſtituere uxori, dummo
do non conſtituat dictum dotarium in illo caſtro, in quo
comitatus, uel baronia nomen aſſumpſit, & durat uſq; in
fi. Et breuiter hoc dicit. Comes, uel baro, uel feudatarius
poteſt conſtituere dotarium uxori ſuæ ſuper feudis, uel in
pecunia ſine regio aſſenſu, dummodo non conſtituat dota
rium ſuper caſtro, à quo ſumpſit nomen comitatus, uel ba
ronia. No.primò ex tex.ibi, baro, uel miles.ꝙ baro, uel mi-
1 les, ideſt † feudatarius, qui habet feudum quaternatum à re
ge ſunt diuerſa. Et ideo ſecũdùm And.hic, & bene, eſt ma
xima differentia inter baronem, & feudatarium regis, nã
baro dicitur ille, qui habet caſtrum, ſeu caſtra, uel feudum
quaternatum, habens ſub ſe aliud feudum, uel alia feuda
quaternata, quod alius tenet in baronia, uel caſtro, uel feu
do ſuo, aliàs ſi non haberet ſub ſuo caſtro, uel feudo qua-
ternato alium, uel alios, qui in baronia ſua haberet feudũ
quaternatum, nõ diceretur baro, ſed ſimplex miles, ſeu feu
datarius, ut probatur infrà in conſti.poſt mortem. feudata
rius dicitur ille, qui habet feudum, quod pręſtat adoham,
ſeu ſeruitium militare regiæ curiæ. Sed quęro, quomodo
2 feudatarius, qui habet † plura feuda, & non eſt baro, quia
non habet feudatarium habentem feudum quaternatum
ſub ſe, ideſt ſub ſuo feudo, poterit fieri baro. hoc modo, ui-
delicet, alienat unum feudum de ſuis alteri cum conſenſu
dñi regis, & ſub ipſo feudatario, ut ab eo teneat, & tunc
per conſenſum regis pędictum & dicti feudatarij aliena-
tionem, uel cõceſſionem, erit iſtud feudum quaternatum
quia per conſenſum regis, rex uidetur donare, ut in l.lege
obuenire.ff.de uerb.ſig.& in auth.de defen.ciu.§.interim.
& feuda collata per regem dicuntur quaternata, quia ſcri-
pta ſunt in regiſtris curiæ regię, ſecundùm Andr.hic, & in
c.1.de contro.feud.apud pares term.& in c.1.§.fin.de capi.
qui cur.uen. Et ideo ſi rex donaret feudum meum contra
meam uoluntatem, & uellet, ꝙ teneat à me, non diceretur
noua conceſſio, quia nõ ſemper aſſenſus regis eſt noua cõ-
ceſſio, ut dixit And.ſup.in conſtit. cum circa.in 3.libro, &
Bal.in c.quæ in eccleſiarum.8.col.de conſtit. Secundò no.
3 ex tex.ibi, de tribus feudis, ꝙ † habens tria feuda quaterna-
ta, tamen ꝙ ſint caſtra, poteſt unum dare in dotarium pro
ſua uxore, abſque regio aſſenſu, ex permiſſione huius con
ſtitu. Qualiter autem conſtituatur iſtud dotarium per ba-
ronem, uel feudatarium. Et quæ ſit differentia inter dota-
rium, antefatum, & quartã, dicitur infrà poſt gl. in conſti.
qualiter quę dotariũ. Tertiò no.ex tex.ibi, ſecundũ quali-
tatem & quantitatẽ. ꝙ quando quis habet unum, uel duo
feuda non conſtituit dotarium in corpore feudi, ſed in pe
cunia, habito reſpectu ad qualitatem, & quãtitatem ipſo-
rum

rum feudorum, quod exponitur vſque ad tertiariam . nam
barones conſtituunt uxorib. tertiariam pro dotario, vt in
conſt. licentiam. per Andr. nam ſi permittitur habenti tria
feuda conſtituere vnum ex eis vxori in dotarium, ergo ter
tiaria eſt dotarium vxoris . & idem dicitur, ſi habeat vltra
tria feuda. Sed hoc videtur correctum per conſtit. licentiā.
quę eſt poſt iſtam, vbi permittitur baroni, & feudatario, ēt
ſi habeat duo feuda, poſſe in vno cōſtituere dotarium, & ſi
vnum tātum feudum, & dimidium habeat, poteſt in dimi-
dio feudi conſtituere dotarium . Et ſi vnum tantùm feudū
habeat, tunc poterit conſtituere dotarium in pecunia. i. ter
tiariam in pecunia, & ita tenet gl. hic, & ibi. ſ. ꝙ dicta cōſti.
licentiam. corrigit iſtam. Quartò. no. ex tex. ibi, comes, vel
4 baro. differentiam † inter comitem & baronem. nam comes
eſt ille, qui titulatus eſt de comitatu, qui habet ſub ſe ca-
ſtra vnde ſine caſtris nō poteſt dici comes, ſed baro poteſt
eſſe ille, qui habet caſtra, vel nō habet caſtra, ſed habet feu-
da quaternata, & ſub ſe habet alium vaſallū, qui habet feu-
dū quaternatum ſub ſuo feudo quaternato, vt prædictum
eſt. Et vidēs hic, ꝙ comites pręponūtur baronibus, & mi-
ror, ꝙ in c. grandi. de ſupplen. negl. præl. lib. 6. barones prę-
ponuntur comitibus. Qui autē dicantur barones, dixi in c.
1. de his qui feu. da. poſ. in 1. col. Quintò no. ex tex. ibi, ba-
ronia, vel comitatus nomen aſſumpſit. ꝙ caput baronię,
ſeu caput comitatus, per quod nominatur baro, ſeu co-
mes, nō poteſt in eo conſtitui dotarium vxori, licet in alijs
caſtris ſic. nam feudum habet plura corpora, vt dicit And.
in c. 1. quid ſit inueſt. tamen vni nomini ipſa corpora ſunt
ſubiecta, vt in ſimili dicit text. in l. rerum mixtura. §. tertiū.
ff. de vſuc. Et ſic caſtrum, vel terra, quę nominatur titulus
baroniæ, vel comitatus, vt eſt Caſerta, quæ eſt nomen co-
mitatus, vt dicit hic glo. gaudent iſta prærogatiua, vt in eis
non conſtituatur dotarium. faciunt ad hoc ea, quæ dixi in
meis deciſ. dec. 265. uer. tertia fallentia. & ibi omiſi allega-
5 re iſtū tex. Et gl. hic dicit, ꝙ feuda † titulata non per omnia
regulātur, ſicut alia caſtra, & feuda. Sic ēt ciuitas, quę tenet
principatum prouincię gaudet prærogatiua, de qua in l. ſi
quis. C. de nat. lib. Si etiam dicimus, illum eſſe principalem
locum religioſum, vbi poſitum eſt caput propter faciem,
quę eſt ibi hominis, vt in l. cū in diuerſis. ff. de reli. & ſump.
fu. unde deficiente capite, deficit totum. ut in l. peculium.
§. quadrigæ. ff. de leg. 2. Et adde ad hoc ea, quæ ſcribit Fely.
de prærogatiua capitis in c. cum non liceat. in prin. in 2. &
3. col. uer. demum ad prædicta. de præſcri. Et dicit Alex. in
2. vol. conſ. 131. col. 2. ꝙ compromiſſum ſuper lucro capi-
6 talis non extenditur ad capitale. Et † cōmunio lucri non in-
fert cōionem capitalis Alex. in 2. volum. conſi. 48. 2. col. &
ea, quæ ſcribit Alb. de Ro. in proę. ffforum. in §. diſcipuli.
dum dicit, ꝙ in membrorum pluritate eſt vnicū caput, & ſi
plura reperiuntur, dr̄ eſſe monſtrum, ut ff. de ſtatu ho. l. nō
ſunt liberi. & in apib. vnus eſt princeps, & graues vnam ſe
quuntur. 7. q. 1. ca. in apibus. In gl. ſ. 2. & ſi. ideo eas omitto
quia in notabilib. ſunt notatę. Vnum ſolùm addo, quod di-
cit Bal. in c. 1. §. ad hæc. in 3. col. de pa. iur. fir. vbi quęrit, in
quo territorio prouincię eſt caput iuriſd. & dicit, ꝙ in ciui
tate, & non in caſtro, niſi ſit præſcripta iuriſ. in illo caſtro.
Et ibi quęrit, an conceſſo capite caſtri, totum corpus caſtri
intelligatur eſſe conceſſum . & arguit ad partes. dic vt ibi ꝑ
eum, & alios ſcribentes. Et an baptizato capite, totum cor-
pus ſit baptizatū? Vide plenè per Bar & Alex. in l. 3. in pri.
ff. de acq. poſſ. Et quis dicatur corporalis. uide Alex. in 1. uo
lu. conſil. 103. 2. col. & in 2. uol. conſi. 185. 3. col.

De fideiuſſione domini à vaſallis, Rubrica XII.

DICTVM fuit ſuprà proximè, qualiter comes
uel baro, uel alius regius feudatarius debeat ſe
habere, quando ducit uxorem in dotario, uel
tertiaria conſtituendo, uel conſtituenda. Erat
uidendum qualiter ijdem domini debeant ſe habere erga
eorum vaſallos, quando ipſi vaſalli fideiubēt pro dominis
circa eorum indemnitatem. Et ecōtra, qualiter ipſi vaſalli
debeant ſe habere erga dominum ſuum, quando dominus
fideiubet pro eis, de quibus non erat dictum. ideo ſequitur
hæc rub. Et dicit hic And. ꝙ iſta conſt. eſt pulchra, & ratio
nabiliter facta, & eſt bene gloſſa. ideo ueniamus ad ipſā.

SVMMARIVM.

1 *Dominus requiſitus à vaſallo vt liberet eum à fideiſſione quam pro eo fecit in cauſa criminali, ſi eum non liberet, abſque ſententia proprietatem feudi & iura vaſallagij amittit.*
2 *Vaſallus, qui fideiuſſit in cauſa ciuili, vel pro debito domini, poteſt bona burgenſatica, mobilia, vel ſtabilia ipſius domini pignorare propria auctoritate.*
3 *Poſſeſſione ex primo decreto ob contumaciam capta, ſi veniens intra annum præſtet fideiuſſionem de ſtando iuri, expenſis refectis poſſeſſionem recuperabit.*
4 *Pignus conuentionale in quo differat à pignore prætorio.*
5 *Pignus prætorium à lege datum non ſtatim vendi debet ad inſtantiam venditoris.*
6 *Feudum quaternatum dicitur eſſe de melioribus, per quod contrahitur nobilitas.*
7 *Vaſallus alienare poteſt feudi fructus.*
8 *Dominus vaſallum nolentem ipſum liberare à fideiuſſione poteſt pignorare.*
9 *Principe in ſua gratia licentiam vendendi concedente, non requiritur alia ſolemnitas.*
10 *Poteſtas regis & contrahentium æquiparantur in multis.*
11 *Fideiuſſor, qui diu ſtetit in fideiuſſione, liberationem petere poteſt à debitore.*
12 *Fideiuſſor de euictione pro emptore an petere poſſit ſe liberari.*
13 *Creditor electionem habet an velit agere contra fideiuſſorem, an verò contra debitorem.*

SI dominus vaſallum. Quatuor dicta cō-
tinet iſta conſtit. Primum dictum eſt, ꝙ
ſi in cauſa criminali contra baronem,
uel ipſe baro ſit accuſans, & eius vaſal-
lus fideiuſſit pro eo, & poſtea dominus
requiſitus ab eius uaſallo, qui fideiuſſit
pro eo, non uult eum liberare à dicta fideiuſſione per eum
præſtita, ipſo iure dominus ſuus perdit ius uaſallagij,
quod in eū habebat, & durat uſque ibi. ſi uerò in ciuili. Hic
ponitur ſecundum dictū, ſi in cauſa ciuili uaſallus fideiuſ-
ſit pro domino, uel pro eius debito, & dominus poſtea re-
quiſitus non uult liberare ſuum uaſallum à dicta fideiuſ-
ſione, dn̄s tenetur reſarcire eius uaſallo omne damnum,
quod proinde ſuſtinuit. Et ipſe uaſallus auctoritate pro-
pria poterit pignorare. i. accipere pro iure pignoris de bo-
nis mobilibus, uel de bonis burgenſaticis domini, & in ſub
ſidium fructus feudi, & poſt annum poterit illa uendere
pro ſatisfactione damni, quod paſſus eſt occaſione dictæ
fideiuſſionis, & durat uſque ibi, econtrario . Hic ponitur
tertium dictum, uidelicet. Quid econtra, ſi dominus fide-
iuſſit pro uaſallo ſuo in cauſa criminali, & poſtea uaſal-
lus requiſitus à domino, ut liberet eū à dicta fideiuſſione,
& uaſallus negligit, qualiter domino ſubuenitur. & dicitur
hic, ꝙ iſta negligentia uaſallus perdit, quicquid ab eodem
domino tenet in feudū, uel in emphyteuſim, & durat uſq;
ibi, in quæſtione ciuili. Hic ponitur quartū & ultimum di
ctum, uidelicet, ſi dominus fideiuſſit ꝓ uaſallo pro eius de
bito, uel in cauſa ciuili, & poſtea uaſallus negligit liberare
dominum à fideiuſſione prędicta, dominus auctoritate ꝓ-
pria poteſt capere bona dicti ſui uaſalli iure pignoris, & ſi-
bi ſatisfieri de omni damno, quod ſuſtinuit ꝓ dicta fideiuſ
ſione, & durat uſque in fi. Breuiter hoc dicit. In fideiuſſio-
nib. præſtādis dominus & uaſallus iudicātur ad paria. No.
1 ex tex. ibi, ipſo iure ipſius homagiū amittat. ꝙ † abſq; ſentē-
tia dominus perdit proprietatem feudi, & iura uaſallagij
pro eo, quia requiſitus à uaſallo ut liberet eum à fideiuſſio-
ne, quam fecit pro eo in cauſa criminali, & eum non libe-
rauit.

rauit.& pro hoc facit bonus tex.in c.j.qualiter domi.pro-
priet.priuet.Eadem ratione vaſallus perdit feuda,quæ ha-
bet à domino,ſi non liberat dominum à fideiuſſione, quã
præſtitit pro eo in cauſa criminali poſt requiſitionem, vt
dicitur in iſta conſti.ego credo,ꝙ requiritur ſententia de-
claratoria, per quam declaretur, ꝙ dominus fideiuſſit in
cauſa criminali pro vaſallo requiſito, vt liberet dominum
à fideiuſſione, & quia fuit negligens, ideo perdidit omnia
feuda quę recognoſcit ab ipſo domino, per ea quæ ſcripſi
in c.r.de feu.ſine culpa non amitt. & in c.a.quo tempore
miles.& per ea quæ dixit Bal.in l.imperialem.in §.callidis.
de prohi.feu.alie.per Fed.& Bal.in l.ſi quis non dicam ra-
pere.C.de epi.& cle.& in multis aliis locis. Et idem quan-
do vaſallus fideiuſſit pro domino in cauſa criminali,& do
minus requiſitus non curat eum liberare à fideiuſſione, vt
requiratur ſententia declaratoria, vt dominus perdat pro-
prietatem feudorum,& iura vaſallagij,licet tex.huius con
ſtit.dicat,ipſo iure.Et iſta verba,ipſo iure, dicũtur hic pp
fructus medio tempore perceptos,vt dicit Andr. in d.c. t.
de feu. ſine culpa non amitt. remanebit ergo tunc vaſallus
iſte liberatus à iure vaſallagii domini ſui, & erit vaſallus
demanij domini Regis,& domino Regi ſeruiet pro illis bo
nis feudalibus,quæ tenebat à barone,& efficientur illa feu
da quaternata,quia tenebit à Rege,& ei ſeruiet, prout ſer-
uiebat baroni,& Rex,ſi vult,poterit facere gratiam ipſi do
mino,vel alteri cõcedere,quia in re ſua quilibet eſt mode-
rator,& arbiter,vt in l.in re mandata.C.man.Secundò no.
ex tex.ibi,data licentia pignorandi.ꝙ iſta verba important
2 quòd † auctoritate propria vaſallus,qui fideiuſſit in cauſa
ciuili,vel pro debito domini, poteſt pignorare bona mobi
lia,vel ſtabilia burgenſatica domini, vel in ſubſidium fru-
ctus feudi.Et ſic econtra,pro dicta cauſa dominus, qui fi-
deiuſſit pro cauſa ciuili,pro vaſallo ſuo negligente, poteſt
liberare dominum à fideiuſſione prædicta, & pignorabit
auctoritate propria bona dicti ſui vaſalli. Intellige totum
hoc cum grano ſalis, videlicet, quando dominus confite-
tur,ꝙ vaſallus fideiuſſit pro eo in cauſa ciuili, & paſſus fuit
damnum. Sed ſi dominus negaret fideiuſſionem, vel dice-
ret, nullum paſſum fuiſſe damnum,& ſic negaret,& con-
tradiceret,tunc nõ licet pignorare auctoritate propria,ſed
tunc pignoratio debet fieri iudicis auctoritate.;Et idem ſi
vaſallus negaret fideiuſſionẽ domini ſui, & damnum, qđ
dicit paſſum fuiſſe, & ſic cõtradiceret.hoc voluit Andr.hic
per glo. Caroli de Tocco in Longobarda, ſi quis liber ho-
mo de debitis & gaudimoniis. Et ideo quando eſt conten-
tio inter dominũ & vaſallũ,ceſſat iſta pignoratio auctorita
te propria.Et ſi ſecus fiat,quando negatur,pręſtita cautio-
ne idonea reſtituuntur pignora, vt ff.ex quib.cau.in poſſe.
ea.l.hoc autem.& C.de pręſcr.30.ann.l.ſi quis emptionis.
3 vbi ſi per contumaciam poſſeſſio ſit capta ex primo decre
to, veniens intra ann. & pręſtans fideiuſſionem de ſtando
iuri, refectis expenſis,recuperat poſſeſſionem. Et pro iſta
intelligentia bene facit id, quod dicit Bart. in l.2.C.de iure
emph. ꝙ licet dominus non ſoluentẽ canonem intra trien-
nium poſſit propria auctoritate expellere,hoc intelligitur,
niſi neget, & reſiſtat. tunc non poteſt propria auctoritate
expellere, licet poſſet ipſum turbare. Bene facit etiam id,
quod dixit Barto.in l.creditores.C.de pig.ver.quartò quę-
ro principaliter. quòd creditor virtute pacti de ingredien-
do propria auctoritate, debitore de facto contradicente,
non poteſt creditor manu armata intrare in poſſeſſionẽ,
quia ceſſit cauſa tumultus, & rixæ,vt ibi latius per eũ.Fa-
cit etiam id,quod dixit Bal.in c.1.in fi.de pa.iur. fir. ꝙ dñs
feudi propter culpam vaſalli tunc poteſt propria auctori-
tate auferre feudum,quando inobedientia eſſet notoria,&
habet iuriſdict.in eum,ergo vbi contradicit, & non eſt cul
pa notoria,non poteſt.Et eſt ſciendum,ꝙ eſt maxima dif-
4 ferentia † quando pignora dantur ex conuentione, vt per
Barto.in l.1.ff.de pig.act.& in aliis iuribus hic in 1.gl.alle-
gatis. & quando dantur auctoritate iudicis. Illud.n.quod
datur iudicis auctoritate,vocatur pignus pręrorium,vt pa
tet in l.2.C.de pręto.pig. quod conſtituitur per corporalẽ
immiſſionem in re ipſa, ut per Bal.in auth.ei qui.vlti.col.
C.de bon.auth.iud.poſſid.niſi antea eſſet in poſſeſſione iu
re ipſa,quia tunc abſque alia tranſlatione conſtituitur pi-
gnus prætorium verbis ipſius iudicis, vt in l. ſi proprieta-
rius.& ibi Bar.ff.de dam.infec.Et quęro pro intelligentia,
quando capiuntur iſta pignora auctoritate huius conſtit.
quando confitetur altera pars, vtrum ſit pignus iudiciale,
vel conuentionale? Dico,quòd eſt iudiciale, quia datur
licentia pignorandi per iſtam conſti.Tertiò no.ea tex. ibi,
5 poſtquam per annum.ꝙ in † pignore prætorio dato à lege
ſtatim proceditur ad venditionẽ ad inſtantiam ſolius ven-
ditoris,ſed expectatur annus. & hoc eſt ſpeciale in iſtis fi-
deiuſſionibus,de quibus in text. De iure communi tẽpus
ad vendendum eſt duorum menſium, vt in l.debitoribus.
ff.de re iud.Et hoc ſi petitur,ſed ſi non petitur,non datur,
vt ibi dicitur.licet quidam contra,ut ibi dr.& tunc ſi præ-
ſtatur ſatiſdatio, vt dicit Pau. de Caſt.in l.ſi debitori.ff.de
iud.Pignus autem conuentionale,vbi nullum ex pacto ap
poſitum eſt tempus in eius uẽditione,tempus eſt bienniũ,
vt in l.fi.C.de iure dom.impetr.& vide ad hoc gl.in l.ſi cou
uenit.C.de pig.act.Quartò no.ex tex.ibi, feudalia tamen.
ꝙ iſte tex.probat opinionem quondam Domini Bernard.
de Capua compatris mei, qui erat perſpicacis ingenij, &
multa legerat,qui dicebat, quòd ille,qui habet omnia bo-
na ſui debitoris obligata,& etiam feudalia, non poteſt ca-
pere ipſa feudalia,niſi in ſubſidium,quando non ſunt mo-
bilia,nec burgenſatica,vbi etiam eſt aſſenſus Regis. & vbi
nõ eſt aſſenſus, non poteſt capere fructus feudi,niſi in ſub
ſidium quando non ſunt mobilia,nec burgenſatica.nã iſte
tex primò vult, ꝙ capiantur mobilia & bona burgenſati-
ca,& poſtmodum fructus feudi, & non allegabat illã con
ſtitutionem, ſed ſolùm Ang.in l.2.ff.qui pot. in pig.ha.vbi
creditor,qui habet generalem hypothecam,ſi ſuper re me
diocri poteſt ſibi ſatisfieri, non debet ſibi ſatisfieri de me-
6 liori.Dicitur.n.feudum † quaternatum de melioribus,quia
per eum contrahitur nobilitas perſonæ, & perſona nobi-
lis eſt multum in conſideratione,vt experientia docet. Sic
etiam vt dicit Ang.in l.quandiu.C.de diſtrac.pig.pro mo-
dico debito non debet poni manus ad magnum pondere,
quia nõ uerſatur bona fides, & allegabat Bar. in l.ſi finita.
§.ſi de vectigalibus.in a.col.ff.de dam.infe.vbi in ſubſidiũ
incommodo vaſalli, quod percipit ex feudo, interponitur
ſecundum decretum,dè quo dictum fuit ſup. in conſtit.ſi
quis poſt litem. Sicut dicimus,ꝙ in ſubſidium in ſtipẽdiis
militum fit executio,vt in l.commodis. ff.de re iud. & in l.
ſtipẽ.C.de execu.rei iud.& tamen nec priuata, nec publica
pactione obligari poſſunt, vt in l.ſpem.C.quæ res pig. obli
gari poſ.Sed hoc intelligitur,niſi in ſubſidium.Et pro hoc
facit l.ſi ego.à contrario ſenſu.ff. de iure dot.Sed ego nun-
quam eius opinionẽ approbaui,vbi eſt in obligatione feu-
di regius aſſenſus,tunc datur electio creditori à iure agen-
di principaliter hypothecaria ſuper feudis, ſi vult, omiſſa
diſcuſſione ſuper bonis burgenſaticis, quia iſta electio eſt
beneficium iuris.nec d.l.ſi ego,à cõtrario ſenſu poteſt tol-
lere beneficium iuris, ſ.dictam electionem,quia arg.à con
trario ſenſu non poteſt ſumi,quando reſultat correctio al-
terius iuris,vt dicit Bal.in l.ſi plures.C.de condi.inſer.cum
ſim.alleg.per Mod.in l.1. §.huius rei.ff.de off.eius cui man
da.eſt iuriſd. & quòd iſta electio ſit à iure attributa credi-
tori,patet ex ſcriptis per Bartol.in l.Moſchis.ff.de iu.fiſ.&
probatur in l.fi.C.de obli.& act.& voluit Cyn. in l.diſtra-
ctis.C.de pign.& Spec.in tit.de oblig.& ſol.§.1.verſi.item
debitor meus obligauit. Lud.in conſi.128.bene facit text.
in c.ex literis.de pig.Io.de Platea in l.hi,quos.§. & quia.de
debito.ciuitatum.lib.11.& ita fuit in ſacro conſilio deter-
minatum.Quintò no.ex tex.ibi,ex eorum fructibus.ꝙ iſte
7 tex.probat,ꝙ † vaſallus,qui nõ poteſt alienare feudum,ta-
men poteſt alienare fructus feudi. de hoc fuit plenè dictũ
poſt And.ſupra in conſti. conſtitutionem diuę memoriæ.
Sextò no.ex tex.ibi,dominum pro eo fideiubentẽ.ꝙ ſi do-
minus fideiuſſit pro vaſallo in cauſa criminali, & uaſallus
requiſitus,vt liberet dominum à fideiuſſione,neglexit,om
nia

nia feuda, quæ ab eo tenet, perdit, & domino, qui pro eo fi-
deiuſſit, applicãtur, etiam ꝙ illa feuda ſint maioris ęſtima-
tionis, quàm ſit damnum, quod paſſus eſt dominus pro fi-
deiuſſione. Et idem ſi nullum damnũ paſſus eſt, puta, quia
remiſſa fuit à fiſco illa fideiuſſio. & hoc propter generalita
tem huius tex. qui punit neglectum ipſius vaſalli. Et ſic ne-
gligentia parit offenſam, vt dicit tex. de pœn. diſt. 1. c. præ-
dixerat. ibi, negligẽtia, & ſuperbia parit offenſam. Septimò
8 not. ex text. ibi, data plena licentia domino pignorandi. † ꝙ
etiam, ꝙ dominus non habeat iuriſdictionem in vaſallum
poteſt ipſum pignorare propria auctoritate, quando domi
nus fideiuſſit pro eo, & vaſallus differt extrahere dominũ
à fideiuſſione, & etiam vendere pro damnis paſſis per do-
minum. Et no. iſtum tex. ad hoc, ꝙ ille, qui diu ſtetit in obli
gatione, & paſſus eſt damnum, poteſt debitorem pignora-
re. & pro hoc bene facit ca. conſtitutus extra, de fideiuſ. Et
licet hic in textu nihil dicatur de venditione, eſt ſubaudiẽ-
dum hoc de vendi. quia ſi vaſallo fideiubenti pro domino
datur licentia pignorandi, pari ratione concedi debet eadẽ
licentia ipſi domino vendendi, quia dominus & vaſallus
iudicantur ad paria. Et ſic verbum ſtatuti poſitum in prin
cipio ſtatuti, trahitur ad ſi. vbi eſt eadem ratio, vt in l. adige
re. §. quamuis. ff. de iure patr. l. quod dictum. ff. de pact. Et
volo, ꝙ ponderes iſta verba, & etiam vendendi. poſita in ſe-
9 cundo dicto huius conſtitu. ꝙ ſi † princeps in ſua gratia det
licentiam vendendi, quòd non requiritur alia ſolẽnitas in
venditione. Quid autem ſi Rex in inueſtitura, vel conceſ-
ſione feudi dicat, ꝙ poſſit vendere, & alienare dictum feu-
dum, an intelligatur. ſ. cum conſenſu Regis impetrãdo, vel
etiã ſine aſſenſu regis? Ego examinaui plenè iſtam quęſtio-
nem in c. feudum ea lege. ſi de feu. fuer. controuer. inter do
min. & agn. & Iaſ. in l. 3. in princ. C. de iure emphyt. Ioã. de
Imo. in c. potuit. col. 48. de locat. & Paul. de Caſt. in l. dota-
lem. ff. ſol. mat. Alex. in 4. vol. conſi. 106. incip. uiſo thema-
te, & inſtrumento conceſſionis. & in 2. vol. conſi. 172. in 2.
col. & in 3. vol. conſi. 91. in fi. ideo hoc omitto. In glo. 1. no.
10 iſtam gl. ad hoc, ꝙ † poteſtas Regis, & poteſtas contrahen-
tium æquiparantur in multis. nam vides hic, ꝙ Rex dat li-
centiam propria auctoritate pignorandi. Sic etiam partes
in contractu poſſunt paciſci de ingrediendo poſſeſſionem
propria auctoritate, vt in l. 3 C. de pigno. de quo ibi plenè
per Bar. in ſua repetitione. A Equa. n. eſt poteſtas contrahẽ
tium, teſtatoris, & legis, ut in l. non impoſſibile. ff. de pac. &
in l. 1. C. commu. de lega. cum ſim. alleg. per Lucam de Pe.
in rub. C. de decre. decur. lib. 10. & in l. ius emphyteutici.
C. de fund. patri. lib. 11. & in iuribus hic in gloſſ. allegatis.
11 In glo. 2. in ver. non curauerit. no. iſtam gl. ad hoc, quòd † il-
le, qui diu ſtetit in fideiuſſione poteſt petere à debitore, ut
eum liberet à fideiuſſione. & pro hoc eſt notabilis tex. in l.
Lucius Titius. ff. mand. & ibi glo. dicit, per quantum tem-
pus intelligatur iſtud, diu. Item no. iſtam gl. ꝙ licet fideiuſ-
ſor ante ſolutionem non agat contra debitorem, tamen fal
lit in quinque caſibus poſitis in glo. in d. l. Lucius Titius. &
not. in cap. fi. extra de fideiuſ. in l. ſi quis mandato. ff. de ne-
got. geſt. & in l. ſi pro ea. C. manda. Quibus addo ſextum ca
ſum, videlicet, quando fideiuſſor eſt de iudicio ſiſti, ante-
quam ſoluat pœnam, vel intereſſe, poteſt agere, ut eum li-
beret. tex. eſt in l. ſi mandauero. §. ſi in iudicio. ff. manda. Se-
ptimus caſus eſt, ſi fideiuſſor eſt obligatus per inſtrumen-
tum, quod habet executionem paratam, tunc fideiuſſor ſta
tim poteſt agere contra debitorem, ut eum liberet, ut dicit
Bart. in l. ſi fideiuſſor pro vẽditore. ff. de fideiuſſ. Sed Ioã. de
Imo. in d. c. fin. tenet contrarium, quia reus ex fideiuſſione
nullum commodum reportaret, quod eſſe non debet. O-
ctauus caſus eſt, ſi fideiuſſor vult abſentare ſe, & aliò tranſ-
ferre, poteſt petere, vt liberetur à fideiuſſione per id, quod
not. in l. aut longa. ff. de procur. & in Spec. de iudic. §. 1. uer.
quid ſi fideiuſſor. Nonus caſus eſt, ſi debitor legauit fide-
iuſſorem ſuum liberari ab eius hærede, tunc fideiuſſor de-
bet liberari, vt in l. ſi debitor. ff. de libe. leg. Quid autem ſi
12 emptor habuit † fideiuſſorem de euictione, qui diu ſtetit
in iſta obligatione, petit ab ipſo venditore, & emptore, ꝙ
liberet eum? Iac. de Aret. & Cyn. in d. l. ſi pro eo. C. mand.
dicunt ꝙ non, quia ſub conditione eſt obligatus, & nun-
quam dies, ſeu conditio euenit, ideo non poteſt petere ſe li
berari. Idem voluit Io. And. in addit. Specu. in titu. de iudi.
§. 1. verſic. ſi verò fideiuſſor. In glo. magna, quæ eſt finalis.
Quærit gloſ. an per iſtam conſtitutionem creditor poſſit
propria auctoritate pignorare debitorem ſuum, ſcilicet,
quando confitetur debitum. Iſta gloſ. diſtinguit inter ius
Longobardum, & ius Romanum, nam ſecundùm ius Ro-
manum debet iudicem adire. l. extat. ff. quod metus cau. &
in l. 2. C. de præto. pig. & ſic non poteſt pignorare propria
auctoritate, vt in auth. ne fiant pigno. de iure Longobardo
poteſt pignorare, vt in legibus Longobardis in ea allegatis.
13 Et eodem iure † creditor habet electionem, an à principio
velit agere contra fideiuſſorem, vel cõtra debitorem, de iu
re Romano eſt ſecus, vt in auth. præſente. C. de fideiuſ. So-
lùm in caſu huius conſtitutionis inter dominum & vaſal-
lum, quando alter eorum fideiuſſit pro altero & principa
lis fuit in mora liberandi fideiuſſorem, tunc poterit eum
pignorare. Et ſic non debet extendi iſta conſtitutio in aliis
caſibus, ſecundùm gl. hic, & bene.

ANNOTATIO.

a Non curauerit.] Vide deciſ. Delphi. nu. 117. vbi latè. & Alex. in conſil. 58. num. 6. volu. 6. Iaſ. in repe. l. frater à fratre. col. 8. num. 14. ff. de con di. ind. & in l. duob. §. ſi ei. qui. col. fi. ff. de iureiu. & Io. Lup. in c. per veſtras. §. 1. fol. 60. col. 52. de donat. inter virum & vxo. vbi quando debitor dicatur diſſipare, quo caſu fideiuſſor poteſt agere ut eum liberet. & plene Hippol. in rub. ff. de fideiuſſ in 31. q. & aliquid per Iaſ. in l. poſtquam liti. col. 2. de fideiuſ. min. Hippo. in repe. l. vni. num. 70. C. C. de rap. virg. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 3. ff. de acqui. poſſ. Bert. conſi. 323. vol. 3. & Bal. in l. ſi per ea. C. de fideiuſ. Pet. de Rau. in ſuo compen. iur. ciui. fo. 120. ibi, tu ſcis. vbi optime loquitur. & uide affl. in deciſ 241.

De dotariis conſtituendis. Rubr. XIII.

HIC non debet eſſe iſta rubrica, quia debuit poni immediatè poſt conſtitutionem, ſi aliquis baro. quia hæc conſtitutio corrigit illam, vt ibi dictum fuit, nec mireris de iſta correctione, quia illa cõſtitutio, ſi aliquis baro. fuit Regis Guilelmi. & iſta conſtitutio, licentiam. fuit Imperatoris Federici, qui fuit eius nepos ex Domina Conſtantia eius filia, ideo non expedit aliter iſtam rubr. continuare.

SVMMARIVM.

1 *Vxor conſtante matrimonio an ſit domina vel vſufructuaria in feudo, in quo conſtitutum eſt ſibi dotarium.*
2 *Mulier in dotario conſtituto læſa an poſſit in integrum reſtitui.*
3 *Dotarium an poſſit conſtitui in terra, vel pecunia vxori, quæ nullam dotem dedit, vel promiſit.*
4 *Dotarium etiam non conſtitutum an ſit vxori debitum.*
5 *Dotarium vxori promiſſum ſed non conſtitutum, an viro mortuo ſit ei debitum.*
6 *Statutum de dote lucranda locum habet in dote promiſſa, & non ſoluta.*
7 *Vaſallus habens vnicum feudum quaternatum abſque regio aſſenſu conſtituere in eo dotarium in pecunia an poſſit.*
8 *Vxori baronis, cui conſtitutum eſt dotarium in feudo, quod mortuo barone aperitur domino, qualiter ſuccurratur.*
9 *Actio hypothecaria an intentari poſſit ſuper feudo abſque aſſenſu regio.*

LICENTIAM. Baro, vel miles ha-
bẽs duo feuda quaternata poteſt in vno
eorum conſtituere dotarium ſuæ vxori
ſine regio aſſenſu, & ſi vnum feudum &
dimidium habet, poteſt in dimidio ip-
ſorum feudorum conſtituere dotarium.
Et ſi vnum tantùm feudum habuerit, cõſtituere poteſt do
tarium, ideſt, tertiariam in pecunia ſuper ipſo feudo. hoc
dicit. No. primò ibi, de duobus feudis. quòd habens duo
feuda quaternata, vel vnum cum dimidio, poteſt ſine regio
aſſenſu conſtituere dotarium vxori ſuæ in vno ex dictis
feudis, vel vna medietate, de illo vno feudo cum dimidio,
& idem ſi habet tria feuda, vel plura, in vno poteſt conſti-
tuere dotarium vxori ſuæ, vt ſupra in conſtit. ſi aliquis ba-
ro. quæ in hoc non corrigitur, ſed ſolum quãdo habet duo
feuda, quo caſu non conſtituit dotarium in feudo, ſed in
pecunia pro tertia parte dotium ſibi promiſſarum, uel ſo-
lutarum, ſecundùm illam conſt. ſed ſecundùm iſtam aliud
eſt iſtud dotarium debetur vxori poſt mortẽ viri, ſicut eſt
in donatione propter nuptias, ut dicit gloſſ. in cap. ex parte
de foro compet. & in cap. plerunque. & in cap. nuper. in fi.
de don. inter virum & vxo. niſi aliud actum ſit ex pacto, vt
habetur in l. fi. C. de bon. quæ liber. & per Goffr. de Trano
in ſum. de donat. inter vir. & vxor. & Azo in ſum. C. de do-
na. ante nuptias. Sed pro intelligentia quæro hic de decem
1 quæſtionibus. Et primò, an conſtante matrimonio † uxor
in feudo, in quo eſt conſtitutum dotarium, erit domina,
vel vſufructuaria illius feudi, vel caſtri? Reſpondeo. An-
dræ. hic videtur dicere, quòd vxor ante mortem uiri eſt do
minia ipſius caſtri, vel feudi, in quo eſt conſtitutum dota-
rium, allegat l. fina. C. commun. de leg. ſed ca. primo, §. do-
nare. qual. olim feudo. alien. pote. dicit, quòd conſtante ma
trimonio habet feudum, in quo eſt ſibi conſtitutum dota-
rium quò ad vſumfructum. & idem dicit gl. infrà in con-
ſtitu. mulier, quæ dotarium. ſed poſt mortem habebit do-
tarium ſolùm in uita ſua. ſ. quò ad vſumfructum, & non re
cuperabit dotem cõſiſtentem in pecunia, ſecus, ſi dos con-
ſiſtat in bonis ſtabilibus, ut dicitur in gl. in dicta conſtitu.
mulier quæ dotarium. quę eſt poſt iſtam conſtit. & ibi la-
tius dicetur de hoc. Secundò quęro, an uxor, quæ habuit
dotarium in feudo quò ad uſumfructũ, poſſit præſentare
rectorem in eccleſia exiſtente in feudo, in quo dominus,
qui conſtituit dotarium, erat in quaſi poſſeſſione præſen-
tandi tanquam patronus? Dic, quòd ipſa mulier præſenta-
bit rectorem, ut dicit Andr. infrà in conſt. mulier quæ do-
2 tarium. uerſicu. an ergo mulier. Tertiò, ſi † eſt læſa in dota-
rio conſtituto, ut quia conſtitutum ſit in minus, quàm de-
bebat ſibi conſtitui, an concedatur reſtitutio in integrum.
ſicut conceditur minori læſo. ut in l. ait prætor. §. non ſo-
lùm. ff. de minor. Et concludit hic Andræ. quòd non quia
mulier reſtituitur in iudicijs tantùm, ut in conſtit. obſcu-
ritatem. Sed mulier maior in contractibus iſtis non habet
reſtitutionem, nec de iure communi, neque per iſtas con-
ſti. maximè, quia dotarium poteſt conſtitui etiã in minus,
quàm ſit ipſa tertiaria. Sic etiam poteſt conſtitui quarta de
Longobardo in minus, quàm ſit quarta, ut dicit Andrę. per
Longobardam, de his, quæ à uiro in uxorem dantur. l. fin.
fallit, niſi læſio eſſet enormiſſima. Quartò quęro, utrũ va-
3 leat conſti. dotarij in terra, uel in † pecunia, etiam ſi nullam
dotem dedit, uel promiſit uxor? Dicit hic And. quòd ualet
conſti. dotarij, etiam ſi nulla dos data ſit, uel promiſſa, quia
ſic eſt donatione propter nup. ut C. de pac. dota. l. leonis. in
gl. per quam l. ueterem determinatur conſti. ſequens. ut ff.
de leg. l. ſed poſteriores. nam matrimonium poteſt eſſe ſi-
ne dote, ut C. de donat. propter nupt. l. fin. in princ. & ff. de
relig. l. quod ſi nulla. & ita tenet Barthol. de Cap. in conſti-
tutio. ſeq. licet Andræ. hic uideatur tenere contrarium, niſi
quando mulier perdidiſſet dotem datam, tunc habere dota
rium ſibi conſtitutum. ſed idem Andræ. in d. §. donare. di-
cit, quòd ſecundùm conſtit. mulier dotarium. quę eſt Re-
gis Caroli Secundi. char. 28. mulier habebit dotarium ſi-
bi conſtitutum etiam ſi nullam dotem dedit, & ego ita ui-
di determinatum. Aduerte tamen, quòd mulier propter
oſculum lucratur dimidium antefati, uel dotarij reſpectu
dotium ſolutarum, ut dicit Azo in ſum. C. de donatio. ante
nupt. §. ſponſalitia autem. de hoc dicam in fi. conſtitu. mu-
4 lier, quę dotarium. Quintò quęro, utrum † iſtud dotarium
debeatur uxori, ſi non ſit conſtitutum? Dic, quòd nõ debe
tur, niſi ſit conſtitutum, ut hic. & in conſti. ſequenti, & in
d. c. Regis Caroli Secundi, mulier dotarium. & hoc eſt etiã
de iure communi, ut patet in glo. in authen. dos data. C. de
donat. ante nupti. Sextò quęro, an poſſit conſtitui ex poſt
facto, ideſt conſtante matrimonio inter uiuos? Tangit An
drę in d. §. donare. & etiam hic. Septimò quęro, an poſſit
dotarium non conſtitutum conſtitui in teſtamento, uel le-
gati? Dic, ut in d. §. donare. per Andr. & prout ibi ſcripſi.
Octauò quęro, utrum ſi uir confitetur ſe cõſtituiſſe dota-
rium uxori abſenti, & de conſtitutione non apparet, illa
confeſſio ſufficiat, ut mulier lucretur dotarium? Vide per
And. in d. §. donare. in fi. col. Nonò quęro. quid ſi maritus
conſtituit dotarium in terra feudali uxori, vtrum poſſit ei
dare excambium ſine cõſenſu Regis? Vide quę dixi in ca. 1.
§. cum autem. de contr. inue. Decimò quęro, maritus pro-
5 miſit † cum ſtipulatione conſtituere dotarium uxori, & nõ
conſtituit, an poſt mortem ſit debitũ uxori? Videtur quòd
non, quia tot conſtitutiones prędictę exigunt dotarium eſ-
ſe conſtitutũ, & nihil dicunt de promiſſione. Ang. in auth.
de ęqua. dotis. in prin. in §. aliud. in uer. ſed tunc quęr. ſen-
tit, ꝙ poſt mortem uiri non poteſt agere, ut ſibi conſtitua-
tur. ſed non loquitur, quando pręceſſit promiſſio. Sed Nea
pondanus Sebaſtia. gloſſator conſuetudinem ciuitatis Nea
po. in conſuetudine, de iure quartę, dicit, quòd uirtute pro
miſſionis poterit agere ad intereſſe, arg. l. 2. §. ex facto. ff. de
uerbo. oblig. & ſic dicit in ſeruitute, quę non poteſt eſſe cõ
ſtituta, & tamen poteſt promitti, ut conſtituatur tempore,
quo habetur prędium, ut ff. de ſeru. urb. pręd. l. ſeruitus. §.
fina. & ff. de ſeru. ruſt. pręd. & ſi ſeru. uend. l. fi. & commu.
pręd. l. 1. Ego conſuli, quòd ſtante promiſſione de conſti-
tuendo dotario, licet non ſit conſtitutum in uita uiri, uxor
poteſt petere ab eius hęredibus, & petendo mulier dota-
rium promiſſum à uiro conſtitui, uidetur petere antece-
cedens, uidelicet ꝙ conſtitatur, ut dicit Bald. in d. auth. dos
data in finalibus uerbis ſuis. Nã & Deus obligatur ex pro-
miſſione, ut dicit Alex. in 4. uol. conſil. 54. in 8. colum. hinc
eſt, quod dicit Io. Andrę. in addit. Specu. in titu. de obl. &
ſolu. in rub. quòd ſi promitto facere promiſſionem de de-
cem, uidetur, quòd poſſint peti decem abſque alia promiſ-
ſione. Idem dicit Alex. in l. cum fundus. §. ſeruum tuum. 2.
colum. ff. ſi cert. pe. Facit, quod not. Pau. de Caſt. in l. iube-
6 mus. C. de ſacroſ. eccl. ubi dicit, quòd ſtatutum † de dote lu-
cranda habet locum, etiam ſi dos fuit promiſſa. & non ſo-
luta. Idem Bart. in conſil. 158. incip. cõmune Sartiani. Hinc
eſt, quod dicit Andr. in c. 1. de natu. ſucceſ. feud. quòd mu-
lier ita excluditur à ſucceſſione feudi, ſi habuit à fratre pro
miſſionem dotis non ſolutę, ſicut ſi fuiſſet dotata. Idem fir-
mat Salic. in l. unica. §. accedit. in uerbo, fecerit. C. de rei
uxor. actio. & glo. ff. de admin. tuto. l. poſt mortem. §. pen.
& in l. de diuiſione. ff. ſol. matrimo. & Alexan. in 4. uol. cõ-
ſil. 63. in final. ubi ſtatutum loquens de dote data, habet lo-
cum in dote pręmiſſa. idem Angel. in conſi. 179. Et certum
eſt, quod dos, & donatio propter nupt. ęquiparantur, ut in
auth. de ęqua. do. in princ. cum ſim. Et ex promiſſione do-
tis tam conſtante matrimonio, quàm ſoluto, poteſt agi, ut
in authenti. de nupti. §. dotis circa fin. & not. in l. prima.
C. de dot. promiſ. ergo idem dicendum in promiſſione do-
tarij conſtituendi. Et hanc partem reperio tenuiſſe Caro-
lum de Tocco, gloſſatorem magnę auctoritatis in Longo- 1
barda. de ea, quę ſine auctoritate Mundu. ad uirum ambu-
lauerit. l. fina. Et pro hoc facit, quia promittere, & ſoluere
à pari procedunt, ut probat text. in l. fina. C. ad leg. Falc. &
l. ſi patronus. ff. de dona. Alexandr. in l. ſi filius. in fi. ff. ſi cer-
tum peta. Alex. in 1. uol. conſil. 220. in 3. colum. Et quãdo
quis promittit aliquid facere, tenetur eius hęres adimple-
re, ut probat idem Alex. in 3. uolu. conſil. 106. in 9. col. Se-
cundò

7 cundò no. ex tex. ibi, non in terra, ſed in pecunia, quòd † habens vnum ſolum feudum quaternatum poteſt conſtituere ſine aſſenſu regio dotarium in pecunia ſuper ipſo feudo pro tertia parte dotium ſibi promiſſarum, vel ſolutarum, id eſt, obligare feudum pro ipſa tertiaria, quæ apud feudatarios Regis dicitur dotarium, ſiue tertiaria, quando conſtituitur in pecunia, pro qua tertiaria obligatur feudum. Sed vbi haberet vnum vltra feudum, non poteſt conſtitui tertiaria in pecunia ſine aſſenſu regio, quia nulla conſtitu. hoc permittit. Et ideo hodie, vt plurimum, quando baro conſtituit dotarium, id eſt, tertiariam vxori ſuæ reſpectu dotium, quæ conſtitut. tertiariæ inducitur, vt antefatum, vel donatio propter nuptias impetratur Regis aſſenſus ſuper dicta tertiaria conſtituta propter dubium, an conſtituens habeat ultra vnum feudum, cum iſta conſtitu. permittat ſine aſſenſu regio habenti vnum feudum poſſe obligari feudum pro tertiaria, id eſt, pro antefato, quem conſtituit vxori in pecunia pro certa parte dotium quas recepit. & hoc firmat expreſſè dom. Bartho. de Capua in quadam ſua apoſtilla, dum quærit. Cum † baro conſtituit vxori ſuę dotarium in pecunia, cum nõ habeat niſi vnum feudum, & deceſſit, legitimis hæredibus non relictis: & ſic feudum aperitur regiæ curiæ. Quomodo ſuccurritur vxori viduæ petenti tertiariam conſtitutam per quondam maritum? Dicit ipſe, quòd nullo iure poteſt ſibi ſuccurri, quia vigore huius conſtitu. prouiſum eſt mulieri in dicto caſu poſſe petere dotarium conſtitutum in pecunia ſuper feudo, & competit ſibi condictio ex lege, id eſt, ex iſta conſtitutione, vt in l. 1. ff. de cond. ex lege. Sed certum eſt, quòd condictio ex lege eſt actio perſonalis, vt inſti. de actio. §. ſic itaque. l. 1. C. de dona. quæ ſub modo. igitur contra fiſcum agere non poteſt, quia vtile dominium feudi illius quondam mariti conſolidatur cum directo Domini Regis per mortem mariti ſine hærede, vt ff. de pignor. l. lex vectiga. Perſonalis enim actio non ſequitur feudum ff. ad Trebell. l. 1. §. ſi hæres. & ff. de iudic. l. fideicommiſſum. §. tractatum. In contrarium probabiliter videtur dicendum, quòd mulier, cui conſtituit vir dotarium in pecunia, in caſu permiſſo, petet illud à fiſco poſſidente feudum mariti per actionem hypothecariam, quæ tacitè datur vxori, tam pro dote, quàm donatione ante nup. in cuius locum dotarium, id eſt, tertiaria prædicta ſuccedit, ut C. de iu. do. l. vbi adhuc. & l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab. Nec obſt. quòd
9 agitur hypothecaria † ſuper feudo ſine regio aſſenſu, quia immo interuenit regius aſſenſus virtute huius conſtit. qui aſſenſus operatur, ſicut aſſenſus Regis viui, argu. l. a. §. 1. ff. de rebus eorum. & nota. in l. vltima. C. de legit. tute. & ſic pertranſit dictus doctor magnæ virtutis, & auctoritatis. Et ſileant ſuper iſto dubio illi, qui contra ius volunt fouere iura non ſpectantia fiſco. hoc ideo dico, quia vidi vnum doctorem, qui ſe putabat magnum in ſcientia, dicentem quòd aſſenſus ſuper obligatione dotium præſtitus non ſe extendit ad dotarium in pecunia conſtitutam per virum, qui non habebat niſi vnum feudum: nã dixi ſibi, quòd erat magnus in officio, ſed ſcientia ipſe errabat, quia iam Rex conſenſit per iſtam conſtitutionem. Cætera dicam in conſtitutione ſequenti, mulier quæ dotarium. Hic non eſt, niſi vna gloſ. ſed iſta, quæ non eſt digna alia ponderatione. ideo dic de ea, vt dixi ſupra in primo not. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum aſſecurationis faciendum à muliere tria debet continere.*
2 *Mulier, cui data eſt terra feudalis in dotarium, non debet grauare vaſallos.*
3 *Hæredis appellatione non ſemper de filiis intelligitur.*
4 *Mulier in dotario conſiſtente in terra feudali pluſquam vſumfructum habet.*
5 *Mulier dotarium in terra feudali conſtitutum lucratur.*
6 *Dos pari cum antefato ambulat paſſu.*
7 *Hæres mariti quando antefatum ſoluere teneatur, licet dos ſoluta non fuerit.*
Pacta in datione dotis appoſita in conſtitutione antefati cenſentur tacitè repetita.
8 *Pactum ſuper dote extenditur tacitè ad antefatum & donationem propter nuptias.*
9 *Mulier, quæ nullam dotem dedit, non lucrabitur donationem propter nuptias.*
10 *Baro vltra dotarium an poſſit vxori quartam conſtituere in bonis burgenſaticis.*
11 *Vxor, cui maritus conſtituit quartam in bonis ſuis, an debeat quartam habere in bonis tempore mortis mariti futuris.*
12 *Vxor, cui quarta fuit conſtituta, an habeat quartam in bonis emphyteuticis ab eccleſia habitis.*
Vxor an poſſit petere antefatum marito occiſo, ac ſi mortuus eſſet.
13 *Mulier, cui conſtitutum eſt dotarium in terra feudali, an mortuo viro cauere debeat hæredibus de vtendo fruendo boni viri arbitrio.*
14 *Mulier, cui dotarium in feudo eſt conſtitutum, an in caſu permiſſo poſſit à vaſallis ſubuentionem petere.*
15 *Vxor, cui in terra feudali conſtitutum fuit dotarium, an matrimonio conſtante poſſit vſumfructum in illo habere.*
16 *Mulier ſub qua forma iuramentum præſtare debeat baroni, in cuius baronia eſt feudum, in quo conſtitutum eſt ei dotarium.*
17 *Feudatarii baronum quid iurare debeant.*
18 *Mater baronis non tenetur ipſi præſtare iuramentum aſſecurationis.*
19 *Mulier dotarium habens in terra feudali, adoham Regi præſtare tenetur.*
20 *Vaſallus ſeruitium militare non tenetur offerre, ſed requiſitus tenetur pręſtare.*
21 *Monitio vna vaſallo facta, an ſufficiat pro tribus.*
22 *Citatio vna tres habens dilationes non ſufficit, ſi ad pœnam imponendam agatur, & ius trinam exigat monitionem.*
23 *Iuſtitiarius eſt iudex nobilium & perſonarum militarium.*
24 *Baro an poſſit cognoſcere de grauaminibus illatis vaſallis per mulierem habentem dotarium in feudis.*
25 *Domina dotarii regiæ curiæ et nõ domino baroniæ pręſtat ſeruitium pro terra dotarii.*
26 *Grauamina vaſallis dotarii illata emendantur et tolluntur per iuſtitiarium.*
27 *Vxor qualiter marito mortuo debeat à vaſallis aſſecurari.*
28 *Compoſitiones per curiam factæ intelliguntur ſaluo partis iure.*
29 *Legata ſaluo iure alterius ſunt intelligenda.*
30 *Vxor, cui per uirum conſtituta eſt quarta in omnibus bonis abſque traditione, an marito mortuo habeat dominiũ bonorum, ſuper quibus ei fuit quarta conſtituta.*
31 *Maritus, ſi poſtquam vxori quartam conſtituit, prædia emerit, & pretium integrum non ſoluerit, an teneatur vxor ad ſolutionem pro rata quartæ ſuæ.*
32 *Sponſa non cognita an mortuo ſponſo lucretur antefatum ſibi ab eo conſtitutum.*
33 *Oſculum quid operetur inter ſponſum & ſponſam, altero eorum ante copulam moriente.*

MVLIER quæ dotarium. Iſta eſt vna famoſa conſtitutio, & tota loquitur de dotario conſtituto in terra feudali, & nihil continet de dotario conſtituto in pecunia. Bene tamen capit. Regis Caroli Secundi, quod incipit, mulier, quę dotarium. ad char. 28. loquitur de dotario conſtituto in pecunia, quæ dicitur tertiaria eius, quod recepit in dotẽ, pro qua tertiaria obligantur bona feudalia, & non requiritur regius aſſenſus, ut in præcedenti conſti. dictum fuit. Et per illud cap. uxor, mortuo uiro, habebit dotem, & tertiariam, niſi aliud ex pacto actum ſit, etiam ꝙ nullam dotem promiſit uiro. Sed hęc conſtit. continet ſeptem dicta. Primum eſt, ꝙ quando vxori fuit cõſtitutum dotarium in terra

terra feudali à comite, vel barone, mortuo viro tenetur
vxor vidua, quæ tenet terram ſibi datam in dotarium, prę-
ſtare iuramentum aſſecurationis comiti, vel baroni, in cu-
ius comitatu, vel baronia eſt terra feudalis, in qua fuit con
ſtitutum dotariũ, vel hæredi ipſius mariti mortui, qui ſuc-
ceſſit in comitatu, vel baronia, ſub qua eſt terra data in do
tarium. & durat vſque ibi, videlicet. Hic eſt ſecundum di-
2 ctum, in quo quæritur, quid debet† continere iſtud iura-
mentum aſſecurationis, quod debet facere mulier? Et dici-
tur in tex. ꝙ debet cõtinere tria. Primum, ꝙ aſſecurabit do-
minum de vita, & membris. Secundò, de captura corporis
ſui. Tertiò, ꝙ non quærat artem, vel ingenium, ꝙ dicta ter
ra data in dotarium ſubtrahatur de comitatu, vel baronia,
ſaluo per omnia mandato ſuperioris domini, & durat vſq;
ibi, filios tamẽ. Hic eſt tertium dictum, quia ſupra dictum
fuit, ꝙ poſt mortem viri vxor aſſecurabit hæredem viri, an
iſtud verbum, heredem, intelligatur etiam de filijs eiuſdẽ
matrimonij. Et dicitur in litera, ꝙ non. nam mater non prę
ſtabit iuramentum aſſecurationis filijs eiuſdem matrimo-
nij, qui ſucceſſerunt in comitatu, vel baronia, & durat vſq;
ibi, ad ſubmonitionem pręterea. Hic eſt quartum dictum,
ꝙ mulier, cui cõſtitutũ fuit dotarium in terra feudali poſt
ſubmonitionem præſtationis ſeruitij debiti, pro feudo ip-
ſo tenetur pręſtare ſeruitium, & ſi non præſtabit, poterit à
domino ſpoliari poſſeſſione dictæ terrę in dotarium, & du
rat vſque ibi, iniuſta etiam. Hic eſt quintum dictum, ſi mu
lier, cui data† fuit terra in dotarium, grauauerit vaſallos di
ctæ terræ procurante domino barone, tenetur emendare,
ſubaudi iudicis officio, & durat vſq; ibi, homines dotarij.
Hic eſt ſextum dictum, ꝙ homines terrę datę in dotarium
mulieri, tenentur præſtare mulieri iuramentum aſſecura-
tionis. ſaluo per omnia iure comitis, vel domini baroniæ,
ſub qua eſt terra data in dotarium, & durat vſq; ibi, ſimili-
ter. Hic eſt ſeptimum & vltimum dictum, in quo dicitur,
ꝙ ſimiliter homines terrę datæ in dotarium tenentur præ-
ſtare iuramẽtum aſſecurationis comiti, vel domino baro-
nię, ſaluo iure dotarij ipſius mulieris, & durat vſque in fi.
& hæc diuiſio ſit loco ſummarij. No. primò ex tex. ibi, hęre
3 dem. ꝙ in materia† iuramenti aſſecurationis vaſallorũ præ-
ſtandi per mulierem habentem in terra feudali dotarium
hęredi quondam ſui mariti ſuccedentis in baronia appel-
latione hęredis non intelligitur de filijs. & hoc per iſtum
text. iuncto ver. filios tamen. Et eſt ratio, quia inter matrẽ,
& filios ideo non cadit dictum iuramẽtum aſſecurationis,
quia filius eſt pars viſcerum matris, vt ff. de vent. inſpi. l. 1.
§. ex hoc reſcripto. & pro hoc faciunt alia iura, quę allegat
Luc. de Pe. in l. cum ſcimus. in 2. col. in ver. corporis. C. de
agri. & cenſ. lib. 11. Filius. n. participat de matre, vt de mate
ria, & de patre tanquam de forma. & ideo participat de ma
teria & forma. 32. q. 4. c. ſi. in glo. ſecundùm Bal. in l. ſi in fi.
C. de ſeru. fug. Mater. n. plura onera ſubit in nutriendo fi-
lium, quàm pater, vt no. Doc. in c. 2. de cõuer. infid. & pro-
pter dictum amorem naturalem fuit viſum conditori hu-
ius conſtit. ꝙ mater non pręſtet iuramentum aſſecuratio-
nis pro terra, in qua habet dotarium in baronia ſui filij. Et
ſic patet, ꝙ laxantur iura propter iuſtum amorem, & ideo
amor honeſtus approbatur à iure, vt ff. de donat. inter uir.
& vx. l. 3. & in l. latę. §. amicos. ff. de verb. ſig. & dicit beatus
Tho. de Aqu. in 2. 2. q. 26. art. 10. ꝙ filius plus habet à ma-
tre, quàm à patre, ideo plus debet diligere matrem, quàm
patrem, ſecundùm generationis rationem: iſte. n. amor na-
turalis maternus erga filios nil aliud eſt, niſi quædam incli
natio naturæ indita ab auctore naturæ, vt dicit beatus Th.
in 1. parte ſuæ ſummæ, q. 60. artic. 1. in reſponſione ad ter-
tium arg. & vide, quæ dicam infrà in 6. not. Secundò no. ex
4 text. ibi, de dotario aſſecurare tenetur. Quòd licet† vxor in
dotario conſiſtente in terra feudali dicatur habere vſum-
fructum poſt mortem viri, ea viuente, vt dicit dictum cap.
regis Caroli Secundi, quod incipit, mulier, quæ dotarium.
tamen dicitur in eo habere pluſquam vſumfructum, vt di
cit hic Andr. in princip. inquantum dicit. plus tamen iuris
in aliquibus habet, quàm vſufructuarius, non tamen eſt
proprietaria, ſicut eſt proprietaria donationis propter nu-
ptias, in qua donatione propter nuptias poteſt exhęredare
filios ingratos, vt in l. fin. & in l. fœminę. C. de ſecund. nup.
Licet in dotario mulier teneatur dominum baroniæ, ſub
qua eſt terra, in qua cõſtitutum fuit dotarium, aſſecurare.
quę quidem pręſtatio iuramenti deſignat mulierem habe
re vtile dominium dotarij, donec ipſa viuit. Sed melius eſt
dicere, ꝙ mulier in dotario habet exercitium vtilis domi-
nij, vt dicit hic Andr. & in cap. 1. §. pręterea. de Capit. Cor-
radi. & ratione huius exercitij vtilis dominij, ſeu vſusfru-
ctus mulier pro dotario pręſtabit ſeruitium militare, ideſt
ſoluet adoham, & ipſa habebit ſubuentionem à vaſallis,
prout dicitur infrà in conſtit. quàm plurimùm. & infrà di-
cam in 6. quęſtione. Et ipſa etiam locabit excadentias exi-
ſtentes in dotario duraturas, inquantum durat dotarium,
vt in l. ſi quis domum. §. 1. ff. locati. & ſic reſolutio iure dato
ris, reſoluitur ius acceptoris, vt in l. lex vectigali. ff. de pig.
& hoc firmat Andreas hic per argumentum pro, & cõtra.
Et etiam in dotario mulier præſentabit rectorem in eccle-
ſia, quæ eſt de iure patronatus baronis conſiſtente in terra
dotarij, & non baronis, ut dicit hic Andreas, & dixi ſuprà,
& in conſtitutione pręcedenti. Sed occurrunt mihi vnde-
cim dubitationes ſuper iſta materia dotarij, antefati, vel
quartę. Et prima dubitatio eſt iſta, ecce ꝙ per d. cap. Regis
5 †Caroli Secundi, quod incipit, mulier, quę dotarium. char
ta 18. prouiſum eſt, ꝙ mulier lucretur dotarium conſtitu-
tũ in terra feudi, vel in pecunia pro tertia parte eius, quod
accepit, ſiue mulier fuit maritata cum dote vel ſine dote,
quę non fuit nec data, nec promiſſa. & pro hoc eſt gloſſ. in
l. Leonis. C. de pact. dotal. Quęro, quid ſi pater, vel frater
mulieris, qui tenetur maritare, & dotare filiam, vel ſoro-
rem, vel aliquis extraneus, qui non tenetur dotare, nec pro-
mittere, promiſit certam dotem pro ea, & maritus contem
platione dotis, & matrimonij cõſtituit dotarium, uel quar
tam, vel anteſatum ſecundùm morem conſuetum, vtrum
contingente morte mariti ſuperſtite vxore, & non ſoluta
dote in totum, vel pro parte, debeatur vxori anteſatum in
totum, uel pro parte reſpectu dotium ſolutarum? Iſta quę-
ſtio quotidie venit de facto, ad hanc quęſtionem reſpon-
debat dominus Barthol. de Capua ſuper d. cap. Regis Caro
li Secundi, ꝙ iſtud dotarium, vel anteſatum lucratur pro
ea parte, pro qua fuerunt ſolutę dotes. & ſi nihil de dote
fuit ſolutum, nihil lucratur de anteſato. & ſi pro parte do-
tes ſunt ſolutę, pro ea parte lucratur anteſatum, & non vl-
trà, per text. in auth. de non eligendo ſecundò nubẽ. §. fin.
quę ſignatur. C. de pactis dotal. l. ex morte. in fi. & ſubdit
ſic vidiſſe de facto pronunciari in conflictu ſapiẽtum. Cui
addo glo. in authent. vt exactio inſtan. dotis. vbi dicit tex-
tus. ſic enim niſi dederit per dilationem dotem ei, & ante
nuptias donationes inferimus. adde textum in authentica,
ęqualitas omnino. C. de pactis conuent. & in authenti. de
ęqualitate dotis. §. hoc igitur. & in l. fin. §. ſinautem dona-
tio. C. de donationib. ante nupt. & ibi gloſſ. in uerbo, opor-
6 tet. quia † dos & anteſatum paribus paſſibus ambulant, vt
in d. l. fin. §. ſinautem. Et ita vidi iudicatum, ut patet in de-
ciſionibus meis, deciſ. 333. Sed aduerte, quia iſta conclu-
ſio limitatur per Neapod. Sebaſtianum in quadam ſua apo
ſtilla ſuper dicto capit. Regis Caroli Secundi, vt dicta con-
cluſio procedat, niſi ipſa mulier, uel ille, qui pro ea dotem
promiſit, detulerit marito dotem promiſſam, & maritus
eam diſtulit recipere, tunc habetur ac ſi dos ipſa fuiſſet ſo-
luta ad effectum lucrandi dotarium, ſiue anteſatum, ut in
authent. ut exactio inſtan. dot. §. fin. Secundò fallit, niſi ma-
ritus potuit de facili exigere dotem promiſſam, & non exe-
git, tunc hęres mariti tenetur ſoluere anteſatum uxori ſu-
perſtiti, licet dos, vel eius pars non ſit ſoluta, quia propter
negligentiam mariti habetur, ac ſi dos fuiſſet ſoluta, per
l. ſi extraneus. ff. de iure dotium. & in l. nupta. §. quoties.
ff. ſoluto matrimon. & ibi per Paul. de Caſt. & in l. ſi ſocer.
§. Lucius. eodem titulo. Tertiò fallit, niſi maritus dotem
promiſſam confeſſus fuit recepiſſe, quam in veritate non
recepit: ſed ſunt elapſa tempora opponendi exceptionem
non

non numeratæ dotis, vt in l.fin. & in authen. quod locum,
C. de dote cauta non nume. & in authen. de tempo. non ſo
lutæ dot. §. generaliter. Quod autem dictum eſt in dicta
authen. quod locum. querelam non numeratæ dotis poſt
decennium denegari, ita accipiendum putat gloſſa ibidem
ſiue matrimonium fuerit poſtea diſſolutum, ſiue non. Pla
nè (inquit ibi textus) reſtitutioni in integrum locus erit, ſi
minor ætas interueniat. Quartò fallit, ſecundum Neapo-
7 dan. vbi ſuprà, niſi † dos fuiſſet promiſſa ad diem certam, &
antequam veniat dies ſoluendi dotem promiſſam maritus
moriatur ſuperſtite vxore, certè hæres mariti tenetur ſol-
uere antefatum, licet dos non fuiſſet ſoluta, quia nondum
aduenit tempus conuentum ad ſoluendum dotem, quia
nihil poteſt imputari mulieri, cur ante diem non ſoluit.
diei enim adiectio videtur in eius vtilitatem apposita. ar-
gumen. l. cum tempus. ff. de regulis iuris. Aduerte, quia
iſta limitatio Neapod. non procedit de iure, per text. in §.
fin. in authen. vt exactio. inſtan. dot. vbi ſi per dilationem
non ſoluitur dos, non debetur donatio propter nuptias. &
intelligitur ille text. etiam ſi per dilationem conuentam
propter eius generalitatem. Item quia pacta apposita in da
tione dotis, tacitè videntur repetita in conſtit. antefati, vel
donationis propter nuptias, vt dicunt duæ gl. vna in l. cum
mulier. C. de donat ante nup. in ver. expraſſum. & in verſi.
paſſibus, & voluit Bald. in l. fin. C. de dona. ante nupt. & eſt
tex. in authenti. de æquali. dotis. poſt princip. & Innoc. in
cap. fin. de donat. inter virum & vxor. vnde ſi in dote pro-
miſſa actum eſt de ipſa ſoluenda ad certũ tempus, & non-
dum tẽpore adueniente moritur uir, videtur tacitè actum
idem in antefato, quia pactum ſuper dote extenditur etiã
8 tacitè † ad donationem propter nuptias; & ſic ad antefa-
tum, vt in l. fi. §. ſi autem donatio C. de dona. ante nup. &
ibi hoc expreſsè firmat Azo in ſum. Nec obſt. l. cum tem-
pus. allegata per Neapod. quia illa limitatio Neapod. pro-
cedit, quando dos promiſſa fuit per mulierem ſoluẽda ad
certum tempus, tunc iſta diei adiectio videtur apposite in
fauorem mulieris promittẽtis dotem ſuo viro ad tempus,
& ideo debetur antefatum, non ſoluta dote promiſſa per
mulierem, pendente dilatione conuenta ad ſoluendum
dotem conuentam. Secus dicendum, quando extraneus,
qui non tenebatur dotem promittere pro muliere promi
ſit ad tempus certum ſoluere dotem pro iſta muliere, iſta
adiectio temporis non eſt in fauorem mulieris, vel eius vi
ri, ſed in fauorem extranei illam promittentis ad tempus:
& ideo ſi ſoluitur matrimoniũ ante diei euentum, illa adie
ctio temporis videtur adiecta etiam in antefato, vt ſi ſolue
tur matrimonium per mortem viri ante diem conuentam
cum extraneo, non debeatur antefatum conſtitutum mu-
lieri, quia iſtud tempus non eſt in fauorem mulieris adie-
ctum, ſed in fauorẽ promiſſoris, vt dicit Iac. de Aret. quem
refert, & ſequitur Alb. de Roſ. in l. fi. C. ad leg. Fal. tempus
adiectum per extraneum promittentem dotem marito ad
tempus, ſi ei dos promiſſa non fuit ſoluta per extraneum,
quia nondum venit tempus, & ſic mortuus ſuperſtite uxo
re, iuſtum eſt, ꝙ vxori nullũ debeatur antefatum, ex quo
9 nullam † donationem propter nuptias lucrabitur, vt C. de
pact. conuent. l. fi. & auth. æqualitas. & auth. & quæ nihil.
Dos enim intelligitur effectualiter, & non verbotenus, ut
dicit And. in c. 1. in 8. col. de natu. ſucc. feud. probatur in l.
1. §. his autem. ff. quod quiſque iur. nem aliud ius eſt in re
tradita, & aliud ſi promittatur res donari, vt C. de donat. l.
ſi quis argentum. §. penul. Item promiſſio dotis ab extra-
neo ad tempus non appellatur contractus dotis, ut dicit
Alex. in 3. volu. conſi. 13. in 6. colum. Item nec promiſſio
de donando eſt donatio, nec promiſſio de vendendo eſt
venditio, vt per Alexand. in l. iuriſgentium in princip. in
quarta colum. ff. de pact. Paul. de Caſt. in conſil. 106. inci-
piente, dicta donatio, vlt. colum. Barto. in l. fin. 2. colum. ff.
de condi. ob cauſam. Nec tali promiſſori dotis conuenit de-
finitio dotis, vt per Azon. in ſum. C. de iure dot. & per Do-
ctores ſcribentes in rubr. ff. ſolu. matrim. Secunda dubita-
10 tio erit iſta, ecce † baro habet multa bona burgenſatica, &
habet baroniam, ducit vxorem, & conſtituit ſibi dotarium
in terra feudali, vtrum vltra dotarium conſtituet ſibi quar-
tam in bonis burgenſaticis? Reſpondeo, poteſt vltra dota-
rium conſtituere quartam uxori, ſi vult, ſed non neceſſita-
tur. Et ego uidi inſtrumenta, in quibus fuerat conſtitutum
dotarium in terra feudali, & in bonis burgenſaticis conſti-
tuit quartam. Et eſt ſciendum, quod quando maritus con-
ſtituit quartam vxori ſuę in bonis ſuis, eo ipſo tranſlatum
eſt dominium bonorum uiri pro quarta parte uxori ſine
alia traditione poſſeſſionis, ut tenet hic gloſſ. quia per con-
ſtitutionem dictę quartę videtur contracta ſocietas inter
uirum & uxorem omnium bonorum, in mulierem pro
quarta, & uiro pro tribus, & ſcriptor de iſta conſtitutione
quartę vocat morgicap. ut dicit hic glo. & ibi etiam dicam
& eſt text. in Longobar. l. ſi quis Longobardus. de his, quę
à uir. in uxor. dantur. & ibi dicitur in fi. quòd ultra quar-
tam donare non poteſt, ſed minus ſic. Tertia dubitatio eſt
11 iſta, ſi † maritus conſtituit quartam uxori ſuper bonis ſuis,
& conſtante matrimonio poſtea acquirit multa bona,
utrum ſuper iſtis bonis futuris uxor debeat habere quar-
tam tempore mortis mariti? Gloſſ. dom. Caroli de Tocco
tangit hoc dubium in prędicta l. Longobarda. l. ſi quis
Longobardus, & concludit, quòd quartam conſtitutam
uxori per morgicap. id eſt, per mortem uiri habebit uxor,
etiam ſuper bonis futuris. & pro hoc facit, quia in obliga-
tione bonorum ueniunt etiam bona futura, ut in l. fin. C.
quę res pignor. obliga. poſſ. Nec obſt. quòd uxor habebit
ultra quartam bonorum reſpectu futurorum bonorum,
quia tempore conſtitutę quartę fuit tacitè actum, quòd
etiam habeat quartam in bonis acquirendis, ſic etiam con
ceditur promiſſio incerta ratione ſpei, quę aliàs non con-
cederetur, ut C. de uſur. l. ea. Niſi quarta eſſet conſtituta
ad metam certam, tunc non poſſet ultra petere, argum. l. ſi
actionem. ff. de actio. empti. Quarta dubitatio eſt, an uxor
cui cõſtituta fuit quarta tempore matrimonii, poterit poſt
mortem uiri agere rei uendicatione contra illos, quib. ma-
ritus poſtquam conſtituit quartam, alienauit aliqua bona
ſua? Idem Carolus in eodem loco concludit, quòd ſic,
quia res tranſit cum onere ſuo, ut ibi latius per eum. Quin
12 ta dubitatio eſt, an † uxor, cui conſtituta fuit quarta, habeat
quartam in bonis emphyteuticis, quę habentur ab eccle-
ſia, quę non tranſeunt ad hęredes extraneos, niſi ſit dictum
in conceſſione, ut in authent. de non alien. aut permut. §. in
emphyteuſim. dic, quòd licet non habeat quartam in di-
ctis bonis, tamen ſi fuit per ſtipulationem conſtituta, habe-
bit ęſtimationem quaſi re euicta, ut not. in l. Ariſto. ff. de
donat. & C. de iure dot. l. 1. & C. de euict. l. 2. Sexta dubita-
tio eſt, utrum uxor, cui fuit conſtitutum dotarium in terra
feudali, poterit contrahere ſecund. nupt. & dare in dotem
illam terram feudalem, quam habuit in dotarium, eius ui-
ta durante, ſine regio aſſenſu? Deciſum fuit, quòd non, per
tex. in d. c. regis Caroli Secũdi. mulier quę dotariũ. in fi. Se-
ptima dubitatio eſt, quid ſi maritus qui conſtituit quartã
uxori, uel antefatũ, fuit occiſus, an poſſit uxor petere quar
tam uel antefatum tãquam ſi mortuus eſſet? Videtur, quòd
non, quia non uidetur mortua uxor, quę occiditur quoad
lucrifactionem dotis, ut in l. ſi ab hoſtibus. §. fi. ff. ſol. matr.
In contrarium facit, quia ſicut uxor lucratur antefatum
per mortem naturalem uiri, ea ſuperſtite, ita lucratur, ſi
maritus occiſus fuit, quia illa occiſio induxit mortem, ut
in l. proinde. ff. ad legem Aquil. & inſtitu. ad legem Aqui-
liam. §. pręterea. Et pro hoc uidetur textus ad literam in
l. ſi tibi res proprias. C. de donat. ante nuptias. Bene facit
l. res uxoris. C. de donati. inter uirum & uxor. & l. relega-
to. §. fina. ff. de inter. & relega. Habebit ergo antefatum
marito occiſo, & ſic mortuo, ſed non antequam moriatur,
quia antequam moriatur, uiuit, eſto quòd ſit mortiferè
uulneratus. & pro hoc faciunt ea, quę ſcribit And. ſuprà in
conſtit. pœnam. ult. colum. Octaua dubitatio eſt, utrum
13 mulier, cui conſtitutum † fuit dotarium in terra feudali,
debeat poſt mortem uiri hęredibus uiri cauere de uten-
do fruendo arbitrio boni uiri, poſtquam in ea non ha-
bet

ber, niſi vſumfructum? Bartho. de Capua, in dicto capitu.
Regis Caroli Secundi, dicit quòd ſic, per l. quarta. ff. de vſu
fruc. leg. & C. de ſecund. nuptiis. l. hac edictali. & hoc quan
do habet filium, ſed ſi non habet filium, tunc habet etiam
proprietatem, vt dicitur in dicto capitulo Regis Caroli
Secundi, mulier dotarium. charta 28. Et ſic tunc, quando
habet filium non pręſtat dictam cautionem, & pro hoc C.
de bonis quæ liber. l. fina. §. proculdubio. ſed ſecundùm ius
feudorum, ſiue habeat filium, ſiue nõ, nunquam habet do-
tarium in terra feudali in proprietate, ſed in vſufructu tan
tùm, vt dicit idem Dominus Barthol. in dicto loco. & ſic
illud cap. corrigit in hoc ius Francorum recitatum hic per
glo. quoad dotarium conſtitutum in terra feudali. Nona
dubitatio eſt, vtrum mulier pro iſto dotario poſſit petere
14 ſubuentionem à vaſallis in caſu promiſſo? † Dicit Domi-
nus Barthol. de Capua in conſtitu. licentiam. charta 128.
quòd prima facie videtur quòd non, quia hæc ſubuentio
non poteſt peti, niſi à vaſallis ſuis, vt dicit conſtitutio in-
frà, quæ incipit, domini à vaſallis. & appellatione ſuorum
vaſallorũ non continentur vaſalli, in quibus habet vſum-
fructum, ſed de domino, qui habet proprietatem. ff. de le-
ga. tertio. l. ſi quis ſeruos & ff. de acquirenda rerum domi-
nio. l. acquiritur. §. de his. & ff. de vſufruc. l. ſi ſerui uſusfru-
ctus ſit legatus. Tamen poſtea concludit contrarium, ꝙ
mulier propter ſeruitium, quod præſtat domino regi pro
feudo, quod habet in dotarium, habebit ſubuentionem a
uaſallis dotarii, & pro hoc alleg. in arg. l. quem. ff. de uſuſr.
lega. & ff. de uſufruct. l. hactenus. cum ſequen. Item, quia
qui ſentit onus, & lucrũ ſentire debet. Nec obſtat in con-
trarium illud, quod appellatione ſuorum, intelligitur de
proprietario, quia in materia dotarij appellatione uaſallo-
rum ſuorum, intelligitur de domina dotarij, per rationem
l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & argento lega. & ff. de con
15 ditionib. & demonſtrat. l. Publius. §. Titia. † Decima dubi.
b eſt, [b] utrum conſtante matrimonio, uxor, cui conſtitu-
tum eſt dotarium in terra feudali, habebit uſumfructum
illius dotarij? Gloſſ. hic uidetur ſentire quòd non. idem
dixit Bald. in authentica ſiue à me. C. ad uelle. allegat no. in
§. eſt & aliud. inſtitu. de dona. Vndecima dubitatio eſt, ec-
ce quòd permiſſum eſt baroni ſine regio aſſenſu conſtitue
re dotarium in terra feudali, utrum baiulus datus à rege
baroni minori quindecim annorum, faciendo capitula
ſponſalia, poſſit cõſtituere dotarium in terra feudali ſpon
ſę dicti baronis minoris quindecim annorum. ut infrà in
conſtitutio. minoribus. per Andręam. Videtur quòd non,
quia curator non poteſt dari ad auctorandum donatio-
nem, quia impoſſibile eſt, quòd ualeat donatio rei ſtabi-
lis à minore cum auctoritate curatoris, ut inquit Bald. in
l. prima. C. ſi aduer. don. & in l. fina. § cum autem. C. ſi ma-
ior factus. & firmat Alexander in primo uolumine, con-
ſilio 125. in tertia colum. incipit, uiſis, & conſideratis. In
contrarium facit, quia iura permittente fit dotarium in
terra feudali. ut hic, & in dicto capit. Regis Caroli, ergo ſi
dotarium conſtituitur à minore, qui ſolus eſt iure commu
ni, non reſtituitur, ut in dicta l. prima. C. ſi aduer. dona. per
Bald. Et ideo in hoc caſu non reſtituitur minor. licèt in
aliis, ſi minor feudatarius uſque ad 18. annos lędatur, re-
ſtituatur ut dicit Andrę. in conſtitu. minoribus. & ſuprà,
in conſtitut. minorum iura. Item quia iſte contractus do-
tarij habet ſingularem naturam, & ideo non comprehen-
ditur ſub generali prohibitione alienationis bonorum ſta
bilium minoris, ut inquit Bald. in l. fin. in fine. C. de dona-
tionibus ante nuptias. Et ideo dicebat Bar. in l. cum mul-
tę, eodem titulo, quòd donatio propter nupt. non eſt ſim-
plex donatio, ſed ob cauſam. & ideo non requirit inſinua-
tionem, ut ibi in gloſ. & in l. quibus. ff. de donat. Item quia
ſponſa, donec non eſt introducta in domum uiri, imò
& in ipſo itinere, uir poteſt de iure donare uxori, ut in-
16 quit Azo in ſumma, eodem titulo, in fine. † Tertiò not. ex
tex. ibi, de uita, membris, & captura &c. formam iuramen
ti, quam pręſtare tenetur mulier baroni, ſub cuius baro-
nia eſt ſitum feudum, quod datum ſibi fuit pro dotario.
nam iurabat ipſa mulier in manibus baronibus ad ſancta
Dei euangelia, illa tangendo, quòd quantum in ea eſt, aſ-
ſecurat ipſum baronem, quòd nõ offendet eum, neque pa
tietur aliquam lęſionẽ, ut perdat uitam, uel aliquod mem
brum. Item non procurabit capturam eius perſonę, nec
conſentiet alteri uolenti eum capere & carceri mancipare.
Item, quòd per nullum ingenium, aut artem operabitur,
quòd feudum in quo fuit conſtitutum dotarium, ſubtra-
hatur à baronia, ſub qua eſt ipſum feudum, ſaluo, & re-
ſeruato mandato, fortè faciendo in contrarium per domi-
num regem uel dominum ſuperiorem, Caueat tamen co-
mes, uel baro recipere tale iuramẽtum ab ipſa muliere ſi-
ne licentia, & mandato regis, quia ſine mandato & literis
regis non poteſt à uaſallis recipere tale iuramentum aſſe-
curationis, ut patet in conſtitu. comite, uel barone. & li-
cet ibi nihil dicatur de muliere, tamẽ dicit ab hominibus,
& ſic uenit etiam mulier. & ſic patet, quòd alia eſt forma
iuramenti aſſecurationis, quam pręſtat mulier pro dota-
rio, & alia eſt forma iuramenti aſſecurationis, quam prę-
ſtat ſubſeudatarius ipſi baroni, cuius forma ponitur in ca-
17 pitu. primo de no. for. fide. † Quartò no. ex tex. ibi ſubtra-
hant. quòd ſubſeudatarij baronum debent iurare, quòd
non quęrat per artem, uel ingenium, quòd dictum ſub-
feudum ſubtrahatur à baronia, & ſic non poteſt abſque
incurſu periurij & infidelitatis illud ſubſeudum extrahi à
comitatu, uel baronia, niſi de uoluntate domini regis ex
certa ſcientia extrahentis illud ſubſeudũ à baronia, ut hic.
In omni enim loquela intelligitur exceptum ius ſuperio-
ris, ut l. fi. ff. qui ſat. cog. & l. fin. ff. ad municip. ca. ueniens.
de iuretur. Quintò no. ex text. ibi, ſaluo per omnia. quòd
in iuramento fidelitatis, quod præſtatur per uaſallum ba
roni expreſsè exceptuatur perſona regis, uel imperatoris
& ſic patet, quòd ſi baro efficiatur rebellis regis, uaſalli ba
ronis non tenentur ad fidelitatem ipſi baroni. text. eſt hic
expreſſus. Bene facit. c. 1. in princip. hic finitur lex Corra.
Idem firmat Bart. in extrauag. qui ſint rebelles. c. quoniam
nuper. in 6. colum. in uerbo rebellando. & habetur in cle-
ment. paſtora. de re iudicata. dixi in cap. 1. qual. uaſ. iura. de
be. fide. Et ſi ligius regis & uaſal. baronis præſtaſſet fidelita
tem baroni rebelli regis, incideret in crimine lęſę maieſta-
tis, ut in l. 2. ibi, priuatus ad hoſtes refugit. ff. ad l. Iul. maie.
& in l. 3. ibi, ciuem hoſti tradidit eod. titu. licet Luc. de Pen
na in l. deuotum. C. de metatis. li. 12. dicat, quòd iſte uaſal.
baronis deuiãs à fide regis cum ſuo domino, aliter ſit caſti-
18 gandus. † Sextò nota ex text. ibi, filios tamen &c. quòd ex
quo mater eſt ſui filij baronis eiuſdem matrimonij, non te
netur ipſi baroni facere iuramentum aſſecurationis pro-
pter dotarium quod habet in terra feudali exiſtente in ba-
ronia, quia mater præſumitur diligere eius filium tali-
ter, quòd lex non præſumit, quòd aliquod malum ma-
chinetur contra eum, ut dixi ſuprà in 1. not. Et per hoc
dicebam, filiam ſtupratam tradendam eſſe eius matri ab-
ſque fideiuſſione de non offendendo eam, quia lex confi-
dit de matre, quod non offendat, nec offendi faciet eius fi-
liam in membris uel in uita, per iſtum tex. nã, ut dicit Bea-
tus Ambroſius in ſermone 15. ſup uerbo illius Pſalmi. Ini-
quos odio habui, ꝙ amare parentes filios, lex naturæ eſt, &
patet in Euangelio Matt. 20 c. dic, ut ſedeãt hi duo filij mei
unus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram in regno tuo.
Et ideo erubeſcit lex caſtigatores filios genitoribus ſtatue-
re ut dicit tex. in auth. de nup. §. & ita certa. nam filius plus
diligitur à patre, quàm pater à filio, quia humor aſcendit à
trunco ad ramos, ſed nõ redit, ut no. in princ. hiſtorię ſcho
19 laſti. no. gl. in l. iſti quidẽ. ff. quod met. cau. † Septimò no. ex
tex. ibi, ſeruire tenetur. ꝙ mulier habẽs dotariũ in terra feu
dali, qñ rex imponit adoham in regno, ipſa tenetur præſta
re adoham pro ipſo dotario regi. Et illa pſtatio adobæ dici
tur ſeruitium militare. Poteſt tñ cõcedi per regem feudum
abſq; ſeruitio, quia ſeruitiũ pro feudo nõ eſt de natura feu
di, & iõ debet exprimi in inueſtitura, ut firmat Aod. in c. 1.
in fi. in quib. cau. feu. amit. & in prælud. feud. in 6. q. Et tũc
imponitur per regem iſtud ſeruitium feudatariis, quando

eſt guerra in regno, uel timetur guerra in regno, non momentanea. ſed duratura per aliquod tempus, de quo per Andrę.in ca.1.§.ſed nec alia iuſtior.quæ ſit prima cau. benefic.amit.& in c.1.§.ſimiliter.de cap.Corra.Et de iſta materia adohæ quanta ſit, quæ præſtatur, vide Andr.& quæ ibi ſcripſi in cap.1.in fi. quis dicatur dux, comes, vel marchio.& in l.imperialem. §.firmiter. de prohibita ſeud. alie. per Federicum. Et ibi dicit vnum dictum ſatis menti tenendum, quòd pro ſeudis conſiſtentibus in poſſeſtionibus territorium ſine vaſallis conſuetum eſt in regno, quòd quando imponit adoha, ſi feudatarij ſoluunt pro valore annuatim uiginti, adoha erit. ſed hoc non reperitur iure cautum, ſed eſt de conſuetudine regni. ita practicatur in regia camera ſummarię. Si autem feudum non conſiſtat in terra, ſed in redditibus adohanæ, vel alicuius iuris, tunc ſoluitur pro adoha de ſingulis 20. valoris annui quinque, ut dicit Andr.in dicto cap.§.fina.quis dicatur dux, comes &c. Et dixit Andræas vnum aliud verbum menti tenendum, quòd dominus rex feudum, quod eſt redditus. 10.vnciarum cum vaſallis, & ſic ſeruitium militare erit 5. milites, poteſt concedere pro ſeruitio vnius militis.hoc dixit in ca-
20 pitu.1.§.ſimiliter de capitu.qui cur. uendi. †Octauò nota. ex text.ibi, ter ſubmonita. quòd vaſallus non tenetur ſeruitium militare offerre, ſed debet eſſe monitus, & interpellatus, vt illud præſtet. Ad idem text.in capi.licet. ſi de feu. fue.contro.inter do.& agna. & idem firmauit Andr.in capitu.1.§.ſed nec eſt alia iuſtior.quæ ſit prima cau.benefic. amit.& iſte text.dicit, quòd ter debet interpellari.& idem dicit text.infr. in conſtitu. ſi vaſallus, ſub rubric. 16.& patet etiam in dicta l. imperialem.§. firmiter.& de pace iura. firman.§.fin.& in cap.1.§.fi.hic finitur lex Corra.& ſic videtur, quòd uaſallus, ſi non ſit ter ſubmonitus, vt pręſtet ſeruitium, non poterit feudo diſſaſiri, ideſt, ſpoliari per dominum, & ſic per tres contumacias debet perdere feudum, ut dicit Bald.in cap.1.in prima colum.de mili. vaſal. qui contu. eſt. Sed quæro de duobus, primò an iſta ſpoliatio fiet per dominum de facto vel per iudicem competentem, ſeruato ordine iuris? Iſtam quæſtionem tangit Andr.
21 inf.in conſti. ſi uaſallus à domino. & ibi dicetur. † Secunda quæſtio eſt, an ſufficiet vna admonitio pro tribus? Profecto mihi uidetur, quòd ſubmonitio, quam facit rex, quãdo imponit adoham in regno, eſt citatio extraiudicialis, & in extraiudicialibus ſufficit una monitio, ſeu interpellatio, vt in cap.ex literis. de conſtitutio.& ibi per Felin. qui allegat multas concordantias ad hoc. Sed quid dicemus, cum ſupradictæ conſtitutiones expreſsè requiruntur trinã ſubmonitionem, quo caſu non ſufficit vna interpellatio, vt firmant Docto.in dicto capitu.ex litteris. Dico, quòd iſta mulier, quæ habet dotarium in terra feudali ſub baronia, vel eius ſubſeudatarius baronis, quando dominus rex imponit adoham per edictum in regno, prout eſt moris, debet ter requiri, vt præſtet ſeruitium, vt hic, & in dicta conſtitutio, ſi vaſallus à domino, ſed in domino rege, quicquid ipſe decreuit, eſt pro lege feudatariũ, vt in l.prima ff.de conſtitutionibus principum. Et ſic iſte textus inquantum loquitur de trina interpellatione, non procedit in rege, ſed ſolùm in comite, vel barone, qui tenetur ter ſubmonere ſubfeudatarios, vt præſtent ſeruitium militare eis, ad hoc vt poſſit eos conſtituere in contumacia, & priuare ipſos feudis, pro quibus tenetur ſeruire, vt latius per Andræ.infra in conſtitutio. ſi uaſallus à domino. bene facit ad hoc id, quod dicit Abb.in capitu.contingit.
22 de ſent.excommu.†Quòd vbi agitur ad pœnam imponendam, & ius exigit trinam monitionem, non ſufficit vna citatio habens tres dilationes, vt in gloſſ.ſuis.in clemen. 1. de vita & hone.cleri. quam alleg. Ioan.de Imo.in l.ſi finita §.Iulianus.ff.de dam.infect.& Ioan. Andr.in capit.ex tuæ. de cleri.non reſident.& in addit. Spe.eo.tit.& de iſto dicto Ioan. Andr.in additio.Specul.fuit memor.Andr.Barba.in cap.nos quidem.in 10.col. extrà de teſta.& Anto.de Butr. in c.quoniam.§.porrò.vt lite non conteſtata.Nonò, not.ex text.ibi, iniuſta etiam grauamina. quòd dominus baroniæ reuocabit iniuſta grauamina illata per mulierem, cui fuit traditum feudum pro dotario, exiſtens in ipſa baronia hominibus dicti feudi, in quo cõſtitutum fuit dotarium. Sed iuxta hoc quæſiuit dominus Bartho. de Capua in quadam apoſtilla ſua, qualiter hæc iniuſta grauamina emendare tenetur domina dotarij per dominum baronię, nunquid coram eo, ſicut coram iudice, vel per eum, ideſt, ipſo inſtante, & requirente? Et primò videtur, quòd debeat emẽdare coram ipſo domino cognoſcente, & iudicante, & hoc ſonare videtur verbum hoc, videlicet, per dominũ baroniæ, ſicut dicitur peti per iudicem illud, quod authoritate iudiciaria poſtulatur, vt ff. ſi certum petatur l. vinum.circa princ. & ff.quod met.cau.l.extat.ibi, vis enim eſt &c.& tunc quoties quis id, quod deberi ſibi putat, non per iudicem repoſcit, ideſt, authoritate iudicis. Econtra videtur, quòd non coram domino baronię, ſed ipſo poſtulante, requirente, & aſſiſtente ſi voluerit, & ſua putauerit intereſſe, debeant iſta grauamina emendari coram iudice competenti, qui eſt iu-
23 ſtitiarius regionis. † Conſtat enim, quòd iſte iuſtitiarius eſt iudex nobilium, & militiarum perſonarum, ut ſuprà de ſeruando iudicio comitibus, & baronibus.l.vt vniuerſis.& no.in apparatu communi conſtituit de officio camerarij.l.1.ergo coram eodem iuſtitiario agetur, & tractabitur cauſa de ipſis grauaminibus emendandis, arg authent. de man.prin. §.ſit tibi quoque. collat. 3. ibi, ſi uerò cum non adierit &c. Circa quæ videtur probabiliter dicendum quòd idem iuſtitiarius ſit iudex ad emendandum iam dicta grauamina, vnde alius iudex non eſt adeundus, arg.bonum.ff.de his quæ in teſta. delen.l. proximè. §. ſi in re dubia, ibi, uos habetis iudices ueſtros. ſi enim dicta grauamina tranſeant in ſpeciale nomẽ maleficij, dominus baronię de illis cognoſcere non poſſet, quia non habet iuriſdictionem ſuper maleficio tanquam priuatus, ergo nõ poſſet cognoſcere, imò punietur grauiter, vt ff. ad l.Iul. repe.l. lege Iulia. de repetundis. & 17.q.4.quiſquis.ff.de offic.præſi.l. 3.ſuper alijs verò grauaminibus, quę non ſapiunt crimen, non poſſet cognoſcere dominus baronię, quia eorum cognitio pertinet ad iuſtitiarium regionis, ut pretactum eſt, vnde attendendũ eſt, quod rationabiliter dici poteſt, quòd cum præſens conſtitutio, mulier, quę dotarium. fuit Regis Gulielmi ſecundi, tollatur quãtum ad hoc per dictam conſtitutionem Federi. de ſeruando iudicio comitibus &
24 baronibus, tanquam poſt errorem, reſtat, † quòd dominus baronię ſolùm poteſt ſe interponere ad reuocanda grauamina, petendo, requirendo, & aſſiſtendo, etiam ſi uaſalli grauati hoc negligant. uel omittant, quia ipſius domini intereſt ratione proprietatis, quę eſt ſua, argu. bonum. ff. de vſu & habita. l. ſi ita. §. dominus proprietatis. Sed inſtatur adhuc, & videtur, quòd dominus baronię ſit iudex & cognitor grauaminum, quę inferuntur uaſallis per dominam dotarij, dicit enim hęc conſtitutio, quòd mulier, quę habet dotarium, tenetur dominum baronię de feudo ipſo aſſecurare, ſcilicet de uita, membris, & captura corporis ſui, & quod non quęrat artem, uel ingenium, qualiter prędictum dotarium de baronia, uel comitatu ſubtrahatur, per quod uidetur eſſe vaſalla dominĩ baronię, vnde ſub eo conuenienda eſt pro dictis grauaminibus emendandis, quia dominus feudi eſt ordinarius iudex inter ſuos vaſallos, ut extrà de foro competen. c.uerum. & in lib. feudorum, de prohibita feudi alienatione per Federicum.l.imperialem. §. pręterea inter duos. Sed hoc non obſtat, quia dictum ſacramentum, quod pręſtat mulier domina dotarij, non eſt ſacramentum fidelitatis, ſeu vaſallagij, ſed eſt quędam aſſecuratio tenentis, & propterea non aſſecurat, niſi in tribus capitulis, ſ.de uita, membria, & captura corporis ſui, & quòd nõ quęrat artem &c. ut ſup. tactũ eſt. & hoc approbatur in vſibus feudorum, qualiter vaſal. iura.debe.fideli.cap.1.§.ſi verò. At vaſal.iurat & aſſecurat in ſex uel 7.caſibus, ut infrà in conſti.pręalleg. domini à va-
25 ſallis.† Pręterea dominia dotarij pro terra dotarij pſtat ſeruitium regię curię, & non domino baronię, ſicut dicit hęc conſtitutio.& ſic nec ratione rei, nec uaſallagij ſubeſt do-

mino baroniǫ, ſed tãtùm vtilis dominij ſeparati à proprie-
tate, quam habet dominus, eſt ſubdita, vt probat text. 16.
qu æſtio. 2. cap. poſſeſſio terreni. Præterea hæc conſt. dicit,
quòd ad ſubmonitionem domini baroniæ, domina, quæ
dotarium tenet, tenetur ſeruitium curiæ præſtare, quod ſi nõ
præſtiterit, ter ſubmonita per dominum baroniæ, poterit
diſſaſiri, per quod videtur, quòd ipſe dominus baroniæ
poteſtatem habet ſuprà dominam dotarij, & ipſum dota-
rium ſi poteſt ipſam diſſaſire. Sed re vera ſecundũ ſanum,
& communem intellectum intelligitur, ideſt, poſſe facere
diſſaſire, ſicut exponitur mandari, ſi te condemnauero, i.
condemnari fecero, vt ff. de his qui not. inſa. l. furti. §. man-
dati. & ff. de admin. tut. l. ſecunda. quæ incipit, ſi tutor con-
demnatus, & ſic etiam exponitur. C. de ſuſpect. tuto. l. pie-
26 tatis † Et hoc ſeruat communis, & vtilis conſuetudo in re-
gno Siciliæ, vt ſcilicet grauamina vaſallorum dotarij tol-
lantur, & emendentur per iuſtitiarium regionis, vel alium
iudicem à regia curia delegatũ, & ſic videmus ſemper ſer-
uari de facto. Et dum quondam bonæ memoriæ Do. Petr.
natus claræ memoriǫ Regis Caroli Secundi, comes Ebuli,
grauamina, quæ dicebantur illata per Domi. Margaretam
vxorem quondam Domini Petri de villa Peluſia, vaſallis
politis in caſtro Armatore, cuius proprietas erat dicti Co
mitis Ebuli, quodque prǫfata Domina Margareta tenebat
pro dotario ſibi conſtituto à quondam domino Girardo
de ynoye anteriori viro ſuo tollere vellet & emendare per
ſe, vel officiales, à regia curia obtinere nõ potuit, niſi quòd
ſcriptum fuiſſet per literas regias iuſtitiario Baſilicatæ,
vbi poſita eſt dicta terra, vt dicta grauamina faceret emen
dari. Et ſi eidem iuſtitiario videretur expediens, compel-
leret præfatam do. ad cauendum, vt vteretur iam dicto do
tario arbitrio boni viri, per titu. ff. vſufr. quemadm. caue.
Non ſunt ergo mutanda, quæ certam interpretationem
ſemper habuerunt, vt ff. de legib. l. minimè. Hæc ſunt ver-
ba domini Barto. & quia pauci habent iſtam apoſtillam
27 ideo de verbo ad verbum hic regiſtraui. † Decimò & vlti-
mo no. ex tex. ibi. ſaluo iure. quòd licet vxor, mortuo uiro,
debeat à vaſallis dotarij aſſecurari. Tamen iſtud iuramen-
tum aſſecurationis ei præſtatur, ſaluo iure baronis, in cu-
ius baronia eſt feudum dotarij. Et contra iuramentum fi-
delitatis, quod prǫſtatur baroni per vaſallos terrǫ dotarij,
debet prǫſtari, ſaluo iure dotarij dictǫ mulieris. Quǫro
quid ſi non eſſet dictum in iſto iuramento, ſaluo iure, &c.
an intelligeretur eſſe dictum? Videtur quod non, quia il-
la verba videntur eſſe de forma iuramenti. Dic contra-
rium, quia iura aliena etiam in iuramenti prǫſtatione in-
telliguntur reſeruata, vt in c. veniens, de iuretur. & in mer-
cur. & pro hoc facit id, quod dicit Bald. in l. quod princi-
pi. ff. de conſtit. & in l. beneficium. eod. tit. & in l. nec auus.
C. de emanci. lib. vbi dicit, quòd ſemper præſumuntur re-
ſeruata iura alterius. Idem dicit in l. 1. in 3. colum. C. de hǫ-
re. vel actio. uendi. idem in priuilegiis regis l. 2. §. ſi quis à
principe. ff. ne quid in loco publ. c. ex tuarum. de uſu pallij.
& no. in l. ex facto. in prin. ff. de uulg. & pu. ſic etiam reſcri
pta intelliguntur, ſaluo iure partis, ut in l. 1. C. de conſtitu.
princip. per Bal. & in l. monumenta. C. de lega. 1. quia prin
ceps nõ prǫſumitur vnum altare uelle cooperire, & aliud
28 diſcooperire. † Idem in compoſitionibus factis per curiá,
vt intelligantur ſaluo iure partis, ſecundùm Bal. in l. uenia
ff. de in ius uoc. Sed in regno nõ poſſunt fieri compoſitio-
nes, niſi prius parte concordata, ut ſunt capitula regum, &
ritus magnǫ curiǫ. Et dicit Bald. in l. fina. in 4. quǫſt. C. de
edic. diui. quòd hǫc clauſula, ſaluo iure alterius, importat
conditionem, quia eſt ablatiui abſoluti. & tunc ſolùm rex
concedit ius ſuum tantùm, & per talem clauſulam prin-
ceps non tenetur de euictione, ut dicit And. in c. 1. in prin
ci. de l. Corra. Et de uirtute huius clauſulæ, iuribus alienis
ſaluis, uide And. in c. 1. in uerſi. bona committentium cri-
men lǫſǫ maieſtatis. quǫ ſint regalia, & in capi. 1. poſt duas
col. qui ſucc. ten. Alexan. in 5. uolu. conſi. 16. in 12. colum.
Quid autem de clauſula, ſaluo iure meo? Dic, quòd intel-
ligitur reſeruatum ius, quod eſt de prǫſenti, & iſta dicitur
protestatio conſeruatoria, de qua per Bartol. in l. non ſo-
lum. §. morte. de ope. noui nunciatione. & eſt bonus text.
in l. 3. §. etiam. ff. de libe. exhiben. ibi, vt ſine diminutione
patriæ poteſtatis, ſcilicet quæ tunc erat. Et ſi operatur, quod
conſenſus non præiudicat, vt in l. 4. §. 1. ff. quibus modis
29 pign. vel hypo. ſol. † Sic etiam in legatis, vt in legato ſem-
per intelligatur, ſaluo iure alterius, ſecundum Bald. in l.
prædia. 2. colum. verſic. ex his apparet. C. de fideicom. Et
ſcias, quod illa dictio ſaluo, eſt prǫcedẽtium modificatiua
vt eſt gloſſ. in l. item. Labeo. ff. familiæ erciſcund. & ſi non
inuenit, quid modificet, orationem prǫcedentem extin-
guit, vt dicit gloſſ. in l. ſi quis filio. §. 1. ff. de legat. 1. quam
allegat Ange. in conſilio 289. incipiente, inter cætera. &
vide de iſta clauſula, ſaluo iure, ea, quæ ſcribit Felyn. in
capitu. inter monaſterium. in ſecunda colum. de re iudica.
vbi ponit multas alias quotas. In gloſſ. prima, hæc gloſſ.
ponit ſummarium huius conſtitu. In gloſſ. 2. quæ eſt fina.
& magna, & tota loquitur de materia dotarij ſecundùm
ius Francorum. quod ſuccedit loco quartæ de iure Longo-
bardorum. Et diuido eam in 10. partes. In prima reſpon-
det tacitǫ quæſtioni, videlicet, quando debetur vxori
dotarium conſtitutum. Secundũ quærit, an ſoluto matri-
monio de iure Francorum vxori ſuperſtiti, ſiue cum filijs,
ſiue ſine filijs, debeat ei reſtitui dos conſiſtens in pecunia,
vel in ſtabilibus, & etiam dotarium, vel ſolum alterum ex
eis, & illam quǫſtionem ſecundùm morẽ Francorum ma-
gis prolixè proſequitur gloſſ. illa ibi, dum dicit, ſecundum
tamen eſt &c. vſque in fi. hodie per ca. regis Caroli Secun-
di, quod incipit, mulier quæ dotarium. habebit dotem &
dotarium, tamen vide gl. quæ recitat ius Frãcorum in hoc
& cum iſto iure Francorum recitato per gl. concordat au-
then. ſi tamen. C. de ſecund. nupt. Tertio quærit, quando,
& quomodo conſtituitur dotarium vxori de iure Franco-
rum, & recitat quandam cõſuetudinem antiquam. Quar-
to quǫrit, quǫ verba debet continere inſtrumentum dota-
rij conſtituti. Quintò quǫrit, quo iure, ſeu qua actione
aget vxor mortuo viro ad petendum conſignationem dota
30 rij conſtituti. † Sextò quǫrit, vtrum mulier, cui fuit per
virum cõſtituta quarta ſuper omnibus bonis ſuis ſine cor
porali traditione, mortuo viro vxor habeat dominum
bonorum, ſuper quibus fuit conſtituta quarta, & dicit,
quòd ſic. nihil tamen dicit gloſſ. an habebit etiam domi-
nium quartæ ſuper bonis in futurum acquiſitis poſt
conſtitutio. quartǫ. vt ſuprà dixi. Sed non eſt de hoc mi-
randum, quia hæc gloſſ. bene ſciuit, quòd iſtam quǫſtio-
nem optimè tetigit gloſſator legum Longobardorum, vide-
licet Carolus de Tocco, vir magnæ authoritatis in Lon-
gobarda, quǫ incipit, ſi qui Longobardus. in titulo de his
quæ à viro in vxorem dantur, vel relinquuntur, charta
vigeſimanona, vbi tenet, quòd ſicut in obligatione om-
nium bonorum veniunt etiam bona futura, vt in l. fina.
C. quæ res pig. obligari poſſunt. ita etiam in conſtitutione
quartæ omnium bonorum veniunt etiam bona futura. Et
dicit, quod maritus bona futura ſibi acquirit, ſed illico do
minium illarum rerum quo ad quartam tranſit in vxorem
vt in exemplis poſitis per eum, & ibi dictus gloſſator ponit
dubitationem. Quid ſi maritus tempore, quo conſtituit
quartam vxori, habebat creditores, Dicit, quòd vxor tene-
tur pro quarta parte, & ſi creditores poſt conſtitutionem
quartǫ contraxerunt, vxor non tenetur eis pro dicta quar-
31 ta lucrata. † Et ſubdit idem Carolus gloſſator, an ſi ma-
ritus, poſtquam conſtituit vxori quartam, emat prǫdia, &
non ſoluit integrum pretium, an vxor teneatur pro rata?
Et dicit, quod ſic, non refero eius dicta, quia eius ſententia in-
ter viuentes iure Longobardo habetur pro vera deciſione
& nullus eius ſententijs auderet cõtradicere. Et quod operetur
inſtrumẽtũ quartǫ, quod datur mulieri in præſentia parentũ
per virum, quod dicitur in origi. c. ibidem. Et ſigna illam gloſ.
quod traditio inſtrumenti probat traditionẽ rei quò ad tranſ-
lationẽ dñij, bene facit. l. 1. C. de dona. Alios caſus, in quib.
trãſfertur dominiũ per cõtractũ ſine traditione, vide per Iaſ.
in l. traditionibus. C. de pac. Septimo quærit, quid ſi in in-

ſtrumento conſti. quartæ non ſint ſeruata ſolennia ſecundùm morem Francorum, quæ recitat gl. an valebit conſti. dotarij? Octauò quærit. an mulier, cui cõſtituta fuit quarta per virum in bonis ſuis, ſoluto matrimonio, poſſet agere rei vendicatione, eſto ꝙ non probetur, quòd fuit tradita poſſeſſio dictorum bonorum? Nonò quærit, an qui non habet feudum & dimidium, poſſit conſtituere dotarium in terra? Decimò quærit, an quando datur feudum in dotem in matrimonio, requiratur conſenſus regis, aliàs ſine regio aſſenſu non valent conuentiones? Vide ad hoc text. in conſtit. ſeq. quæ incipit, fratribus. in fi. & And. in l. imperialem. in prin. in addi. in 7. col. & quæ ibi ſcripſi, de prohi. feu. alie. per Fede. & c. Regis Caroli Primi, quod incipit, ad maieſtatis noſtræ. char. 8. & c. Regis Caroli Secundi in planitie S. Martini, quod incipit, item ſtatuimus, quòd licitũ ſit comitibus &c. char. 12. & quæ ſcrip. in cap. 1. §. donare.
32 qualiter olim feu. alie. po. Extra iſtam gl. † quæro. pone, ꝙ in capitulis matrimonialibus actum fuit, vt vir conſtituat anteſatum, & poſtea contractum fuit matrimonium per verba de præſenti, & nondum fuit matrimonium conſumatum, ſed ſolùm vxor fuit oſculata, & vir habuit partem dotis, & mortuus eſt, ſuperſtite ſponſa virgine, vtrum iſta virgo lucretur anteſatum reſpectu dotium ſolutarum, vt dictum fuit ſuprà ſicut ſi eſſet conſumatum matrimoniũ? Iſtam quæſtionem tangit Neapo. in conſue. ciuitatis Neapolis, quæ incipit, quartam autem. in verbo, à quodam viro. & decidit, quòd propter oſculum non lucratur totum anteſatum, ſicut quando eſſet cõſumatum matrimonium ſed lucratur medietatem anteſati reſpectu dotium ſolutarum. unde ſi centum ducati eſſent ſoluti de dote, anteſatũ eſſet ducatorum quinquaginta, ſed quia ſolùm fuit oſculata, anteſatum eſſet ducatorum 25. & dicit, quòd hęc uidetur ſibi ueritas, Faciunt pro iſta deciſione ea, quæ allegat Saly. in l. cum in te. C de dona. ante nup. & quia dixit mihi quondam do. Ioan. Ant. Caraſa, ſocer meus, magnus Iuriſta, ꝙ iſte caſus contingit in ſua filia domina Crania Caraſa, quę prius fuit deſponſata uni nobili per uerba de pręſenti, & oſculata tantũ n. mortuus fuit uir, antequam traduceretur, & antequam eſſet cõſumatum matrimonium, cui ſoluit tantùm partem dotis, fuit iudicatum per conſilium regis, quòd medietatem medietatis anteſati reſpectu dotium ſolutarum lucraretur propter oſculum tantùm, ideo nõ examino dictam quęſtionem, quia requireret longam examinationem, & nunc non eſt tempus, quia habeo eam de facto. ideo uideo Saly c. ubi ſup. & Abb. Sicu. in c. ex publico. de conuer. coniuga. & eundem in 2. uol. conſil. 1. & 2. uolu. conſi. 79. & Paulum de Caſt. in l. de diuiſione. ff. ſolu. matrimonio, & in l. ſi donaturus. in fi. ff. de condit. ob cauſam. & ibi per Alexan. & Pau. de Caſt. in l. cum fuerit. ff. de condit. & demonſtr. & pro deciſione prędicta ego pro nunc allego glo. in cap. decreta legalia. 27. quęſt. 2. quę
33 dicit, † quòd ſi tantùm oſculum interuenit, nõ poteſt ſponſus niſi dimidiam partem rerum ſuarum datarum repetere, ſed mulier totum repetit, quod dedit, per l. ſi a ſponſo. C. de don. ante nupt. ergo non lucratur anteſatum ratione oſculi, niſi pro medietate anteſati conſtituti, uide quę dixi ſuprà in conſtitu. licentiam. in 1. no. in 4. q. ſed in ueritate d. l. ſi à ſponſo, non loquitur in anteſato, ſed in donatione ante nuptias facta ſponſę, & non quando fit anteſatum uxori per uerba de pręſenti, cum qua eſt uerum matrimonium, licèt non conſumatum. ſed minimè ſunt mutanda, quę certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de leg. ſufficit auctoritas rei iudicatę per ſacrum conſilium in dicta cauſa, ut dixi mihi pręfatus ſocer meus, & pro hoc l. fi. C. de leg. cum ſimil.

ANNOTATIONES.

a Quid ſi maritus.] Hæc dicta habuit Affli. à Felyn. in c. fin. de homic. Et opi. Affl. hic ſequuntur Mod. Campan in c. regni. inci. mulier quæ dotarium. colum 6. verſicu. pone vxori. nume. 36. quibus adde, quæ dixi in conſtitu. Baiulos.

b Decima dubitatio eſt.] Ratio huius dicti eſſe poteſt, quia hæc quarta non debetur vxori, niſi præmoriente marito, adeò quòd ſi ipſa primò decedit, non eſſet locus illi quartę, eſt tex. in l. ex morte. in princ. de pact. conuen C. & in auth. vt exact. inſta. dot. §. fin. coll. 7. per quæ mira ita firmat Sebaſtia. de Neap. in c. regni 165. quæ ibi refert Io. Ant. Campa. colum 6. nume. 35. & eſt glo. ſimilis in auth. dos data. in gl. 1. ibi, ſic & donatio. C. de don. ante nup. & vide copioſiſſimum Neuizanum in ſilua nuptiali. fol. 73. colum. 1. num. 74. in parua impreſſione. verſi. caueant ſecundò mariti, & ex hoc nota, quod eſt maxima inæqualitas inter maritum & vxorem in hoc, quia maritus ſemper lucratur fructus rei dotalis. l. pro oneribus. de iure dot. C. & tamẽ vxor non lucratur fructus iſtius quartæ, vt vides. & de hoc vide Rom. ſingu. 539. conſtante matrim. vbi ponit rationem diuerſitatis. & Ioan. de Platea in d. §. eſt & aliud. inſtit. de actio.

De fratribus obligantibus partem feudi pro dotibus ſororum.
Rubri. XIIII.

GLOS. prima huius conſtit. ponit continuationem huius rubricæ ſic, in ſuperiori conſtit. ponitur caſus, in quo licet alienare feudum ſine regio aſſenſu, uidelicet, pro dotario conſtituendo uxori in terra feudali, erat uidendum, utrum liceat alienare feudum pro danda dote filiæ, uel ſorori, de quo articulo non erat dictum, ideo de hoc immediate poſuit hanc rub. De iure cõi feudorum clarum eſt, ꝙ non poteſt dari feudum in dotẽ, ut firmat gl. 2. in uer. alienare. in l. imperialem. de prohib. feu. alie. per Fede. per tex. in c. 1. §. donare, qualiter olim feu. alie. pote. Doc. in c. nuper. de dona. inter uir. & uxo. & in dictis locis uide, quæ ibi ſcripſi, quia eſſet chartas occupare, ſcribere illud idem. Vbi poſui dictam concluſionem procedere, etiam in regno iſto, per ca. item ſtatuimus, quòd licitum ſit comitibus. in planitie Sancti Martini. charta 22. Sed recipit tres ſingu. limitationes, ut dixi ſuprà d. gloſ. in uerſicu. alienare. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Frater in dubio intelligitur de fratre carnali.*
Frater maritare & dotare ſororem ſuam tenetur.
2 *Frater patruelis an ueniat appellatione fratris.*
Soror an ueniat fratris appellatione.
3 *Frater an aliquo caſu teneatur iterum ſororem dotare.*
4 *Frater nedum dotare, ſed & maritare ſororem tenetur.*
5 *Stipulatio, qua frater dotans ſororem ſtipulatur dotem ſibi reddi in caſu reſtitutionis, qualiter intelligatur.*
6 *Minor an poſſit bona ſua pro dote ſororis obligare.*
7 *Actus hominum ſecundùm leges regulari debent.*
8 *Frater ſine aſſenſu regio poteſt feudum obligare pro tribus ſororibus dotandis.*
9 *Statutum loquens de fratre contra iuris diſpoſitionem locum non habet in patre.*
10 *Diſpoſitio fauorabilis extenditur ad caſum habentem maiorem rationem.*
11 *Filia aduerſus patrem agere poteſt ad ſupplementum legitimæ.*
12 *Pater an poſſit plus uni filiarum conferre, quàm cæteris.*
13 *Pater filium legitima priuare poteſt, totum patrimonium conſumendo.*
14 *Frater pro dote ſororum partem tantùm feudi obligare poteſt.*
Feudum an cenſeatur tacitè obligatum pro dote ſororis.
15 *Fratre deſinente feudum habere, an ſoror indotata poſſit contra feudi poſſeſſorem agere.*
16 *Rex legem, quam ſuis ſtatuit ſubditis, ipſe ſeruare debet.*
17 *Fratres habentes plura feuda paterna poſſunt unum dare in dotem ſorori ſine regio aſſenſu.*
18 *Aſſenſus regis datus ſuper feudo in dotem dando probari debet in ſcriptis.*
19 *Licẽtia regis data ſuper matrimonio ſororis vaſalli operatur regium aſſenſum in obligatione partis feudi pro dote.*

20 *Conuentio ſi nulla ſit ipſo iure, non eſt neceſſaria pronuntiatio ſuper nullitate.*
21 *Feudum hypothecari non poteſt abſque regio aſſenſu.*
22 *Frater an teneatur maritare, & dotare ſororem ex parte matris tantùm coniunctam.*
23 *Baro in quibus æquiparetur pupillo.*
24 *Frater ex ſua induſtria effectus, & non ex bonis paternis, an teneatur ſororem dotare.*

FRATRIBVS. Tria dicta principaliter continet hæc conſtitu. Primum eſt, quòd per iſtam conſti. licitum eſt fratribus .ſ. carnalibus poſt mortem patris, ſi in hæreditare non ſunt bona mobilia, nec burgenſatica, ſed ſolùm ſunt bona feudalia paterna, obligare aliquam partem ipſorum bonorum feudalium pro pecunia promiſſa pro dote marito ſuæ ſororis ſine regio aſſenſu, feudum autem ipſum, vel aliquam eius partẽ non poteſt dare in dotem pro maritanda ipſa ſorore ſine regio aſſenſu. & iſtud eſt primum dictũ vſque ibi, & tria feuda. Hic remouetur vnum dubium. dictum fuit ſup. in conſti. licentiam, & conſtitu. mulier, quæ dotarium. ꝙ habens tria feuda, vel plura, poteſt in vno dictorum feudorum ſine regio aſſenſu conſtituere dotarium vxori ſuæ, vtrum idem ſit in dote, vel habena tria feuda, vel plura poſſit vnum ex eis dare in dotẽ pro ſorore, ſine aſſenſu regio. & dicitur hic ꝙ ſic, dummodo matrimonium contrahatur de ſpeciali licentia domini regis, & iſtud eſt ſecũdum dictum, quod durat vſque ibi, nam aliter. Hic ponitur tertium dictum, quòd omnes conuentiones ſuper rebus feudalibus faciendis ſine regio aſſenſu, nullas vires habent. Hoc dicit iſta conſtituti. prægnaa, & plena materijs,
1 quæ plurimum de facto contingunt. †Not. t. ex text. ibi fratribus. quòd in dubio, vbi conſti. regia facit mentionem de
a fratribus, intelligitur de fratribus[a] carnalibus, ſiue ex eadẽ matre tantùm nati ſint, ſiue ex eodem patre, & matre, vt in l. iuriſconſultus. §. qui cognitionis. ff. de gradibus, ſiue ex parte patris tantùm, vt inſt. de legi. agna. ſucce. §. 1. Et pro hoc bene facit id, quod dicit Bald. in ca. licèt. de oſti. lega. ꝙ appellatione fratris, intelligitur de fratre carnali. Idem Io. Andr. ibi. Et vide Barbat. qui hoc inducit ad quæſtionem, de qua ibi per eum, idem Bal. in l. lege vlt. colum. C. de ſuis & legi. Tenetur ergo frater maritare & dotare ſororem ſuã ſiue vtrinque coniunctam, ſiue ex altero tantum de bonis parentũ mortuorum. i. ſi ſit coniuncta ex parte patris, ſi ex parte matris, de bonis matris, vt dicunt Bald. & Ange. in l. qui filium. §. quæſitum. ff. vbi pupi. educa. deb. Bar. in l. cũ plures. §. fi. ff. de admi. tut. Vide And. Barb. in c. ſuper literis. de reſcript. vbi dicit, ꝙ frater vterinus non tenetur dotare ſororem vterinam, allegat l. non omnis. C. de admi. tut. tu vide text. in l. ſi plures. §. 1. ff. de admi. tut. nam vterinus nõ eſt germanus, ſecundùm Bald. in d. l. lege. vlti. col. C. de ſuis & legi. & de hoc plenius dicetur, inſ. in cõſti in aliquibus.
2 †Sed iuxta hęc quæro primò[b] vtrum iſta cõſti. quæ loqui-
b tur de fratribus, intelligatur etiam de fratribus patruelib. dic quòd non, vt dicunt Ioan. de Imo. & Pau. de Caſ. in l. ſi dotali. ff. ſol. matr. & ibi per Alex. allegant Bart. in l. Lucius. §. quæſitum. de leg. 3. & Bal. in l. iubemus. §. fina. C. ad treb. & alias quotas, vt ibi per Alex. ſ. in d. l. ſi dotali. Et maximè hoc procedit in iſto regno in bonis feudalib. quaternatis, quibus frater patruelis, & conſobrini, qui ſunt in quarto gradu, de iure ciuili non ſuccedit in feudo fratri ſuo patrueli, vt dicit text. inſ. in conſti. vt de ſucceſſionibus. & vide Alex. in d. l. ſi dotali. vbi allegat alios doc. tenere contra-
3 rium etiam in materia ſtatuaria. † Secundò quęro[c] vtrum
c appellatione fratris contineatur ſoror, ita quòd ſi moritur pater ſuperſtitibus pluribus filiabus fœminis, relictis feudis, in quibus viuitur iure Francorum, & primogenita ſuccedit, poterit iſta ſoror obligare feudum pro dotibus ſororum ſine aſſenſu, ſi matrimonium contrahatur de licentia regis? Per iſtam conſti. reſpondeo, quòd de iure communi appellatione fratris continetur ſoror, vt in l. tres fratres. ff. de pac. cum concordantijs, quæ ibi allegantur. & hoc innuit conſtitut. regni, vt de ſucceſſionibus. & c. Papę Honorij, quod incipit, ſi aliquem. Tertiò quæro, frater dotauit ſororem obligando marito feudum pro pecunia promiſſa in dotem, & ſoluit dotem, poſtea in bonis mariti nihil reperitur. ſoluto matrimonio ſoror iuuenis venit ad domum fratris, qui dotauit eam, vtrum teneatur frater iterum dotare eam, & obligare iterum feudum pro danda ſecunda dote? Reſpondeo Bald. tangit iſtam q. remiſſiuè in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iur. ſed in l. fi. in 3. col. verſic. ſed an eo caſu. C. de dotis promi. concludit, ꝙ non tenetur iterum dotare, per l. ſi ſocius. ff. pro ſoc. item quia iſta conſti. non loquitur de duplici dote, ſed de vnica, per l. ſi quis teſtamento Titio. ff. de lega. 1. diſpoſitio. n. legis intelligitur de prima vice, vt in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſign. fallit ſeptem modis, vt plenè per Felin. in c. 2. extrà de treu. & pace. tu pro deciſione quis dubij vide Alexã. in l. ſi cum dotem. §. 1. in 3. col. ff. ſolu. mat. vbi diſtinguit, aut frater tenetur dotare ex diſpoſitione hominis, & ſufficit ſemel dotaſſe, aut frater tenetur dotare ex diſpoſitione iuris communis, tunc tenetur iterum dotare, vt dixit in l. 1. ff. ſo. ma. tamen cõtra iſtam diſtinctionem allegat aliqua iura, vt ibi
4 per eum. & alios modernos. †Secundò not. ex tex. ibi ob dotes ſuorum ſuarum. quòd frater tenetur non ſolùm dotare ſororem, ſed etiam maritare, quia dos non poteſt eſſe ſine matrimonio, vt l. ſi quæ incipit. cum multa. C. de dona. ante nupt. & ſic ille, qui ex legis diſpoſitione tenetur dotare, tenetur per prius laborare in inueniendo virum pro eius ſorore, & ſic iudicium in maritando ſororem præfertur iudicio matris, aut alterius conſanguinei, quia tex. iſte dicit, fratribus, non matri, vel conſanguineis, bene tamen fateor, quòd ſi frater cum conſenſu matris & conſanguineorum dediſſet maritum ſuæ ſorori, quòd ex hoc in fratre omnia pręſumptio doli & culpæ excluderetur per id, quod dixit Bald. in l. Polla. in 3. oppo. C. de his qui. vt indign. Sed quid ſi iſta ſoror diceret fratri, quod ipſa nõ vult nubere, ſed vult in ſuo poſſe dotem, & de illa ſe alimentate, & viuere honeſtè, non dico in monaſterio, ſed in domo fratris, vel alterius cõſanguinei, vtrum frater teneatur ſibi dotem illam tradere? Reſpon. quòd debet habere ſuã portionem in quocunque ſtatu velit permanere. Ita concludit Bald. in l. pactum quod dotali. in 20. quæſt. C. de collat. de hoc dicetur infrà in conſti. in aliquibus. ſi autem vellet ducere vitam in monaſterio tunc daretur ſibi legitima, prout datur alijs monialibus, ut dicit Neapodanus Sebaſtia. in cõſuet. Neapoli. quę incipit. ſi moriatur in uerbo, paragium.
5 circa finem. †Secundò quæro frater maritauit ſororem, & dedit marito dotem, & ſtipulatus eſt dotem reſtitui, in caſu reſtitutionis ipſi fratri dotanti, quomodo interpretabitur talis ſtipulatio? Dico, quòd interpretabitur ſic, ut ſi per mortẽ ſororis ſine filijs ſoluatur matrimonium, reſtitutio dotis ſit dotanti, ſed ſi ſunt filij, ſerua id, quod firmant Doct. in l. dos à patre. C. de iure dot. in l. poſt dotem. ff. ſol. matr. ſi matrimonium ſoluatur per mortẽ uiri, ſuperſtite uxore, reſtitutio dotis ſit uxori. text eſt in l. Caius. ubi per Ioan. de Imo. ff. ſolu matrimo. idem Salic. in l. ſi uia C. de iure doti. de quo per ſcriben. in l. eum qui. §. qui ſibi aut filio. ff. de verb. oblig. & per Bald. nouellum in tractatu priuilegiorum dotis. in 6. parte principali. Sed quid ſi ſtante dicta ſtipulatione facta per fratrem, ſoror fecit teſtamentum, & alteri reliquit dotem, vtrum ualet diſpoſitio in præiudicium fratris? Vide diſtinctionem Lucæ de Penna in l. fina. C. de impo. lucra. deſcri. lib. 11. & quæ habentur in l. fin. C.
6 de dotis promiſſ. † Tertiò quęro, pone, quòd frater, qui tenetur obligare bona ſua pro dote ſororis, ſit minor, utrũ valeat eius obligare facta ſine decreto iudicis? Videtur, quòd talis obligatio nõ ualeat, quia minor ſine decreto nõ pôt obligare bona ſtabilia, ut in l. lex quæ tutores. C. de admin. tutor. l. 1. ff. de rebus eorum. In contrarium facit text. in l. conditionibus. ff. de condition. & demon. ſed de iſta quæſt. me remitto ad Barto. in l. ſi conſtante. in princip. in

 12. col.

12.colum. in 5. quæſtio. principali.in 4.quæſtio. Tertiò
no ex text.ibi, ſi mobilia, vel hæreditaria non habeat.quod
vbi à iure datur facultas obligandi bona burgenſatica, &
feudalia ſine aſſenſu domini, intelligitur illa obligatio, quã-
do eſt facta quò ad feuda in ſubſidium, quando non ſuffi-
ciunt bona burgenſatica pro debito ſatisfaciendo, vt pro-
bat iſte text. An idem ſit quando obligatio bonorum bur-
genſaticorum, & feudalium fit ab homine cum aſſenſu do
mini, vt debeat in ſubſidium haberi recurſus ad bona
feudalia, ideſt, nõ exiſtentibus bonis burgenſaticis, vel cre-
ditor habeat electionem primò habere recurſum ad bona
feudalia, quàm ad burgenſatica. Dominus Bernardus de
Montibus compater meus dicebat per iſtum text. de hoc
dixi ſuprà in conſtitut. ſi dominus vaſallum. in 4.no. quòd
in ſubſidium creditor debet ſibi ſatisfieri in feudo ſibi obli
7 gato, & ita debet intelligi aſſenſus domini, †quia actus ho-
minum regulantur ſecũdùm leges, vt in l.ſi cui.ff. de ſerui.
& pro hoc facit id, quod dicit Ang.in l.2.in fi ff. qui potio.
in pign. habe. ꝙ ſic creditor habet generalem, & ſpecialem
hypothecam, ſi in re mediocri poteſt ſibi ſatisfieri, non de-
bet ſibi ſatisfieri in re meliori. Allegat gl.in l.quãdiu.C. de
diſtract.pignor.vide ad hoc Alex.in l.2.§.j.in fin. ſi cer.pe-
ta. ſed feudum dicitur prouenire à publico, & hoc reſpe-
ctu dicitur de meliori, ergo in ſubſidium debet in eo fieri
ſatisfactio In contrarium fuit dictum contra eum per text.
in l.creditores.ff. de diſtra.pign.vbi creditor poteſt eligere,
quãdo habet plures res obligatas, ſuper quibus vult, quòd
ſibi ſatisfiat, & voluit Bartol.in l. Moſchis.ff.de iure fiſ. Be-
ne facit tex. in capitu.ex litteris. de pigno.l.diſtractis. & ibi
Cyn.C.de pigno.cum ſi.fallit ſecundùm Barto.ibi, ſi debi-
tor agat, vt creditor vendat vnam ex rebus pignoratis,
quam ipſe voluerit, per iura ibi per eum allegata. Item fal-
lit, ſi eccleſia eſt debitrix, nam ipſa habet electionem. ſe-
cundùm Barto.in authenti.hoc ius.C. de ſacroſan. eccleſi.
item fallit, ſi debitor eſt minor, vt in l. magis.§. ne paſſim.
ff.de rebus eorum & ita ſecũdùm dictam vltimam partem
vidi iudicatum in ſacro conſilio. Nec mirentur legentes, ſi
bis in diuerſis locis idem dixi, quia hoc contingit propter
aliquid, quod occurrit vno tempore, quod non occurrit
in alio, prout ſolet contingere alijs magnis doctoribus ex
diuerſis reſpectibus, vt dicit Abb.Sicul.in capit.ſignifican-
tibus, de appella. de quo latè per domin.Franc.Curti.in cõ
8 ſil.78. incipient. domina Franc.columna 7. †Quartò not.
ex text.ibi, ſororibus ſuis. quòd iſte text. permittit fratri
non tantùm pro vna ſorore poſſe obligare ſiue regio aſſen-
ſu partem feudi pro eius dote, ſed etiam pro alijs ſorori-
bus, ſed vſque ad quem numerum ſuorum? Dic, quòd
vſque ad tres, vt not.gloſſ. in l.prima.ff.de optio. legat. &
idem Cyn.in regula, pluralis.lib.6.Sed durabit iſta obliga-
tio, donec feudum eſt in poſſe fratris, vel eius hæredis. nã
ſi feudum perueniſſet ad regem ex aliqua cauſa, tunc libe-
re peruenit, ſi non eſt aſſenſus regis in ſcriptis in obligatio
ne, per capit.regis Caroli Primi, quod incipit, ad maieſta-
tis. de quo facit mentionem Andræ.in l.imperialem. & ibi
dixi, de prohibit. feud.alien. per Federicum. ſed vide, quæ
dicam infrà in ſequen.quæſtion. Quid in patre habẽte plu
res filias, vtrum poſſit obligare partem feudi pro danda do
te filiabus? Iſta conſtitutio nihil loquitur de patre, ſed tan-
tùm de fratre, ſed ſi frater tenetur maritare, & dotare ſoro-
res, multò fortius pater. cuius officium eſt de iure commu
ni maritare, & dotare filius.l.qui liberos.ff.de ritu nuptia-
rum.l.fin.C. de dotis promiſſione. & in l.obligamur.ff. de
actionibus & obligationibus. Alexand.in l.ſi ſocer. ff. ſo-
lut.matrimonio. ergo tanquam de indubitato iſta cõſtitu-
9 tio non facit mentionem de patre. † Sed videtur contra-
rium, quòd diſpoſitio ſtatutaria loquens de fratre contra
iuris diſpoſitionem non habet locum in patre, quia in cor
rectorijs non fit extenſio. l. præcipimus. C. de appellatio.
ſed iſta conſtitutio eſt contra ius, quia permittit fratrem
poſſe obligare feudum pro dote ſororum ſine regio aſſen-
ſu, quod eſt contra diſpoſitionem iuris communis, vt in c.
1.§.donare, qualiter feud.alien.pote.cum ſi.ibi allegatis. &

expreſsè hoc cautum eſt in cap.regis Caroli II. in planitie
ſancti Martini, quod incipit, item ſtatuimus, quòd licitum
ſit comitibus. char.12. ergo non extenditur in patre licet
de iure communi pater poſſit obligare fructus feudi pro
dote filiarum, vt inquit Bald.in d.§.donare. ſed per ordina
tionem regis Roberti, ad chartam 53. prouiſum fuit, quòd
ſicut frater pro dote ſororum poteſt obligare feudum, hoc
idem eſt in patre in pluribus filiabus. & pro hoc facit,
10 †quia diſpoſitio fauorabilis extenditur ad cauſam, vbi eſt
maior ratio, etiam ſi eſt exorbitans à regulis iuris, vt dicit
Barto.in l.ſi conſtante. in principio.in 10.quæſtio. primæ
partis.ff.ſoluto matrimonio. Alexander in 2.volumine, cõ-
ſil.50.incipiente, viſis actis.in 4.colum. verſicu. & pro iſta
opinion.tamen dictus rex corrigit dictam conſtitutionem
tam in patre, quàm in fratre, in patre, vt nõ poſſit obligare
feuda pro dote filiarum ſine regio aſſenſu, ſed tantum poſ-
ſit pater obligare fructus feudi vſque ad quinque annos, &
in fratre vſque ad ſeptem annos tantùm, vt dicit in ſequen
ti columna dictorum capitulorum, cha.22. Aduerte, quia
ego audiui à veteribus doctoribus, quòd regina Ioãna Pri-
ma interpretata fuit iſtam conſtitutionem, vt habeat locũ
etiam in patre, ſicut in fratre, tamen ego ſubmitto me ſu-
per hoc dubio veritati. Quid de quæſtio. quæ quotidie oc-
d currit. pater habens ᵈ tres vel quatuor filias, maritat vnam,
& dat ſibi in dotem, puta centum, alteri filiæ dat ducen-
tum, alteri filiæ trecentum, & vltra, & quartæ quatuor-
centum, & vltra, vtrum aliæ filiæ poſt mortem patris poſ-
ſunt dicere hæredi patris, nos volumus paragium? Iſtam
quæſtionem poſuit Carolus de Tocco gloſſator magnæ au
thoritatis in Longobarda. de eo, quòd pater habet neceſſe
filiis, vel filiabus.l.ſi quis Longobardus habuerit. vbi ar-
11 guit ad partes. † Et primò, quod poſſit filia agere ad ſup-
plementum legitimæ, quia pater non poteſt defraudare
filiam legitima.l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inofficio.
teſtamento.& in §.cæterùm. in authentica. vt.cum de ap-
pellatione cogno. quid enim ſi filia fuit nupta modica do-
te propter pulchritudinem, vel propter nobilitatem ſuam,
aut ob fauorem patris, nonne eſſet iniuſtum, quòd filia
non poſſet petere ſupplementum? Certè ſic. Et pro iſta
opinione allego Bald. in capitulo cum M. Ferrarienſis. de
conſtitutionibus, in columna ſeptima, vbi dicit, quòd ſi
filia habuit dotem à patre, & renuntiauit cum iuramento,
poſtea facultates patris ſunt auctæ, poteſt filia, non obſtan
te iuramento, petere ſupplementum legitimæ. quia iura-
mentum intelligitur, rebus ſic ſe habentibus. & iſtud re-
fert Iaſo.in l.ſi quando.§.illud.C. de inoffic.teſtamento.&
ibi vide eum, qui allegat Bald.in l. pactum quod dotali. in
6.oppoſitione C.de collationibus.& alias quotas, vt ibi per
eum, quas quotas & vltra allegat Alex. in l. in ratione.vlt.
columna.ff.ad l.Falci. In contrarium arguit Carolus quòd
nihil aliud poſſit petere. nam ſi pater poſſet cuilibet extra-
neo bona ſua in vita alienare, & donare, multò fortius po-
terit donare filiabus. & pro hoc l. vnius ff. ſi quis in frau-
dem patrona. vbi libertus poteſt donare benemerito, & de-
fraudare patronum legitima, ſed huic motiuo, dicit ipſe,
poſſe reſponderi, quia quando pater vendit extraneo, debe
tur euictio, ſecus ſi alienat filio, vt in l.cum pater.§.euictis.
12 ff de lega.2.& C.de lega.l.cum alienan. † Item quando pa-
ter vni filio pluſquam alteri donat, parit alteri liuorem, &
inuidiam, cum grauius videtur filio, quando pater plus
vni quàm alteri confert, quod non eſt ſic in extraneo, vt C.
de bonis quæ liber.l. cum oportet. tandem dicit quòd ipſe
eſt procliuus in primam partem, Et pro iſta opinio. be-
ne facit, quòd ante mortem aſcendentium deſcendentes
nullum ius habent in bonis aſcendentium l. j. §. impube-
ri.ff.de collation. bonorum l.ſi.ff.de liberis agnoſcendis. &
ibi Bartol.& d.l.ſi quando. §.fina.& ibi Bald.C.de inoffic.
teſtamento. Et vltra alios allego Alexã.in 3.volumine, con
ſilio 29. incipien. præclarè, ſubtiliter, ac copioſè & c.in 2.
colum. vbi dicit, quòd ſi pater dedit dotem vni filiæ plus
quàm alteri, illa, quæ minus habuit, etiam ſi facultates pa-
tris ſunt augmentatæ, nihil petere poteſt, ſicut ſi nõ excre-
uiſſent

viſſent facultates patris, nihil petere poſſet, allegat Iacobũ
Butrigarium in l. de fideicommiſſo. C. de tranſactio. & eun-
dem in d. l. pactum. & Bald. in l. quamuis. in fi. C. de fidei-
commiſ. & aliàs quotas, vt ibi per eum. Quibus etiam ad-
do, quod dicit Ange. in authent. de immenſ. donatio. in fi.
13 vbi dicit, † quòd pater poteſt priuare filium ſua legitima
conſumendo totum ſuum patrimonium, vt notat gloſſa
elegans & notabilis in l. cum à matre. C. de rei vendi. repe-
rio etiam Bald. nouellum de Peruſio in ſuo eleganti tracta-
tu de priuilegiis dotis. in 16. priuilegio dotis, in char. 18.
vbi dicit referendo opinion. aliquorum, quòd ſi filia eſt do
tata à patre, non eſt vnquam referenda quæſtio, quòd pa-
ter incompetenter dotauit, cum ipſe pater melius, quàm
alius conſilium ſciat capere pro filiis. l. nec in ea. ff. de adul
ter. & quod ſibi competens viſum fuit pro filia dare non
debet alteri videri incompetens, arg. l. ſi furioſo puberi. in
fi. ff. de curat. furioſ. nec redargui poteſt à quoquam, cum
nullus amor vincat paternum. l. fina. C. de curato. furioſ. &
allegat Paul. ita tenere in conſiliis ſuis, conſi. quod incipit,
ſuper primo quæſito. ſubdens in dicto conſilio, quòd pa-
tris dotatio ſemper præſumitur conueniens, niſi manife-
ſtè appareat de dolo patris. Item fallit, quando filia nul-
lam dotem habuit à patre, tunc in more patris debet habe-
re dotem, quantum eſt legitima, ita dicit Paulus de Caſt.
in conſilio 13 a. incipiente. licet iſta domina Liſa. Tamen
his non obſtantibus idem Bald. nouellus in loco prælle-
gato concludit, quòd poteſt agere ad ſupplementum, vt
videre poteris. Ego annis præteritis vidi iudicatum pro pri
ma opinio. Cardina. in ſacro conſilio in cauſa hæredum
14 Gradilli, in foro Neapolitano habitantium. † Quintò no.
ex text. ibi, partem feudi obligari. quòd iſta conſtitutio
non permittit fratri poſſe obligare feudum pro dote ſoro-
rum, ſed tantùm partem feudi. Appellatione autem par-
tis in dubio intelligitur de medietate, & ſic non totum. l.
etiam. ff. de vſufruct. l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de
verborum ſignificat. Fallit, niſi adiiciatur dictio, aliqua,
vt per Alexandrum in quarto volumi. conſilio 71. Item fal
lit, quando agitur de parte viſibili, tunc non accipitur pro
dimidia, ſecundum Rapha. Cuma. prout refert Iaſ. in l. de
pupillo. §. qui nuntiat. ff. de operis noui nuncia. Et ſic pote
rit obligare feudum infra medietatẽ pro dote ſororis, quia
in maiori ſumma ineſt minor. Sed quæro, vtrum feudum
ſit tacitè obligatum pro dote ſororis, ita quòd ſi feudum
alienetur, tranſeat cum obligatione præſtandi dotem, ſi-
cut dicimus, quòd quando alienatur feudum, de quo de-
bet præſtari victus & militia ſecundogenito, tranſit feudũ
penes quem eſt alienatum cum ſuo onere, ideſt, cum one-
re præſtandi victum & militiam, vt patet in c. regni edito
per Regem Robertum, quod incipit, alienationis actus. ad
chart. 43. ita dicamus etiam in dote, vt tranſeat cum onere
dotandi ſororem? Dic, quòd feudum non eſt tacitè obli-
gatum pro dote ſororis, quia non reperitur hoc iure cau-
tum, tamen onus feudi eſt maritare ſororem, vt dicit An-
15 dræ. inf. in conſti. in aliquibus. vbi quærit, † quid ſi frater de-
ſinit habere feudum, an ſoror, quæ non habuit dotem à fra
tre, poſſit agere contra poſſeſſorem feudi prædicti, ut præ-
ſtet ſibi dotem? Et concludit ꝙ non, niſi primò agat ſoror
reuocatoria contra illum poſſeſſorem tenentem feudum
alienatum per fratrẽ, per l. omnes. §. Lucius ff. quæ in frau
dem cred. ſed de hoc latius dicetur in d. conſtit. in aliquib.
Pro nunc vide Alexan. in l. in quartam. ff. ad l. Falc. & Bal.
in l. 1. C. ſi quid in fraud. pa. Item pone, ſtante iſta conſtitu
tione, quòd frater poſſit obligare feudum pro pecunia dan
da in dotem ſuæ ſorori ſine regio aſſenſu, quid ſi pendente
ſatisfactione dictæ pecuniæ promiſſæ in dotem, feudũ de-
uoluerunt regiæ curiæ, fortè quia frater ipſe eſſet mortuus
ſine prole, & ſic feudum illud fuit deuolutum regiæ cu-
riæ, vel ex alia cauſa, vtrum regia curia teneatur ſtare pi-
gnorationi dicti feudi factæ per illum fratrem? Dicit hic
Andræ. & in c. 1. §. donare. qualiter olim feuda alienari po-
e terant. quòd in regiſtris Imperatoris Federici reperitur[e],
quòd feudum dimittitur penes maritum, qui tenet in pi-
gnus feudum pro pecunia dotali promiſſa per illum fra-
trem, & fructus non computabit in ſortem propter onera
matrimonij, quæ ſuſtinet vir, & propter ſeruitium mili-
tare quod habet præſtare pro feudo, & ſubdit, ꝙ hoc fuit
ſatis æquum in tali imperatore, qui fuit rigidus in ſuis iuri
bus exigendis, & ſic intellexit illam conſtitutionem, ꝙ ẽt
ſi feudum aperiatur principi, ſeruanda eſt iſta conſtitut.
16 † Et ſic patet, quòd legem, quam ſtatuit rex ſuis ſubditis,
debet ipſe eam ſeruare, æquiparando conſenſum legis con-
ſenſui regis præſtito in obligatione feudi, per iſtam conſti-
tutionem. Cui adde, quòd conſtitutio regni ligat regem,
vt ſcribit copioſè Albericus de Roſ. in l. princeps. ff. de le-
gibus, & vide quæ ſcripſi ſuprà in conſtitut. pacis cultum.
in fine. & in conſtitut. edictorum. & in conſtitu. cum con-
ceſſiones. in 5. not. quibus addo Bald. in authenti. quibuſ-
cunque. C. de ſacroſanctis eccleſi. & vide eum in l. cum ip-
ſe. C. de contrahen. empt. & Petr. de Anchar. in repet. cap.
canonum ſtatuta. in duodecima quæſtione principa. col.
42. de conſtitu. & in capitu. primo, §. ad hæc. de pace iura-
mento firman. Et aduerte, quia iſtud, quod refert hic An-
dræas de regiſtris Imperatoris Federici, eſt correctum per
Regem Carolum Primum, in capit. quod incipit, ad ma-
f ieſtatis noſtræ [f] audientiam. charta 8. licet And. hic dicat,
quòd illud cap. non inuenitur, tamen ipſe de eo facit men
tionem in dicta l. imperialem. ubi ſunt iſta verba formalia
ſi autem contingat aliquod feudum, ſiue aliqua bona feu-
dalia obligari pro dotali pecunia confeſſa in contractu ma
trimonij, & ad nos per excadentiam, ſeu quacunque alia
ratione, vel cauſa deuenire deberet, volumus, quòd illud
feudum, ſeu res feudalis ad nos quietè, & liberè perueniat,
non obſtante obligatione prædicta, niſi cum in literis no-
ſtris ſuper aſſenſu eiuſdem matrimonij obtentis plena, &
expreſſa mẽtio habeatur de obligatione illius feudi, vel rei
feudalis pro dotali pecunia ipſius matrimonij, & etiam
quãtitate pecuniæ ſupradictæ &c. de iure communi quan
do bona ſunt confiſcata, fiſcus tenetur dotare filiam ex bo
nis confiſcatis, ut dicit Bald. in l. fina. in 2. colum. C. de do-
tis promiſſio. & Andræas in conſtitu. ob filiorum culpas.
ſic licet Rex Ferdinandus Primus in filiabus principis Ro
ſarij. l. quiſquis. C. ad l. Iuliam maieſtatis. dicat, quòd debet
17 præſtare alimoniam. † Sextò nota ex text. ibi, etiam ſi tria
feuda, aut plura habeant. quòd ſecundùm iſta iura frater
habens tria feuda, uel plura paterna, in quibus ipſi ſoli ſuc
cedunt excluſis fœminis, poſſunt fratres, qui ſuccedunt in
ipſis feudis pro dote ſororis dare vnum feudum ſine regio
aſſenſu ex permiſſu huius conſtit. ad inſtar dotarij conſti-
tuendi, vt ſup. in conſtit. ſi aliquis baro. rub. 11. præſentis
tertij lib. intellige æſtimatum, vel ineſtimatum propter ge-
neralitatem huius literæ. & pondera, quia dicit text. ille, ſo
rori, non dicit ſororibus; quaſi velit, ꝙ ſi habeat plures ſo-
rores, vni ſorori, quando habet tria feuda, vel plura, poteſt
vnum ex eis dare in dotem pro ea, dummodo matrimo-
nium contrahatur de licentia domini regis, ut hic dicitur.
Hodie autem per cap. Regis Caroli Primi præallegatum in
præcedenti no. clarè patet, ꝙ non ſufficit licentia regis ſu-
per matrimonio contrahendo inter barones regni, ſed li-
berè poſſunt contrahere matrimonio inter regios fideles
ſine aſſenſu regio, dummodo nõ detur feudum in dotem,
vt expreſsè dicit cap. Regis Caroli ſecundi in platirie ſan-
cti Martini, quod incipit, item ſtatuimus, ꝙ licitum ſit co
18 mitibus char. 22. † Et quãdo impetratur aſſenſus ſuper feu-
do dando in dotem, vbi de neceſſitate requiritur regius aſ-
ſenſus, ſi rex contentatur præſtare aſſenſum, non ſufficit,
ꝙ probetur per teſtes, ſed debet probari iſto caſu in ſcri-
ptis, vt dicitur in d. c. vt tunc dicatur præſtari in ſcriptis,
quando eſt præſtitus ſecundum ritum regiæ cancellariæ,
vt patet in capitulis reginæ Ioannæ primæ, in penultimo ca
pite, char. 59. Imò ſi feudum, vel bona feudalia dentur in
dotem uirtute huius conſtit. ſine regio aſſenſu, feuda ipſa
applicantur regiæ curiæ, & ſic iſto caſu non habet locum
conſtit. conſtitutionẽ diuæ memoriæ, vt liceat contrahenti
reuocare, quia capitulũ vult, ꝙ hoc caſu applicetur regiæ

curię ipſo iure ex virtute huius verbi, applicantur, vt vide-
tur probare text. in authen. de manda. princi. §. titulos. ibi,
applicabunt fiſco. Sed veritas eſt, ꝙ in hoc non eſt correcta
dicta conſtitutio, conſtitutionem. quia licet detur feudum
in dotem pro ſorore ſine regio aſſenſu, permittitur fratri
reuocatio, tum quia legum correctio eſt euitanda in du-
bio. l. pręcipimus. C. de appel. tum quia illud verbum, ap-
plicentur, indicat debere præcedere monitionem. item
quia eſt futuri temporis, & ſic non ipſo iure ſed per ſenten
tiam, vt dicit And. in ſimili in c. quo tempo. miles. & in c. j.
19 de feu. ſine culp. non amit. † Septimò, & vltimò no. ex text.
ibi, matrimonium de ſpeciali noſtra licentia contrahatur.
ꝙ quando matrimonium cõtrahebatur cum ſororibus ba-
ronum, vel feudatariorum regis de ſpeciali licentia regis,
talis licentia operabatur etiam aſſenſum regium in obliga-
tione partis feudi pro pecunia promiſſa pro dote, vel aſſen-
ſum ſuper dantem feuda in dotem, quando fratre habebat
tria feuda, vel vltra, hodie verò per dictum cap. in planitie
ſancti Martini, charta 22. vt dictum eſt in pręcedenti nota
bili, liberè feudatarij poſſunt contrahere matrimonia, &
pro ſeipſis filialibus, & ſororibus ſine requiſitione aſſenſus
regij, dummodo feudum non detur in dotem, nec cõtraha
tur ſuper feudis ſine aſſenſu regio in ſcriptis obtento. Aliàs
omnes conuentiones ſuper feudis ſunt ipſo iure nullæ, vt
hic dicitur in ſi. ſi regius aſſenſus deficit, ſed ſi ſubſequitur
validantur, vt dicit Andrę. in dicta l. imperialem in princi.
20 † Et ſcias, quòd quando conuentio eſt nulla ipſo iure, non
debet peti, quòd pronuntietur dictam conuentionem eſſe
nullam, per tex. in l. quæ ſub conditione ff. de conditio. in-
ſtitu. ſed debet peti declarari conuentionem eſſe nullam, vt
l. quædam mulier. ff. famil. erciſcun. & ff. de iure patrona. l.
Carmelia Pia. & nor. in l. 1. C. quando prouoca. non eſt ne-
ce ſecundùm Bald. ibi. In gloſ. 1. hęc glo. duo facit. primò
continuat conſtitu. ad præcedentes conſtitui. ſecundò po-
nit ſummarium ad iſta conſtituit. In gloſ. 2. hæc gloſſ. no-
tat ex iſta conſtitutio. vnam fallentiam ad regulam illam,
quòd feudum non poteſt alienari ſine conſenſu domini,
vt ſuprà in conſtitu. ſcire volumus. quæ eſt in prima conſti
tut. huius tertij libri, & in conſtitut. conſtitutionem diuæ
memorię. & hic in fin. Fallit, quando datur feudum in do-
tem pro dote ſororis, quando habet tria feuda, vel vltra, &
quando conſtituitur dotatium, vt ſuprà in conſt. ſi aliquis
baro. & dicit, not. iſtud priuilegium dotale, ſed hodie per
d. c. in planitie ſancti Martini iſtud priuilegium eſt caſſa-
21 tum, vt dixi ſuprà proximè † In ead. ibi. & regulariter. ſuo.
g iſtam glo. quæ expreſsè colligit ex text. ꝙ feudum non po-
teſt hypothecari ſine regio aſſenſu, quia ſi per iſtam conſt.
in hoc caſu ſpeciali permiſſum fuit fratri, vt poſſet pro do-
te ſororis in pecunia obligare feudum, ergo in contrarium
eſt ius commune. leg. ius ſingulare. cum ſi. ff. de legi. me-
lius hoc patet in dicta lege imperialem. in princip. vbi pro
habita alienatione, eſt etiam prohibita hypotheca ſine
aſſenſu regia, firmant gloſſ. & Andræ. hic, & ibi. & voluit
Alber. de Roſat. ff. de pignor. act. leg. tutor. §. fina. & pro-
batur in iuribus hic allegatis in gloſſ. & dictum fuit ſu-
prà in conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ. In gloſſ.
tertia, in verbo, ſorori, hæc gloſſ. ſentit quæſtionem, vtrum
frater tenetur maritare, & dotare ſororem coniunctam
22 ex parte matris tantùm, † & videtur dicere, quò de bo-
nis paternis non tenetur eam dotare, inquantũ allegat con
ſtitutionẽ, vt de ſucceſſionibus. ibi, in bon. patris. ſed puto,
ſi feudũ proceſſiſſet a matre, teneretur frater dare ſibi por
tionem iure naturæ ſibi competentem, non vt mera dotẽ
de paragio, ſed iure legitimę ſecundùm And. in conſt. in ali
quibus. & ibi latius dicetur. Sed quæritur pro declaratione
an ſi frater maritauit ſororem ex parte matris, & promiſit
ſibi dotem in pecunia, & voluntariè hoc fecit obligãdo feu
dum ſuum pro ipſa pecunia, nullo regio aſſenſu interue-
niẽte, an erit feudum obligatum virtute huius conſti.? Dic
quòd non, quia tutor dabit dotem ſorori alio patre natæ,
etiam ſi aliter eam nubere nõ potuit. nam & ſi honeſtè, ex
liberalitate fit, quæ ſeruanda arbitrio pupilli eſt, dicit text.
in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de adminiſtr. tutor. Sic
etiam Baro, vel feudatarius feudi paterni non dabit do-
23 tem ſorori ex parte matris. dicit gloſſ. ex ſuo arbitrio. † Ex
ſigna iſtam gloſſ. quę ęquiparat baronem pupillo, ut ſicut
pupillo interdicta eſt alienatio ſuorum bonorum, du-
rante pupillari ętate, ut in leg. lex quę tutores. C. de ad-
miniſtr. tuto. ſic etiam baroni interdicitur alienatio feudi
ſine conſenſu domini, ut hic, & in dicta conſtitutio. con-
24 ſtitutionem. cum ſimul. † Sed iuata hoc quęro, frater
ex ſua induſtria eſt facultuoſus, & nihil, uel parum ha-
buit de bonis paternis, nec maternis, habet ſororem ho-
neſtam coniunctam ex utroque parente, an ſoror poſſit
agere contra fratrem, ut eam maritet, & dotet de bonis
quęſitis per eum? Gloſſ. in dicto §. cum tutor. & Bartol.
ibi tangit hoc dubium, & tenet quòd ſic, & bene, per leg.
qui filium. §. quæſitum. ff. ubi pupil. educa. debet. & pro
hoc facit, quod dicit Cyn. in leg. non omni. C. de admini-
ſtra. tuto. quòd ſi frater tenetur alere ſororem, ergo & do-
tare cum cauſa dotis æquè, uel plus ſit fauorabilis, ſed ſi
haberet ſoror proprium, non teneretur, ſecundùm Bald. &
Alb. in l. fi. de dot. promiſ.

ANNOTATIONES.

a De fratribus.] Fratrum appellatione qui veniãt, vltra alleg. hic per Afflict. vide Abb. & cæteros in cap. cauſam. extrà de indi. Soc. in conſil. 1. 2. volum. Ant. Roſ. in tract. de ſucceſ. ab inteſta. 47. colum Alex conſi. 97. 2. parte. Pau. conſ. 181. ibi, an veniat baſtardus. & in conſi 331. ibi, an veniat legitimatus. & Guil. Bened. in repeti. cap. Rainutius. in verbo, ſi abſque liberis moreretur. num. 32. cl 2. & in verbo, mortuo itaque teſtatore. cl num 26.

b Quæro.] Nota, quod conſtitutio ſeu ſtatutum loquens de fratribus ſimpliciter abſque aliquo adiũctu, intelligitur de carnalibus, ſeu conſanguineis, & non patruelibus, ſeu conſobrinis, ita Barto. in l. Lucius. §. quæſitum ff. de leg. 3. & Alex. in l. ſi dotali. num. 4. ſolu. matr. infert. ad bonam q. & ratio huius dicti eſt, quia fratres conſobrini, ſeu patrueles non ſunt fratres propriè, ſed appellantur à legibus fratres patrueles, cum illo adiuncto & adiectione, ita dicit Bar. in d. §. quæſitum. ſequitur. Aret. in §. 1. col. 1. inſti. de legit. agnato. ſucceſ. & in §. quarto gradu. in ſi inſti. de gradi. & ex hoc inferri poteſt, quòd actio exempto & ſimiles, ex quo proferuntur cum illo adiuncto, non ſunt propriè actiones, & appellatione actionum non veniunt. ita firmant Moder. Hiſpani per doctrinam Bar. in d. §. quęſitum. in §. 1. col. 11. num. 12 de act. & ibi allega. Iaſ. in l. videamus. in princi. col. 2. de in lit. iuran. & in rub. ff. ſol. mat col 1. verſi. adde tex. & alia, de quibus ibi per eos, & vide tu Decium conſi. 461. in prin. & conſi. 511. in fi.

c Secundò quæro.] No. quòd fratris appellatione venit etiam ſoror. l. tres fratres. ff. de pact. & ſic conſtitu. hæc, quæ loquitur in fratribus, habebit locum etiam in ſorore primogenita. pro qua opi. Affli. facit, quod volunt Pau. & Alexan. in l. humanitatis. C. de impuber. & aliis ſubſtitut. qui legem illam loquentem in fratribus, ampliant etiam procedere in ſororibus, vt quemadmodum pater filio mentecapto, quando nõ habet filios, tenetur ſubſtituere fratres, ita teneatur etiam ſubſtituere ſorores & ſequitur ibi Dec. col fi. num. 11. pro qua etiam opi. facit tex. in l. Lucius. §. Mæuia el 2. ff. ad Treb. Amplia ſupradicta procedere non ſolum quando verbum, fratres, profertur à lege, vel ſtatuto vt in caſu noſtro, ſed etiam quando profertur ab homine, quia ibi etiam veniunt ſorores ita eleganter dixit Ange. in d. §. Mæuia. contra Rain. & in d. l. tres fratres. & ibi ſequitur Pau. de Caſt. in princip. & Alex. conſi. 85 col. 1. num. 7 vol. 4. & Dec. in l. 2. num. 117. de regu. iur. Limita primò ſupradicta omnia non procedere, quando illud nomen proferretur in ſingulari, puta, ſi diceretur frater, quia tunc ſiue proferatur à lege vel ſtatuto, ſiue ab homine, vtroque caſu non venit ſoror, quia hæc nomina. frater & ſoror, ſunt diuerſa ita Pau. de Caſt. ibi in d. l. tres fratres. & Pau. ſequitur Alex. in diſcurſu in d. conſi. 85. col. 1. in fi. verſi. ſed præmiſſis non obſtantibus. volu. 4. & Dec. in d. l. 2. num. 117. quia iura loquentia in materia. ſemper loquuntur in plurali, & non in ſingulari. Secundo limita non habere locum in materia odioſa, puta ſi ſtaret ſtatutũ, ꝙ ſoror excludatur a ſucceſſione fratris quia tunc non excluderetur à ſucceſſione ſororis, tum quia ſunt nomina diuerſa, frater & ſoror, vt dicit Pau. de Caſt. ubi ſupra, tum etiam quia ſumus in materia odioſa, & ſic contra ius commune. ita Ancha. in c. 1. de conſtitu. circa medium & ſequitur Alexan. in d. conſi. 85 in prin. & Pau de Caſt. conſi. 340. hæreditas prædicta. & Cur. conſi. 9. & Bened. Capra conſi. 61. cum viſo. col. fi. & hoc idem in caſu ſubſtitutionis firmat Fulg. conſi. 34 domina Catherina. Et idem in ſtatuto exorbitanti tenet Cor. conſi. 94 in prin. vol. 2. & firmat Alex. conſi. 45. col. 1. nu. 10. eo. 7. bene verum eſt, quòd Bald. in hoc videtur ſentire contrarium in conſi 47. factum tale, in verbo, dubitabant. lib. 5. ideo pro ſolu. vide Dec. in loco præallegato, vbi hanc fallentiam latè examinat & alleg bona conſilia. & omnino Hip. ſing. 39. & not. vnum, quòd dicit Alex. in d. conſi. 45. col. 1. quod in caſu l. tres fratres. & l. Lucius. §. quæſitum. & l. Lucius. §. Mæuia, el 2. appellatione fratrum veniunt

ſorores

ſorores ex interpretatione extenſiua, & non propria ſignificatione al leg.quædam, de quibus per eum. Tertiò limita non procedere, quando quis in vltimis conſtitutus conderet teſtamentum, & illius relinqueret executores fratres ſuos, quia tunc fratrum appellatione non veniunt ſorores. ita eleganter dixit Bal. in c.ad audientiam. col.fi.de reſcrip.& illam deciſ. dicit non eſſe alibi Iaſ.in l.ex facto. col.fi.num. 48.de vulga.& pupil. & mouetur, quia conſilium mulierum eſt inualidum, pro quo facit, quia præſtare conſilium, proprium eſt virorum & non mulierum. Bal.not.in l. 1.col. fi nu.51.C.qui admitt.adde tamen, quod licet hec deciſ. Bal. recipiatur à Iaſo. in loco præallegato ſimpliciter, ex mea tamen intentione poterit limitari, vt procedat quando teſtator erat vir, ſecus ſi fuiſſet fœmina & feciſſet ſuos fratres executores, quia tunc venient etiam ſorores fratrum appellat, & erũt executores tam fratres maſculi, quàm ſorores & pro hac limitatione allego bonom conſi. anch & vt perfecte habeas, audi pri.nò, quod poſterorum appellatione veniunt tantum hi, qui ſunt eiuſdem familiæ.l. vacatio.ff. de muneribus, & honoribus, & familiæ appellatione veniunt tantùm deſcendentes ex maſculis, ita eſt tex.in l.pronuntiatio.§. familiæ.verſi. communi iure.ff.de verb. ſig hanc regulam limitat ibi Anch.non habere locum, quando fœmina vteretur verbo hoc poſterorum, quia tunc veniunt etiam deſcendentes ex fœminis, & nõ infert, quòd ſi mulier recipit emphyteuſim pro ſe, & poſteris, veniunt etiam deſcendentes ex fœminis, quaſi mulier non videatur lineam fœmininam, & ſic proprium genus abhorruiſſe, & hoc dixit in conſ. 339. incip.pro maiori intelligen.col 3.quod proles fœmina.arg.l.plenum. §.equitu.de vſu & habi. & illud dictum anch.ornant bonis ſimilibus Mod.de Loazes Hiſp.in repet.l. filiusfa.§.diui,col.36.num.176.de legat.1.& pro ſing.alleg. Iaſo.in l.ſed ſi hac §. liberos in 1.not. ff.de in ius vocan.& Catel. Cotta in ſuis memor. in verbo, immunitates perſonis date, & Dec. in l.2. num. 98. de reg.iur.ita dicamus in caſu noſtro, quòd erunt executores, etiam ſorores fœminę, ne videatur teſtatrix abhorruiſſe proprium genus, & ſic lineam fœmininam, & hæc limitatio maxime procederet, quando teſtatrix haberet tantum ſorores, quia tunc relinquendo fratres executores, neceſſario intelligetur de ſororibus, & verificabitur ſermo teſtatricis in quo poteſt, argu. text.in l.fundus qui locatus, ff.de fund.inſtruct. aut habet tantum fratres, & tunc ſumus in claris, & ceſſat q.aut habet fratres & ſorores, & tunc procedit, ut dixi in limitatione prædicta, ſcilicet, quòd omnes erunt executores ratione prædicta, & non ſeparatim, ſed ſimul exequentur, arg.eorum, quæ dicit Bal.in Spec.in tit.de inſtru.edi.vltima charta, verſic.inter executores, quod pro ſingu alleg. Iaſ.in l. ſi quis à filio.§.ſi patri.col fin.de leg. 1.& Cotta in ſuis memo.in verbo, executores, qui tamen an poſſint exequi ſeparatim, colligitur ex doctrina Spec.in tit.de inſtru.edi.§.nunc verò aliqua. de ult. uolunt.verſic.ſed quid erit, ſi ſunt plures, cum verſi. ſeq. & per hoc tollitur ratio Baldi quia imbecillitas mulieris executricis adiuuatur per alios maſculos executores, qui ſimul cum fœminis exequentur, hæc tamen limitatio ad deciſi. Bald.noua eſt, eritque ſingu. & menti tenenda.cogitabis tamen. Batius.

d Pater habens] Adde ad hanc q. Afflic. in conſtitutio. in aliquibus. numer. 50.col fi.vbi alleg. Paul.conſi. 132. & omnino vide Deci. conſil. 26.vbi alleg. infinita ad hanc quæſtionem, & quæ dos poſſit dici congrua, vide Deci. conſi. 180. col. 2.& ibi dicit, quod dos ducatorum 800.conuenit plebeio & populari.& in conſil.26.col.2.dicit, quòd dos ducatorum mille eſt magna re & nomine, alleg.Bald.conſi. 123.in fin. lib. 1. propter quod dicitur, quod talis dos eſt conueniens etiã vni comiti, alleg. Fulgo.conſi.32.colum. 2.& apud Roma. dos ducato.400. erat dos magna ſecundum Aulum Gellium, & Blondum quos refert Claudius in l.2.col. 2.ff. ſolut. matr.in adde copioſum Neuizanum. fol.69.col.2 in prin.1.num.55 in parua impreſſione, & plura bona ponit Catel. Cotta in memorialibus, in uerbo, dos data ſeu promiſſa à patre, in ſi quem videris.

e Reperitur.] adde, quod hęc regiſtra. Imperatoris Feder. conſeruantur in archiuo in regno Siciliæ ultra Farum. nam in regno hoc de reſcriptis eius non reperitur, niſi teſtamentum eius, ita dicit Afflict.in conſt. Conſtitutionem diuæ memorię, num.12.& ibi num.66.verſicu. ſed pro intelligentia dicit, quod in archiuo Neapo. de reſcrip. Fede. nihil habemus, niſi eius teſtamentum, quod ipſe legit.& ibi infert ad intelligentiam Iſer.in cap.3.in fin. in addi. an ille qui int fra. do. ſui. ubi Andr. dicit, quòd regiſtra Fede. conſeruantur in archiuo Siciliæ vltra Farum, & eodem modo poteris intelligere Iſern. in capitulo primo, §.donare, qual. olim po feu.alie.in princi.addi.nume.5.& hoc tene menti, quia doctor. huius regni ſæpe faciunt mentionem de ſupra dictis regiſtris.

f ad maieſtatis noſtræ.] Iſtud capitu. ut dicit Andr. in capitulo imperialem, circa princip. non reperitur, ſed millies allegatum nec illud habeo in libro meo, ſed eius verba ponit hic afflict. Et adde, quod hoc capitulum inter alia diſponit, quod aſſenſus præſtitus ſuper obligatione feudorum in ſcriptis apparere debet, quod eſt contra Andr. in capitulo primo, §. fin. de vaſ. qui cont.conſtitu. Loth.beneſi.alien. vbi dicebat, quòd aſſenſus Regius poteſt probari per teſtes & tamen Andr. habuit notitiam de hoc capitulo ut hic per afflict. in conſtitu. honorem columna prima, numero ſecundo.libro tertio, de quo ultimo, an uidelicet aſſenſus poſſit probari per teſtes uerne, vide Afflic. in deciſ.398.circa finem.

g Regulariter.] Vide eundem ſuprà in conſtitut. ſi quis poſt litem, numero 12.

De aſſecuratione dominorum à vaſallis. Rub. XV.

QVONIAM in fi.conſtitut.ſuprà, mulier, quæ dotarium, ſuit dictum, quòd facienda eſt aſſecuratio à uaſallis mulieri, cui ſuit conſtitutum dotarium in ſeudo, in quo ſunt vaſalli, erat uidendum de forma ipſius iuramenti aſſecurationis à uaſallis præſtandi baronibus, & feudatariis, de cuius forma iuramenti non erat dictum, ideo ponitur forma iuramenti aſſecurationis dominorum à uaſallis. & iſtud iuramentum de iure communi feudorum appellatur iuramentum fidelitatis, ut patet in capit.1.qualiter uaſal. iura.debe.fide.& in capitu. 1.de for.fide.& capitu.1.de no. for.fidel.in uſi.feu.& Hoſtien.in ſumma, de feudis.§.quid ſit fidelitas.32.q. 5.capitu.de forma.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum fidelitatis & aſſecurationis à patre præſtitum an aſtringat filium.*
Iuramentum aſſecurationis an poſſit præſtari per procuratorem.
2 *Procurator abſque mandato ſpeciali ad iurandum fidelitatem non admittitur.*
3 *Iuramentum fidelitatis an poſſit per teſtes probari.*
Habitatores terræ feudalis, an teneantur omnes fidelitatem iurare.
4 *Vxor domini an debeat aſſecurari per vaſallos.*
Vaſallus vaſalli mei non eſt vaſallus meus.
5 *Vaſallus, qui domino fidelitatem iurauit, & ſucceſſoribus ſuis, an ipſo domino mortuo teneatur filio vel agnato iurare.*
6 *Habitantes in caſtro domini, an teneantur per iuſiurandum eum aſſecurare.*
7 *Literæ aſſecurationis vaſallorum quo ordine impetrentur à rege.*
Vaſallus toto conatu dominum captiuum, aut aliàs detentum liberare tenetur.
8 *Promiſſio de aliquo defendendo, intelligitur, ſi iniuſtè opprimeretur.*
Vaſallus non debet ſecretum domini ſui reuelare.
9 *Proditor dicitur, qui aliena reuelat ſecreta.*
10 *Secretum regis celare virtuoſum eſt, opera autem Dei propalare honorificum.*
11 *Sciens aliquid in ſecreto, non tenetur illud reuelare, ſi illud nequeat probare.*
12 *Vaſallus diſturbare debet pro poſſe, ſi quid aduerſi ſentiat domino imminere.*
13 *Vaſallus ſciens aliquid contra dominum, ipſum certiorare debet.*
14 *Rex virtute clauſulæ, ſaluo per omnia &c. an poſſit feudum conceſſum reuocare.*
15 *Arbitrio conceſſio, non de libero cenſetur, ſed de boni viri arbitrio.*
16 *Vaſallus ligius domini tantùm eſſe poteſt.*
17 *Ligium qui vni iurauit, non poteſt alii iurare.*
18 *Rege guerram habente cum barone feudatario ipſius, vaſalli baronis debent regi, & non baroni obedire.*

DOMINI A VASALLIS. Hic ponitur forma iuramenti aſſecurationis, quod debent præſtare uaſalli domino feudi & dicta forma talis eſt. Ego Titius ſuper hæc Sancta Euangelia iuro, quod ab hac hora in antea uſque ad ultimum diem uitæ meæ ero tibi fidelis contra omnem hominem, preter dominum regem, ita quòd eum aſſecuro de uita, & membris, & quòd non carceretur de perſona, & quòd non perdat

perdat ſuum honorem, & quòd ſecretum ei creditum, &
conſilium non reuelabit, & quòd ſi aliquod ſiniſtrum de
domino audiet, procurabit per ſe, vel alios pro poſſe di-
ſturbare: & ſi id facere nõ poſſit, reuelabit domino, quam
citius poterit, & ꝙ nunquam ſcienter erit in conſilio, vel
auxilio, ꝙ dominus terram, vel domum, quam habet, aut
habebit ipſam amittat, ſubaudi iniuſte, vel caſu fortuito,
imò ipſum dominum contra omnes homines defendere
pro poſſe curabit, ſalua fidelitate & mandato, & ordinatio-
ne regia, & ſuorum hæredum. Hoc dicit. Not. t. formam
iuramenti aſſecurationis, quam debent facere vaſalli ſuo
domino, concordan. allegaui ſuprà in præſenti rubrica.
1 Sed iuxta iſtam literam. † Quæro primò, an iſtud iuramen
tum fidelitatis, & aſſecurationis vt ſuprà præſtitum per pa
trem attingat eius filium? Reſpondeo, dicit Bald. in l. libe-
ros. C. de patri. qui fili. diſtra. ꝙ non, niſi filius poſſideret
feudum patris, vel niſi habitaſſet in domicilio, vbi pater
habitauit, vel niſi hoc eſſet ex antiqua conſuetudine, vt di-
cit Andre. de Barulo in l. cum ſcimus. C. de agricol. & cen-
ſitis, lib. 11. vel niſi eſſet iuratum pro ſe, & hæredibus ſuis.
cap. veritatis. de iureiurando. Andre. in conſtitut. eos. Se-
cundò quæro, an tale iuramentũ aſſecurationis poſſit præ-
ſtari per procuratorem habentem ſpeciale mandatum ad
ſic iurandum? Bald. in l. 1. in fi. ff. de rerum diui. dicit, quòd
non poteſt præſtari per procuratorem, quia habet annexã
reuerentiæ exhibitionem, quæ in præſentia fieri debet: ſi-
cut ſi tenet ut dominum aſſociare, non poteſt mittere pro-
curatorem. fallit, quando iurat vniuerſitas, ciuitas, vel ca-
ſtrum, vt in Specul. de feud. in fi. Cui addo, ꝙ in contrariũ
facit gloſſ. pen. in cap. ſignificauit. de electio. vbi dicit, quòd
pallium poteſt recipi per alium, ſi epiſcopus eſt abſens, &
tamen in receptione palij iuratur fidelitas, & ſic per pro-
curatorem præſtatur fidelitas, data abſentia principalis.
Item pro hoc bene facit tex. iuncta gloſſ. in c. fin. de iureiu-
ran. lib. 6. vbi poſitio procuratoris habentis ſpeciale mãda-
tum operatur effectum, ac ſi eſſet facta per principalem, ēt
quò ad pœnam. hoc vltimum non affirmo, ſed remitto co-
gitandum, vt detur funditus materia cogitãdi, vide Archi-
2 diacon. 63. diſt. capit. tibi domino. vbi dicit, † ꝙ procurator
ſine ſpeciali mandato non admittitur ad iurandam fideli-
tatem, ergo cum ſpeciali mandato ſic, allegat iſtam ratio-
nem, procurator, qui habet ſpeciale mandatum ad iuran-
dum, poteſt referre iuramentum deciſorium, vt ff. de iure-
iuran. l. pupillus §. procurator, ſi poteſt iurare fidelitatem,
& ſubdit, ꝙ ita ſeruat curia. Alij vero aliter dicunt. Poſtea
meditando recordatus ſui de his, quę dicit Bald. in l. vnica.
§. ne autem. in fi. C. de caducis tollendis. vbi tenet, ꝙ iura-
mentum fidelitatis poteſt pręſtari per procuratorem, quia
inueſtitura, & fidelitas eſt eiuſdem naturæ, vt in cap. 1. §. per-
ſonam. per quos fiat inueſti. & hoc firmat Iacobus de Alua
ro. ibi. Tertiò quæro, an Comes, vel Baro, vel feudatarius
poſſit ſine licentia regis recipere à ſuis vaſallis iſtud iura-
mentum aſſecurationis? Dic, quòd non, imò ſi ſine literis
regia reciperet tale iuramentum, perderet comitatum, ſi eſ-
ſet Comes, uel Baro, vt infrà in conſtitu. Comites, de ſuc-
3 ceſ. comi. vel Baro. † Quarto quæro, vtrum iuramentum
iſtud fidelitatis, quod fuerit præſtitum per vaſallos, poſſit
probari per teſtes, vel de neceſſitate debeat probari in ſcri-
ptis? Lucas de Penna in d. l. 1. in fi. C. qui militare non poſ-
ſunt, li. 12. tenet, ꝙ debet in ſcriptis probari, allegat Archi-
diaconum 8. quæſt. 3. cap. Artaldus. tu vide ſuprà in conſti
tutione, probationis defectu. Quintò quæro, an omnes ha
bitantes in terra feudali teneantur dominum aſſecurare,
& ſic iurare fidelitatem? And. in cap. 1. qualiter vaſallus iu
ra. debet fidelitatem. videtur dicere, quòd ſic, quia in terra
ipſa feudali ipſi feudatarij recipiunt ſubſtantiam alimẽto-
rum, ſed Lucas de Penna in l. deuotum. C. de metatis. libr.
12. nõ putat hoc verum de iure communi, vt ibi per eum.
Sextò quæro, ecce, ꝙ in terra Baronis ſunt ſubfeudatarij,
qui tenent feuda quaternata à rege, vt dicitur infrà in con-
ſtitutione, poſt mortem, vtrum iſti ſubfeudatarij teneãtur
præſtare iuramentum prædictum aſſecurationis ipſi baro-
ni? Iſtud dubium tangit And. in d. capi. 1. qualiter vaſallus
iurare debet fidelitatem, in ſua additione, & ibi dixi in 4.
notabili. & cõcluditur ꝙ ſic, niſi rex dediſſet feudum qua-
ternatum in terra baronis exiſtens liberum, ſicut eſt apud
regem, vel ꝙ dictum feudum eſſet exemptum à dicta baro-
4 nia, ſecundùm And. ibi † Septimò quæro, an vxor domini
debeat aſſecurari à vaſallis, ſicut ipſe dominus? Iacobus de
Ardizo. in ſumma, qualiter vaſallus iurare debet fidelita-
tem. §. generaliter. tenet, ꝙ etiam vxori domini præſtanda
eſt fidelitas. Octauo quæro, an vaſallus vaſalli mei tenea-
tur me aſſecurare, & ſic facere mihi fidelitatem? Tãgit hoc
And. in c. 1. §. ſimiliter. de capitu. Corra. & Andre. in l. im-
perialem. §. illud, de prohibita feudi alien. per Federicum.
& de hoc eſt glo. ſuprà in conſtit. probationum defectum,
ſub rub. 35. in 2. lib. multa iura in argumentum pro & con
tra allegat hic And. finaliter tenet, ꝙ ſi vaſallus vaſalli mei
tenet ab eo id, quod ad me non pertinet, non tenetur mi-
hi iurare, quia non eſt meus uaſallus. l. de acceſſionibus. ff.
de diuer. & tempo. præſcrip. ff. de verbo. ſigni. l. Modeſti-
nus. ſed ſi vaſallus vaſalli mei tenet aliquid de eo, quod con
ceſſi vaſallo meo, debet mihi iurare, & ſic erit meus vaſal-
lus, quia quod ex re mea procedit, meum eſt, & dicit, quòd
iſta eſt æqua diſtinctio, & dicitur obtineri de conſuetudi-
ne, tu vide, quæ dixi in conſtitut. probationum defectum,
& ita videtur etiam tenere Iac. de Alua. in d. cap. 1. §. fin. de
5 controuer. inueſti. † Nonò quęro, uaſallus præſtitit iuramẽ
tum fidelitatis patri & ſucceſſoribus ſuis, qui tunc erat do
minus caſtri poſt eius mortem ſuccedit filius, vel agnatus,
an teneantur uaſalli iterum iurare filio, uel agnato, qui ſuc
cedit in feudo, fidelitatem? Videtur prima facie, ꝙ non te-
neantur uaſalli iurare fidelitatem ſucceſſori, ſi ſemel iura-
uerunt prędeceſſori, & ſucceſſoribus, & hoc per text. in ca.
ego. N. epiſcopus. de iureiuran. ita uidetur dicere Iaco. de
Bel. in cap. 1. qui ſucceſ. tene. Item, quia iuramentũ ex par-
te eius, cui iuratur, eſt in rem, ſecundùm Innocen. & Ioan.
And. in cap. ueritatis. de iureiuran. & not. in c. omnes filij.
ſi de feu. ſue. controuer. inter dom. & agnat. ſed in contra-
rium eſt veritas, nam gloſ. in cap. 1. in princ. quæ ſit prima
cau. benefic. amitten. expreſſè uult, ꝙ ſi deceſſit dominus
feudi, uaſallus nouo domino intra annum & diem debet b
denũtiare mortem, & polliceri fidelitatem facere, & illam
gl. ſequitur ibi And. de Iſern. & idem ſequuntur ibi moder
6 ni, uidelicet Prępoſitus Sancti Ambroſij. † Decimò quæro
utrum omnes habitantes in caſtro domini, ſiue teneant res
feudales à domino, ſiue nihil teneant, ſed ſolùm habitent
ſiue faciant aliquam artem, ſiue mercantiam, uel aliquam
induſtriam, debeant per iuſiurandum dominum aſſecura-
re, & iurare? Andr. in d. c. 1. qualiter uaſ. iura. debet fideli.
dicit, quod rõne habitationis, & iuriſdictionis, quã habet
dominus in eos, ſeu bonorum, quæ habẽt in terra baronis,
debent iurare, & aſſecurare, quod ſeruabunt uitã domini,
membra, honorem, & euitabunt eius mortem, & tenebũt
ſecretum domini. & ſic uidetur, quòd aliud ſit iuramẽtũ fi
delitatis uaſalli habentis feudum à domino, & aliud iura-
mentum aſſecurationis ab eo, qui nullum habet feudum
à domino, ſed ſolùm habitat in terra domini. & firmat hoc
Iaco. de Aluaro. in d. capit. 1. qualiter uaſ. iurare de. fideli.
7 † Vndecimò quæro, quis eſt ordo in obtinendo à rege lite-
ras aſſecurationis uaſallorũ? Dic, quòd uolens impetrare à
regia curia literas aſſecurationis uaſallorum, debet portare
in regia curia literas iuſtitiarii, in quibus continebitur ius,
quod habet in ſucceſſione feudi, numen feudi, annuus ua
lor ipſius, & ſeruitium, quod præſtat regi, & ſi defunctus
iuſtè tenebat feudum, ut in capi. regis Caroli primi, quod
incipit, uolumus. charta 4. ſed tempore regum de Arago-
nia non uidi hoc fuiſſe ſeruatum, quia fiſcales regii de hoc
inquirunt, & ad hoc facit ordinatio facta per iudices ma-
gnę curię, quę incipit, die octauo Maii &c. char. 9. Secun-
dò not. ex text. ibi, & captione corporis ſui, quòd eo ipſo,
quòd uaſallus ſcit dominum ſuum iniuſtè eſſe carceratum
ita ꝙ non eſt liber ſibi acceſſus, & receſſus à loco, ubi deten
tus, tenetur uaſallus ipſe omnem ſuum conatum facere, ꝙ
dominus

dominus ſit liber, vt eſt tex.& ibi Andr.in c.1.§.ſed & qui
delator. quæ ſit prima cau.benefi. amit. duobus ergo caſi-
bus vaſallus excuſabitur. primò, quando vaſallus ad nihilũ
poteſt dominum ſuum adiuuare propter eius impotentiã,
vt in c.1.§.item qui domino.eo.tit. ſecundò quando iuſtè
fuiſſet carceratus, procedit ergo iſtud notabile, quando in-
iuſtè fuit dominus carceratus, ſecũdum And.in d.§.& qui
delator. & in c.1. hic finitur lex Corradi. Et pro hoc facit,
8 quod dicit Pet.de Anch.in conſ.83.† quòd promittens de-
fendere aliquem intelligatur, quando iniuſtè opprimere-
tur, ſecus ſi iuſtè, allegat gl. in ca.pro illorum.de præben.
vide ad hoc multa ſimilia, quæ allegat ad hoc Fely.in cap.
cauſam quæ.in penul.colum.de reſcrip. Et intellige, quòd
non eſt neceſſarium, ꝙ carceratio domini ſit denuntiata
vaſallo, vt euitet pœnam periurij, ſed ſufficit, quòd illam
ſciat, quia certus certiorari non debet.l.1.ff.de actionibus
empti.vbi denuntiatio non eſt de forma, vt ſcripſi in con-
ſtitutione, ſancimus, de iure ꝓmiſcos. Tertiò no.ex tex.
ibi, conſilium, quod ei crediderit, nulli reuelet, quòd vaſal-
lus, qui præſtitit iuramentum aſſecurationis domino ſuo,
non debet releuare ſecretum domini ſui in eius damnum,
& ſic vt incidat in pęnam proditionis ex reuelatione ſecre
ti, tria copulatiuè requiruntur. primò ipſa reuelatio, ſecun
dò, ꝙ animo damnificandi dominum ſit facta: tertiò, ꝙ
ex ipſa manifeſtatione ſequutum ſit damnũ domino. con-
cordat tex. in ca.1.hic poteſt eſſe titulus, quibus modis feu
dum amittatur, rub.16. Accedat ad hoc id, quod dicit Bal.
in titu.de pace Conſtan.in uerſ. cadentia. & quod legitur
2.Reg.cap.18.& in ſumma Beati Ant.in 2.parte, tit.1. ca.
9 22. verſ.quantùm ad ſecundum. † Proditor enim dicitur,
qui aliena ſecreta reuelat, vt not.in d. capi.1.de forma fi-
deli.& ideo, qui denuntiat ſecreta hoſtibus, punitur pœna
capitali, vt in l.omne. §.exploratores.ff.de re milit.& in l.ſi
quis aliquid.§.1.ff.de pęn. Sed iuxta hoc quæro, quid ſi do
minus dixit ſecretè vaſallo, ꝙ uult occidere Titium, an va-
ſallus poterit reuelare, aut quid facere debet? Dicit Andr.
in d.cap.1.de forma fideli. quòd vaſallus debet perſuadere
domino, ꝙ non faciat. Item poteſt dicere Titio, ꝙ cuſto-
diat ſe ꝙ quidam vult eum occidere, non nominãdo per-
ſonam ſicut dicitur in ca.ſi ſacerdos.de offi.ordina. & pro
iſta deciſione allegatur gl.13.diſ.c.nerui.in ver. contagio-
ne. Et ſcias, ꝙ illud dicitur eſſe ſecretum, quod vult domi-
nus, ꝙ neſciatur ab alio, vt no.in l. eius qui in prouincia.ff.
ſi cert.petat.22.q.5.cap. de forma.& vide in Longobarda,
de his, qui ſecreta regis fraudulenter notificant. Item quę-
ro, quis probabit, ꝙ animo damnificandi dominum vaſal-
lus reuelat? Vide gl.& doct.in d.rubr.16.in vſibus feudo-
rum ſed Io.And.tit.de pœnis.cap.2.lib.6. dicit, ꝙ vaſallus
habet probare, ꝙ non animo damnificandi, & vide Andr.
ibi, & quæ ibi dixi, qualiter probabit vaſallus, ꝙ non ani-
10 mo damnificandi reuelauit ſecretum domini. † Itẽ eſt ſciẽ-
dum, quòd virtus eſt cęlare ſecretum regis, opera autem
Dei reuelare & cõfiteri honorificum eſt. hoc canit Sancta
Mater Eccleſia in prima lectione S. Seuerini tranſlatiuè ex
ſecundo ſermone S. Ambroſij, ſuper illo verſu Pſalmi. In
corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Pri-
die fui interrogatus, ſi laico fuit reuelatum ſecretum ſub
ſigillo confeſſionis pœnitentiæ, & demum ille fuit citatus
vt teſtis, & interrogatus cum iuramento ſuper illo ſecreto
an liceat ei dicere, quòd nihil ſcit, ſicut eſt in presbytero,
qui illud, quod ſcit in confeſſione, ſi eſt interrogatus cum
iuramento de aliquo, de quo ille confeſſus fuit, poteſt libe-
rè dicere, ꝙ nihil ſcit, & dicit verũ, ꝙ illud, quod ipſe ſcit,
nõ ſcit vt homo, ſed vt Deus, ut dicit Beatus Tho.in 4.ſen
ten. diſt.20.& Beatus Anto. in 3.parte ſuę ſummæ.tit.18.
& dicunt Abb.& Fely.in c.intimauit. de teſtib.& Abb.in
c.qualiter.el 1.in fi.de accuſa.& in c.omnis.in fine, de pœ-
niten.& remiſſ. Et concludunt dicti doct. quòd iſte laicus
qui non poteſt audire confeſſiones peccatorum, niſi in ca-
ſu neceſſitatis, cum iuramento tenentur reuelare id, quod
ſoli in ſecreto & pœnitentia fuit ſibi reuelatum. & vide ad
hoc conſiliũ 38.Car.Flo.quod incipit, quidam habens vnũ

11 filium. † Ego eſſem in opi. ꝙ ſi illud, quod dictum fuit mi-
hi ſecretè, & in pœnitentia, poſſem per alium probare, &
ſic haberem conteſtem ſub iuramento delato à iudice, pro-
cedunt ſupradicta, ſed ſi illud ſecretum non poſſem per
alium probare, non teneor cum iuramento reuelare iudi-
ci, per tex.no.in c.plerunque.5.quæſt.7. & iſtum tex. alle-
gat Alexand.in 4.volum. conſil. 55. & ideo cum iſta ſcien-
tia in ſecreto non eſt probabilis, non tenetur reuelare, per
l.qui accuſare.C. de eden. & dicitur immunis à delicto, vt
in l.noſtris.C.de calum. Et dicit frater Baptiſta de Salis de
prouincia in ſua ſumma, in ver. reſtitut.3. quòd vaſallus,
qui tenetur reuelare dño ſiniſtrum, quod intellexit de do-
mino ſuo, vt dicitur de iſta conſtitut. quòd ſi hoc non põt
probare: quia ipſe ſolus hoc ſcit, non tenetur reuelare, al-
legat quoddam conſilium Bal. quod incipit. quanquam al
legata ſint multa. remitto tamen me ad dicta per Beatum
Anto.in 3. parte ſummæ, tit.18.§.qui teneãtur ad ſigillum
confeſſionis. Et volo, quòd ſcias vnũ dictum, quod faciet ti
bi honorẽ, quòd ſi rogatus eſt teſtis, vt interueniat in matri
monio clãdeſtino, & ꝙ debeat illud tenere ſecretum, ꝙ ex
hoc probatur, ꝙ dictum matrimonium non fuit liberè cõ-
tractum. ita dixit Alexand.in 4.volum.conſi.47.incipien-
12 te, in cauſa prædicta 4.colum.ver.præterea omne. † Quar-
to no.ex tex.ibi, diſturbare non poſſunt, ſcilicet ſemper ſi-
niſtrum domini, ꝙ vaſallus videns imminere aliquod ſini-
ſtrum, ideſt, aduerſum, vel ſæuum, ideſt, cum aliquod con
trarium in rebus humanis domino imminet, diſturbare te
netur, ſi poteſt per ſe, vel alium: nam diſturbare conturba-
re eſt, à turba dicitur, ideſt, cum hominibus pluribus tur-
bare illud aduerſum. totum hoc continetur in c.1.de not.
forma fideli. ibi, iuro, ꝙ ſcienter non ero in conſilio, vel au
xilio, vel in facto, ꝙ tu amittas vitam, vel membrum aliqđ,
vel tu recipias in perſonam aliquam læſionem, uel iniuriã
vel contumeliam, vel ꝙ tu amittas aliquem honorem, quẽ
nunc habes, vel in antea habebis, & ſi ſciuero, uel audiuero
de aliquo, qui uelit aliquid iſtorum contra te facere, pro
poſſe meo, ut non fiat, impedimentum pręſtabo, & ſi im-
pedimentum præſtare nequeo, quàm citò potero, tibi nun
tiabo, & contra eum, prout potero, tibi meum auxiliũ præ
13 ſtabo, quod vltimum intellige, ut ſuprà dixi. † Quintò not.
tex. ibi, nuntiare curabunt, ꝙ dominus eſt certiorandus à
vaſallo ſciente aliquod ſiniſtrum uenturum contra domi-
num, quod intellige cum limitatione, quam dixi ſuprà in
3.no. Sextò no.ex tex.ibi, ſaluo per omnia fidelitate, & mã-
dato, & ordinatione noſtra, ꝙ iuramẽtum fidelitatis, quod
uocatur aſſecuratio, domini à uaſallis pręſtatur ſaluo iura-
mento ligio, quod pręſtatur regi, ut infra dicetur in gloſ. &
debet clauſula apponi, ſemper iuramento fidelitatis ſaluo,
quod pręſtatur inferiori à rege. Et ſi nõ eſſet appoſita iſta
clauſula, intelligeretur eſſe appoſita, ut dicit glo.in c.ſigni-
ficaſti.de electione, in uerbo, excipiatur. ubi dicit, ꝙ in iu-
ramento ſemper uidetur excepta authoritas Papę, de re-
ſcrip.c.conſtitutus.de iureiurand. ca.ueniens.l. imperato-
res.ff.ad municip.& eſt gl.fi.hic, quę allegat auth. de con-
ſuli.in fi. Et ideo dicebat Anto.de Butr. ꝙ nedum authori-
tas Papę uidetur excepta, ſed etiam alterius ſuperioris. Idẽ
dicit glo.fi.hic, quia inferior in pręiudicium ſui ſuperioris
non poteſt iurare. Idem Fel. in d.c. cõſtitutus. ubi pro hoc
allegat conſilium Feder. 191. & Alexand.in l. fi. ff. qui ſa-
tiſd.cogan.& Ioan.Andr.in mercur.in regula, in malis, &
multa ſimilia.& pro hoc uidetur gloſ.in c. contra mores 8.
diſt.quę dicit, ꝙ in omni pacto intelligitur excepta autho-
ritas ſuperioris.& dicit ibi Domin. ꝙ intelligitur etiam de
alio ſuperiore, quàm Papa, ſubaudi in his, in quibus ſupe-
rior laicus habet poteſtatem, ut dicit Fely.in d.c.conſtitu-
tus. Et dicit hic Andr. ꝙ in priuilegijs dominorũ antiquo-
rum ponebatur ſupradicta clauſula, de qua hic in text. ſed
hodie non ponitur, ſed ſolùm ponitur, iuribus noſtrę cu-
rię, & alienis ſemper ſaluis, de qua clauſula per eundem
14 in ca.1.qui ſucce.teneantur, & ibi dixi. † Sed iuxta hoc An-
dre. hic quęrit de una quęſtione. ecce, ꝙ in priuilegio con
ceſſionis feudi appoſita eſt iſta clauſula, ſaluo per omnia fi
delitate,

delitate, & mandato, & ordinatione regia, an ex uirtute iſtius clauſulę poſſit reuocare ſeudum ab illo feudatario, quando ſibi placet? Dicit hic And. ꝙ ipſe audiuit fuiſſe determinatum coram imperatore, ut quando dicta clauſula ponitur in conceſſione feudi, ꝙ ex qualibet leui cauſa poteſt ſibi auferri feudum, ſicut ex leui cauſa reuocatur quis in ſeruitutem, ut C. de obſeq. libe. l. 2. aliàs ſi non eſt apposita dicta clauſula, nõ reuocatur ſeudum, niſi ex magna cauſa ex illis, quę numerantur in c. 1. quę ſit prima cauſa bene. amit. & in c. 1. quib. mod. feud. amit. quas ego ibi numeraui. pro iſta opin. facit, quia quando fit iſta conceſſio feudi cum dicta clauſula, ſeudum erat concedentis, & in rebus proprijs, licitum fuit concedenti ſibi, vel regi ſeruare liberum arbitrium ut in l. fi. & ibi Bal. C. mand. Et ideo reuocando ex leui cauſa, nõ facit ſibi iniuriam, & pro hoc bene facit id, quod ſcribit Alexan. in l. 1. ff. de arbit profectò ex libero meo velle, illa uerba, ſaluo mandato, & ordinatione regia, debent intelligi arbitrio boni uiri, per iura, quæ allegat hic Andre. & vltra eum allego Bar. in l. ſi ſic. in
15 4. q. ff. de leg. 1. † vbi conceſſo arbitrio, intelligitur non de libero, ſed boni viri arbitrio, niſi ſit dictum, ꝙ conceditur plenum arbitrium. Idem Bar. in l. alio. in 4. colum. ff. de alimen. & ciba. leg. & in l. Lucius Titius. vbi eſt bonus tex. ff. de fideicom. liber. Car. in clemen. ſæpe. in 4. q. de verb. ſign. Et arbitrium boni viri conſiſtit in hoc, vt ſine cauſa conuicta non auferatur feudum, vt in c. 1. de natu. feudi. & in c. 1. de feu. ſine culp. non amit. & ideo bene dixit hic Andr. ꝙ dicta clauſula tempore ſuo non vtebantur in conceſſione feudi, nec in priuilegijs, & etiam hodie non eſt in vſu. In glo. 3. omiſſis duabus gloſ. præcedentibus, hæc gl. ponit diuerſas ſpecies iuramentorum, & primò dicit, nota iuramẽtum aſſecurationis dominorum à vaſallis, de quibus loquitur hæc conſtit. & conſtitutio, probationum defectum, & ſic videtur gl. ſentire, ꝙ iuramentum aſſecurationis, uel fidelitatis, uel homagij ſint ſynonyma. Item eſt iuramentũ, qđ pręſtat baiulus, & camerarius, de quo loquitur cõſtitutio. Item eſt iuramentum ligij. quod ſolùm pręſtatur regi, uel Imperatori, vel Papæ nullius fidelitate ſalua, ut dicit Bald. in l. unica. §. in primo. ult. col. C. de cad. tol. de quo in clem. paſtoralis. de iud & Ioã. And. in addi. Spec. in titu. de
16 feudis. §. quoniam. † Et ſic ligius non poteſt eſſe, niſi vnius domini, & non duorum dominorum, ut not. in d. clem. paſtoralis. & Io. An. in c. recolentes. de ſtatu mona. Sed quæro de una noua q. pone, ꝙ quis recipit ſeudum à rege Franciæ, & ſibi iurauit ligium, ab alio verò rege, puta rege Aragonum & utriuſque Siciliæ recipit feudum, & ſimiliter iurauit ligium, iſti reges poſtea habent guerram adinuicem; & requirit iſte vaſallus ligius ab iſtis duobus regibus uno eodemque tempore, vt pręſter ſeruitium, quid faciet iſte uaſallus? Videtur, ꝙ debeat ſeruire regi, cui primò iurauit ligium, quia ſecundum ligium præſtitum non poteſt habere naturam ligij, ſed habebit naturam fidelitatis, quæ intelligitur ſaluo iure primi per id, quod dicit Bald. in l. 1. in 23. q. ff. de rerum diui. dum allegat l. maiorem. ff. de pact. Et pro hoc bene facit text. in c. 1. hic finitur. vbi antiquior dominus cunctis eſt præferendus, nam in iuramento ligio non excipitur aliqua perſona, ſicut in iuramento fidelitatis videtur excepta perſona regis, ut in l. imperialem. §. fi.
17 † Et qui ligium iurauit, nõ poteſt alteri ligium iurare, quia iſtud ſecundum ligium importaret, ꝙ ſi eſſet validum iſtud ſecũdum, videretur vaſallus pœnitere, & facto ſemel ligio, non habet locum pœnitentia, ſecundum Bald. in c. cæterũ. 7. col. de iudi. fidelitas enim poteſt duobus dominis pręſtari, vt in c. omnes. ſi de feu. fue. controuer. & voluit Bart. in l. cum vnus. in princ. ff. de alimen. & ciba. lega. ſed non ligium. Sed aduerte, quia Bald. in d. l. 1. dicit, ꝙ ſi iſti duo domini bellum adinuicem habent, vaſallus nemini debet pręſtare auxilium, allegat. l. inuicem. ff. de hęred. inſt. Sed miror de hoc dicto, ex quo ſecundum iuramentum ligij non poteſt pręiudicare primo ligio, per c. recolentes, pręallegatum, ubi ſubditus non poteſt pręiudicare iuri ſuperioris, & ſic cum ſecundum ligium nõ poteſt habere uigorem contra primum, iſte uaſallus debet præſtare ſeruitium illi domino, cui primò iurauit ligium, & in hanc partem uidetur inclinare Bal. in 1. uolu. conſi. 159. incip. quę-
18 ritur primò, & in d. l. unica. §. ne autem. C. de cad. tol. † Patet ergo, ꝙ ſi dominus habet guerram, uel bellum cum aliquo potente Barone feudatario regis, uaſalli Baronis debent obedire regi, & non illi Baroni, ut expreſsè dicit gloſ. fi. hic, quam ſigna, & nota. allegat duo iura, ut hic, per ea; quę dixi in conſti. mulier quę dotarium, in 9. not. An ſi ciuitas per ſyndicum iurauit ligium regi, ſinguli de ciuitate uidentur ligium regi iuraſſe? Hanc quęſtionem tetigi in d. capitu. primo. qualiter uaſal. iura. debe. fideli. & quę ibi dixi, hic non repetam. Vltimo hęc gl. ponit practicam, quomodo reges ſolent recipere à uaſallis iſtud iuramentum ligij, nam uaſalli mittunt manus ſuas in manus regis, & nihil dicit gloſ. de oſculo. In glo. fina. no. & ſigna iſtam gloſ. ad id, quod ſuprà proximè dixi. Cętera de materia iuramenti fidelitatis, uide in locis pręallegatis ſuprà, in rubri. pręſentis conſtitutionis.

De fideiuſſione dominorum à vaſallis. Rub. XVI.

DICTVM eſt ſuprà proximo titulo, ꝙ uaſalli debent Baronem, uel eorum utilem dominum aſſecurare per illam formam iuramenti ibidem contentam, & ſi dicti uaſalli requiſiti cum literis denegarent eorum utili domino facere dictũ iuramentum fidelitatis, eorum feuda, quę tenẽt ab eodem domino, debent amittere, ut in capi. 1. §. eſt & alia. quæ ſit prima cauſa benefi. amit. & uoluit Andr. hic in nigro, in 2. colum. Verùm quia non ſolùm ex dicta cauſa uaſalli debẽt feuda amittere, ſed ex multis aliis cauſis, & delictis, quarum aliquę in hac conſtitutione enumerantur, de quibus cauſis & delictis non erat dictum. ideo ponitur hîc in rubri. ſolùm de una cauſa perditionis feudi, uidelicet quando uaſallus eſt requiſitus à domino, ut fideiubeat pro eo, & ille recuſat fideiubere, licet poſtea in nigro alię cauſę perditionis feudi inſinuentur. Nec inconuenit, ut ſub rubro ſpecialiter aliqua cauſa perditionis feudi apponatur, & in nigro ponantur alię cauſę perditionis feudi, ut eſt gloſſ. in authent. de inceſtis nupt. in principio. in uerſiculo illicitas.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus à domino requiſitus vt pro eo fideiubeat, ſi recuſauerit, poteſt feudo priuari.*
2 *Vaſallus ob fideiuſſionem domino denegatam non priuatur feudo, niſi publicè requiſitus fuerit.*
3 *Vaſallus ſub pœna priuationis feudi pro domino fideiubere tenetur.*
4 *Chriſtianus quilibet, quod bonum eſt, & alteri prodeſt, facere tenetur.*
Vaſalli an teneantur pro dominò fideiubere, ſicut & vaſallus.
5 *Fideiuſſio pro domino per vaſallum præſtita eſt ad hæredem tranſitoria.*
6 *Vaſallus feloniam committens feudo priuatur.*
7 *Vaſallus ter requiſitus pro ſeruitio domino præſtando, ſi ſit contumax proprietate & poſſeſſione feudi priuatur.*
8 *Feudatarius regis non ſoluens adoham tempore ſtatuto, an poſſit rex auctoritate propria poſſeſſionem feudi capere.*
9 *Vaſallus excuſans ſe ab adoha ſoluenda ob paupertatem, an priuetur feudo.*
10 *Vaſallus diminutum ſoluens ſeruitium, an poſſit feudo priuari.*
11 *Vaſallus diminutè ſoluens ſeruitium, punitur in quadruplum.*
12 *Rex an poſſit legem facere, quòd ſeruitium ſoluens diminutè, cadat à toto feudo.*

Vaſallus

13 *Vaſallus minor an reſtituatur aduerſus pœnam quadrupl.,ob non ſolutionem ſeruitij.*
14 *Baro cum regio aſſenſu an poſſit minuere ſeruitium,quod præſtat vaſallus pro feudo,quod tenet ab ipſo barone.*
Rege comitibus & baronibus adobam imponente, quantum debeant illi ſoluere.
15 *Adoha , ſeu ſeruitium militare quando per regem à vaſallis peti poſſit.*
Citatio vnà cum peremptorio an ſufficiat, vbi requiritur trina citatio .
16 *Rex volens adobam à baronibus petere , an debeat eos ter requirere.*
17 *Vaſalli baronum poſſunt eſſe doctores legum,& etiam iudices .*
18 *Vaſallus pro criminali cauſa carceratus relaxari debet fideiuſſoribus,dempto crimine læſæ maieſtatis.*
Dominus & vaſallus ad paria iudicantur.
19 *Proprietas feudi dignitatis , vel titulati ,quando acquiratur domino ſuperiori .*
Domino vaſallum leuiter percutienti indulgetur.
20 *Dominus ex cauſa villanum,ſeu ruſticum ſuum verberare poteſt leuiter,ſed non artificem,aut nobilem .*
Dominus eandem circa vxorem & filiam vaſalli honeſtatem ſeruare debet,quam vaſallus circa vxorem & filiam domini.
21 *Homagium pro vaſallagio capitur aliquando .*
22 *Vaſallus non eſt ſeruo æquiparandus.*
Vaſallus & libertus ſicut excedentia & exceſſa ſe habent.
23 *Maieſtati diuinæ nihil eorum quæ in mundo ſunt ,ſimilitudine condigna comparari poteſt .*
24 *Mandatum iudicis datum in ſcriptis tranſgrediens grauius punitur, quàm qui mandatum voce factum tranſgreditur.*

SI vaſallus à domino . Iſta eſt conſtitutio
edita per regem Rogerium auum Imperatoris Feder. Et diuiditur in duas. In prima ponit quatuor cauſas, per quas vaſallus debet perdere feudum , quod habet
à domino,& eidem applicari,& durat uſque ibi,& econtrario. Hic eſt 2.pars,in qua ponuntur quatuor aliæ cauſæ, per quas dominus perdit ſuum vaſallum,
& efficitur de demanio domini regis , & durat vſque in fi-
1 nem. † Et breuiter hoc intendit, dominus requirens ſuum
vaſallum per ſcripturam publicam,vt pro eo fideiubeat,&
& noluerit fideiubere , poteſt per iudicem domino petente, & cauſa cognita priuari feudo. Idem ſi vaſallus commiſit feloniam contra dominum , vel eius filios , aut vxorem . Idem ſi vaſallus monitus ter à domino ſuo, quòd præſtet ſeruitium debitum pro feudo & non præſtiterit. Idem ſi vaſallus non fecerit iuſtitiam quantum ſpectat ad vaſallum domino ſuo petenti ab eo iuſtitiam . Econtra verò ſi dominus vaſallum ſuum accuſatum de cauſa criminali,de crimine, quod non tangit regiam maieſta.& volentem dare fideiuſſorem dominum ſuum,& dominus noluerit pro eo in dicta cauſa fideiubere,dominus perdit homagium , ideſt ius vaſallagij, quod habet in eo , & efficitur vaſallus de demanio regis. Idem ſi dominus verberauerit vaſallum ſuum ſine iuſta cauſa . Idem ſi dominus commiſerit adulterium cum vxore vaſalli ſui . Idem ſi filiam vaſalli ſui ſtuprauerit contra filiæ voluntatem . Hoc
2 dicit vſque in fi. † Not. prima ex text. ibi , publicè requiſitus,quòd ad hoc,vt vaſallus perdat feudum propter denegatam fideiuſſionem , quam debet pro domino præſtare, requiritur, quòd ſit publicè requiſitus , & dicitur publicè requiſitus,ſi citatus fuit per iudicem competẽtem,vt fideiubeat pro domino,etiam cum clauſula iuſtificata,per l. 1. ff.ut in poſ. leg. iuncta.l. 1.C. commi. vel epiſt. uel fuit requiſitus cum iudice,notario, & teſtibus , vt in l.orphanotrophos.C.de epi.& cle. & in Specul. de inſtrum. edi.§.fi. vel fuit requiſitus in præſentia multorum teſtium , vt C. de cuſtod. reorum.l. ſi quis . Sed iuxta hoc quæro , an iſte text. habeat locum tam in vaſallis ratione feudi , quàm in vaſallis burgenſibus,qui tenentur ad iuramentum aſſecurationis? Dic quòd ſic,quia iſte text. videtur dicere , quòd dominus amittit homagium , ſi non fideiubet pro eo , pro quo habet homagium . Idem dicendum videtur in vaſallo,qui iurauit homagium domino, vt ſi non fideiubet pro eo,poſſit eum priuare rebus,quas tenet ab eo,etiam quòd non ſint feudales : quia fortè ſunt bona emphyteutica, vel libellaria , vel cenſualia : ſed ſi nihil habet ab eo, non tenetur vaſallus burgenſis fideiubere pro domino, quia ei nulla pœna imponitur: ſi non vult fideiubere,quod tenementi.
3 † Secundò not.ex text.ibi , fideiubere noluerit, quòd
vaſallus ſub pœna priuationis feudi neceſſitatur fideiubere pro domino, & nihilominus hæc iuris compulſio non liberat eum , vt tanquam fideiuſſor non teneatur ſoluere: quia hæc compulſio iuris eſt,& coacta voluntas,voluntas eſt, vt not. in l.ſi mulier. §. penult. ff.quod metus cauſa.& in l. 1. in ver. voluntati.eod. titu. & aduerſus hanc compulſionem legalem non competit reſtitutio : quia iure licito, ideſt auctoritate legis eſt facta: vt in l.continet.§.1.ff.quod metus cauſa.vbi dicit gloſſ quòd iuris executio non habet iniuriam, ut in iuribus ibi allegatis. Quæro quæ fuit ratio, quòd vaſallus à iure ſit compulſus fideiubere pro domino,cum ſit regula, quòd nemo inuitus teneatur fideiubere,vel contrahere, vt in l.ſicut.C.de actio.& obli. Reſpondeo,propter ius vaſallagij , propter quod reputatur ingratus,argumen.§.fi. in auth. vt cum de appe. cogno. Et quia dominus præſumitur ditior vaſallo, & vaſallus fideiubendo pro domino diuite , ſemper ſeruatur indemnis , ſi pro eo ſoluit, vt per Bald. & Ange.in l.fi. C. de execu. rei iudi. & in l.ſi pro ea. C.man.& per Doctor. in capitu. 1.de fideiuſſo.& ſi non ſoluit,poteſt ſoluere de bonis principalis, ſecundùm Bal.in l ſi procuratorem.§. ſi ignorantes.ff. mand.
4 † Et nedum vaſallus , ſed quilibet Chriſtianus debet facere,quod alteri prodeſt, & ſibi non nocet : vt not. in l.creditore.in fi.ff.de euict.cum con cor. ibi in gloſſ. allegatis. Et de iure eſt, quòd quando principalis tenetur fideiubere, & ipſe eſt diues, & ſoluendo , dicitur ſatisfeciſſe , etiam ſi dat fideiuſſorem minus idoneum,vt in l.mulier. C. de iure doti.vbi gloſſ.& Bald.& ſequuntur Pau. & Lud. Roma.& alij ſcribentes in l.2.in princip. ff.qui ſatiſda.cogan.& Bal. in l.1.§.ſi magiſtratus.ff.de magiſt.conue. Ex quibus infertur,quòd vaſallus non poteſt recuſari in fideiuſſorem pro domino: eo quia pauper: quia iſta conſtitutio omnem vaſallum facit habilem ad fideiubenddm pro domino, ſed verum eſt, quòd intelligitur de vaſallo habili, per l. 1. C. de ſacr.ſan. eccle. An autem mulier vaſalla domini tenextur fideiubere pro domino? Videtur quòd ſic propter generalitatem literæ, ut in l. de pretio . ff. de publ. ſed mihi videtur contrarium , quia mulier non eſt idonea pro fideiuſſore: vt in l.de die. §. qui mulierem. ff. qui ſatiſda.cogan. niſi in cauſa propria , quando fideiubet pro ſuo procura-
5 tore , vt dicit ibi Alexand. † An autem illa fideiuſſio præ-
ſtita per vaſallum pro domino ſuo tranſeat ad hæredem vaſalli ? Dic quòd ſic , text. eſt in l. fideiuſſoris. & ibi gloſſ. C.de fideiuſſ. Bartol. in l. cum apud. ff.iudic.ſolui. inſtitut. de fideiuſ. §. fideiuſſor . Quid dicendum de iſto caſu , qui fuit in facto. dominus dedit quoſdam ſuos uaſallos fid. diuites pro certa pecuniarum quantitate recepta , demum intereſt ipſius domini liberare illos uaſallos ſuos fideiuſſores, & dare alios fideiuſſores æquè idoneos , & facit in ius uocare ſuum creditorem , vt ueniat ad recipiendum obligationem aliorum fideiuſſorum æquè idoneorum : ille creditor comparet , & dicit, quòd non uult in hoc conſentire: utrum iudex poſſit liberare primos fideiuſſores , & loco eorum decretare , quòd recipiantur alij æquè idonei? Breuiter dic , quòd non poteſt cogi creditor , ut innouet ſuam obligationem : ut in l. ſi mandato.in fin. principij. ff. manda. ita firmat Paulus de Caſtr. in l. ſi pater. C. de colla.
6 † Tertiò not. ex tex. ibi, uel feloniam, quòd licèt iſte tex. puniat uaſallum committentem feloniam contra ipſum dominum,uel filios eius,uel contra uxorem domini, amiſſione feudi , quod tenet ab eodem domino , tamen per hoc non corrigitur text. in §.item ſi fidelis.qui.mod.feud.amit.

ubi

vbi perdit feudum vaſallus, ſi committat alias felonias: im
mò aliæ cauſæ perditionis feudi remanent in ſuo robo-
re, & in §. fi. eiuſdem tit. ego numeraui. 56. cauſas, per quas
vaſallus perdit feudum. ideo dic, vt ibi ſcripſi. Quartò not.
ex tex. ibi, vel ſi ſeruitium, quod et debet. quòd propter ſer
uitium certum, & determinatum, vel indeterminatum nõ
pręſtitum per vaſallum poſt trinam requiſitionem factam
per dominum, vaſallus perdit feudum, concordat text. in
ca. 1 §. ſed nec alia iuſtior, quę ſit prima cauſa benefi. ami.
& in. cap licet ſi de feu. fue. controuer. inter dom. & agna.
7 †Dubitabant quidam ſuper iſto tex. vtrum vaſallus requiſi
tus ter. vt præſtet ſeruitium pro feudo, & ſit cõtumax, pri
uetur ſolùm poſſeſſione feudi remanente ſibi proprietate,
vel etiam priuetur proprietate? Dicit hic Andre. circa fi-
nem primæ colum. quòd ex iſta culpa perdit vaſallus poſ-
ſeſſionem, & proprietatem, allegat d. §. ſed nec alia iuſtior.
Secundò, quidam dubitabant, vtrum iſta trina requiſitio,
quam babet facere duminus vaſallis, vt præſtet ſeruitium,
procedat etiam in rege, quando requiritur ſeruitium à co
mitibus, & baronibus, & feudatarijs regijs? Dicit hic And.
in fin. quòd iſta trina requiſitio non habet locum in rege,
ſed tãtùm in baronibus regni: & ita uidemus ſeruari. nam
ſcribitur per regiam cameram ſummariæ, poſtquam rex
decreuit eſſe ſoluendam adoham per barones, iſtud decre
tum regis eſt ſeruandum: vt in l. 1. ff. de conſtitu. princip.
commiſſarijs deputatis, per quod requirant barones, vt in-
tra tot dies ſoluant adoham in ſeruitio præſtando, requi-
ritur ſubmonitio, vt in dictis iuribus. & in cap. 1. de eo qui
interfe. fratrem domini ſui. & voluit Andre. in leg. impe-
8 rialem. in §. firmiter. † Sed quid ſi aliquis baro, vel feuda-
tarius regis non ſoluerit in tempore ſtatuto, an dominus
rex, uel eius commiſſarius poſſit propria authoritate cape-
re poſſeſſionem de dictis feudis? Andre. hic in quarta co-
lum. uidetur dicere, quòd ſi feudatarius, qui nõ ſoluit ado-
ham in tempore ſtatuto, & propterea commiſſarius regis
cœpit poſſeſſionem ſuorum feudorum, poſt tempus com-
paruerit, ſubaudi, in regia camera ſummariæ, & allegaret
iuſtum impedimentum, propter quod non potuit ſoluere
adoham, uel aliquam iuſtam cauſam, debet admitti ad ꝓ-
bandum, & tunc reſtituetur ſibi poſſeſſio feudorum abla-
ta, per l. ab hoſtibus. §. ſed ſi damnum. ff. ex quib. cau. ma-
io. ſed ſi non allegaret iuſtam cauſam, valuit illa priuatio
poſſeſſionis, & etiam proprietatis, ut ſuprà dixi, per text. in
d. §. ſed nec alia iuſtior. hoc uerum, ſi uaſallus non neget ſe
uaſallum pro illis feudis: uel non dicat ſe ſoluiſſe adoham
9 quam incontinenti probat ſoluiſſe. † Sed quid ſi uaſallus
poſt tempus ſubmonitionis comparet: & dicat, quòd non
ſoluit adoham propter paupertatem, & uult probare: ſed
nunc uult realiter ſoluere, an priuetur feudo? Dicit Andr.
in dicto §. ſed nec eſt alia iuſtior. & in dicto §. firmiter, ꝙ
non debet perdere feudum: quia ſi per neceſſitatem non
ſoluit, non eſt in culpa, arg. capit breui. de iureiuran. licet
de iuris ſubtilitate aliud ſit: quia uidetur in culpa: quia
non uendidit bona ſua pro ſatisfaciendo adoham, per re-
gulam leg. qui poteſt. ff. de regulis iuris. & ff. de legatis ſe-
cundo, leg ſi pecuniam. & hic latius per eum in quarta co
lumna in fine. Rurſus quærit hic Andre. quid ſi uaſallus
præſtaſſet ſeruitium diminutum: quia ubi debebat ſeruire
pro uiginti uncijs, ſeruiuit pro decem, uel pro quindecim
uncijs ualoris feudi, & ſic non recuſauit ſeruitium, an pri-
uetur feudo, ſicut quando non ſoluit totum: ut in prælle-
10 gato §. ſed nec eſt alia iuſtior. † Diſtinguit hic Andr. an ua-
ſallus ignoranter ſoluit diminutum ſeruitium, ut quia erat
hæres, qui præſumitur ignorare ualorem ſui feudi, ut in
leg. qui in alterius. ff. de regulis iuris. Et iſte non debet pu-
niri: quia dicit textus, ſcientiam & non ignorantiam pro-
babilem punire uolumus, ut in l. generali C. de tabul. libr.
decimo, & ignorans non contemnit. l. ſi ignorans. ff. loca-
ti & conducti. etiam ſi factum principis ignoraret, non di-
ceretur contemnere, per textum in l. ſi duas. ff. de excuſa-
tio. tutorum & pro hoc faciunt not. in l. ſecunda. C. de iu-
re emphyteut. ſi uero doloſè, uel fraudulenter: & ſic ſcien-
ter ſoluit diminutum ſeruitium, & tunc punitur, quate-
nus deliquit, id eſt, pro ea parte, pro qua fraudauit regiam
curiam ſoluendo diminutum ſeruitium pro ea parte puni
tur pœna quadrupli. ita declarauit rex Carolus ſecundus,
vt eſſet pœna quadrupli in eo, qui ſoluit diminutum ſer-
uitium, vel diminutè ſoluit adohamentum, vt dicit hic
Andre. & illud capit. incipit, voluntus tuam, ad char. tri-
11 geſimamoctauum. ſed Rex Carolus primus ſtatuit, † quòd
ille, qui diminutè ſoluit ſeruitium, puniatur in quadru-
plum, & ſi in totum non ſoluitur, puniatur arbitrio domi
ni regis, vt patet in capitul. quod incipit, prædeceſſorum
noſtrorum, cha. undecima, in quarta columna, & Rex Ro
bertus voluit, quod diminutè ſoluens ſeruitium admitta-
tur ad compoſitionem, vt in capit. quod incipit, ſignifica-
mus vobis, ad char. trigeſimamoctauam, & char. 57. pœna
enim committitur pro parte, & non in totum: vt conclu-
dit gloſſ. not. in capitu. 1, de vaſal. qui contra conſti. Lotha.
de quo per Docto. in l. quarta, §. Cato. ff. de verbo. obliga.
& hoc ſatis eſt æquum, vt patet in capit. ſuam, de pœnis. &
vide ad hoc Alexand. in l. ſi ſeruus plurium. ff. ſi quis cau-
12 tio. † Vtrum autem rex poſſet hodie facere legem, quòd
feudatarij ſoluentes diminutè ſeruitium, cadant à toto feu
do? Dicit hic Andre. quòd ſi hoc faceret pro futuris tem-
poribus, valeret, quia hęc lex data eſt futuris negotijs, &
rei ſuæ dicit legem, quam vult, ſecundùm Bald. in capit. 1.
in fin. principij. de feu. guardiæ. dum allegat l. fina. C. de le-
gi. cum ſim. Sed ſi faceret, quòd etiam in pręteritum ſerua
retur, non valeret: quia quando datum fuit, vel conceſſum
feudum: fuit conceſſum ſub lege, quòd ſoluens diminutè
ſeruitium puniatur in quadruplum: & hoc videtur in con
ceſſione tacitè actum, arg l. ſi cui. ff. de ſerui. & ff. de ritu
nupt l. quanquam. Item quia lex generalis non debet eſſe
pro commodo ſolius condentis ipſam legem: quia lex de-
bet eſſe iuſta, poſſibilis, & nõ pro priuato commodo, quar
ta diſt. capit. erit. lalis, niſi talis lex fieret pro bono publico
ad defenſionem regis, ut citius uenirent feudatarij ad ſer-
uiendum: tunc enim dominium priuati pro bono publi-
co auferri poteſt. ſ iuſto pretio, per l. item ſi uerberatum.
§. 1. ff. de rei uen. ff de euic. l. Lucius. ff. de re mili. l. non om
nis. l. fi. C. ex quib. cau. ſer. pro præmi. liber. accip. l. 2. dixi
in præludijs, in quarta, & duodecima quæſt. Iuxta prædi-
13 cta quærit hic Andr. † Quid ſi feudatarius, qui ſoluit dimi-
nutè ſeruitium, & ſic ab eo regius fiſcus petit quadruplum
eius, quod debebat ſoluere, & non ſoluit: ille feudatarius
dicit ad ſui excuſationem, quòd ipſe eſt maior annis 14. ſi
habet annos 15 & minor annis 18. petit ſe reſtitui in inte-
grum aduerſus dictam pœnam quadrupli. Concludit hic
Andre. quòd ceſſante dolo in eo, debet concedi reſtitutio
in integrum, per gloſſ. in l. imperialem. §. pręterea. de pro-
hi. feud. alie. per Fed. & idem ipſe Andre. firmauit ſuprà in
conſtit. minorum iura, ſupra in 2. lib. rub. 38. Rurſus quæ-
rit hic Andr. utrum ſi uaſallus eſt monitus, uel requiſitus,
ut præſtet ſeruitium, poſſit dicere regio fiſco, oſtendatis
mihi, quantum eſt illud ſeruitium, quod ego debeo pręſta
re, & quæ ſunt feudalia bona, pro quibus debeo ſoluere ſer
uitium? Et an regius fiſcus poſſit dicere feudatario, oſten-
de mihi, quę feuda tu tenes à regio fiſco, ut pro illis poſ-
ſim petere ſeruitium? Has quæſtiones tangit hic Andr. pa-
rum, ſed in capi. 1. de contro. inter maſ. & fœm. de benefic.
latius tetigi & in d. l. imperialem. §. illud. Ego examinaui
in d. cap. 1. de contro. inter maſc. & fœmi. de benefi. ubi al-
legaui multos doct. in diuerſis locis tangentes hanc quæ-
ſtionem, & in cap. 1. in princip. in 17. not. de contro. inue-
ſti. hanc quęſtio. tetigi. & ideo quę ibi dixi, hic non repe-
tam, ſed pro nunc recurre ad Lucam de Penna in l. 2. C.
quando & qui. quarta pars debe. lib. 10. & in l. 2. C. de fun.
limitro. libro decimo, & adde Iacob. de Ardi. in ſum. quib.
mod. feu. amit. §. vtrum uaſallus debet oſtendere feudum.
Iacob de Bel. & Bald. in cap. uaſallus. ſi de feu. fue. contro.
inter dom. & agna. & ibi per Prępoſitum Sancti Ambro.
& in Spe. de locat. §. nunc aliqua, uerſiculo 59. cum ſequen
ti. Bald. in l. ceſſante. C. quomodo & quando iud.

An

14 An autem † baro poſſit cum aſſenſu regio diminuere ſer-
uitium,quod præſtat vaſallus pro ſeudo, quod tenet à ba-
rone. Et an Rex poſſit ex certa ſcientia diminuere ſerui-
tium ſolitum præſtari pro feudo? Vide Andr.in d.l.impe-
rialem.§.præterea ducatus.& Prępoſitum in cap.s.in 6.co
lum.de his qui feud.dare poſ.ver.ſed poſito,quod ſub an-
nua pręſtatione &c.Et vide ad hoc vnũ verbum Bal.in c.1.
de feu.guar.in princ.col.3 ubi dicit,quòd diminutio ſerui
tij non eſt renunciatio,ſed moderatio naſcentis obligatio-
nis. & ideo valet indiſtinctè,ſubaudi, quando fit à princi-
pe ex certa ſcientia,ſecundùm Andrę.in § præterea duca-
tus. Vltimò quæro, quando Rex imponit adoham in re-
gno comitibus, & baronibus,& ſeudatariis. quantũ eſt il-
lud,quod regulariter ipſi debent ſoluere? Dic breuiter, ꝙ
pro ſingulis vnciis viginti,quibus ſunt redditus feudorum
vaſallos habentium,ſoluitur vnus miles pro adoha,i.vncię
9.cum dimidio, vnde ſi feudum eſt valoris annui redditus
100.vnciarum, debet ſoluere quinque milites,& quilibet
miles taxatur vnc 9.cum dimidio, ſecundum And.in c.1.
§.ſimiliter.de ca.qui cur.vend.& in c 1.§. ſimiliter.de cap.
Corr.& in l.imperialem.§.firmiter.& in c.1.§. ſed nec eſt
alia iuſtior. quæ ſit prima cau. beneſ.amit.ſi verò ſeudum
non habet vaſallos, & conſiſtit in bonis ſtabilibus, & eſt
redditus vnc.xx.per annum, adoha taxatur vnc.6.& ita di
cit Andr.in cap.1.in fi.quis dicatur dux, comes, vel mar-
chio.& in §.firmiter.& ita vidi taxari in regia camera ſum
mariæ,& ſic ſeruari. ſi uerò ſeudum non conſiſtat in bo-
nis ſtabilibus,nec in vaſallis,ſed conſiſtit in redditibus do
hanæ,vel baiulationis,vel ſuper alio iure incorporali,tunc
de ſingulis vnc.20.annuatim ſoluuntur vnc.iij.pro adoha.
ita dicit And.in d.c.1.§.fin. in fi.quis dicatur dux, comes,
vel marchio.& quando feuda nõ ſunt tanti valoris,fit coa-
ceruatio ipſorum ſeudorum de eodem genere,& ita eſt cõ
15 ſuetum fieri. Poſtremò quæro, quando † poteſt peti à Re-
ge iſta adoha, ſeu ſeruitium militare? Dic,quãdo eſt guer
ra in regno non momentanea,de quo per And.in c.1.§.fi.
de pa.iura.fir.Et an extra regnum feudatarij regni tenean-
tur ſeruire domino Regi? Vide And.in d §. ſed nec etiam
alia iuſtior.Quintò no.ex tex.ibi, ter ſubmonitus non præ
ſtiterit. quòd quando baro requirit ſeruitium pro feudo,
ad hoc ut ex contumacia uaſalli in non præſtando ſerui-
tium cauſetur amiſſio ſeudi, requiritur trina citatio, per
iſtum tex. An ſufficiat una citatio pro tribus cum perem-
ptorio? Dic ꝙ non,quia iſta conſtitutio expreſsè dicit, ꝙ
fiat trina ſubmonitio.Ita firmat Domin.de Sancto Gemi.
in c.ſi epiſcopus.diſtinc.18.& in c.ſi contra unum. de offi.
delega.lib.6.& pro hoc facit c.1.de mil.vaſal.qui contum.
eſt. vbi quando tractatur de amiſſione ſeudi,uaſallus de-
bet ter citari.& vide ad hoc Felyn.in c.ex literis. in 3.char.
de conſti.vbi ponit regulam, ꝙ ſufficit vna citatio cũ per-
emptorio,& poſtea ponit nouem limitationes,vide ad hoc
Bald.in l.tres denunciationes. C. quomodo & quando iu-
dex.& Doctor.in l.contumacia.§.1.ff. de re iudic.patet er-
go,quòd iſta conſtitutio loquitur in comitibus,& baroni
bus volentibus petere ſeruitium militare à ſuis uaſallis, ut
requiratur trina monitio. Bene facit text.in cap.fin.de cle-
ric.non reſident.& in capi.ex tuæ.eo.titu. Quæro quid in
16 Rege,an † Rex,quãdo uult petere adoham à baronibus &c.
debeat ter ipſos requirere, uel ſufficiat ſemel tãtùm inter-
pellare.ſupra in quarto nota.in uerſic.a. quidam dubita-
bant. allegaui Andrę.in fi.dicentem, ꝙ hoc non habet lo-
cum in Rege,& ita ſeruatur.dicit ipſe, ꝙ ſufficit ſemel eſſe
factam interpellationem : nihil tamen allegat,contra eum
facit illud,quod ſæpe fuit dictum,patere legem, quam tu
ipſe tuleris,ut in l.princeps.& ibi Alber.de Roſ. ff.de legi.
ſed pro iſta obſeruantia,quam dicit And. bene facit illud,
quod dicitur, ꝙ monitio iudicis habet uim peremptorij,
& trium citationum,ut no.in l. 2. C.quomodo & quando
iudex.& in c.conſuluit.de offi. dele.eſt enim Rex magnus
iudex ordinarius in toto regno,ideo ſufficit eius monitio,
quæ debet habere uim peremptorij, & trium citationum,
& ſic patet una ſingularis limitatio ex iſta doctrina Andr.
de Iſern.hic,quòd licet vbi tractatur de pęna infligenda,&
ius requirit tertiam monitionem,non ſufficiat una moni-
tio pro omnibus,vt dicit Abb.Sicul.in c. contingit. de ſen-
tent.ex commun. & eſt gloſſ.ſingul.in clement. 1.de vita &
honeſt.cleric.quam ibi allegat Abb.Sic & Andr.Barbat.in
ca.nos quidem.de teſtament.tamen hoc non habet locum
in Rege,vt hic per And.tene menti, quia nullus pondera-
17 uit Andr.ad hoc.† Sextò no.ex text.ibi, de eo quod ad ip-
ſum ſpectat per ſentẽtiã. quod interdum vaſalli baronum
ſunt legum doctores,& dominus rex elegit iudices magnę
curiæ vicariæ,vel in ſuum auditorem, & conſiliarium,nõ
obſtante, ꝙ non ſit de demanio,vel facit eum iudicem de-
legatum,& contingit, ꝙ ipſi habent feuda, quæ tenent ab
ipſis baronibus,ſi contingat baronem,à quo tenet ſeudum
litigare cum aliqua perſona de re feudali coram ipſo iudi-
ce ſuo ſeudatario, & ipſe iudex noluerit per ſententiam
cauſam determinare ſecundùm iuſtitiam,dominus poteſt
ipſum per exguardum diſſaſſire de dicto ſeudo.i.dominus
faciet conuenire ipſum uaſallum coram iudice competen
ti,& per iudicem,uel per ſententiam faciet ipſum diſſaſſi-
re,ita intelligit hic And.iſtum text.& bene. & pro hoc c.1.
de ſeu.ſine cul.non amit.cum concord.ſuis. Vtrum autem
iſte text.debeat intelligi generaliter, ſiue coram uaſallo ſit
lis inter dominum & uaſallum de aliqua re burgenſatica,
uel ſeudali, & uaſallus iudex noluit ſibi per ſententiam
cauſam expedire, vel ſolùm debeat ſtrictè intelligi, quan-
do litigatur de re ſeudali? Gloſſ.in c.1.§.item qui domino.
quæ ſit prima cauſa beneſic.ami.tenet, ꝙ ſolùm hoc habet
locum,quando litigatur de re feudali,& ſic non de re bur-
genſatica.Idem firmat And.ibi dicens, ꝙ generaliter debet
intelligi ille tex.ſiue dominus agat, ſiue conueniatur etiam
actione perſonali, vt in exemplo poſito ibi per And.in ſua
additione, tamen id dicit,quando eſt quæſtio de ſeudo. &
idem firmat in conſtit.infrà,ut participatio.de iniur.illata
curialibus,licet illum tex.aliter intelligant glo & alij ſcri-
bentes ibi,nihil tamen dicit Andr.ibi, quando litigatur de
re burgenſatica,ſed bene firmat gl.ibi,quæ dicit, ꝙ ille tex.
non habet locum,niſi quando litigatur de re ſeudali, & ſic
non de burgenſatica:& ſic tenent Iac.de Belu.& Bald.ibi,
tamen ille text.aliter exemplificatur ibi per gloſ.& doctor.
Septimò no.ex tex.ibi,econtrario. ꝙ ſi vaſallus eſt accuſa-
18 tus pro † cauſa criminali, præterquam pro crimine læſæ
maieſt.& poſitus in carceribus, ꝙ debet liberari datis fide-
iuſſoribus,ſecundùm conſtit.humanitatem. & requiri fa-
cit dominum ſuum, vt pro eo fideiubeat, & liberet eum à
carceribus, ſi dominus noluerit fideiubere pro eo, debet
perdere ipſum uaſallum, & ipſe vaſallus efficitur demania
lis Regis. & pro hoc facit text. in auth. ut cum de appella.
cogno.§.ſi quilibet de prædictis. Et iſto caſu non ſeruatur
ille ritus,qui dicit,quòd nobilis Capuanę,uel Nidi,nõ reci
pitur pro fideiuſſore,niſi pro alio nobili Capuanæ,uel Ni-
di. nam dictus nobilis, & dominus vaſalli ſui eſt idoneus
fideiuſſor pro ſuo vaſallo,quod tene menti. Et ſigna iſtum
text.quòd dñs & vaſallus iudicantur ad paria, vt hic,& in
c.1.de forma fidel. vbi ad omnia, ad quæ tenetur vaſallus
domino,tenetur dominus uaſallo,pręterquam in iuramen
to,quia uaſallus tenetur iurare fidelitatem domino, ut ibi
habetur.fallit aliquibus caſibus notatis ibi per Iac. de Alu.
tamen fides hincinde ſeruari debet. & ſi non ſeruatur, ua-
ſallus non ſeruans domino fidem,priuatur feudo,& domi
nus non ſeruans fidem vaſallo proprietate ſeudi priuatur,
& applicatur vaſallo.c.s.qual. dom.prop. priu.Fallit, niſi
19 ſit feudum † dignitatis, uel ſeudum titulatum, quia tunc il-
la proprietas acquiritur ſuperiori domino, ſecundùm glo.
in c.de forma.a s.q.5.ita firmauit Præpoſ.in d. c.1.de for.
fid.Fallit hoc in Rege, qui ſi non ſeruat fidem uaſallo,non
perdit proprietatẽ feudi,ut dixi in dictis iuribus. patet er-
go ex prędictis,quòd dominus tenetur adiuuare uaſallũ,vt
dicit And.in c.s.§.item qui dominum. quę ſit prima cau.
beneſi.ami.& ſic ecõtra uaſallus dominum,ut hic.Octauò
no.ex text.ibi,ſine iuſta cauſa uerberauit.quòd indulgẽdũ
eſt dño percutiẽti uaſallum ſuum leuiter,ſi cum iuſta cau-
ſa,puta

ſa, puta dedit ſibi cũ pugno, quia illud non dicitur verbera
re, ut inſti. de iniur. §. ſeruus. & pro hoc faciunt duæ leges
allegatæ hic in glo. videlicet l. non ſolùm. §. quanquam. ibi,
cur patrono denegetur. ff. de iniur. & ff. de vſuſru. l. ſed ſi-
cuti. ibi, modicam coerctionem fructuario competere. con
cordantiæ ſunt ibi in gl. Si enim magiſtratibus municipali-
bus conceditur modica coerctio, vt in l. magiſtratibus. ff.
de iuriſd. om. iudi. multò fortius iſta modica coerctio non
eſt denegenda domino contra vaſallum ſuum, cum & ma-
giſtris leuis caſtigatio permiſſa eſt, vt dicit text. in l. item
requiritur. §. item Julianus. ff. loca. & ff. ad l. aqui. l. ſed & ſi
quenquam §. fin. 23. q. 5. c. 1. in fi. habuit gl. iſtas duas leges
20 à Carolo in Longobarda, infrà allegandas. † Et pondera,
quia licèt tex. iſte dicat à contrario ſenſu, quod cum iuſte cau
ſa domino licet uerberare uaſallum ſuũ, tamen gl. exponit
uaſallum. i. villanũ ſuũ, ſecus ergo. ſi eſſet artifex, vel nobi-
lis uaſallus, quia nullo mõ licet domino ipſum uerberere
ẽt cũ iuſta cauſa, quia in hoc debet cõſiderari qualitas per-
ſonę, nã nobiles minus in perſone puniũtur. vt dictũ fuit in
proœm. §. nos itaque. in 9. no. & And. in c. 1. in princi. in 4.
col. circe fi. de pace iura. firman. Et dicit Carolus de Toc.
gloſ. iurium Longobardorum, cuius authoritas magna eſt
in regno in Longobarda, ut dicit And. in 1. rub. feudorũ. §.
& quia. in §. ſi quis Longobardus qualemcunque. in titulo
5. de homicidio liberi hominis, quòd ſi leui pugno domi-
nus percutit veſallum ſuum non propterea eum amittit.
Nonò not. ex tex. ibi, vel cum vxore. quòd illam honeſtatẽ
quam debet ſeruare vaſallus domino circa eius vxorẽ vel
filiem, vt in §. item ſi fidelis. quib. mo. f. feu. amit. eandem
debet ſeruare dominus circa uxorem, vel filiam ſui uaſalli,
vt hic, & ſi non facit, priuatur eius vaſallagio, & illud erit
21 domini regis. cætera dic, vt in d. §. item ſi fidelis. † X. no. ex
tex ibi, homagium. quòd homagium accipitur pro vaſalla
gio. Quid autem ſit homagium, vide in Spec. de feud. in §.
quoniam. ſed de iure feudorum non reperitur hoc nomen
homagium, ſed bene de iure canonico reperitur, ut dicit
Andr. in ca. 1. de noua forma fidel. vbi ponit formam iura-
menti homagij. XI. & vlti. no. ex text. ibi, & homo prædi-
ctus. quod quotieſcunque baro per ſui culpam debet perdere
ius vaſallagij, vaſallus nõ remanet liber, ſed efficitur uaſal-
lus de demania regis, & ſic illud ius vaſallagij tranſit in fi-
ſcum vltra illud, quod dominus Rex eſt dominus perſonarum
habentium domicilium in regno, vt in conſti. ſuprà, quia
frequenter. In gl. 1. licèt hic in tex. numerentur aliquę cau
ſæ, per quas vaſallus perdit feudum, & etiam aliquę cauſę,
per quas uaſallus perdit ius vaſallagij, tamen multæ aliæ
cauſæ ſunt expreſſæ in iure, de quibus dixi in ca. 1. §. ſi. qui
22 mo. feu. amit. † In eadem ibi, eſt argumentũ contra. not. iſtã
gl. quòd vaſallus non æquiparatur ſeruo, quia ſi dominus
ſeruo accuſato pro crimine capitali non fideiubet pro eo,
& poſtea ſeruus per ſententiam abſoluitur. non perdit ius
ſeruitutis, vt in l. ſeruus. ff. de ſtatu homi. bene tamen dicta
in libertis adaptantur vaſallis ex regni conſuetudine, vt di-
cit Iac. de Ardi. in ſumma, in 8. char. rub. quòd feudum po
teſt dari ad certum ſeruitium, ſed And. in c. 1. in prin. in 2.
col. qui. mo. feu. amit. dicit, quod vaſallus & libertus habent ſe
vt excadentia & exceſſa, licèt in pluribus aſſimiletur vaſal
lus liberto, vt dicit idem And. in c. 1. §. item ſi fidelis. in 6.
col. eod. titu. idem And. in ca. 1. § præterea. quæ ſit prime
cauſa benefi. amit. In glo. 2. in verbo, ad noſtram maieſta-
tẽ not. quòd non ſolùm imperatori dicitur regia maieſtas
ſed etiam Regi huius regni, licet ſoli Deo iſtud verbum,
maieſtas, cõueniat, vt dicit hic glo. quam vide ad hoc, quia
bene allegat. Cui adde, quia diuinę maieſtati ideo potius
cõuenit hoc vocabulũ, maieſtas, quia ipſe omnia creauit,
quia ipſe habet omnem perfectam ſcientiam, & ipſe habet
dominiũ perfectiſſimum omnium, vt dicitur Iſaiæ c. 4. &
ibi beatus Tho. de Aquino. in 3. colũ. Et ideo bene dicebat
23 beatus Ambro. in lib. de fide cõtra Arrianos. † quod nec verè
aliquid ex his, quæ in hoc mundo ſunt, maieſtati diuinæ
comparari poteſt. nec ſecundùm id, quod Deus eſt, condi-
gna ſimilitudine ęſtimari poteſt &c. quia cõuenit etiã prę-
tori, vt ff. de iuſt. & iure l. pe. in fi. & cuilibet priuato egre-
gium opus gerenti, quia maieſtas reddit hominem hono-
ratum vt inquit Valerius Maximus lib. 2. ſub rub. de maie-
ſtate. & de illa gl. fuit memor Luc. de Pen. in l. ſi. in fi. in ver
bo, maieſtatis. C. de delatoribus. lib. 10. In gloſ. 3. in verbo,
verberauerit. quæ eſt finalis, in prin. dic, vt dixi ſuprà in 8.
not. In eadem ibi, hæc autem locum habent. inquantum
iſta gl. allegat legem Longobardam, videlicet l. ſi quis Lon-
gobardus qualemcunque hominem. in 5. rubr. de homici-
dio liberi hominis. Dic, quòd ſi mouetur quæſtio ſtatua cõ
tra aliquem impetitum, quòd eſt ſuus vaſallus, & verbali-
ter ſine ſcriptis vocatur in iudicio, ſi dominus ipſum ver-
berauerit, perdit tunc dominus ius vaſallagij, quia videtur
eum verberando contemnere maieſtatem prętoris, ſed vbi
præceſſit citatio in ſcriptis, tunc alia pœna grauiori puni-
24 tur, vt dicit ibi Carolus de Tocco. Et ſic patet, quòd † gra-
uius punitur tranſgrediens mandatum iudicis factum in
ſcriptis, quàm tranſgrediens mandatum in voce factum.
Sicut dicimus in ſimili, quòd fideiuſſio pręſtita in voce du
rat duobus menſibus, fideiuſſio in ſcriptis durat perpetuò,
vt in l. penult. C. de fideiuſ. quod tene menti, quia non ita
greuiter peccauit dom. Barthol. Manzatus doctor, & aduo
catus egregius cui verbotenus ex parte Viceregis fuit man-
datum ſub indignatione Viceregis, ne exeat domum ſuam
ex iuſte cauſa, & poſtea iuit Romam, quàm ſi fuiſſet ſibi
mandatum in ſcriptis: & ſic illud, quod dicitur, quod nihil
intereſt, an facto, vel verbo quis declaret volũtatem ſuam,
ut dicit gloſſ. in capitu. tenor. de re iudi. non habet locum in
pœnalibus, quia in plus punitur, qui deliquit facto, quàm
qui uerbo ſolùm.

De adiutorijs exigendis ab hominibus. Rubrica XVII.

DIXSRAT Imperator in titu. præceden
ti, cauſas aliquas, per quas veſallus cadit
à feudo, & ex illis cauſis econtra domi-
nus cadit a iure vaſallagij, quod habet in
eum. Erat condecedenti ordine uiden-
dum, ex quibus cauſis dominus poteſt
petere ſubuentionem à uaſallis, ideo ponitur hic rubr. de
a adiutorijs exigendis[a] ab hominibus, ex quibus patet, quòd
vaſallus debet dominum adiuuare: & ſic econtra dominus
debet uaſallum, ſed non ſunt ſic diſtincti caſus, in quib.
dominus debet adiuuare uaſallum, ſicut ſunt diſtincti ca-
ſus, in quibus uaſalli debent adiuuare dominum, ut hic, &
uide in c. j. §. ſimiliter in petendis hoſtendiſijs. de capi. Cor
rad. & in c. 1. in princip. & in §. fin hic finitur. in quibus iu
ribus dicitur, quòd uaſallus debet dominum adiuuare, &
ſic indiſtinctè: & ideo ſuperuenit iſta conſtitut. quæ decla
rat ad releuandum uaſallos homines regni, ut ſolùm in ca-
ſibus hac conſtit. contentis teneantur dominum adiuuare.
Et[1] ideo fuit multùm neceſſaria declaratio huius conſtitu-
tionis.

ANNOTATIO.

a Exigendis.] ad materiam iſtius rubr. de adiutorijs exigendis, vide Guid. Papę in deciſ. Delphin. 56. Pet. de Raue. in ſuo compen. iuris, fol. 135. & in ſuo alphabeto, fol 158. col. 4. in ſi. & Alexan. conſil. 34. 2. vol. & Paul. de Caſt. conſi. 20. volu 1. & Guil Bened in repet. c. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam. 4 deciſ. Et in vſibus feudorum appellantur, hoſtendi. eod tit. vt in c. 1. §. ſimiliter. de cap. Corra. in regno autem cœperunt tempore Regis Federici, & cœperunt vocari adiutum, vt per Luc. in l. illud de anno. & trib. lib. 10. hodie verò appellantur adiutoria, vt hic.

SVMMARIVM.

1 *Vaſalli baronum, comitum & multorum dominis ſuis in ſex caſibus tantùm tenentur præſtare adiutorium.*

2 *Vaſalli eccleſiarum quibus caſibus debeant prælatis præſtare adiutorium.*

Iudicibus ſæuientibus freni temperies imponitur, ſicut & regni baronibus in auxilijs exigendis.

Domi-

3 *Dominus vigore alicuius priuilegii non poteſt à vaſallis auxilium exigere vltra ſex caſus.*

Vaſallus duobus concurrentibus dominum carceratum adiuuare tenetur.

4 *Epiſcopus tempore neceſſitatis charitatiuum ſubſidium poteſt imponere clericis.*

5 *Vaſalli ſubuenire debent domino filium militem facienti.*

6 *Vaſalli an teneantur ad ſubuentionem, ſi dominus fratrem ſuum faciat militem.*

7 *Vaſalli, qui domino vnam terram ementi ſubuenerint, an teneantur ipſo mortuo eius heredi ſubuenire aliam terram ementi.*

8 *Perſona una ſemper dicitur, etiam ſi feudum per mille manus mutetur.*

9 *Vaſalli de propriis facultatibus debent iuuare dominum maritantem filiam.*

10 *Vaſalli an teneantur domino ad ſubuentionem plures filias diuerſis temporibus nuptui tradenti.*

11 *Diſpoſitio, quæ in caſu ſimplici loquatur, ad caſum mixtum non extenditur.*

12 *Baro non poteſt vaſallis ſubuentionem imponere, niſi in caſibus expreſſis abſque licentia regia.*

13 *Pater habens feuda cum vaſallis pro omnibus filiabus vaſallis ſubuentionem imponere poteſt.*

Numerus ſingularis multoties pro plurali capitur.

14 *Verbum in ſingulari numero prolatum quando æquipolleat vniuerſali, ſeu plurali.*

15 *Statuta ſic ſunt interpretanda, vt iniquitas euitetur.*

16 *Pater, vel frater filiam, vel ſororem maritare tenetur.*

17 *Auaritia dominorum erga vaſallos eſt reſtringenda.*

18 *Niſi, dictio, pro quamuis accipi poteſt quandoque.*

19 *Vaſalli an teneantur domino præſtare ſubſidium pro maritandis neptibus ex primogenito.*

Neptis ex interpretatione venit appellatione filiæ.

20 *Statutum quando interpretationem recipere dicatur.*

21 *Vaſalli an teneantur domino ad ſubuentionem pro amita maritanda.*

Vaſalli an debeant domino ſubſidium præſtare, quando vxorem ducit pro nuptiis celebrandis.

22 *Feudo ad fœminam ex ſucceſſione deuoluto an teneantur vaſalli an ſubſidium pro dotanda ſorore vel filia.*

23 *Vaſalli an teneantur adiutorium domino præſtare maritanti filiam vel ſororem, ſpuriam vel naturalem.*

24 *Pater filiam naturalem honeſtam dotare tenetur.*

25 *Mulier, cui matrimonio ſoluto conſignatum fuit feudum in dotarium, an poſſit ſubuentionem petere à vaſallis.*

26 *Poſſidens feudum iure creditoris, vel tanquam vſufructuarius, an poſſit ſubſidium petere à vaſallis in caſibus permiſſis.*

27 *Adiutorium quod per vaſallos domino præſtatur, extra rem, eſt, & proprietario competit.*

28 *Vaſalli an teneantur dominum iuuare, antequam per literas regias aſſecuretur, & ſoluat releuium.*

29 *Vaſalli Burgenſes non baroni ſed domino regi fidelitatem iurare debent.*

30 *Vaſalli burgenſes pro maritanda ſorore vel filia domini ad ſubſidium non tenentur.*

Poſſeſſio longa præſumitur iuſta & cum bona fide.

31 *Vaſalli quantum domino pro ſubſidio præſtare debeant.*

32 *Vaſalli baronis an teneantur eum iuuare pro filia in monaſterio collocanda.*

33 *Monialis dotem de paragio aut ſaltem legitimam habere debet, ac ſi nuptui tradita eſſet.*

34 *Pater ſi filia in teſtamento reliquerit dotem amplam & honorabilē, non debent vaſalli moleſtari pro adiuuamento.*

35 *Patruus, qui in baronia ſucceſſit, volens neptem maritare, an poſſit à vaſallis ſubſidium petere.*

36 *Heres patris ſecundogeniti pro nepte maritanda ſubuentionem petere poteſt à vaſallis, quando auus eam petere poterat, dum viueret.*

37 *Barones à vaſallis ſuis ſubuentionem petere poſſunt pro ſeruitio militari regiæ cameræ debito.*

38 *Regi hoſpitanti in terris comitum, vel baronum tenentur vaſalli impenſas facere, & ſubditi contribuere.*

Conſuetudo, quod ſubditi ſine pretio prouideant principi de victualibus & rebus ad [illegible], an ſit valida.

39 *Prælatus eccleſiæ [illegible] caſu de foro ſeculari poſſit eſſe.*

40 *Prælatus feudatarius quibus caſibus poſſit ſubuentionem à vaſallis ſuis petere.*

41 *Prælatus in caſu permiſſo vaſallos ſuos ad auxilium moderatum compellere poteſt.*

Iudices taxantur, qui indifferenter tam à pauperibus, quàm diuitibus eſculenta & poculenta recipiunt.

42 *Conſtitutio loquens de comitibus & baronibus, locum habet in rege.*

43 *Vaſalli burgenſes domino inferiori à rege an & quando teneantur ſubuenire.*

QVAMPLVRIMVM. Hæc conſtitut. declaratoria iuris communis feudorum tria principalia dicta continet. Primùm cõtinet querelas fidelium regis, tam contra prælatos eccleſiarum regni, quã contra comites, barones, & feudatarios regni, qui pro qualibet neceſſitate eis occurrente exigebant, & extorquebant adiutoria ab eorum uaſallis fidelibus regis pro arbitrio uoluntatis & iſtud primum dictum durat uſque ibi, uolentes igitur. Hic eſt ſecundum dictum, in quo Imperator miſericorditer ſtatuit ſuper dictis querelis, ut non liceat comitibus, baronibus, & feudatariis pro arbitrio uoluntatis petere adiutorium à uaſallis, ſed ſolùm
1 in iſtis ſex caſibus infraſcriptis. † Et primò, quando dominus, comes, uel baro, uel miles exiſtens in ſeruitio regis ab inimicis regiæ maieſ. captus & carceratus fuiſſet. Secundò, quando comes, baro, uel miles faceret filium militem. Tertiò, quando dicti domini uellent emere aliquam terram, ſcilicet pro augmento ſui ſtatus pro una uoce tantum cum emerit. Quartò pro maritanda filia, uel ſorore. Quintò, quando dicti domini uadunt in exercitum Regis pro ſeruitio regis. Sextò, quando rex hoſpitatur in aliqua terra ipſius comitis, uel baronis, & baro facit expenſas Regi, & durat uſque ibi, de prælatis tamen. Hic ponitur tertium dictum, in quo dicitur, quòd uaſalli eccleſiarum regni tenentur adiuuare prælatum Eccleſiæ in iſtis quinque
2 caſibus tantum, uidelicet. † Et primò quando prælatus recipit conſecrationem. Secundò, cum à Papa eſt uocatus ad concilium. Tertiò, quando prælatus eſt uocatus in ſeruitio exercitus domini Regis. Quartò, quando prælatus uocatur à rege pro ſeruitio Regis. Quintò, quando contingit regem hoſpitari in terra eccleſiæ, de qua eſt prælatus, & ab ipſo prælato percipit expenſas. hoc dicitur uſque in fi. Nota primò ex text. ibi, pro ſuo uoluntatis arbitrio. quòd ſicut iudicibus ſæuientibus freni temperies adhibetur, ut in l. ſecunda. C. de cuſto. reo. ita baronibus regni imponitur freni temperies in auxiliis exigendis, non prout olim erat ante iſtam cõſt. liberum arbitrium exigendi adiutorium à uaſal. pro eorum neceſſitatibus, ſed in ſex caſibus tantùm uaſalli tenentur domino auxiliari, per iſtam conſti. Rex ergo moderatur liberum arbitrium illud diminuendo & diſtinguendo in d. ſex caſibus. Secundò not. ex tex. ibi, miſericorditer prouidere. quòd miſerationis cauſa inductum eſt, quòd in iſtis ſex caſibus uaſalli præſtent adiutoriũ dominis ſuis. Et ex hoc infero, quòd ſi rex concederet priuilegium, ut ex aliis cauſis baro poſſit petere auxilium à uaſal. ſuis: non obſ. quibuſuis in contrarium facientibus. reale priuilegium non operaretur derogationē
3 huic conſtit. quæ uult, † ut non poſſit dominus petere auxilium à uaſallis, niſi in d. ſex caſibus, quia miſerationis cauſa facta eſt dicta limitatio, & moderatio, & priuilegium
a cum clauſula [a] non obſt. tollit priuilegium miſerationis cauſa inductum, niſi ſpecialiter ei derogetur, ut uoluit Cy. in l. 1. C. quando impe. inter pupi. & uid. hic etiam clauſula non obſ. non tollit priuilegia conceſſa fauore piæ cauſæ, ut probat text. in cap. ſi propter. in uerſic. intentionis noſtræ, de reſcrip. lib. 6. faciunt ad hoc alleg. per Fel. in c. non-

Q nulli.

nulli.in 24.colum.ver.prima concluſio.de reſcrip. Tertiò
no.ex tex.ibi,pro redimenda perſona,quod ad hoc, vt va-
ſalli teneantur adiuuare dominum ſuum exiſtentē in car-
ceribus, requiruntur duo copulatiue. Et primò,ꝙ domi-
nus fuerit captus & carceratus eo tempure, quo ipſe domi
nus erat in ſeruitio regis.Secūdò, ꝙ fuerit captus ab inimi
cis regis,iſtis duobus concurrentibus per iſtam conſti. te-
nentur vaſalli ad adiutorium præſtandum pro redimenda
perſona domini,& pro hoc bene facit tex.in c. 1.§.ſed qui
delator.ibi, vel ſi cognouerit dominum incluſum . quæ ſit
prima cauſa benef.amit.adde tertium,ꝙ quando dominus
per ſe non ſufficeret ad ſe redimendum, tunc vaſallus te-
netur adiuuare dñm ſuū,ar.eorum,quæ voluit Abb.Sic.in
c.peruenit.de imm.eccle.& c.ſi nulla.23.q.8.Et dicit qui-
dam Mod.Doc.D.Ia.de S Georgio ſuper quodam tracta-
tu de feudis per modum inueſtituræ per eum editum, qui
incipit,Carulus Dux &c.in 29.char. quod quidam Doct.
Ioan.Rayn tenuit hanc declarationem in l.imperialem. et
4 pro quo allegabat etiam. nam videmus, † ꝙ epiſcopi pro-
pter neceſſitatem imponūt clericis ſuis charitatiuum ſub-
ſidium,vt in c.cum Apoſtolus.& in c.prohibemus.de cen-
ſi. ergo ſtante dicta captura & inſufficientia domini ad ſe
redimendum, debet fieri ſubuentio à vaſallis. ſecus dicen-
b dum [b] eſt,ſi dominus poſſet de ſuo ſoluere redemptionem
ſuam: Idem dicendum, vt non ſit locus ſubuentioni vaſal-
lorum,ſi dominus eſſet carceratus ob delictum ſuum, vel
ad inſtantiam ſuorum creditorum,quia eis non ſatisfecit,
per not.in cap.licet uaſallus.ſi de feu.fue.contro. & in cap.
fin.de alie.fue.pater.nec refert, vtrum dominus ſit iniuſtè
captus.vt ſuprà.& ſit vinculatus,vel non vinculatus,ſecun
dùm Andr. in d.§.ſed qui delator. dummodo non ſit libe-
ra poteſtas abeundi, arg.l. 2.ff.de libe ho.exhi.quamuis in
aliis fiat differentia . ut in l.in uinculorum. ff.de uerb.ſign.
& ff.ex qui.ca.ma.l.ſuccurritur.Sed hic cadit vna quæſtio,
vtrum vaſalli eoipſo, quòd ſciunt dominum captum, &
carceratum vltro debeant ſe offerre ad ſubſidium, uel de-
beant eſſe requiſiti? Andræ. tangit in d. §. ſed qui delator.
poſt glo.in d.l.licet, vbi dicit, ꝙ uaſallus debet offerre,facit
5 l.1.in fi.ff.de act.empt †Quartò not.ex tex.ibi, pro facien-
do filio milite. ꝙ vaſalli tenentur ſubuenire, quando do-
minus facit fieri ſuum filiū militem, ut hic. Quid autem,
ſi dominus ipſe faciet ſe fieri militem, an teneatur vaſalli
ad ſubuentionem? Iſtam q.tetigit præfatus Doctor Mod.
Iac.in eo.fol.& determinat eam ſic, videlicet, quòd ſi do-
minus facit ſe fieri militem abſque aliqua neceſſitate, &
uoluntariè: & tunc uaſalli non teneantur ſubuenire, vt in
l.qui data opera.ff.ex qui.cau.ma.cum ſim.ſi uero propter
neceſſitatem.puta pro conſeruatione bonorum,& nobili-
tatis ſui generis,iuxta l.4.§.præſens.& l.honorē.ff.de mun.
& ho.tunc ſi ex hoc dominus efficitur pauper, & diminui
tur eius ſtatus,tunc uaſalli tenent ſubuenire, quia propter
paupertatem nobilitas eſt in vilipendio,vt dicit Bar. in l.3.
C.de dign. de quo per Luc.de Pen. in l.mulieres. in 2. col.
C.eo.tit.quidam ex noſtris Doct cum quo habui uerbum
ſuper iſta q.affirmabat, ꝙ iſta conſti.nō ſit extendenda ad
hunc caſum,quia ſi voluiſſet,dixiſſet,ut in l. 3.§. ſin autem.
C.de cad.tol.c.ad audientiam. de deci. vt ſæpe & ſæpius hoc
argumento utitur And in deciſionibus cauſarum. Sed ad-
uerte, quia D Barth. de Cap.in quadam ſua apo.ſuper iſta
conſti.ſuper illo dubio arguebat ad partes,poſtea conclu-
dit,ꝙ vaſalli tenentur ad ſubuentionem,quia in legibus,&
conſti.proceditur de ſimilibus ad ſimilia, vt l.non poſſunt.
ff.de leg ſed ſimilis ratio,imò fortior eſt,ꝙ debeat præſta-
ri ſubuentio à vaſallis pro ſeipſo milite faciendo, ꝙ̄ pro fi-
lio,uel fratre,ut inf.in conſti. comitibus.ergo idem ius eſt
ſtatuendum.ff.de neg.geſt.l.ex facto.& ff.ad l.Aqu.l.illud.
& dicit,ꝙ ita ſeruatum fuit de facto in curia regis.Ruffre.
Beneu.in rub.de ſacramento cuiuslibet vaſal dicit, ꝙ pro
ſe,& filio milite faciendo dominus petit à vaſallis ſubuen-
6 tionem.†An autem ſi habens feudum, in quo ipſe ſucceſ-
ſit vt primogenitus,& habeat fratrem,ſi ſuum fratrem fie-
ri fecit militiam,teneātur vaſalli ad ſubuentionem? Dicē-
dum eſt,ꝙ ſic,non per iſtam conſt.ſed per conſti.ſeq. quæ
incipit,comitibus.& ibi dicetur de hoc. Quintò no.ex tex.
ibi pro emenda terra quod ſi comes,vel baro, vel miles ha
bens feudum voluerit emere aliquam terram, ſubaudi,
cum vaſallis pro augmento ſui ſtatus, tenetur vaſalli pro
vna tantū terra, quæ emitur, ſubuenire domino ementi.
hoc verum dicebat prædictus Doct. Mod. r. in d. folio, ſi
emit illam per neceſſitatem, quia aliàs non poſſet ſuſtine-
re ſuum ſtatum, quia vaſallus tenetur dominum paupe
rem alimentare,poſtea dicit ꝙ Bal.& Marti.de Laud.in c.
1.§.ſimiliter.de capit. Corra. tenet, ꝙ vaſalli non tenentur
præſtare auxilium domino,quando vult emere terram. &
pro hoc facit id, quod dixit Alex.de Imo.in apoſtil. l. pla-
cet.C.de exc.u.mo.li.in.alle. Alb.de Roſ. in ſuo alphabeto,
in ver.dominus.vbi dicit, ꝙ vaſallus in caſu prædicto non
tenetur ad ſubuentionem, & vltimo concludit, ꝙ in hoc
ſeruatur conſuetudo. Et propterea dico, quòd ex quo per
iſtam conſti.prouiſum fuit,quod vaſalli teneantur ad ſub-
uentionem pro vna uice tantùm, quando dominos emit
aliquam terram, non diſtinguo, prout ſuprà diſtinxit di-
ctus Modernus,quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtin
guere debemus ſine auctoritate legis, quia illud,quod dici
tur,ſi lex noua ſuperueniat aliquid diſponens, debet diſtin
gui per l. veterem. vt in auth. offeratur. C.de litis conte. &
in l.ſciendum.in prin.ff.qui ſatiſd. cog. intelligitur,quan-
do non apparet, ꝙ lex noua velit corrigere in materia, de
qua loquitur. & ideo generaliter lex loquens non dicitur
corrigere, ſecundùm Io.de Imo.in l.ſi vero.§. de viro.in 3.
col.ff.ſolu.matr.& Alex.in 3.vol.conſi. 102.in 6.vol.incip.
ſuper eo.ſecus ſi apparet, quod lex noua vult corrigere, ꝓ
7 vt eſt hic. † Sed quæro, quid ſi pater habens feudum emit
vnam terram,& vaſalli præſtiterunt ſubuentionem: mori
tur pater,& ſuccedit filius,vel agnatus in ipſis feudis pater
nis,filius, vel agnatus ſuccedēs emit aliam terram, & petit
ſubuentionem à vaſallis, an vaſalli teneantur ſubuenire?
Videtur,ꝙ non:quia conſt.dicit pro vna tantùm vice,cum
eā emerit,ſed modò ſunt duæ,ergo &c.In contrariū,facit,
quia iſta conſt.dicit,cū eam emerit, & ſic loquitur de vna
perſona,qua extincta per mortem,ſi ſucceſſor ipſam eme-
rit dicitur alia perſona, & ſic quot ſunt ſucceſſores & em-
ptores,ſemper dicitur vna vice emi terra,quia mutata per
ſona dominantis feudū, intelligitur res ipſa mutata,vt in-
quit Bal. io l.ſi cui balnei.ff.qui.mo.vſufr.ami.vbi mutato
miniſtro,ex quo depēdet effectus, intelligitur res mutata.
Ego dicerē, ꝓ ſi filius, vel agnatus ſuccedit in feudis tāquā
hæreditariis,& ſic oportet,ꝙ ſit hæres, tunc quia hæres &
defunctus vna, & eadem perſona eſſe cēſentur, ut in auth.
iuſiurandum,quod præſta.ab his.§.1.tunc ſi per mille ma-
nus vadunt.d.feuda hæreditaria, vna perſona cenſetur, &
ſic pro vna vice tantū præſtatur auxilium,hæredi enim ob
ſtat illud,quod obſtat ei,cui ſuccedit l.is cui.ff.de re iud.l.
Polla. de his qui.vt indig. cum ſi.& ideo vtitur iure defun-
cti l.cum quidā.§. fiſcus. ff.de uſu. ideo ſi defunctos ſemel
emit terrā,ſi poſtea vellet aliam emere,eſſet excloſus à pe-
titione ſubuentionis à uaſallis, ita etiā eſt excluſus eius hæ
res, & hæres hæredis per id, quod dicimus, ꝙ appellatione
hæredis venit hæres hæredis, de quo per Alex.in 3.vol.conſ.
36. inci. viſo themate. ſi verò feuda iſta veniant ex pacto,
& prouidentia iſtis agna. tunc qualibet agnatus ſuccedens
eſt nouus dominus, & cuiuslibet nouo domino emendo
vnam terram pro vna vice uaſalli debent ſubuenire, quia
mutata perſona dominantis mutatur conditio rei, ut in l.
Pau.ff.de acqui. hære. & ideo nouus dominus habebit ſub
uentionem à uaſal. pro una uice tantùm, præterquam in
filio,qui ſemper debet eſſe hæres patris ut in c. 1.an agn.cū
concor.ſuis, & uide ad hoc Bal.in l.1.in prin.C.de condi.
inſer.& in l.cū ſecundùm.ulti. col.C. de fideicom. & cum
iſta diſtin.determino etiam nouam quæſtionē à nemine ta
8 ctam. † Sextò no.ex tex.ibi,pro maritanda filia, uel ſorore.
quòd pater habens feudum cum uaſallis,ſi maritat filiam,
& promittit dotē,in hac dote promiſſa uaſalli debēt de pro
priis facultatibus ſubuenire,profectò niſi eſſet hæc conſti.
quæ

quæ hoc dictat de iure com. eſſet contrarium dicendum:
quia dicit Pau. de Caſt. in l. fi. C. de ſtat. & ima. ꝙ ſi domi-
nus maritat filiam, non tenẽtur vaſalli ad adiutorium, per
ll. multas, quas ibi alle. ſed dicit, quod malè hic ſeruatur. &
dicit Bal. in c. 1. §. ſimiliter. de capit. Corr. quod vaſalli non
tenentur ad ſubſidium, quando dominus maritat filiam. &
& idem dicit Ioan. And. in addi. ad Spe. in ti. de ſeu. §. quo-
niam. in addi. quæ incipit, hucuſque Roff. vbi ſup. vbi re-
prehendit Roffr. Beneuen. qui dixit, ꝙ pro filia maritanda
dominus petit ſubuentionem à vaſal. ſed non meretur re-
prehendi: quia Roffr. Beneuen. fuit de regno, videlicet de
ciuitate Beneuen. licet fuiſſet officialis in Aretio, & habuit
notitiam conſti. regni, & de conſue. poteſt peti, vt dicit Ale
xand. in 2. volumi. conſil. 35. Hic cadunt 14. dubitationes.
10 † Et prima, vtrum ſi pater habeat plures filias, & illas nu-
ptui tradidit diuerſis temporibus, & cuilibet dotem pro-
mittit, vtrum eius vaſalli debeant ſubuenire, ſicut ſubue-
nirent quando dotem promiſit pro vna filia tantùm, Vide-
tur prima facie dicendum, ꝙ pro vna filia tantùm maritan-
da, pro qua pater promiſit dotem, vaſalli debẽt dominum
adiuuare, & non pro pluribus filiabus. & pro hoc facit tex.
huius conſti. qui loquitur in ſingulari num. videlicet, pro
filia maritanda. & num. ſingularis non ſignificat plura, ſed
unum tantum, ut no. Bal. in l. in tempus. §. fi. ff. de hære. in-
ſti. & pro hoc l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerb. ſig. de cu-
ius legis ampliatione, & limitationibus uide Fel. in c. inno-
uamus. de tre. & pa. Alex. in 4. uol. conſ. 16. in 1. col. quibus
addo tex. in c. is cui. in ſi. de prę̈b. lib. 6. ubi ſingulare nomẽ
beneficij unum ſolum comprehendit. ad idem in c. pen. de
reg. iu. in 6. quę iura ad hoc alle. Alex. in 3 uol. conſ. 2. in 3.
col. Secundò pro iſta parte facit, quia iſta conſtit. inducta
fuit ad releuamen uaſallorum, cum autem iſtam conſtitu.
domini, pro qualibet neceſſitate eis occurrente exigebant
auxilium uaſallorum, per iſtam cõſt. releuantur uaſalli ab
iſtis oppreſſionibus, præterquam in caſibus hic expreſſis,
& ſolum hoc exprimitur, qñ pater unam filiam maritat, &
pro ea dotem promittit, ergo non intelligitur de aliis filia-
bus, quia hoc eſſet ſatis grauare uaſallos: maximè ſi plures
filias fœminas haberet, & pro omnibus dotem promitte-
ret. & pro hoc facit quia inducta ad reſtringendum, non
debent operari ampliationem, ar. in l. legata inutiliter. ff de
11 leg. 1. cum ſi. † Tertiò diſpoſitio loquẽs in caſu ſimplici nõ
extenditur ad caſum miſtum in his, quę ſtricte ſunt intelli
genda, ut in l. uim paſſam. §. præſcriptione. ff. de adul. Bart.
in l. ſi ita ſcriptum. ff. de lib. & poſth. Anto. de But. in proœ.
decretalium. Alex. in 2. uol. conſi. 116. in 3. col. ſed iſta con
ſti. quæ loquitur ſimpliciter de filia, ſtrictè debet intelligi,
ſecundùm Andr. hic, & per conſequens non debet extendi
ad plures filias. Et pro hoc facit illud, quod dicit Ange. in l.
3. §. hæc uerba. ff. de neg. geſ. ꝙ id, quod non eſt expreſſum
in ſtatutis, nõ debet haberi pro expreſſo, licèt pro expreſſo
deberet haberi. Quartò, in c. Papę Honorij, in uer. quartus
eſt expreſsè dicitur, ꝙ rex huius regni pro maritanda ali-
qua ex filiabus regis poteſt petere ſubuentionem à uaſal-
lis, & ſic propter iſtam dictionem, aliqua, quæ eſt relatiua
ad alias, ergo de una filia, & non de pluribus filiabus intel-
lexit. & pro hoc facit tex. & ibi Bal. in l. ſi ſeruum. §. prætor
ait. ff. de acqu. hęr. & hoc uoluit gl. in uer. incerta. in cle. 1.
de prę̈b. & Arch. in c. ſi pro clericis. de præb. lib. 6. & dicit
Fel. in c. omnes. 3. diſ. ſe uidiſſe conſilium unius Archiepi-
ſcopi conſulentis, quòd ſtante diſpoſitione teſtatoris, ꝙ ſi
Titius uoluerit emere aliquã de poſſeſſionibus ipſius teſta
toris, mandat, ꝙ ei uendatur, ille uult emere duas, uel plu-
res, non tenetur hæres uendere niſi unam, per dictionem
12 aliquam. † Quintò, pro iſta parte allegantur literę Regis Ca
roli Secundi, in quibus dicitur, quãdo datur per literas re-
gias licentia baroni imponẽdi ſubuentionem pro filia ma-
ritanda: qui ſine literis regis hodie baro ſuis uaſallis non
poteſt imponere ſubuentionem in ſupradictis ſex caſibus,
ut patet in c. Regis Rob. pro parte uniuerſitatis Vici. char.
53. licèt olim per c. Regis Caroli Primi: quod incipit. Item
ſtatuimus, ꝙ comites, & barones, char. 22. ſine literis regis
in iſtis ſex caſibus barones poterãt ſubſidium à vaſallis pe-
tere. ponitur iſta clauſula, niſi aliàs pro eadẽ cauſa d. vaſal-
li ſubuenerit conſtito prius de maritagio prædicto, & ſic
videtur, ꝙ per iſtam clauſulam declaratur, ꝙ pro vna tm̃ fi
lia maritanda vaſalli debent ſubuenire. Et pro hoc facit il-
lud, qđ dicit Do. de S. Ge. in ca quamuis. lo t. de præb. lib.
6. in 1. col. ꝙ ſi Papa mandat prouideri mihi de beneficio
cum clauſula, ſi pro alijs nõ ſcripſimus, & reperitur reſcri
pſiſſe pro vno tantùm, gratia mea nihil valet. alle. Archid.
in c. accepimus. de æta. & qual. [illegible] lib. refert Fel. in d. ca. om-
13 nis. † In contrarium allegatur, quod pater, qui habet feu-
da cum vaſallis pro omnibus fi[illegible]bus maritandis poteſt pe
tere ſubuentionem à vaſallis: inducitur primò text. huius
conſti. qui licet loquatur in nume. ſingulari pro filia mari-
tanda, iſte numerus ſingularis exponitur pro plurali, quia
eadẽ eſt ratio: vt in l. qui filiab. §. 1. ff. de leg. 1. l. ſi plures.
& ibi Bar. ff. de leg. 3. & in l. ſi quis ita. ff. de teſta. tut. niſi eſ-
ſemus in materia odioſa, vt in l. 1. §. ſi incertum. ff. de ven. in
poſ. mitt. & in l. 2. ff. de lib. & poſthu. in multis enim iuri-
bus reper[illegible] ſingulare accipi pro plurali: vt in l. officium. ff.
de rei ui. voluit Luc. de Pen. in l. 1. in fi. C. de comi. rei mil.
lib. 12. & in veteri teſtamento patet in lib Ezechielis. c. 26.
ibi, & eleuabit contra te ad clypeum. dicit gl. ideſt clypeos
bellatorum ſuorum ad te inuadendũ. ad idem Geneſis 2.
c. quando creatæ fuiſſet in die, i. in diebus: dicit gl. ibi ad idẽ
in Exod. ca 8. ibi, venit muſca gr[illegible]uiſſima, ideſt multitudo
muſcarum. Ad idem in iuribus imperatorum in l. cum af-
firmes. C. de lib. cau. ibi, numino dato. dicit gl. ibi, ideſt nũ-
mis datis, alle. in l. uſu. ff. de uer. ſig. hoc voluit Bal. in l. cũ
inter veteres C. de fideicomm. lib. Capitur ergo filia ꝓ vno
genere, ideſt pro omnibus filiabus: ſicut dicitur in l. ſicut.
§. fi. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. no. bene ad hoc facit, id quod
14 dicit Alex. in 4. vol. conſi. 26. incip. † Conſideratis verbis.
quòd verbum definitum prolatum in ſingulari numero
circa res, ſiue circa perſonam æquipollet vniuerſali, quã-
do eſt eadem ratio: & tunc non eſt differentia, ſiue in ſin-
gulari, ſiue in plurali proferatur, alleg. not. per Bart. in l. ſi
pluribus. & in l. ſi ita relictum. ff. de leg. 2. Cui addo Ang.
in l. ſi ſeruitus. ff. de ſer. vrb. præd. Archi. & Præpo. 19. diſt.
c. ſi Romanorum. Saly. in l. ſi neceſſarias. §. ſi annuas. ff. de
pig. act. Secundò adducitur tex. in conſ. comitibus, quę eſt
poſita poſt iſtam conſti. vbi dicitur, ꝙ petitur adiutorium
à vaſallis tam pro faciendo fratre milite, non minus quàm
ſororibus maritandis Si ergo permittitur fratri pro ſorori-
bus maritandis petere adiutorium à vaſallis, debemus pa-
ri ratione dicere, quod permittitur patri pro filiabus ma-
ritandis, cum nulla ratio diuerſitatis reddi poteſt: cum ſi-
cut officium fraternum eſt maritare ſororem, vt no. in con
ſtit. in aliquibus, & no. in l. 1. §. 1. ff. de tut. & ratio. diſtra. &
gl. in l. cum plures. §. fi. ff. de admini. tuto. ita officiũ pater-
nũ eſt maritare filias, vt ff. de ritu nupt. l. qui liberos. & ibi
Bartol. & notat. in l. fi. C. de dot. promiſſ. nec ratio diuerſi-
tatis reddi poteſt in hoc inter fratrem & patrem. Tertiò
adducitur: ſi vellemus intelligere iſtam conſtituti. vt pro
vna tantùm filia, & non pro alijs liceat petere ſubuentionẽ
à uaſallis, de neceſſitate haberemus dicere, quòd iſta cõſt.
non eſt æqua, ſed iniquas quia filias fœminas non tractat
æqualiter, prout æqualiter, tractat in alimonijs. l. quiſquis.
15 §. ad filias. C. ad l. Iul. maieſt. † Sed clarũ eſt, vt euitetur ini
quitas ſtatuti. debet interpretari ſtatutum, vt illa euitetur,
ẽt ſi eſſet neceſſarium recedere à propriu verbi ſignificatu,
vt dicit Bartol. in l. omnes populi. in 6. q. prin. in uer. iux-
ta permiſſa quæro, quid ſi in ſtatuto eſt aliquod verbum.
Nec poteſt dici, quod hęc conſtitut. ſit facta ad releuamen
uaſallorum, & ſic ut non grauentur ad ſubuentionem, ni-
ſi pro una filia, quia ſi ſic uellemus intelligere, eſſet con-
tra officium charitatis neceſſitate urgente, & ubi ceſſat iſta
charitas, non poteſt eſſe iuſtitia 24. quæſt. ſecunda capitu.
ubi. & ideo dicit hic Andr. quod ſi ſtatutum fundetur ſu-
per aliqua ęquitate, extenditur, allega. l. ſi quis ſeruo. ff. de
fur. Item eſſet contra honorem ipſius uaſalli: cum honor
domini ſit honor uaſalli: ut dixit Alber. de Roſa. in l. fina.

ver. Item quæro, an hanc iuriſdictionem. C. de iuriſd. om.
iud. Quarto, iſta conſti. dicit, quod frater pro maritãda ſo
rore poteſt petere adiutorium à vaſallis, ſi vellemus intelli
gere pro vna ſorore tantùm, eſſet iſta conſti. contraria con
ſtitutioni comitibus. quę ſtatim ſequitur, quę dicit pro ſo
roribus maritandis, & ſic non pro vna ſola. Nec debemus
dicere, ꝙ illa ſequens conſti. quæ inci. comitibus. corrigat
iſtam, per not in l. non ad ea. ff. de condi. & dem. & Bar. in
l. 1. §. 2. ff. quod vi aut clam. Et ideo de neceſſitate habemus
intelligere, vt euitetur contrarietas, quia hic verbum, ſoro-
rẽ. capitur pro plurali, videlicet pro omnibus ſororibus.
Et quia ratio diuerſitatis inter patrem habentem plures fi-
lias, & fratrem habentem plures ſorores non poteſt, quan
tum ad iſtam ſubuentionem petẽdam reddi, habemus de
neceſſitate dicere, ꝙ ſicut pro vna filia maritanda poteſt
peti ſubuentio à patre. ita etiam pro alijs filiabus maritan-
dis, prout ſtatutum eſt in fratre per cõſtitutio. comitibus.
16 † Quintò, ſi bene ponderentur verba And. hic in 2. col. ibi
dum dicit. expreſſit autem filiam, vel ſororẽ, dicit ipſe. ꝙ
pater, vel frater tenetur ex debito maritare filiam, vel ſoro
rem. iſtam conſtitu. ſic exemplificauit in ſingulari, quia ſic
communiter dicitur, & non vt velit ſtare in finibus perſo-
narum ſpecificatarum, ſed gratia exempli expreſſit, quæ
frequenter eueniunt, innuens tacitè idem eſſe in illis, quæ
habent eandem rationem, filia, & ſoror ſi maritatur cum
ſubuẽtione vaſallorum, melius & nobilius maritabitur,
vt inquit hic And. quando loquitur, ꝙ fuit declaratum, ꝙ
idem quando nepos qui ſucceſſit in feudo, maritat amitã
ſororem fratris defuncti, licet hæc conſtit. nihil loquatur
de amita. Et dum iſte caſus contigiſſet de facto, multi do-
ctores habuerunt iſtam quæſtio. dubiam, & dixerunt tan-
dẽ, ꝙ ſeruetur conſuetudo, ſed quia difficilis eſt probatio
huius conſuetudinis. Ideo gratia ſancti ſpiritus deuotè in-
uocata videtur mihi in puncto iuris, ꝙ hæc vltima pars ſit
verior rationibus, & iuribus ſup. allegat. Nec ob. primũ ar-
gumen. quia patet reſponſio ad id per ea, quæ dixi in 1. ar-
17 gum. inducto pro iſta parte. † Nec obſt. ſecundum argum.
quia verum eſt, quòd iſta conſtitu. fuit inducta ad reſtrin-
gendum auaritiam comitum, & baronum, quia pro quali
bet eorũ neceſſitate angariabat vaſallos, petendo ſubuen-
tionem ab eis. Imperator diminuit iſtud arbitrium ſolùm
pro filia & ſorora maritanda, id eſt, pro filiabus & ſorori-
bus, vt verbum filia, importet genus, & non ſpeciem, vt ſu
prà dictum eſt, maximè in tertio, & quarto argu. pro iſta
parte. Nec obſtat tertium argumentum quo negatur, ꝙ
iſta conſtitutio ſit onuroſa, prout dicebant aliqui, vt re-
fert hic Andręas, imò Andr. firmat, quod fuit æqua. &
ideo debet extendi ad caſum omiſſum, per ea quæ haben-
tur in l. ſecunda. ff. de verbor. obligat. Nec obſtat quartum
argumen. quia Papa Honorius loquitur de ſubuentione fa
cienda à uaſallis Regi in alijs caſibus, quàm loquitur illa
conſtitut. licet in aliquibus ſe conformet cum iſta conſti-
tutio. & ſecundùm ueram opinion. ut dicit hic Andræ. in
princip. & in capitu. primo. §. fi. de pace iuram. firm. iſtam
conſtitu. poteſt rex pro ſe inducere ultra caſus poſitos per
Honorium Papam in dictis capitulis, non tamen quare-
nus iſta conſtitut. eſt contra dicta capitula Papę Honorij.
& ſic non obſtant, quia ille uerſiculus, quartus caſus, lo-
quitur in l. iſta conſtitu loquitur in comite, barone, & mi-
lite, quibus competit debitum maritandi filias, uel ſoro-
res. Nec obſtat quintum argument. quod eſt fortiſſimum
pro illa prima parte, quia per dictam clauſulam: niſi aliàs
pro eadem cauſa ſubuenerint, non uidetur denegata ſub-
18 uentio pro alijs filiabus, uel ſororibus: † quia illa dictio, ni
ſi, exponitur pro quam [illegible]: ut exponitur in c. cum à nobis.
in fi. extrà de re [illegible] li. ut dicit Alber. de R[illegible] in l. ſi eum. §. qui
iniuriarum. ff. ſi quis [illegible] maxime ſtante d. conſ[illegible]t. comi-
tibus: quæ permittit [illegible] ſubuentionem à uaſallis pro ſo-
roribus maritandis, & ſuprà dictum e[illegible] q[illegible] dem dicen
dum eſt in patre per iura & rationes prę[illegible]tas. Et ſi uelle-
mus dicere, quod iſta dictio, niſi: excipit, prout dicũt ſcri
bentes in l. actione. C. de tran. ſequeretur, quod conſti. co

mitibus. prædicta ſit correcta per dictam clauſulam poſi-
tam in literis Rob. quod non eſt dicẽdum. ſed potius dicen
dum, ꝙ dicta litera ſit diſpenſatio, quàm conſtitu. prædi-
ctę correctio: quia non eſt conſti. ſeu capitulum, ſed lite-
ra diſpenſatiua. Et iſta uidetur mihi uera deciſio. In iſta ta
men quæſtione dubia ſubmitto me illi, qui melius fortè
per iura & rationes hic non adductas cõtrarium ſentiret.
Secunda dubitatio eſt, pone, ꝙ habens feudum habet pri-
mogenitum uxoratum, qui habet plures filias fœminas,
moritur iſte primogenitus ſuperſtitibus iſtis filiabus, utrũ
quando auus uult [illegible]ias neptes maritare, uaſalli debẽt ſub-
uenire? Iſte caſus eſt omiſſus à conſtitutionibus regni, ta-
men eſt quædam declaratio, quæ reperitur in regiſtris re-
19 gis Roberti, in qua dicitur, † ꝙ debet præſtari ſubſidium à
uaſallis pro maritandis neptibus ex filio primogenito. Et
ſubduntur in dictis literis hæc uerba formalia, hos enim
caſus, & ſimi. di. conſti. aperta diffinitione non exprimit,
per interpretationis adiectũ ſanus intellectus admittitur.
Et pro iſta interpretatione bene facit, quia ubi lex, uel ſta-
tutum facit mentionem de filiis ſimpliciter, illud uerbũ,
filijs trahitur ad nepotes, ut in l. liberorum. & ibi Bar. in 3.
colum. uerſi. 2. quęro, ff. de uerb. ſign. Fallit, niſi uerbum, fi-
lius, proferatur cum hoc uocabulo, & gradu, tunc non ue-
nit nepos: ut dicit Bal. in l. iubemus. §. fi. C. ad Trebe. Ioan.
Andrę. in c. ad extirpandas. de filijs presbytero. in nouella.
Idem ſi diceret, filiosfamilias, tunc non uenit. ita Bald. in l.
ſi filius. C. ad Maced. quod non eſt in præſenti conſti. Idem
dicebat Bald. in 3. uol. conſi. 2. incipien. uerba ſtatuti, quòd
ſub iſto nomine, filiæ, continetur neptis ex interpretatio-
ne expoſitiua uocabuli, ſumpta ratione exponendi ab ipſa
natura, etiam ſi uerbũ filij, uideatur ſtrictius ſumi, itiquan
tum uerbum ſonat. Et ſubdit, quòd ratio, quę mouit legiſ-
latorem in filia, eadem ratio mouit, & mouere debuit in
nepte, ergo perinde eſt, ac ſi ſtatutum exprimeret de ne-
pte. Et pro hoc allego Bal. in l. maximum uitium. In quin-
ta columna. C. de liber. præter. ubi dicit, quòd quando ſta-
20 tutum facit mentionem de filio, † iſtud ſtatutum recipit in-
terpretationem dicitur autem recipere interpretationem,
quando interpretatio non eſt prohibita, & tunc includi-
tur nepos, quia talis interpretatio uenit ex mente, ideſt, ex
ratione eiuſdem ſtatuti. & ideo non dicitur extendi, ſed
intelligi, ut plenè dicit ſe dixiſſe in lege ſi quis ſeruo. C. de
furtis, allegat no. per Andręam hic. hæc tamen interpreta-
tio, ideſt declaratio, ceſſat in materia pœnali, uel odioſa,
ſecundùm Ioan. Andrę. in nouella. in capitulo ad exurpan
das, in fine præallegato. ſed iſta conſtitutio non eſt odioſa,
ſed fauorabilis, quibus corrigit abuſum uirtute prædicti
adiutorij charitatiui. iuxta capitulum cum Apoſtolus. de
cenſibus, & in hac concluſione reſidet Domi. Barthol. de
Capua in quadam apoſtilla magna ſuper iſta conſtitutio.
in fine. Cætera uide per ſcribentes in l. [illegible]allus. §. inſtituens.
21 ff. de liber. & poſth. † Tertia dubitatio eſt, utrum quando
dominus feudi maritat amitã ſuam, uaſalli teneantur ſub-
uenire? Iſtam quæſt. examinat hic Andrę. pro & contra,
finaliter determinat, quòd ſic, quia ſi pater huius feudata-
rij tenebatur eam maritare, ſi uiueret, quia eius ſoror eſſet,
& per cõſequens uaſalli tenebantur ad ſubuentionem, ita
eius filius ſuccedens in feudo, ſi eam maritat, tenentur ua-
ſalli ad ſubuentionem, quia origo attenditur. & refert ita
in conflictu ſapientum fuiſſe determinatum per Regem
Carolum Secundum uide eum hic. Cui adde, quòd idem
dicit Andr. infra in conſtitut. comitibus. in 3. columna. ſic
declarauit inclitus Rex Carolus Secundus in amita mari-
tanda, ut ſubueniant uaſalli & c. Quarta dubit. eſt, utrum
uaſalli teneantur ad ſubſidium domino, quando dominus
uxoratur, & facit feſtiuas nuptias? Videtur quòd ſic, quia
ſi in nuptiis filiæ, uel ſororis uaſalli ſubueniunt, quantò
magis in nuptijs proprijs, argum. l. præſes. C. de ſeru. Item,
quia magis tenetur quis ſibi prouidere quàm alijs, ut ff. ſi
quis omiſſ. cau. teſtamen. l. Iulianus. ſecundum Bald. in l. 1.
C. de inoff. dona. in contrarium tamen eſt ueritas, ſcilicet,
ꝙ non tenentur uaſalli ad adiutorium, quando ipſe domi-
nus,

nus,vel eius filius vxoratur,quia tunc dominus ,uel filius,
recipit dotem,& efficitur ditior,ſed quãdo maritat filiam,
vel ſororem, dat de ſuo ,& efficitur pauperior, ideo poteſt
petere adiutorium à vaſallis.hoc firmat Spec. in tit. de feu.
§.quoniam.verſi.& not.quòd vaſalli comitum,& Io. Blan
ci de Marſilia in ſua ſum. quib. mod.feud.amit.& Iacobi-
nus prædictus in folio 29.& Roffred. Beneuen. in rubr.de
22 ſacramento cuiuslibet vaſalli . † Quinta dubitatio eſt : po-
ne,quòd feudum peruenit ad fœminam ex ſucceſſione ma
tris,vel patris, vtrum pro dotanda , vel maritanda filia, vel
ſorore vaſalli teneantur ad ſubſidium? Videtur quòd non:
quia iſta conſt. loquitur in feudo, qđ à maſculo tenetur,&
non de feudo fœminео. Item:quia mater non tenetur filiã
dotare,vt in l.mater.C.de iure dot.ergo nec uaſalli ad ſub-
ſidium.Idem firmat Specula.vbi ſuprà,& Iacobinus vbi ſu
prà. Sed ego dicerem, quòd ſicut in feudo, in quo ſucceſ-
ſit maſculis, tenetur vaſalli ad ſubueniendum , quando
maritat filiam , vel ſororem , ita dicendum , quando feu-
dum tranſit ad fœminam ex pacto & prouidentia de iure
communi feudorum , vt in capitulo primo . de bene. fœ-
mi.nam filia ſuccedit matri in feudo materno ex, pacto &
prouidentia, ſecundùm Andrę.in ca.1.§.& quia.de his qui
feu". dare poſ.vel quando ipſa ſuccedit propter non exiſten
tiam maſculi,per conſt.vt de ſucceſſionibus.quia eſt onus
feudi maritare filiam,vel ſororem,vt dicitur in conſt.comi
tibus.in conſtit.vt de ſucceſſionibus.per Andr.ſed vbi non
tenetur ad dotandum : puta quia feudum datum eſſet ma-
tri de nouo,& mater haberet ſororem , quam non tenetur
dotare,vt in l.cum plures.§. pen.ff.de admini. tut.nec ma-
ter tenetur dotare filiam, niſi quando filia eſſet pauper , &
mater dues,ſecundùm Cyn.in l.neque mater.C.de iur.do.
in illis caſibus,in quibus non tenetur dotare, in illis non te
23 nentur vaſalli ad adiutorium . † Sexta dubitatio eſt,vtrum
vaſalli teneantur ad iſtud adiutorium , quando pater , vel
frater maritat filiam,vel ſororem ſuam naturalem,vel ſpu-
riam.iſtud dubium tangit Præpoſit. in capitulo 1. §. ſimi-
liter.de ca. Corra.& videtur prima facie dicendum,quòd
ſic,quia pro cauſa eſt dotis & alimẽtorum,ſecũdùm.Bald.
in l.legatum.C.de condi.inſer.& Cy.in l. non omni. C. de
admi.tuto. ſed pater tenetur filiam ſpuriam alimentare, vt
in c.cum haberet . de eo qui duxit in matr. quam poll. per
adulte.& not. in authenti.licèt. C. de nat.liber.ergo & do-
tare.& per cõſequens tenentur vaſalli ad ſubſidium.ita te-
net Mar.de Laude in c.1.an apud iudicem, vel curiam quę
ſti.feud.termi. & hoc poteſt procedere de iur. cano. vt di-
cit Barto.in l.fina.§.ſi à ſocero.ff. de his quę in fraud. cred.
Sed in contrarium eſt ueritas, ſcilicet, quod non teneatur
dotare,firmat Bald.in l.fina.C.de dot. promiſſ. per tex.in l.
vxorem.§ pater naturalis.ff. de legat. 3. quem ad hoc alle-
ga.Bald.in d.l.fina.& in authenti.res quæ.C. comu. de leg.
in 2.columna hanc concluſionem expreſsè firmat Alexan.
de Imo.in l. 1.ff.ſolu.matri. præterquam in terris eccleſiæ.
idem firmat Franc.de Aret. in conſil. 48.incipien. reuoca-
tur in dubium.Idem firmat Alex.de Imo.in 3.volu.conſil.
74.alle.not.in ca. fin.de arbi.lib.6.& in c.2. de re iud. in 6.
& ita tenet Iac.in d.tract.in folio præallegato. Bene fateor,
24 quòd dicit Bald. in l. neque mater.C.de iu.do.†quòd ſi fi-
lia naturalis eſſet honeſta & paupercula,pater tenetur eam
dotare dote correſpondente alimentis,per d.c. cum habe-
ret.ęquiparando dotẽ alimentis,ſecundum Bar.in auth.ex
complexu.C.de ince.nu.& in l fi.C.de his qui.vt ind.Ego
cõſului,ꝙ d.c.cũ haberet. nõ ſolũ habet locũ in terris eccle-
ſię,ſed & in hoc regno: quia d.c.cũ habaret.fundatũ eſt ſu
per iure naturali, quę diſpoſitio iuris naturalis ſeruari de-
bet etiã in terris nõ ſubditis Papæ , ut in auth. ex cõplexu.
C.de ince.nu.& in §.ſi.qui.mod na.eſſi. le. bene teneo pro
firmo, ꝙ vaſalli non tenentur ad adiutoriũ pro maritãda fi
lia baſtarda, quia de iſta filia non fuit cogitatũ p iſta cõſt.
25 & ita & firmauit Iac.vbi ſuprà.†Septima dub.eſt:utrũ mu-
lier,cui ſol.mat. fuit conſignatum caſtrũ,vel ſeudũ in dota
rium cum uaſal.poſſit petere adiutorium à uaſallis in illis
ſex caſibus, in quibus loquitur hæc conſti.And.arguit hic
ad partes,& tandem cõcludit, ꝙ ex quo mulier in dotario
eſt pluſquam uſufructuaria,ut dictum fuit ſuprà in cõſti-
tu. mulier,quæ dotarium.quòd debetur adiutorium à ua-
ſallis.& dicit And.hic,quòd iſta concluſio fortè uerior eſt.
Cui adde, quòd eandem concluſionem in caſu infraſcrip-
to firmauit, D. Bar.de Cap.in quadã apoſtilla polita ſuprà
in conſt.licentiam. quia ſi pro dotario mulier debet pręſta
re ſeruitium ut fuit concluſum in d.conſt.mulier,quæ do-
tariũ.per conſequens ipſa debet habere à uaſallis ſubuẽtio-
nem,arg.l.quęro & l.hactenus.cum ſeq.ff.de uſufr. & per
alias rationes,ut ibi per eum. Sed non habebit mulier,quæ
tenet caſtrum in dotarium ſubuentionem à vaſallis in alijs
caſibus hic contentis,ſed ſolùm,quando præſtat ſeruitium
pro caſtro, uel feudo,ſed illam ſubuentionem in alijs caſi-
bus exiget proprietarius feudi à vaſallis dotarij, arg. ff. de
leg.3.l.ſi quis ſeruos, ſecundùm D. Bar.de Cap.ibi,quod te
26 ne menti, quia And.hic idem ſentit. † Octaua[c] dubita. eſt
c utrum ille,qui poſſidet feudum iure creditoris,vel tanquã
vſufructuarius, poſſit petere in dictis ſex caſibus ſubuẽtio
nem à vaſallis, licèt plus iuris habeat in re vſufructuarius,
quàm creditor,vt legitur & nota. in l.1.§. per ſeruum.ff.de
acq.poſſ. And.tangit hic bene,& concludit,quòd ſi contin
gat ipſum creditorem, vel vſufructuarium præſtare ſerui-
tium militare ratione poſſeſſionis feudi , quod tanet, tunc
poterit petere adiutorium à vaſallis,quia ſi habet onus, de-
bet habere emolumentum, arg. l. quoties.& l.hactenus. ff.
de vſufr.c.cum ſecundùm.de pręb.Item quia poſſeſſor ſol-
uit cenſum.l.ſi. C.ſine cenſ.vel reliqui.& ſic uſufructuari.
vt in l.quæro.ff.de uſufruct.legat.C.de ſuſcept. & archa. l.
modios.lib. 10.Alex.in 4.vol. conſi.35. in 5.col.ſed in alijs
quinque caſibus proprietarius feudi, idest, qui habet vtile
dominum,habebit ſubuentionem à vaſallis, & non poſſeſ-
ſor iure creditoris, vel vſufructuarius,quia iſta adiuuamẽ-
ta non dicuntur eſſe in fructu , ſicut nec partus hominum,
vt in l. in pecudum.ff.de vſu. & inſtit. de rerum diuiſ.§. in
27 pecudum , & in l. vetus fuit quæſtio. ff. de vſufru.† Item
iſtud adiutorium eſt extra rem,& per conſequens nõ com
petit poſſeſſori, argu.l. hinc quæritur. §.poteſt. ff. de pecu.
& per conſequens proprietario competit,cui quædam cõ-
petunt in fundo , in quo alius habet vſumfructum, vt in l.
fundi. & in l.ita legatus. ff.de vſu & habit. & Barto.in l. 1.
§.quod ait.in 2.colum. verſicu. ſed hic dubitandum.ff. vti
poſſ.Item iſta conſtitut. dat domino feudi iſtas ſubuentio-
nes, ſed poſſidens iure creditoris, vel iure vſusfructus non
eſt dominus , ideo non habebit iſtas ſubuentiones in alijs
quinque caſibus, prout dictũ fuit ſuprà proximè in habẽ-
te dotarium , vt latius hic per And.cui adde, quòd de iſtis
adiuuamentis non ſoluitur releuium , quia veniunt extra
rem,& quia præſtantur ex charitate,& ideo nõ ſunt in fru
ctu, & per conſequens ſpectant domino, & ſic proprieta-
rio.& pro hoc facit , quia vſufructuarius ſuo nomine non
poteſt nunciare nouum opus, quia non habet ius in re , vt
per Bar.& Imo. & Ale.in l. 1.§.ſi.ff. de ope.noui nuncia.be
ne fateor , ꝙ laudemia , quæ debentur approbanti contra-
ctum,ſpectant vſufructuario,per iura,& rationes.quas al-
legat Oldrad.in conſi. 24.incip. quòd dominæ vſufructua
riæ &c.ſed iſta dona, quæ dantur ex charitate domino feu
di,licèt per iſtam conſtitutionem ſint debita, non vidẽtur
quòd ſint in vſufructu. & hoc per text. in l.ſi verò. §.item
quicquid.ff.ſolut.matri. per quem tex. dicit Oldr.in conſi
lio 129.incipiente,in quæſtione,qua quęritur.quòd illud,
quod de conſuetudine datur in ſuo fęlici introitu,non ve-
nit in afflictu omnium fructuum,ſed erit ipſius archidiaco
ni,argumen.etiam.ff.ſi quid in fraud.patr.l.1.§.hæc actio.
28 †Nona dubitatio eſt, vtrum iſta adiuuamenta debeant prę-
ſtari domino feudi , antequam ipſe aſſecuretur per literas
regias, & antequam ſoluat releuium ? Reſpondeo, decla-
ratum eſt in regno per literas declaratorias regis Roberti,
quòd non præſtatur iſta ſubuentio pro maritanda filia,vel
ſorore , etiam cui pater reliquit dotem , ſi baro non ſoluit
releuium , nec fecit fidelita. nec obtinuit literas aſſecura-
tionis, vt patet in ca.regis Robert. quod incipit, pro parte

vniuerſitatis Vici.ad char.53.Decima dubitatio eſt,vtrum
vaſalli burgenſes,qui habitant in ſeudo baronis,teneantur
ad iſtam ſubuentionem in iſtis ſex caſibus,ſicut vaſalli,qui
tenent ſeudum à barone? Iſtud dubium tangitur hic in glo.
in verſi moderatè.& per And.hic in fi.& in c.s.§.fi.de pac.
iuramen.firmand. Et videtur dicendum,ꝙ in puncto iuris
non tenentur burgenſes ad iſtam ſubuentionem, quia ipſi
nullum ſeudum habent à domino,& dimidia pars fructuũ
ſeudi,quando dominus vadit in hoſtes,vt in §.ſimiliter,de
capi.Corra.ſoluitur à ſeudatario, ergo ſi non habet ſeudu,
nihil ſolnet. Item quia uaſallis ratione ſeudi eſt obligatus
actione perſonali ad obſeruantiam eorum, quæ continen-
tur in iuramẽto fide. & ſic omnia eius bona acceſſoriè ſunt
obligata,ut inquit Io.de Ana.in conſi 7. incip.viſis & pon
deratis.& nihil dicit de uaſallis burgenſibus.Item iſta con-
ſti.loquitur de ſeudatarijs baronum, ut dicit hic gl.in uer.
moderatè. & nihil dicit de burgenſibus.& ſic non eſt exten
denda de perſona ad perſonam.l. ſi ita ſtipulatus.§. Chry-
ſogonus. ff de uerb obl.Item ſi dixit præſens conſti.de va-
ſallis habentibus ſeudum, ergo de alijs uidetur prohibuiſ-
29 ſe,arg l.maritus.C.de procu.cum ſimi.† Item uaſalli bur-
genſes non debent iurare fide.baroni, ſed ſolùm regi,ut di-
cit And.in l. 1.quali.vaſal.iur.debet fide. & Luc. de Pen. in
l.deuotum.C.de meta. li.12. ergo ſi non tenentur burgen-
ſes iurare fide. baroni, non tenetur ei ſubuenire in caſibus
hic contentis. In contrarium allegatur, nam certum eſt,ꝙ
burgenſes tenentur iurare fide domino regi. ut dicit And.
in c.1.quali.uaſal.iura.debet fide ſed glo.2. hic dicit,ꝙ rex
utitur priuilegijs datis priuatis perſonis, ut in auth. ut non
fiant pign.§.illud.concordan. ſunt in l.princeps. ff. de legi.
per Alb.de Roſ. & ſic rex æquiparantur in his ſubuentioni
bus baroni,ſecundùm gl.& And.hic, ſed rex exigit adiuto-
rium à uaſallis burgenſibus,ergo idem poteſt baro.& idem
dicit And.in c.1.in 6.col.ibi, ſacramentum etiam non ſeu
datarij,ſed burganſes,& omnium,qui ſunt in territorio iu
riſdictionis domini &c. Et hanc partem firmat hic Andr.
preterquam ſi baro,uel miles ultra uaſallos burgẽſes, quos
habet in baronia,uel in feudo ſuo,habeat aliquos uaſallos.
qui haberent domicilium in ciuitate aliqua, quæ non eſt
eiuſdem baronis,uel domini,ſed eſſet de dema.regis,uel al
terius baronis,talis uaſallus burgenſis non tenetur ad hanc
ſubuentionem dicit tamen Andr.in d. §.fina.ꝙ licèt de iu-
re,ꝙ uaſalli burgenſes non teneantur ad iſtam ſubuentio-
nem dominis ſeudatarijs. tamen de facto ſeruatur contra-
rium,& debemus inſpicere,quod de iure fieri debet, & nõ
quod de facto fit,ut de elect.c.cauſam. unde cũ de iure ua-
ſalli ratione ſeudi, & multò fortius burgenſes non tenean-
tur domino ſeruire in pecunia, ut in ca.licèt uaſallus.ſi de
ſeu ſue.contro. niſi quando ueniret magna neceſſitas do-
mino,tunc tenetur ſubuenire,ut dicebat Io.de Ana.in prę
30 dicto conſilio.† Dicerem, ꝙ uaſalli burgenſes ad ſubſidiũ
pro maritanda filia,uel ſorore domini non teuentur de iu-
re,niſi ſit magna neceſſitas & idem ſentit hic Andr. in fin.
vbi dicit ibi,niſi quando neceſſitate maritanti.Minimè ta-
men ſunt mutanda, quę antiquam interpretationem ha-
buerunt, ut in l. minimè.ff. de legib. Nam barones ſunt in
quaſi poſſeſſione exigendi illa adiuuamenta à uaſallis bur-
genſibus habitantibus in eorum terris, & ſeudis, & tanto
tempore, cuius initij memoria in contrarium non exiſtit,
& eſſe iuramentum aſſecurationis mediantibus literis re-
gis,& per conſequens non eſſet eis uia agendi contra domi
nũ poſſeſſorio, quia ut dicit Inno.in c. literis,de reſtitutio.
ſpoliat.in 3. col. nunquam quis poteſt poſſidere actionem,
niſi ille, cui de iure competit. ſed iſtis burgenſibus non cõ-
petit,quia ſemper præſtiterunt dictum adiuuamẽtum, nec
competit eis petitorium agendi, quod non eſt debitum de
iure,propter longiſſimi prędicti temporis pręſcriptionem
ut in ca.1.de pręſcrip lib.6.longa enim poſſeſſio præſumi-
tur iuſta,& cum bona fide,etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius,
ut dicit Ant.de But.in c.peruenit. in 8.col. de cenſi.ſed ip-
ſis dominis competit ius agẽdi contra uaſallos poſſeſſorio
& petitorio, ſi denegarent præſtare dictum adiutorium,vt
in c.cum dilectus. de cauſa poſſ.& propriet. & pro hoc be
ne facit, quod dixit Oldrad.in conſi. 205.inci.factum tale
31 eſt,Bonifacius Papa, in fi.† Vndecima dubitatio eſt, an re-
periatur taxatum, quantum erit illud, quod pręſtabunt va
ſalli dominis ſuis pro iſto adiutorio in caſibus hic expreſ-
ſis? Reſpondetur,ꝙ ſic.nam tex.in c.comites et barones.ad
char.28.expreſsè ſtatuit,ꝙ quando comes uel baro,uel ſeu
datarius pręſtat ſeruitium domino regi in pecunia, ideſt,
ſoluit adoham, uaſalli tenentur ei ſubuenire pro medieta-
te, dummodo non excedat medietatem collectæ generalis
in ipſo anno. Et ſic uaſalli baronũ pro ſeruitio militari ſol
uunt baroni,& non regi,ut dicit And.in c.1.in uer.extraor
dinaria collatio. quę ſint rega. Si uerò in alijs caſibus hic
contentis petatur ſubuentio a uaſallis,tunc pręſtetur ſecũ-
dùm facultates,& conſuetudinem.Et ſi de hoc fuerit quæ-
ſtio inter dominum & uaſallum, quia dominum dicit ua-
ſallos locupletes,& uaſalli allegant eorum paupertatẽ, co-
gnitio & diffinitio huius taxæ ſpectabit iuſtitiario regio-
nis Ego uidi,ꝙ cognitio & diffinitio hodie fit per regiã ca-
32 meram ſummarię.† Duodecima dubitatio eſt. utrum uaſal
d li[d] baronum debeant dominum adiuuare pro filia domini
monacanda in monaſterio? Reſpõdeo, dicebat Cyn.& Al-
beri.de Roſ.in auth. ſed quamuis.C.de rei uxor.act.ꝙ bo-
num eſt argument.de matrimonio carnali ad ſpirituale. c.
inter corporalia. de tranſlatio.pręla. Si ergo uaſalli tenen-
tur ſubuenire pro matrimonio filiæ, uel ſororis,uel neptis
carnalis, multò fortius pro ſpirituali, maximè,quia ſpiri-
tuale dignius eſt,quàm carnale. Et ſic interpretatus eſt rex
Carolus Secundus in c.quod incipit,ad perpetuam rei me
moriam.char.45. ꝙ pro filia monacanda, & conſecranda
pręſtetur ſubuentio à uaſallis, quia dicitur ſpirituali coniu
gio coniuncta,& ſic interpretatus fuit uerba huius cõſtitu
tionis pro filio,uel ſorore maritanda,ſcilicet, matrimonio
carnali,uel ſpirituali Et dicit Neapodanus Sebaſtianus in
conſuetudi.Neapoli.ſi moriatur.in uer.paragium. circa fi.
de ſucceſsio. ab inteſtat. ꝙ in ciuitate Neapolis legitima ;
quæ debetur monialibus,eſt debitum iure naturę.& iſtud
dicitur paragium ingreſſarum. hoc etiam firmauit domi-
nus quondam ſocer meus, dominus Ioannes Antonius
Carafa Patritius Neapolitanus, & doctor famoſus, præ-
ditus magna memoria, in quodam tractatu, quem ipſe
33 fecit in ſenectute ſua de ſimonia. in 11.char. † Petr.de An
charan. in conſil. 507. incipiente, in paucis uerbis. dicit,
quòd monialis habebit dotem de paragio, ſicut ſi eſſet nu
ptui tradita. uel ſaltem legitimam,& firmant,quòd ſtatu-
tum excludens fœminas propter exiſtentiam maſculorũ,
non poteſt excludere fœminam monialem, ſed de hoc di-
cetur infrà in conſtitut.in aliquibus, Et uolo,quòd ponde-
res uerba dicti capitul regis Roberti,quia dicit de moniali
conſecrata, aliàs ſi non eſt conſecrata, non debetur dicta
ſubuentio.nam monialis ante ſuſceptum uelum poteſt re
dire ad ſæculum, ut dicit Cardi. Floren. in clementi. eos.
in 4 quæſtione, de regula. licet Neapodanus in prędicta
gloſſ.dicat, quòd etiam ſi ſoror non intret in monaſteriũ,
ſed vult caſtè uiuere in domo, habebit legitimam iure na-
turæ, niſi ſuccedat pariter cum maſculo &c.. nihil tamen
dicit in hoc caſu de ſubuentione uaſallorum. & ideo hoc
caſu non habebit ſubuentionem à uaſallis per diſpoſitio-
nem dicti capituli. Tertiadecima dubitatio eſt, quid ſi
pater in teſtamento legauit dotem amplam, & honorabi-
lem ſuæ filiæ, & mortuus eſt ſuperſtite filio, & hærede,
qui ſucceſſit in ſeudo hæreditario, & ſic tenetur ſatisſace-
re dictum legatum, an pro iſta dote legata uaſalli tenean-
tur ſubuenire? Reſpondeo, rex Robertus in præallega.ca.
quod incipit. pro parte uniuerſitatis Vici. charta 53. ex-
34 preſsè dicit, † quòd ex quo pater in teſtamento dotem
amplam & honorabilem reliqui filiæ, uaſalli non debent
moleſtari ſuper adiuuamento petito niſi aliud reſcribere-
tur. Sed pulchrum eſſet inueſtigare,quę fuit ratio diuerſi-
tatis,quod quãdo frater maritat,& dotat ſororem, uaſalli
tenentur ſubuenire. Et quando maritat ſororem, & ei te-
netur ſoluere dotem legatam per patrem, nõ poteſt petere
ſubuen-

ſubuentionem à uaſallis, niſi quando feudum ueniret ad
filium ex pacto & prouidentia concedentis, & feciſſe in-
uentarium, quo caſu nõ teneretur de feudalibus ad lega-
tum, ut dicit And.in c.1.an agna.& firmat infrà in conſti.
comitibus.ult.col. Dic, ꝙ ratio poteſt eſſe, quia quando pa
ter legat dotem amplam, & honorabilem ſuę filiæ, non po-
teſt præcipere in teſtamento, ꝙ uaſalli habeant ſubuenire,
quia nulla lex hoc dicit. Sed quando frater maritando ſo-
rorem ei promittit dotem, hæc conſtit.permittit, ꝙ poſſit
peti ſubuentio à vaſallis, vt declarat And. infrà in conſti.co-
mitibus.ulti.col. Item poteſt eſſe alia ratio. quia quando pa
ter legat amplam & honorabilem dotem.illud legatum eſt
ſoluendum per ſuum hæredem, & in ſolutione legati vaſal
li non tenetur ſubuenire, quia frater ex neceſſitate impo-
ſita à teſtatore hoc facit, ideo ſicut non datur pręmium illi.
qui ex neceſſitate facit officium ſecundùm Bal. in l.2.C.de
ope.libe.ſic fratri non præſtatur ſubuentio à uaſallis, ſi per
neceſſitatem ſoluere debet legatum factum à patre, ſecus ſi
pater legaſſet paruam dotem & non honorabilem, & fiſcus.
daret amplam dotem pro ea honorabiliter maritanda, tũc
pro illo augmento dotis poſſet petere ſubuentionem à va-
ſallis per iſtam conſtitutionem, & quia uaſalli non tantum
uerbo, ſed opere dominio in neceſſitate conſtitutio debent
35 ſubuenire, ut dicit Bal.in l.2.in fin.C.de ope.libe. † Quarta
decima & ultima dubitatio eſt, pone, ꝙ baro habeat duos.
filios, & in baronia uiuitur iure Francorum, quo iure pri-
mogenitus debet ſuccedere, & primogenitus duxit uxorẽ
& procreauit filiam, deinde moritur primogenitus ſuper-
ſtite filia, deinde moritur baro ſuperſtite iſta nepte & filio
ſecũdogenito patruo huius neptis, qui patruus ſecundùm
opinio. domini Petri Picoli debet ſuccedere in feudo, &
non iſta neptis, ut eius diſputationem poſui in ca.1.de nat.
ſucce.feud. licèt in contrarium allegauerim in c.1.in prin.
de ſucceſſio.feud. Et ſi patruus ſucceſſit in baronia, & vult
maritare, & dotare cum ampla dote iſtam ſuam neptem,
vtrum uaſalli tenentur ſubuenire? And.de Iſer.infrà in con
ſtitu. comitibus.arguit pro & contra, in penul. colum.tan-
dem concludit, quod iſte caſus eſt nouus, & non eſt deci-
ſus, & indiget deciſione principis, ſicut fuit deciſum in
quæſtione quando nepos maritat amitam, ut dixi ſuprà in
3.dubitatione, tamen mihi uidetur, quod ſine dubio pote-
rimus decidere hunc caſum non expreſsè deciſum, quia
quando aliquis caſus occurrens non eſt deciſus, poſſumus
decidere de ſimilibus ad ſimilia, ut in l. non poſſunt.ff. de
legi. Sed iſta conſtitu.uult, fratrem maritando ſororẽ poſ-
ſe petere auxilium à uaſallis, maiori ratione debemus dice
re patruum maritando neptem, ad quam maritandam mi
niſterio iuri tenetur, ut eam excludat à ſucceſſione, poſſe
petere ſubuentionem à uaſallis, quia propter quod unum
quodque, illud magis, ſecundùm Philoſophum 1. Poſterio
rum & in auth. multò magis. C.de ſacr.ſan.eccl.ergo idem
ius eſt ſtatuendum.l.illud.ad l.Aquil.l.ex facto.in fi.de ne
got.geſt. Poſſumus ergo bene dicere, ꝙ ille, qui de iure te-
netur maritare & dotare illam, quam ſi non dotaſſet, exclu
deret eum à ſucceſſione feudorum, ſi ipſam maritat & do-
tat, poteſt petere auxilium à uaſallis, quia ubi eſt onus do-
tandi, ibi debet eſſe commodum recipiendi ſubuentionẽ,
arg.ff.de re.iu.l.ſecundùm naturam.& C. de furt. l. ſi quis
ſeruo.& ſic ego conſulerem regi, quando uellet declaratio-
36 nem facere ſuper hoc dubio. † Sed quid ſi ipſe baro auus
maritaſſet, ipſam neptem filiam ſui primogeniti, & pro-
miſiſſet dotem pro ea, & ſic potuiſſet petere a uaſallis ſub-
uentionem, & ipſam non petit, & mortuus fuit ſuperſti-
te filio ſecundogenito patruo iſtius neptis maritatæ, qui pa
truus ſucceſſit in paternis feudis, utrum ſtante opinione,
quòd patruus non poſſit petere ſubuentionem à uaſallis,
quando maritat & dotat neptem ſuam ex filio primogeni-
to, poſſit hoc caſu petere ſubuentionem à uaſallis omiſ-
ſam per auum? Dicit Andr.in d.conſtit.comitibus.ultima
colum. quòd ex quo tempore aui ceſſit dies poſſe conſequi
ſubuentionem à uaſallis eius, ſecundogenitus hæres patris
poterit petere iſtam ſubuentionem, quam auus poterat pe
tere per l.cedere diem.ff.de uerbor. ſignifi. Sed quæ eſt ra-
tio diuerſitatis, ꝙ quãdo auus promittit dotem pro nepte
ex primogenito maritata, & non petit ſubuentionem, ſe-
cundogenito ſuccedens poteſt petere illam ſubuentionem
à uaſallis, quem petere potuiſſet auus, & quando auus legat
dotem amplam & honorabilem ſuæ nepti ex primogenito
filius ſecundogenitus ſuccedens non poteſt petere ſubuen-
tionem à uaſallis, ut dictum fuit ſuprà in 13. dubitatione?
Dic, ꝙ ratio poteſt eſſe iſta, quia quando pater legat dotes
amplas nepti, illa neptis non erat maritata, & dos non po-
teſt eſſe ſine matri. vt in l.3. ff. de iure dot.cum ſim. allegat.
per Bar.in l.Titio.§.fin in ult.col.ff.de condi.& dem.ſecus
eſt quãdo tempore aui fuit maritata, & ſic ſufficit dare iſtã
37 inſtantiam, ſeu differentiam. † Septimo no.ex tex.ibi, pro
ſeruitio noſtro. ꝙ pro ſeruitio militari debito à baronibus
regiæ cameræ, barones poſſunt ab eorũ uaſallis petere ſub-
uentionem, & ſic uaſalli ſoluẽtes eorum baronibus liberan
tur à ſolutione ſeruitij faciendi pro feudis, quę tenent tam
à barone, quàm a regia curia, quia ſufficit ſemel ſoluere ba
roni, ut hic, & clarius hoc firmat And.in c.1.in uer.extraor
dinaria collatio.quæ ſint rega. Et pro hoc eſt cap.regis Ca
roli II. quod incipit, comites, ad char.28.& dixi ſuprà pro-
ximè in 11.dubita.idem dictum fuit in ca.1.§.ſimiliter.de
cap. Corr.& in c.1.§.fi.de pa.iur.fir. Sed iuxta hoc quæro,
quid ſi rex facit gratiã baroni de adoha. an baro poſſit exi-
gere ſeruitium militare, & ſic adiutorium à uaſallis, ſicut
quando ipſe baro ſoluiſſet adoham? Et quia iſtã q.exami-
naui in c.1.§.ſed nec eſt alia ratio, in 3.char.uer.ult.quę-
ritur, quæ ſit prima cauſa bene.amit.ubi allegaui apoſtil-
lam domini Bar.de Cap.ſuper iſta conſti.& And.de Iſern.
ibi in quadã ſua additione, & aliquid per eum hic, & in l.
imperiale n.§.firmiter.ideo quę ibi dixi, hic non repetam,
maximè quia uidi, ꝙ in regia camera ſummarię dicunt of-
ficiales ibi, ꝙ illud quod princeps remittit donando, habe-
tur pro ſoluto, & ideo petit ſubuentionem. Cætera de ma-
teria huius ſeruitij militari uide per An. in prædictis locis
& Iac.in d.tra.de ſeu. char.30.in uerſ. promiſerunt eidem
domino ſuo pręſtare debita ſeruitia. ubi ſuper hoc tangit
38 multas quæſt. † Octauò no.ex tex. ibi, pro noſtro corde. ꝙ
quãdo dominus rex hoſpitatur in terris comitum, uel bar.
uel aliorum feudatarorum, uaſalli eorum tenetur domi-
no regi ratione maioris dominij facere impenſas, & eorũ
ſubditi debẽt contribuere. hoc dicit iſta conſt.& Rn.Ben,
hoc etiam dicit in ſuo ope.in rub.de ſac.cuiuslibet uaſalli.
& refert Spe.in ti.de ſeu.§.quoniam. in fi.hoc tamẽ ſanè in
telligo, prout dicit Bal.in l.neminẽ.C.de ſac.ſan.ecc.ubi di
cit, ꝙ quãdo princeps trãſit p terras uicini, debẽt prouide-
re de uictualibus, expenſis tamen principis, per l.ſi penden
te.§.qui.ff. de uſuf.idem Pręp.in prælud ijs, col.20. An au-
tẽ ualeret cõſuetudo, ꝙ ſubditi debeãt prouidere de uictua
libus, & rebus ad alimenta ſine pretio? Dic ꝙ eſſet ualida, ſi
eſſet ex cauſa publicę utilitatis, & quando princeps eſſet in
neceſſitate, ꝙ non haberet de ſuo, aliã ſecus, per id, quod
dixit Bal.in l.ſicut.C.de ſer.& Alb.de Roſ.in l. uenditor. §.
ſi conſtat.ff.com.pręd.& uoluit And.in præludijs iſtarum
conſt.12.col.& ibi dixi in 4.q.& in c.1.in uer. argentarię.
39 quæ ſint rega. † Nonò no.ex text.ibi, de prelatis tamen. ꝙ
prælati eccleſiarum, ſubaudi, habentes feuda in regno no-
mine ſuæ eccleſiæ, pręſtant ſeruitium regię curiæ, quia ſic
fuerunt conceſſa, ſcilicet, cum ſeruitio, ut dicit And.in c.1.
ex qui.cauſ.feu. ami.aliàs ſi non eſſet expreſſum ſeruitium
in conceſſione feudi ei factæ, cenſetur feudum liberum à
ſeruitio, & eſſet factum ſanctorum, ut dicit Inn.in ca.uerũ
de ſo.compe. Et ſic quãdo apparet, ꝙ eccleſiæ fuit concuſ-
ſum caſtrum, uel feudum cum præſtatione ſeruitij, & ubi
non appareret de inueſtitura, & feudum fuiſſet tentum per
eccleſiam per 30.an.cum præſtatione ſeruitij regiæ curię,
quo caſu pręſumitur inueſtitura, ut in c.ſi quis per 30.per
And.& ibi dixi, ſi de feu.fue. contro.inter do.& agna. tunc
talis prælatus eccl.eſt de foro iudicis ſecularis, ut dicit Inn.
in c.uerũ.& in c.cæterùm, de iud.& ita habetur in c. regis,
Caroli II.in planitie ſancti Mar. & hoc expreſſe dicitur in

inueſtitura regni, quã facit eccleſia Romana regi. In alijs autem caſibus rex, vel iudex ſecularis eius nullam habet iuriſdictionem in prælatis eccleſiæ, vt dicit hic Andr. dum alle. c. minus de iureiurand. Et iſte prælatus pro dictis ſeudis tenetur regi ad omnia ea, quæ tenentur regi omnes alij feudatarij, & ſic ad iuramentum fideli. vt dicit And. in ca. 1. quali. vaſ. iurar. debet fideli. E tunc prælatus iſte per iſtã conſtitu. poterit petere à ſuis vaſ. adiutorium moderatum
40 in caſibus hic contentis, videlicet. † Et primò, quando prælatus electus, & pronunciatus per Papam debet conſecrari. Et qualiter fiat hæc conſecratio, vide gloſſ. in cap. quod ſicut. in verſic. diuidatur. de elect. & in illa gloſſ. eſt vltima additio, quam fecit Bernardus gloſſator, ſecundùm Io. An. & Abb. ibi, & de cærimonijs requiſitis ab eccleſia in conſecratione prælatorum, vide in pontificali, quod fuit compoſitum à D. Guli. Durante, qui compoſuit Speculum iuris, & rationale diuinorum officiorũ. Et quæ ſunt illa, quæ tribuuntur prælato à iure poſt conſecrationem, vide gl. in c. tranſmiſſam. de elec. quæ quidem conſecratio nõ poteſt fieri, niſi poſtquam prælatus eſt confirmatus à Papa, vt no. in c. prouida. de elect. lib. 6. Et de iuramento, quod pręſtat conſecratur domino Papę, patet in c. intellecto, de iureiuran. Et de iuramento, quod præſtat archiepiſcopus, quando petit ſibi dari pallium à Papa. vide in c. ego, de iureiu. & in c. ſignificaſti. de elec. & in c. quanquam. 23. diſt. Secundò prælatus poteſt moderatum auxilium petere à ſuis vaſ. quando Papa vocat eum ad concilium, & tunc ſufficit vna citatio, vt dicit gl. 18. diſt. c. ſi epiſcopus. omnes enim epiſcopi de iure ſunt citãdi ad cõciliũ generale, vt in c. ſi quis diaconus 50. diſt. & 15. di. c. 1. & c. ſanct. cũ ſi. Tertiò, ſi prælatus reperitur in exercitu domini regis, pro ſeruitio regis, vel rex mittit eum in aliquo loco pro ſeruitio regis, vel rex vocat eum pro ſeruitio regis. Quartò, ſi contingat regem hoſpitari in terris feudalibus prælati, tunc vaſalli debent
41 ſubuenire, quod intellige, vt ſuprà dixi in 8. no. † Decimò & vlti. no. ex tex. ibi, moderatè tamen, ꝙ iſtud moderatum auxiliũ, quod poteſt petere prælatus à ſuis vaſ. eſt neceſſitatis, & non liberalitatis, & ſic poſſunt compelli. ita etiam firmat Bald. poſt arg. pro & contra in c. conquerente, de offic. ordi. Et quantum erit iſtud moderatum ſubſidium, dicetur infrà in conſti. ſeq. ſed pro nunc vide Felin. in c. cum ex officij. de præſcri. & ex qui. cau. poteſt peti. illud charitatiuum ſubſidium, vide Innu. in capit. 1. de ſta. regu. glo. 10. quæſt. 4. cap. vnio. Hoſt. in ſum. de renum. §. quid pertinet. in princ. In gl. 1. ibi, item valde duorum. no. iſtam glo. contra iudices, qui recipiunt indifferenter eſculenta, & poculenta, tam à diuitibus, quàm à pauperibus, nam malè faciunt, quia iniquum eſt à nullo recipere, & vtiliſſimum à quocunque recipere, vt in l. ſolent. in fi. ff. de offi. proconſ. ideo gloſſ. in auth. de conſuli. §. alij autem. in verbo, eſt autem, dicit medium tenuere beati. de hoc dictum fuit ſuprà, in conſt. inter cætera. & gloſſ. in conſt. circa violentiarum. & gloſſ. in l. 1. §. Oſtilius. ff. de aqua plu. arcen. & in l. adeo. §. cum quis. ff. de acqui. re. do. melius tamen eſſet nihil accipere, quia dicitur in prouerbijs, qui dat munera, gloriam & honorem acquirit, animam autem accipientis tollit. & Seneca in prouerbiis dicit, beneficium accipere, eſt libertatem vendere. vide, quæ dixi ſup. in 1. lib. in con-
42 ſti. apud iuſtitiarios. in 4. no. ſub rub. 52 † In gl. 2. no. iſtam gl. ꝙ conſt. loquens de comitibus, & baronibus, & ſubditis regis habet locum in rege. Idem dixit And. ſuprà in conſt. pacis cultum. in fi. & in conſt. edictorũ. in 4. col. & dixi ſuprà in conſt. cũ conceſſiones. in 5. no. & in conſti. fratrib. in 5. no. & ibidem per And. & Alex. in l. 1. ff. quod quiſque iuris, vide quæ dixi ſuprà, in 10. q. In gl. 3. in ver. pro emenda. terra hanc gl. alle. Roff. Beneuen. in ti. de ſacramẽtis vaſallorum. tu dic, ꝙ licet Roffre. nihil alleger, ꝙ ſi dominus emit terram, debent ſubuenire vaſalli, tamen credo, ꝙ habuit notitiam de illa conſt. quæ h. d. ſed ipſam nõ alle. ſed tu vide Oldra. in conſi. 104. incip. circa propoſitam. q. qui per tres optimas rationes concludit, ꝙ ſi Papa eſt dominus alicuius ciuitatis, & vult emere aliquod caſtrum vicinum illi ciuitati, vaſalli Papæ tenẽtur ſubuenire, quia hoc eſt bonum publicum, et quia honor domini, eſt honor vaſallorum, prout dicebat Alb. de Roſ. in l. fi. C. de iu. om. iu. tene menti, iſtud conſilium, quia non ſolet allegari per Mo-
43 dernos doctores. † In gl. fi. in ver. moderatè. no. iſtam gloſſ. quæ videtur innuere, ꝙ vaſalli burgenſes per iſtam conſti. non tenetur ſubuenire domino inferiori à rege in iſtis caſibus hic contentis, ſed ſolùm vaſalli tenentes feuda, tu dic vt dixi ſuprà, in 10. quæſtione.

ANNOTATIONES.

a Cum clauſula.] Nota, quòd priuilegium inductum cauſa miſerationis non tollitur per priuilegium cum clauſula non obſt. vt hic per Affli. & vltra ipſum adde, quod eandem opi. ſequutus eſt Bald. in d. l. 1. C. quando Imp. & Lau. in tracta. de priui. & reſcript. no. 40. vbi dicit eſſe no. pro pauperibus & hoſpitalibus, quibus conceduntur priuilegia immunitatis. Requiritur ergo ſpecialis derogatio, & vide Inno. in c. ſignificantibus. de offic. iud. deleg. quem ſequitur Cardi. conſi. 136. & Fely. in d. c. ſignificantibus 2. colum. quod priuilegium ſeu reſcriptum impetratum contra miſerabilem perſonam, nõ valet, niſi facta mentione de eius miſeria. licet Imol. in d. cap. ſignificantibus. reprobet hoc dictum, vt ibi per eum, tamen Card. & Felin. illud ſequuntur & priuilegiis inductis gratia miſerationis renunciari non poteſt, vt dicit Bald. in d. l. 1. C. quando Impera. per glo. ibi in verbo, excedere. de quo vide per Abb. in c. ex parte. de for. compe. & And. Barb. in c. ſi pro debilitate. 2. colum. de offi. delega. & de priuil. miſerabilium perſonarum, vide late per Feli. in d. c. ſignificantibus.

b Secus dicendum.] Nota, quod vbi dominus poteſt de ſuo ſoluere redemptionem ſuam, tunc vaſalli non tenentur ſubuenire. Adde Cynũ in l. neminem. C. de ſacroſan. eccleſ. & Guid. Papę deciſ. Delphi. quæſt. 551. in fi. & in q. 113. in fine.

c Octaua.] vide Capi. in deciſ. 183.

d Verum vaſalli.] Ad hanc materiam vide, quæ addita ſunt ad eundem Afflict. in conſti. in aliquibus, nu. 26. in fine.

De adiutorijs pro militia fratris. Rubrica XVIII.

IN aliquibus libris hic non eſt rubri. ſed iſta conſtitu. eſt ſub rubri. præced. quia hæc conſtitu. addit duos alios caſus, in quibus vaſalli debent dominum adiuuare, videlicet pro faciendo fratrem ſuum carnalem militem. Item pro ſororibus maritandis, tamen propter iſtos duos caſus ſuprà dictos in multis libris eſt iſta rubrica de adiutorio pro militia fratris. Et miror profectò, cur Andr. de Iſern. legit iſtam conſtitu. diuiſim, quia unam lecturam ponit hic, aliam ponit infrà, poſt conſt. conſuetudinem. de præſcrip. cum vnica tantum ſit conſti. quæ incipiat, comitibus, in iſto lib. cõſtitut. regni, et non duę. Ideo credo, quòd hoc proceſſit uitio ſcriptoris, et iſtud uitium fuit continuatum uſque ad iſta tempora.

SVMMARIVM.

1 *Vaſalli ad moderatum auxilium tenentur domino pro fratre ipſius milite faciendo.*

Frater in feudo ſuccedens ſororem ſuam ex patre communi natam dotare tenetur.

2 *Primogenitus ſolus de iure Francorum in feudis paternis ſuccedit.*

3 *Primogenitus qua ratione ſuccedat in feudis aliis fratribus ab ipſo primogenito ſolum militiam accipientibus.*

4 *Primogenitus quantum pro victu & militia debeat conferre ſuis fratribus.*

5 *Primogenitus tantum fratribus ſuis dare debet pro militia quòd ex hoc viuere poſſint.*

Sententia regis quando & quò ad quos ius faciat.

6 *Frater ſecundogenitus monacus an poſſit à fratre primogenito victum & militiam exigere.*

7 *Monacus an poſſit militiam à fratre primogenito petere.*

8 *Debitum de iure naturæ non poteſt in totum tolli, licet minui poſſit.*

9 *Secundogenitus alimentatus alibi quàm in domo primogeniti, poteſt petere victum & militiam pro tempore præterito.*
10 *Secundogenitus, qui ſemel Regi rebellis fuit, an poſſit poſtea à primogenito victum & militiam petere.*
11 *Monacus quò ad alimenta non reputatur mortuus.*
12 *Secundogenitus rebellis, qui per Regem fuit reſtitutus, an poſſit victum, & militiam petere pro præterito tempore in quo rebellis fuit.*
13 *Victus & militia an debeat præſtari ſecundogenito de laudemio, quartaria, vel relevio.*
Secundogenitus an teneatur contribuere primogenito pro rata ſua ad ſolutionem adobæ.
14 *Primogenitus an teneatur victum, & militiam præſtare filio ſecundogenito mortui.*
15 *Filius hæres id, quod poterat pater, petere poteſt.*
16 *Secundogenitus ſi contra primogenitum agat ad victum & militiã, an lite pendente poſſit cogi primogenitus ad dandum aliquid pro alimentis & litis expenſis.*
17 *Pater an poſſit in teſtamento ordinare, quòd primogenitus ſuus non teneatur ſecundogenito ingrato præſtare victum & militiam.*
Ius accreſcendi an locum habeat in victu, & militia qui datur fratri, ſic quòd eo mortuo aliis fratribus acquiratur.
18 *Secundogenitus, qui putans in feudis paternis viuendum iure Francorum, certis annis victum & militiam recepit à fratre primogenito, an poſtea redeundo ad ius commune poſſit pro medietate ſuccedere.*
19 *Exceptio nulla opponi poteſt ei, qui ad aliquod ius abſque aliqua repulſa admittitur.*
20 *Statutum tollens exceptiones, cenſetur tantum iniuſtas tollere.*
21 *Primogenitus an teneatur fratri ſecundogenito dare victum, & militiam de feudo, quod ei obuenit per ſucceſſionem patre iam mortuo.*
22 *Feudum nunquam dicitur paternum, niſi inter eos, quorum principium in vno ſtipite feudali connexum eſt.*
23 *Auus venit quandoque patris appellatione.*
24 *Frater primogenitus non tenetur ſecundogenito dare feudi proprietatem, ſed ſolùm victum & militiam.*
25 *Alimentorum nomine quæ poſſint venire.*

COMITIBVS. In duas partes diuiditur. In prima datur facultas comitibus, & baronibus, vel feudatariis viuentibus iure Fran. quòd quando alter eorum fieri fecerit fratrem ſuum ſuis propriis expenſis militem exigẽdi à ſuis vaſallis moderatum adiutorium pro facultatibus vaſallorum, & expenſarum quantitate, nec minus pro eius ſororibus maritandis, quæ ſunt à communi patre procreatæ, & durat vſque ibi, & licet. Hic eſt ſecunda pars, in qua deciditur vnum dubium, videlicet, pone, quòd frater ſecundogenitus educatur in domo primogeniti, deinde contra voluntatẽ ſui fratris primogeniti recedit à domo, & vadit quærẽdo ſuam fortunam meliorem, ſicut ſolent facere ſecundogeniti more nobilium, hic ſecundogenitus poſtea reuertitur diues vel pauper, vtrum poſſit à fratre ſuo primogenito petere, & habere victum & militiam ſibi debitam omni tempore, ideſt, præteritam & futuram? Dicitur hic, quòd ſic. & durat vſq; in fi. No. primò ex tex. ibi, pro militia fri-
1 tris. quòd non † tantùm pro militia ſui filij, vt in præcedenti conſtitu. ſed etiam pro faciendo fratre ipſius feudatarij milite, vaſalli tenentur moderatum auxilium præſtare. Et iſtud moderatum auxilium taxabitur arbitrio iudicis, habita conſideratione ad facultates vaſallorum, & ad expenſas, quas facit ipſe frater primogenitus pro faciendo ſuum fratrem ſecundogenitum militem, vt dictum fuit ſupra in præceden. conſtitu. in vndecima dubitatione. Secundò no. ex text. ibi, pro ſororibus maritandis quæ à communi patre. quòd frater, qui ſuccedit in feudo, tenetur ex debito maritare, & dotare ſororem ſuam natam ex communi patre, ſcilicet ex legitimo matrimonio, non autem ſororem ex parte matris tantùm, vt in l. cum plures. §. primo. ff. de adminiſtra. tuto. & iſta conſtitut. declarat præcedentem, quæ loquuta fuit in nume. ſingul. vt dictum fuit ibi in 6. nota. prima quæſtio. Tertio not. ex text. ibi, militiam ſibi
2 debitam. prærogatiuam, quam † habet primogenitus ſecundùm morem Francorum, quia ipſe ſolus ſuccedit in feudis pater. & omnia feuda pater. ſunt legitima iure naturæ ipſius filij primogeniti, ſecundùm Hoſtien. in cap. licet. de voto. quem refert Andr. in conſtitut. dignum. tamen cum hoc onere, quod tenetur fratribus ſuis dare militiã eis debitam, vt hic, & d. capi. licet. de voto. & iſta dicitur alienatio neceſſaria ſecundùm Andr. in conſtitu. dignum. Legimus enim in veteri teſtamento, primogenitum habuiſſe etiam prærogatiuas reſpectu aliorum fratrum inferiorũ, vt dicit in glo. in cap. quam periculoſum. ſeptima quæſtio. prima. vbi dicit, quòd primogenitus in diebus feſtiuis offerebat Deo ſacrificia. Item, quia ſedebat à dextris patris. Item, duplicatos cibos habebat in menſa. per quod declaratur, quod primogenitus habebat duas partes de hæreditate patris. Idem dicunt Ioan. And. & Anto. de Butr. in ca. licet. de voto. & Alber. de Roſ. in procem. Digeſti veteris. in verſicu. diſcipub. Sed hic cadunt quatuordecim quæſtiones. Et prima quæſtio erit, quæ fuit ratio, per quam
3 † fuit inductus iſte mos, quòd primogenitus ſuccedat in feudis, & alij fratres ſolùm habeant militiam ab ipſo primogenito? Dic, quòd fauor publicus, ne feuda diuidantur, & veniant ad nihilum, vt in l. imperialem. §. præterea ducat. de prohib. feud. alien. per Feder. & in feu. regalibus, & dignitatum ſunt aliæ rationes de quibus dixi in capitu. primo. in princi. in magna quæſt. vtrum filius primogeniti defuncti viuo auo ſuccedat in feudis, vel ſecundogenitus. de ſucceſſ. feud. Secunda quæſtio erit, quia hic dicitur, ꝙ primogenitus dabit militiam aliis fratribus debitã. Quæro, quantum erit iſte victus & militia debita à primogenito ipſis fratribus inferioribus? Iſta conſtitu. non determinat, nec etiam determinatur in d. capitu. licet, de voto. Andr. hic tangit & refert opin. quia non eſt iure fundata, vt ipſe dicit, non refero. Poſtea refert opin. aliorum dicen-
4 tium, vt iſte † victus & militia debita ſit tertia pars valoris partis ſuæ, ſi ſuccederet: ita ꝙ duæ partes ſint primogeniti. vnde ſi totum feudum annis ſingulis eſſet redditus ducatorum ducentorum, & ſunt duo fratres, quilibet fratrum ſi ſuccederent ſimul haberent centum pro quolibet, nunc pro tertia frater ſecundogenitus pro militia debita habebit triginta tres ducatus & vnum tertium. Et ſic quando ſunt infra quatuor fratres, quilibet frater habebit tertiam tertiæ ſibi contingentem pro legitima, vt in auth. de trien. & ſemiſ. §. 1. & not. in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſta. Et ſi ſunt vltra quatuor, legitima erit medietas, & tũc erit medietas medietatis. Et ſi hæc portio videatur modica reſpectu qualitatis perſonæ ipſius fratris ſecundogeniti, non eſt in conſideratione, quia ipſe tanquam nobilis poterit aliunde quærere per ſuam induſtriam, eundo ad melioris fortunæ compendium, vt dicit text. ſed ad euitandum iſtud dubium non deciſum lege regia, vel imperatoria, iudices frequenter concordant primogenitum cum fratribus inferioribus, cũ non poſſint certa diffinitio dari, ſicut dicimus mora, vt in l. mora. in princi. ff. de vſu. ſubdit poſtea, quòd iſta ſupradicta opinio eſt æqua. Sed aduerte, quia dicit Andr. ſuprà in conſtitu. dignum. in rubri. quarta, ſecundo li-
5 bro, quod † primogenitus dabit pro militia tantum, quòd poſſit viuere de legitima ipſius primogeniti, & legitima ipſius primogeniti eſt totum feudum, de quo dicam infra in conſtitu. vt de ſucceſſionib. circa finem. & ſic dicit, quòd frater primogenitus tenetur de ſuo alere fratrẽ, cuius verba ſunt menti tenenda. iſta deciſio eſt dubia, ideo ſecundùm Andr. hic tutius eſt, quòd fiat concordia. Ego uidi iudicatum in ſacro regio conſilium ſecundùm prædictam opin. quam Andr. dicit æquam. Et ideo poſſum dicere, ꝙ iſta opin. eſt lex hodie in regno, quia ſententia Regis facit ius quò ad omnes, quando uenit ad interpretandum aliquod dubium iuris, ut in l. fina. C. de legi. l. 1. ff. de conſtit. princ. idem dicit Abb. Sicu. in c. in cauſis. de re iudi. Anto. de Butr. in capi. cum Bertoldus. de re iudic. And. de Iſer. in

c.t.

c.1.§.præterea. de capi.Corrad. Alex.in l.1.5.col.ff. de ſer.
6 Tertia quæſtio erit pone,q†primogenitus,qui ſucceſſit in
feudis,habeat fratres inferiores, & vnus ex eis eſt in ordi-
ne clericali, vel eſt monacus profeſſus in monaſterio ordi-
nis S.Auguſtini,qui poſſunt retinere bona in cõi, an mo-
naſtarium cum voluntate ipſius monaci, vel ipſe clericus
exiſtens in ordine ſacro,poſſit petere iſtum victum & mi-
litiam? Videtur,quòd iſta quæſtio ſit dubia, quia militia,
quæ debetur ſecundogenito,vr̃,q ſit portio feudi, vt dicit
hic And.& Io. And.in d.c.licet.ſed clerici in ſacris nõ ſuc-
cedunt nec in toto,nec in parte feudi,per tex.in c.1.de mi
li.vaſ. qui arma bell.depo.& in c. qui clericus.cum multis
ſimi.ſi de feu ſue.contro.ergo &c. Secundò iſta militia eſt
onus feudi,vt hic,& firmat And.hic,& in conſi.in aliqui
bus.& in c.1.§.item qui dominus. quæ ſit prima cauſa. &
tranſit penes quemcunque vadit feudum, vt in declarato-
ria Regis Roberti, quę incipit,alienationis actus. cha.43.
Sed onera feudorum non tranſeunt in perſonis eccleſiaſti-
cis,quia eis nõ conuenit,igitur &c.Tertiò dicit hic gl.q ſe
cundùm poſſibilitatem feudi primogenitus dabit alimen-
ta, & militiam fratri ſecundogenito,& ipſe ſecundogeni-
tus tenetur ſeruire cum equis & armis, & ad expenſas fra
tris primogeniti, quia dicit Apoſt.militare non tenet quis
ſuis expenſis.1.ad Corin.9.c.& in c.cum ex officij. de præ
ſcri.quomodo ergo ſeruiet clericus, vel monacus cum ar-
mis, & equis maioris fratris,cum ei non ſit hoc licitũ, per
tit.ne cle.vel mon.ſecu.neg.ſe impedi.& in c.1.de mil. vaſ.
qui ar.bell.depoſ.ergo ſi non poteſt ſeruire, nõ dabitur ſi-
7 bi militia.Sed†his non obſtantibus contrarium videtur di
cendum,videlicet,quòd clericus, vel monacus poſſit pete-
re & habere dictam militiam,quia iſta militia debita fra-
tribus inferioribus abſque alicuius repulſæ timore de bo-
nis patris à fratre maiore petere poterit,& habere. Iſta sũt
verba huius cõſti.in fi.per quæ verba patet,q abſq; aliqua
repulſa debita eſt fratri inferiori, & ſic non poteſt repulſa
ri,eò quòd eſt clericus,vel monacus, & ideo non debetur
ſibi militia. Sed huic motiuo poſſet reſponderi, quòd iſta
verba generalia,abſq; aliqua repulſa.intelligunt de repul-
ſa,quę cõpetit contra fratrem laicum,non de repulſa, quę
concernit inhabilitatem perſonæ,quia clericus vel mona-
cus differt in qualitate à laico,vt in c.ſedes. in 3. col de re-
ſcri. Abb.antiquus,& Io. And. ibi. Sed iſta reſponſio nihil
valet,vt declarat Abb. Sicu.in d.c.ſedes. dicens,quòd præ-
terquã in materia reſcriptorum dicta verba generalia im-
portant etiam qualitatem diuerſam ab expreſſis, & maxi-
8 mè † quia tractatur de debito iuris naturę,quod nõ poteſt
in totum per ſtatutũ tolli. ſed bene ſtatutum põt minuere,
vt dicit Bar.in l. Titio.§ fi. vlt.col.ff.de condi & dem & fir
mant Ant de Bu.& alij in c.Raynu.de teſta.& dom.de Ro
ta in deciſ. 14. & firmat Cy.in l.ſancimus.C.de nupt.& Io
an.And.in regula indultum.in mercu & Prępoſ.1.diſt.in.c.
ius naturale.in 3.col.Secundò pro iſta parte facit iſta con-
ſti.quæ dicit,quòd frater primogenitus de bonis patris te
netur dare fratri minori illam militiam, non dicit de feu-
dis,ſed de bonis : appellatione autẽ bonorum non veniunt
feuda,vt in c.in generali.ſi de feu.ſue. contro.intelligitur
ergo de fructibus bonorum feudalium, quæ fuerunt com
munis patris, quia fructus, qui proueniunt de feudo pa-
tris,dicuntur bona paterna, vt dicit Bal.in l cum oportet.
in a.colum.ver.quæro,pater dedit filio &c.C de bon.quæ
lib quę fuerunt paterna,& nunc effecta fraterna mutatio-
ne perſonæ,vt in l.Paulus.ff.de acqu.hær.aliàs appellatio-
ne bonorum non venirent fructus futuri,vt in l fi. ff.de le-
ga.a.quam alleg. Bar. ad hoc in l.fin.pen.col.C. de pact. &
hoc firmat gl hic dicẽs,quòd ex facultatibus defuncti mo-
dus ſtatui debet,vt ff.de alim.& cib.leg.l. peidem dicit hic
And.in 1.col.in fi. dum dicit.Item alimenta,quæ dicuntur
in communi vulgari victus & militia, dabũtur pro modo
facultatum,ergo ſi de fructibus debet ſolui iſta militia,fru
ctus feudi non ſunt feudum,vt plenè dictum fuit ſupra in
conſti conſtitutionem diuæ memorię.Tertiò pro iſta par
9 te facit iſte tex.in fine,qui vult,quòd eſto, quod†ſecundo-
genitus receſſit à domo primogeniti,& ſic alibi fuit alimẽ-
tatus i nihilominus poterit petere militiam ſibi debitã pro
tempore præterito,quia alimenta,quę debẽtur iure actio-
nis, ſunt pręſtanda ẽt diuiti, qui poteſt aliunde viuere,vt
probat iſte tex. & in l.cum alimenta.§.1.ff.de ali.& cib.le-
ga.& Bar.in trac.de alimentis,& Fran.de Cur.conſil. 392.
probatur in l.hęres.ff.de pet.hæt.ſed ſi hęc conſti. exclude
ret clericum & monacum fratrem ſecũdogenitum ab iſta
militia,eo quia clericus,qui non poteſt ſeruire, eſſet con-
ſtitutio iniqua,in 1.diſt.c.ius naturale. quia tolleret vt to-
tum debitum iure naturæ, quod ſtatutum facere non põt,
vt ſupra dixi.Et ideo de neceſſitate habemus dicere,q fra-
tri minori ſine aliqua repulſa debeatur iſta militia,quę ex-
ponitur pro alimentis,quę quidẽ alimenta & militia poſ-
ſunt vendi & alienari,ut in §. optimum.in auth. de exhib.
reis.& in l fin.C.de pigno.ſubaudi,ut in l.ius uerbia.§.fio.
ff.de legat. 3.quam alleg hic gl.fi.donec durat uita eius, cui
debetur,quia cum perſona finitur,ut dicit gl. & poſt eam
And.hic,& in l.cum hi.§.modus.in fi.ff de tranſa.Nec ob-
ſtant in cõtrarium adducta, quia licet militia uocetur por
tio feudi,intelligitur reſpectu fructuum feudi,& non pro-
prietatis, uel dominij utilis feudi.Nec obſt. quòd eſt onus
feudi, quia uerum eſt, q eſt onus feudi reſpectu fructuũ,
ſed non eſt pars feudi. Nec obſt. tertiò,q frater ſecundo-
genitus debet ſeruire cum equis & armis primogeniti, &
iſte clericus non poteſt ſeruire,quia iſtud procedit,quan-
do ſtaret in domo fratris primogeniti, tunc debet ſeruire,
ſed ſi extra domum habitaſſet,tunc non tenetur ſeruire, &
habebit militiam pręteritam abſque eo, quòd ſeruiat pro
temporibus pręteriti, ut hic.ſic dicendum in monaco,uel
clerico,qui nõ habitat in domo fratris, ſed in monaſterio,
ubi comedit & bibit, quia homo naturaliter indiget alimẽ
tis.l fi.C. de ali.pupil.pręſtan.ſecundùm Bal.in d.auth.in-
greſſi. 8.col C.de ſacroſ.eccl.& in c.1.§.aut ſi libellario. in
3.col. quib.mod.feu.amit.ubi allegat glo.in l.ſeruo alieno.
§.1.ff.de leg. 1.Abb.Sicu.in c.in pręſentia.de prob.cum ſi-
mi.Ideo non tenetur ad dictum ſeruitium . & iſtam partẽ
ego aſſumo tanquam iuſtam,& rationi congruentem , &
audiui,quòd ita aliàs fuit iudicatum, ſed non tẽpore meo.
10 Quarta quęſtio erit.quid ſi frater †ſecundogenitus receſſit
à domo primogeniti,& factus fuit rebellis Regis, quia cõ-
duxit ſe ad ſtipendium inimici Regis,& ſic militat contra
Regem & eius exercitum,utrum ſi poſtea reuertitur,& ſi-
bi indulgetur crimen rebellionis per regem , poſſit petere
uictum,& militiam pro tempore pręterito,& pro futuro?
Videtur q non,quia rebellis habetur pro mortuo.l.3.§.fin.
ff.de bon.poſ.contra tab.ſecundùm Bal.in l.cum mulier.ff.
ſo.mat.& in l.tam mandatori.C.de non num.pecu.& in l.
1.9.col.C.de hęr.inſt.& in c.1.de pace Conſt. in uerſ.tam
ſemper. ſed uictus & militia debita fratri ſecundogenito
extinguitur per mortem,ſecundùm gloſ.& And. hic, quę
intelligitur etiam de ciuili,ut no.in l.ſi inſulam.ff. de uer-
bo.obliga.& maximè cum ſit in iure expreſſum, q rebellis
habetur pro mortuo,ut in l. Statius.§.Cornelio.ff.de iu.fiſ.
Alex.in 2.uol.conſ.539.in ci.uiſo themate. Et quando per
mortem extinguitur militia, reuertitur ad primogenitum
dominum feudi,cuius erat onus dare uictum & militiam,
& ſic indulgentia non operatur poſt ius quęſitum primo-
genito,ut legitur & no.in l.fi.C.de ſent.paſ. & in l. Gallus.
in §.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſt h.Nec obſtat, quòd
11 monacus †habetur pro mortuo,ut in l.Deo nobis.C.de epi
ſco. & cleri. & tamen quò ad alimenta monaco debentur
ut ſuprà proximè dictum fuit, quia intereſt reipublicę, q
religioſis dentur alimenta,quia orant pro laicis, & ſunt in
beneficium reipublicę, ſed rebellis, intereſt reipublicę, q
ſemper ſit in egeſtate, ut in l.bonafides.ff.depo. ſecundùm
Bald.in capit.primo. in 3.colum.de pace tenen.Nec obſtat,
quòd pater filio bannito tenetur ad alimenta, ut dicit glo.
c.ſi qui filij xxx. diſt.Idem tenetur filio infideli,ut not.in l.
mutus.§.manente. ff.de iure dot. quia iſti non habent pro
mortuis, ſicut eſt rebellis.Et propterea relegatis , & ban-
nitis debentur alimenta , ut in l.legatum. ff.de capi.dimin.
& Bal.

& Bal.in l.corruptionem.C.de vſufructu. quia non haben
tur pro mortuis, ſicut ſunt rebelles, niſi ſit bānitus pro pa-
ce fracta, ſecundùm Bald.in c.1.§.ſi quis hominem. de pa-
ce tenenda. Quinta quęſtio eſt, quid ſi iſte ſecundogenitus
rebellis fuiſſet per regem reſtitutus, an videatur reſtitutus
vt poſsit petere vitam & militiam pro tempore præterito,
in quo fuit rebellis? Videtur ꝙ non, quia dicit Bald.in au-
12 thent.excipitur.C.de bon.quæ liber.ꝙ ſi delata fuit hære-
ditas filio, patre bannito, deinde pater eſt in integrum reſti
tutus, vtrum pater recuperet vſumfructum, quem propter
bannum acquirere non potuit, vt inſtit.quib.mod.ius pa-
tro.pot.ſolui.§.relegati.& reſpondet, ꝙ non, vt in l.fin.&
ibi Bald.C.de ſenten.paſſ.quia ea, quæ amiſſa non ſunt, in
reſtitutione bonorum non veniunt, & aliud eſt amittere,
aliud acquirere, & iſte alius caſus non eſt tactus per gloſſa
tores, in quo pater in aduentitijs nō habet vſumfructum.
& pro hoc facit glo. quæ incipit, immo, in l.aitprætor.§.
item ei.ff. ex quib.cauſ.maior. vbi non venit in reſtitutio-
ne dominium vſusfructus cum alterius damno. & tantò
magis, quia dicit Bald. in d.l.fin.C.de ſententi.paſſ.ꝙ iſte
actus rebellionis, ſeu deportationis eſt talis, ꝙ non eſt in
conſideratione, ꝙ poteſt reſtitui: & ſic non eſt dare ſpem
conſiderabilem.l.1.§.ſi quis.ff.vnde legiti.& ſic eo ipſo, ꝙ
fuit rebellis ſecundogenitus, fuit extincta vita, & militia,
& non reuiuiſcit per reſtitutionem. In contrarium tamen
facit id, quod dicitur, ꝙ quando ius quęſitum tertio trahit
cauſam, & originem à condemnatione, tunc reſtitutus re-
cuperat illa bona, & iura ſecundùm Bald.in d.§. & quid ſi
tantum.& firmat Fely.in c.inter quatuor.2.colum.de ma-
iorit.& obediēt. Item cum iſta ſit plenaria reſtitutio facta
ex cauſa publicæ vtilitatis, extenditur ad iſtud ius alimen-
tandi de pręterito, vt dicit Alexan.in apoſtillis in d.l.fina.
C.de ſentent.paſſ.& in d.§. & quid ſi tantum. & Felyn. in
d.ca.inter quatuor.faciunt ad hoc ea, quę ſcripſi in cap.1.
hic finitur lex Corrad.& vide Petrum de Anchara. in cap.
quamuis.de pact.lib.6. & Andream in ca.1.de vaſal. decr.
ætatis. Quare concluditur, ꝙ eſt quo frater primogenitus
cauſat ſibi ius à rebellione notoria ſecundogeniti, talis re-
ſtitutio trahitur, vt poſsit petere pręteritam vitam, & mili-
tiam, vt firmat Felyn.vbi ſupra. Nec obſtat dictum Bal. in
d.authent. excipitur, ꝙ pater nunquam habuit vſumfru-
ctum, quia non erat delata hæreditas. Sed in caſu, de quo
agitur, filio ſecundogenito ante rebellionem debita erat
ſibi militia. Nec obſtat gloſſa, quæ incipit, immo. quia ex
vſucapione non fuerat acquiſitum vere dominium. Nec
obſtat, quòd non eſt in conſideratione ſpes reſtitutionis,
quia ſi non eſt in conſideratione, tamen poteſt eſſe ſpes,
hoc eſt actus voluntatis ſperantis, vt dicit Bartol.in l.is po
a teſt.ff.de acquir.hæreditate. [a] Sexta quæſtio eſt, ex quo de
facultatibus, & ſic de fructibus feudi præſtanda eſt iſta mi
litia, vt hic.& in l.Imperator.ff.ad Trebell. quæro, vtrum
13 de laudemio, ſeu † quartaria, vel releuio præſtetur etiam
vita & militia? Videtur, ꝙ non, quia iſti non ſunt fructus
certi, ſed incerti, quia eſt variabile ex arbitrio vaſalli, vt de
clarat Bart.in l.certi condictio.& ibi Alex.in 7.colum.ff.ſi
certum pet.per l. vbi autem.§.qui illud.ff.de verbo. oblig.
& ſic eſt dubia, quę dubietas non habet releuare, vt in l.de
ætate.§.nihil.ff.de interro.act.& in l.certum.§.1.ff de con-
feſſ. Item ſicut quotidianę diſtributiones non connume-
rantur inter fructus, vt in c.vnico.de cleric. non reſid. ita
iſta releuia. In contrarium tamen eſt veritas. nam in feudo
ineſt iuriſdictio, vt dicit And.in c.1.quid ſit inueſtit. & in
iuriſdictione veniunt pœnæ, vt dicit Bal.in l.diuortio.§.ſi
vir.ff.ſol.matrim. & tamen pœnæ ſunt incertę. & connu-
merantur inter fructus. ita dicendum eſt de iſtis releuijs,
quę procedunt ex rebus feudalibus. Septima dubitatio eſt
vtrum quando primogenitus ſoluit adoham impoſitam
per Regem feudatarijs, ſecundogenitus, cui ſoluitur per
fratrem vita & militia, debeat contribuere pro rata in ſo-
lutione iſtius adohę? Hanc quęſtionem examinaui in de-
ciſionibus meis, deciſione.25 a. incipiente, magnificus do-
minus Antonius da Ale.& ideo ad dicta per me ibi me re-
mitto. & vide quę dixi in capitu.1.§. pręterea ducatus. de
prohib.feu.alie.per Fede.ſed pro nunc vide gl.in l.his ver-
14 bis.§.ſi.ff.de lega.3. † Octaua dubitatio eſt, verum primo-
genitus poſt mortem fratris ſecundogeniti teneatur dare
vitam & militiam filio ſui fratris ſecūdogeniti nepotis ſui
ex fratre? Iſtam quęſtionem tāgit hic And.in penul.col. &
arguit ad partes, & finaliter concludit, ꝙ non tenetur dare
militiā filio fratris ſui, quia vita iſta, & militia eſt loco ali-
mentorum debitorum fratri tantum, & non filio fratris,
quia nec iſta conſtitutio, nec c.Honorij Papę hoc dicit, &
de iure alimenta finiuntur cum perſona eius, cui præſtan-
tur, & non tranſeunt ad hæredem, ſecundùm Bal.in auth.
cui relictum, ver.quid enim.C.de indi.didui.& Bal.in l.ſi.
6.op.C.de hęre.inſti.& ff.de tranſactio.l.cum hi. & hoc iu
re vtimur. Nona quęſtio eſt, pone, ꝙ frater ſecūdogenitus
quia fuit abſens, nō fuit ſibi pręſtita vita & militia per plu
res annos, mortuus eſt poſtea relicto filio, vtrum iſte filius
nepos filij primogeniti poſsit petere vitam, & militiam de
bitam ſuo patri, ibi non fuit ſoluta ab ipſo primogenito,
vel poſſeſſore feudi, dicit hic And. ꝙ de hoc non eſt dubi-
15 tandum. † ꝙ filius hęres poteſt petere illud, quod poterat
petere defunctus pater ſuus, per l.j C.de hęre.actio.ſed pa
ter per iſtam conſti.pro tempore, quo non habuit militiā,
poteſt illam cōſequi, quia venerat dies ſoluendi eam. iſtud
ius tranſmitter in eius filium, & hæredem. ſunt enim iſta
alimenta pręterita debita iure actionis ex legis diſpoſitio-
ne, ideo poſſunt peti per eum, cui debentur, & eius hęre-
dem, vt no.in l.de alimētis.C.de tranſact. & Bar.in l.liber
tis quos.ff. de alimen. & ciba.leg. & in ſuo tractatu de ali-
mentis, & in l.ſi quis à liberis.ff.de liber.agno. fallit in mo-
naco, qui à ſuo abbate alimenta pręterita, quę non habuit,
non poteſt petere, ſed bene futura ſic, vt dicunt domini de
Rota deci.305.inci. monacus profeſſus, per no.in c. ex par
te, de accuſ. bene fateor, ꝙ ſicut dicimus in filio, qui eſt in
quaſi poſſeſſione filiationis, & petit alimēta à patre, & ꝙ li
te pendente debet à patre ali, alias ſecus, vt dicit Bar.in l.ſi
neget.ff.de li.agno. ita debemus dicere in fratre ſecundoge
nito exiſtente in poſſeſsione fraternitatis, vt ſecūdogenito
quando conſtaſſet, ꝙ feuda ſunt paterna, puta quia primo-
genitus hoc cōfiteretur in iudicio, & eſſet dubium de quā
16 titate fructum feudi. † Decimò quęro, filius ſecundoge-
nitus petit à fratre primogenito in iudicio vitam, & mili-
tiam, lite conteſt. petit iſte actor, ꝙ cōpellatur primogeni-
tus ad dandam aliquid pro alimentis, quia eſt pauper, &
non habet vnde ſe alere, nec facere expenſas in lite, an iu-
dex lite pendente poterit conſtringere primogenitum, vt
aliquid ſibi det pro alimentis, & expenſis litis? Dicit Pa.de
Caſt.in l.ſi inſtituta.§.de inofficioſo.ff.de inofficio.teſta.ꝙ
tribus, vel quatuor concurrentibus debentur alimenta lite
pendēte ab aduerſario. Primò, ꝙ ſit filius. Secūdò, ꝙ ſit pu-
pillus. Tertiò, ꝙ lata ſit ſententia in fauorem pupilli, à qua
fuit appellatum, & pendet appellatio. Quartò, quòd ſi pau
per, ergo ſi vnum ex his deficit, non debet lite pēdente pro
uideri de alimentis. Audiui quendam aduocatum dicere,
ꝙ.§.de inofficioſo. licet loquatur in cauſa appellationis, ta
men idem dicit eſſe in prima inſtantia, allegabat quandam
deciſionem dominorū de Rota, quę fuerunt ordinatæ per
dominum Bernardum de Biſigneto cardinalem, ſub titulo
de iudicijs. ſecunda in ordine char. 13. ſed ibi loquitur,
quando filius agebat petitione hęreditatis, nos loquimur,
quando petuntur alimenta principaliter. ideo talis deciſio
b non facit ad hunc caſum [b]. † Vndecimò quęro, pater baro
17 habet duos filios, primogenitum, & ſecundogenitum, ſe-
cundogenitus commiſit vnam ex quatuordecim ingratitu
dinibus numeratis in ca.quintauallis.in glo. de iureiuran-
do.& in §.cauſas.in auth.vt cum de appellatio.cogno. vtrū
ex illa cauſa probata poſsit ordinare in ſuo teſtamento, ꝙ
primogenitus nō teneatur dare vitam & militiam fratri ſe
cundogenito? Dic ꝙ ſic, per glo.in l.ſi quis à liberis § idem
iudex. in ver. detulerat.ff. de liber.agno. & Bar.in tractatu
de alimentis.verſi. quęro ex quibus. no.in c. cum haberet,
de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adulterium.&

Barto.

Barto.in l.ſi patrem.C.de alendis liber. Idem dixit And. in
conſtit: patres. 1.lib.rub.55.idem voluit Bart.in l.diuus. ff.
ad legem Pompejam de parrici. Duodecimò quæro, pri-
mogenitus habet plures fratres inferiores omnibus dat vi-
tam, & militiam, moritur vnus ex eis, ſuperſtitibus primo
genito, & alijs fratribus, an in illa vita & militia, quę diui-
ſim ſoluitur vnicuique, habeat locum ius accreſcendi? Re-
ſpondeo, ꝙ non, ſecundum Bal.in l.1.C.quando non pe-
ten.vbi in alimentis diuiſim debitis ſuper prędiis non ha-
bet locum ius accreſcendi, ſed ſuccedit proprietarius.l. do
minus.§.fin.ff.de vſufructu.& pars deſinens accreſcit ſolũ
primogenito, & ita ſentit hic Andreas. Decimotertiò quę
18 ro, erant duo fratres, ſecundògenitus † petit à primogeni-
to de feudis paternis vitam & militiam, credens, ꝙ in eis vi
uatur iure Francorum, & frater primogenitus pluribus an
nis ſoluit fratri ſecundogenito dictam militiam, & maxi-
mè ſi fuit condemnatus per ſententiam, poſtea ſecundoge-
nitus reperit, ꝙ in dictis feudis viuitur iure communi, quo
omnes filij ſuccedunt, vt in c.omnes.ſi de feu.fuer.contro-
uer.& vult agere ad medietatem feudorum, opponitur, ꝙ
ipſe recepit vitam, & militiam, & ſic fuit excluſus à ſucceſ
ſione medietatis, quid iuris? Iſtam quęſtionem plenè exa-
minaui in d.l. imperialem. §. pręterea ducatus.in 6. char.
ideo remitto me ad ibi dicta per me. Decimoquartò quæ-
ro, pater habet plura feuda, & reliquit filio ſecundogenito
vnum feudum, & illud conſecutus eſt, vtrum poſsit petere
à primogenito vitam & militiam pro alijs feudis? Iſtam q.
tetigi in deciſionibus meis, deciſ.138.incip.ſtãte conſtitu-
tione regni.ideo dic vt ibi dixi. Quartò no.ex tex.ibi, abſq;
19 alicuius repulſæ timore. ꝙ vbi † aliquis admittitur ad ali-
quod ius abſque aliqua repulſa, non poteſt ei opponi ali-
qua exceptio, quia iſta verba, abſque repulſa.requirũt om
nimodam carentiam, vt dicit Iac.de But.& Bald.in l.1. in
princ.2.colũ.C.de cond.inſer.& C.de ſecund. nupt. auth.
ſed & ſi quis.ibi, abſque progenie.i.ſine progenie.nam vbi
pręcedit oratio affirmatiua, & poſtea ſequitur iſta dictio,
abſque, ponitur excluſiuè, vt inquit Arch.in c. qui genera
liter.de procur.lib.6.per iura ibi per eum allegata. bene fa
cit text.in clem.auditor.de reſcrip. vbi dato iudice delega-
to ad diffiniendum cauſam beneficij, lata ſententia poteſt
beneficium conferre abſque alia commiſsione. Quid ope-
rentur iſta verba, abſque alicuius repulſa? Dic, ꝙ operant,
ac ſi dictum foret, ꝙ ſi aliqua exceptio opponatur contra
ſecundogenitum ad excludendum eum à militia, non au-
diatur in tali exceptione.puta ſi diceret, ꝙ eſt monacus, vel
clericus, vel mutus, vel alias imperfectus, quia omnib.iſtis
eſt debita militia.i.alimẽta, ex quo ſunt excluſi à primoge
nito, vt ſupra dictũ eſt, nec poterit opponere exceptionẽ,
quòd non ſeruit cum equis & armis fratris primogeniti.
nõ autem tolleret exceptionem excommunicationis, quia
eſſet contra libertatem eccleſię, quod facere non poteſt Im
perator, ita firmat Io.Bapt.de S.Seuer.in repet.l.omnes po
puli.col.14.de iuſti.& iure. facit auth. caſſa & irrita.C. de
ſacroſ.eccl.& ibi Bald.& vide Fel. in c.cauſam quę. in 1a.
col.in ver. non obſtante.de reſcri.vbi dicit, ꝙ ſtatutum tol
20 lens † exceptiones, intelligitur ſolum tollere exceptiones
iniuſtas, allegat Bart.in l.1. §.ſi ff.quando appell.ſit.& c.ex
parte.lo ſecondo.de offic.dele.& l.1.§.& parui. & ibi Bar-
to.ff.quod vi aut clam. & vide Bal.in l.1.2.col.ver. & præ-
dicta faciunt ad ſtatutum.C.de his quę pœnæ nom.ꝙ ſta-
tutum excludens exceptiones, non intelligitur excludere
exceptiones nullitatis. idem Alex. in d.§.& parui. Quintò
no.ex tex.ibi, de bonis patris.ꝙ poſt mortem patris, ſuper-
ſtitibus filiis hæredibus bona, quę fuerunt paterna, dicun-
tur etiam antiqua.ſicut dicimus, ꝙ appellatione prędeceſ-
ſoris, intelligitur non ſolum de prædeceſſore immediato,
ſed etiam de mediato, vt inquit Andr.Barba.in c.inhiben-
tes.in 1.col.de iuram.calũ.& ſub hoc vocabulo, bonorum
patris.intelligunt bona feudalia, vbi agitur de danda vita,
& militia fratribus inferioribus, quod venit ad limitatio-
nem cap.in generali.ſi de feudo fuer controuerſ. inter do-
min. & agn. & l. Paulus.ff. de acquir.hære. quod eſt men-
ti tenendum. Sed iuxta hoc pro declaratione quęro, quid
21 ſi † pater primi & ſecundogeniti non poſſedit feudum, &
poſt mortem patris deuenit feudum antiquum per ſucceſ
ſionem ad primogenitum huius patris defuncti ſine feudo
vtrum iſte primogenitus teneatur dare vitam, & militiam
fratri ſecundogenito? Videtur ꝙ non, quia feudum non
fuit poſſeſſum per patrem, vt requirere videtur iſta conſti.
dic, ꝙ in contrarium eſt veritas, quia iſtud verbum, de bo-
nis patris intelligitur de bonis illius patris, cui à principio
fuit conceſſum feudum, quia natura feudorum eſt hęc, ꝙ
ille, qui dat feudum, cogitat nõ ſolum de perſona eius, cui
dat, ſed etiam de genere, & poſteris, eligens eos in ſuo obſe
quio, arg.ff.de alim.leg.l.ſi vnus.circa princ.& de nat.ſuc-
ceſſ.feudi.c.1.& qualiter olim feu.alie.pot.§. donare. hinc
eſt, quod dicit Bal.in c.1.§.hoc quoque.de ſucce.feu.ꝙ feu
dum poteſt eſſe paternũ quò ad antiquos, & nouum quò
ad alios.uerbi gratia, olim in rerum natura fuerũt duo fra
tres Marcus & Antonius, ex Antonio fluxerunt multæ ge
nerationes, certum eſt, ꝙ quò ad eos feudum eſt paternũ,
ſed quò ad generationes Marci eſt nouum, ſubdens idem
22 Bal. ꝙ feudum † paternum nunquam dicitur niſi inter eos
quorum principium connexum eſt in uno ſtipite feudali.
Et ſic accipitur hic illud uerbum, de bonis patris.i.de feu-
do, quod fuit communis aſcendentis, hoc expreſsè firma-
uit gl.infrà in conſtitu.ut de ſucceſsionibus. in uerbo, uel
quolibet alio titulo.in uerſi.feudum uerò paternum, anti-
quum &c.per tex.in c.1.§.his uerò.de gradi.ſucce. in feu.
& Bal.in auth.defuncto.C.ad Tertul.& Alex.in 1.uol.con
ſil.29.incip.quoniam abunde.in 2.col. & in 5.uol.conſ.2.
1.col & 56.in 3.colũ. & ſic iſtud uerbum hic poſitum, de
bonis patris, non ſignificat poſſeſsionem bonorum in pa-
tre, ſed ſignificat etiam habilitatem ſuccedendi, ſi eſſe ui-
uus uirtute primę inueſtiturę, quod ius tranſit in filios
ſuos cum ſuo onere, quia ius fouet hoc ius ſuccedendi, ut
dicit Bal.in c.1.Imperator Lotha.l.inter ſtipulantem.§.ſa-
cram.ff.de uerb.oblig.l.cum tale.in fi.princ.ff.de condi. &
demonſt.ſecus ſi ius non fouet, ut in l.1.ff. de in litem iur.
& in l 4.§.1.ff.de fideicomm. Bart.in l.is poteſt.ff. de acq.
23 hęr. Item † qui appellatione patris uenit etiam auus.l. iu-
ſta.ff.de uerb.ſig.c.2.ff.eod.tit. Et pro iſta parte, ꝙ iſte tex.
intelligatur de feudis nõ ſolum paternis, ſed auitis, & pro-
auitis, allegatur gl.in c.2.de uerb ſig.& tex.in l.inſta.ff.eo.
tit.& propterea iſte frater maior tenetur dare uitam, & mi
litiam fratri minori de feudis iſtis antiquis, licet per eorũ
patrem non habuerit dictum feudum. Ratio enim eadem
ſtringit fratrem fratri pręſtare uitam & militiam, licet feu
dum nõ fuerit in poſſe communis patris, ſed aſcendentiũ:
nam & propter eandem rationem extenditur conſtitutio
ad non expreſſa, ut patet in c. diſpendia.de reſcrip.lib.6.in
nouella.& per Abb.& alios in c.fi.de reſcrip. nam ratio &
mens legis regulat legem, ſicut corpus per animam uiuit.
l.ſcire leges.& l.fraus.ff. de legi. & ego uidi ſic fuiſſe ſerua-
tum in primogenito filij primogeniti defuncti, qui non te
nuit feudum, ſed auus, qui dedit uitam, & militiam fratri
ſuo carnali poſt mortem patris. In gl.1.no.iſtam gl. ꝙ non
omnes feudatarii in regno uiuunt iure Francorum.ſ.ut ſo
lus primogenitus ſuccedat, ſed oportet, ꝙ primogenitus
probet hunc uſum, ꝙ primogenitus in dictis feudis ſucceſ
ſit, excluſis alijs fratribus. Qualiter autem probabit hunc
uſum? Vide per And.in l.imperialem.§.præterea ducatus.
& ibi dixi. In eadem ibi, uerum.ſigna iſtã gl. ꝙ primogeni-
24 tus † ſuccedens in feudis non tenetur fratri ſuo ſecundo-
genito pro uita & militia dare aliquod feudum in proprie
tate, ut hic, & in l.Imperator.ff.ad Trebe.ſed ſolum pręſta
re alimenta & militiam ſecũdum poſsibilitatem feudorũ,
ideſt, ſecundum facultates fructuum & redditum feudo-
rum, & dignitatum arbitrio iudicis.pro hoc.l.2.C.de ali.
pup.pręſtan.& ibi Bal.in l.3.§.fi.ff.ubi pupi.educ.deb.iux
ta conſuetudinem nobilium. Et iudex hoc arbitrabitur
conſideratis his, quæ in glo.dicuntur. Et ſigna iſtam gl.ad
hoc, ꝙ prædicti fratres inferiores tenentur ſeruire, quãdo
Rex imponit ſeruitium perſonale pro feudo baronibus
cum

cum equis, & armis, & expenſis primogeniti, ſcilicet quando ſunt præſentes, ſed ſi ſunt abſentes, ſunt excuſati. Idem ſi ſeruitium militare prædictum eis non conueniat æquiparando excuſationem abſentiæ aliis iuſtis impedimentis, vt ſupra dictum fuit. Et ſic nō poterit opponi per fratrem primogenitum, quòd non tenetur ad vitam & militiam, quia non ſeruit ſecundogenitus cum equis, & armis primogeniti. In eadem ibi, prædicta autem alimenta. no. iſtam glo. quòd iſta vita & militia extinguitur cum perſona, ſicut alimenta. de hoc dic, vt dixi ſuprà in 8. quæſt. Et is, cui debentur alimenta iure actionis, non tenetur præſtare alimenta, vt in iuribus. in glo. allegatis, ſecus ſi officio iudicis, vt dicit Bar. in l. prima. in 2. colum. C. de mendican. vali. libro vndecimo. Poſtea gl. tangit quæſtionem, quæ veniant
25 †appellatione alimentorum. & dicit glo. quòd veniunt expenſæ in præceptoribus, & magiſtris, vt inſtruatur in arte ſibi conueniente, vt in l. qui filium. ff. vbi pupil. edu. deb. & in l. 1. §. ſed nonnullas. ff. de tute. & rat. diſtra. Cui adde, quod veniunt expenſæ in medicinis, vt no. in l. quod in vxorem. C. de neg. geſt. Barto. in l. legatis. ff. de alimen. & ciba. legat. Item veniunt veſtes, vt no. in l. cum hi. §. qui tranſigit. ff. de tranſact. Barto. in d. l. legatis. & Spec. in tit. qui filij ſint legit. poſt princip. An autem veniat habitatio? Vide glo. & Ang. & Iaſ. in d. l. cum hi. §. trāſigit. vbi ponit, quæ veniant appellatione alimentorum. Et dico tibi vnum, quod habui de facto, quòd ſi promiſſa fuit habitatio Titio, & fuit ei conſignata, ille, qui promiſit, vel eius hæres poteſt variare, & dare aliam, & recipere illam, quam dedit. tex. eſt in l. ſi ſterilis. §. fin. ff. de actio. empt. Et plus dico, quòd ille, qui concedit alteri feudum, reſeruata ſibi habitatione, poteſt fundum alteri locare, inuito eo, cui dedit, tex. eſt in l. antiquitas. C. de vſufruc. In glo. fin. dic, vt dixi ſuprà in 3. no. in tertia quæſtio. circa fi. & in 8. quæſtio. per quam l. his verbis. §. penul. de lega. 3. dicunt quidam, quòd ſi frater ſecundogenitus expenſis Domini Regis factus eſt miles, vel expenſis alterius, vel ſuis, quòd poteſt iſtas expenſas petere à fratre primogenito.

ANNOTATIONES.

a Acquiren hæred.] In hac materia vide no. per Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu.

b Caſum.] Vos domini tenentis opin. dominorum de Rota, quia eadem militat æquitatis dummodo per confeſſionem primogeniti, vel aliàs legitime conſtet, quod ſit filius. Hæc enim diuerſitas caſuum nō inducit diuerſitatem diſpoſitionis, arg. l. adigere. § quamuis. ff. de iure patron. cum ſimilibus.

De matrimoniis publicè contrahendis. Rubrica XIX.

POTEST ſic fieri continuatio huius rubr. Dictum fuit ſuprà proximè, quod primogenitus, qui ſucceſſit in feudum, tenetur dare vitā & militiam fratri ſuo ſecundogenito hoc intelligitur, ſi eſt legitimus, & naturalis, licet naturalibus filiis tantum ſint etiam debita alimenta arbitrio iudicis, vt in authen. quibus mod. natu. effic. ſui. §. oportet. & in capi. cum haberet. de eo qui dux. in matrimo. quam pol. ſed de iſtis filiis non intelligitur dicta conſtitutio, comitibus. verùm quia dicti filij naſcuntur ex parentibus, qui contraxerunt matrimonium clandeſtinè ſine benedictione ſacerdotali in eccleſia (vt moris eſt) & multi dubitant, an filij nati ex matrimonio clandeſtino, & ſine benedictione ſacerdotali in eccleſia, præterquam quando vidua ſecundò nubit, eſſent legitimi, & naturales, & habiles ad ſuccedendum eorum parentibus, ideo ad remouendum dictum dubium, fuit facta hæc conſtitutio, quæ vult, quòd filij nati ex matrimonio clandeſtino non ſuccedunt parētibus, quę quidem præſens conſtitutio fuit facta per Regem Rogerium, qui fuit antequam fuiſſet factum ca. cum inhibitio. de clandeſti. deſponſ. quod vult, quòd valet matrimonium clandeſtinè contractum, & filij ſunt legitimi, vt infrà dicam, & illud capit. ſeruatur, & non iſta conſtitutio quò ad pœnam, vt dicetur infra in nigro. & propterea poſita fuit hic hęc rubrica de matrimoniis publicè contrahendis. ſequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia clandeſtina maximè ſunt nobilibus prohibita.*
2 *Illuſtres perſonæ & viri magnifici matrimonia celebrare debent interuenientibus conſuetis & publicis ſolemnitatibus.*
3 *Contrahentes matrimonium clandeſtinum peccant mortaliter.*
4 *Sponſalia, nedum matrimonium, cum ſolemnitate debita celebrari debent.*
5 *Infinitiuum verbum trahi poteſt ad præſens & futurum.*
6 *Verba iſta, volo te accipere, an ſint de futuro, aut de præſenti.*
Matrimonium quibus verbis contrahitur.
7 *Coniugium de futuro dicitur, ſi quis iuret aliquam accipere in vxorem.*
8 *Coniuges contractis ſponſalibus benedici debent, & ad eccleſiam duci.*
9 *Matrimonium abſque debitis ſolemnitatibus contractum quando ſit validum.*
Contrahentes matrimonium clandeſtinè puniuntur cum ipſorum ſobole.
10 *Princeps laicus nil ſtatuere poteſt in ſubſtantialibus matrimonii.*
11 *Statutum prohibens matrimonium cum certis perſonis ſub pœna, eſt inualidum.*
12 *Solemnitas benedictionis coniugii de facili poteſt adhiberi.*
13 *Statutum de non contrahendo matrimonio ſub pœna, valet quò ad pœnam.*
14 *Mulier propter matrimonium contractum ſine debita ſolemnitate non poterit de facili dotes ſuas ab hæredibus mariti recuperare.*
15 *Viduis remittitur benedictio ſacerdotalis.*
16 *Matrimonium fieri debet in facie eccleſiæ, publicè & cum benedictione ſacerdotali.*
17 *Præſumptio etiam poſt concluſum in cauſa allegari poteſt.*
18 *Teſtis obſcurè deponens etiam poſt publicationem repeti poteſt.*
19 *Coitus cum vxore propria caſtitas dici poteſt.*
Filii legitimati per ſubſequens matrimonium parentibus ſuccedere poſſunt.

SANCIMVS. Diuiditur in tres partes. in prima ſtatuit, ut matrimonia inter ſuos ſubditos, maximè nobiles contrahantur, celebratis ſponſalibus cum ſolemnitate debita, & benedictione ſacerdotali in eccleſia publicè, vſque ibi, alioquin. Hic imponit pęnam aliter contrahentibus matrimonia, quàm quod ſupra dictum eſt. nam ipſi contrahentes matrimonium clandeſtinum, ideſt, ſine benedictione ſacerdotali publicè in eccleſia puniuntur, quia tempore eorum mortis non poſſunt filij nati ex dicto matrimonio ſuccedere in bonis parentum ab inteſtato, nec ipſi parentes poſſunt in eorum teſtamentis eos relinquere hæredes, & matres uiduæ remanētes, quæ ſic clandeſtinè matrimonium contraxerunt, ſi uolunt ſecundas nuptias contrahere, non habebunt eorum dotes. uſque ibi, rigorem. Hic excipit duos caſus, in quibus non habent locum ſupradictæ pœnę. Primus, in matrimoniis clandeſtinis celebratis ſine benedictione ſacerdotali in eccleſia factis ante iſtā conſtitutionem. Secundus, quando uidua contrahit matrimonium, tunc quia non cadit benedictio ſacerdotalis in eccleſia, ideo non habet locum in ea diſpoſitio pœnalis huius conſtitutionis, & durat uſque in finem. Nota
1 primo ex textu ibi, & nobilibus maximè. † quòd maximè matrimonia clandeſtina ſunt prohibita contrahi nobilibus

libus perſonis. Et accipitur, clandeſtinè, tribus modis, vi-
delicet. Primo, quando contractum eſt matrimonium ſi-
ne teſtibus, ita quòd non poteſt probari, vt in capitu. 2. de
clande. deſpon. & de tali clandeſtinitate non loquitur iſta
conſt. Secundò, quando contractum eſt in præſentia te-
ſtium, & non in faciem eccleſię publicè, & ſine benedictio
ne ſacerdotali, vt hic. & 21. quæſt. 5. cap. aliter. & cap. cum
inhibitio. de clande. deſpon. Tertio, quando contractum
fuit matrimonium, nō premiſſa denuntiatione, ſi aliquod
ſit canonicum impedimentum in matrimonio contrahen
do inter talem & talem: vt dicitur in d. cap. cum inhibitio.
ita dicit gloſſ. ibi. Sed hic cadunt quatuor quæſtiones. Pri-
1 ma, quare dixit nobilibus, maximè, quia veri nobiles ſunt
illi, qui naturaliter naſcuntur nobiles, & ſunt virtuoſi, &
ideo debent abſtinere, vt non faciant aliquid, quod non ſit
licitū de iure: vt probatur ex dictis per Bal. in l. 3. C. de cō-
mer. & merc. coniunctis his, quę dicit And. Barb. in conſi.
54. in 8. col. in 1. volu. quia dicit Cy. in l. prouidendum. C.
de poſtu. ꝙ qui ſua virtute pollet & parentum, hic magis
eſt præferendus, ſicut magis eſt deijciendus, quando dege
nerat, & ſic nobilis, qui contra iura clandeſtinè contrahit
matrimoniū dicitur vitioſè agere, & ſic degenerare. et ideo
maximè dicit hæc l. nobilibus, ne degenerent. vnde verſus.
Degenerant homines vitiis, fiuntque minores.
Exaltat virtus, nobilitanda genus.
Sed Hoſt. quem refert Ioan. And. in nouel. in c. venerabi-
lis de præben. dicit hos verſus.
Nobilitas hominis eſt mens, deitatis imago.
Nobilitas hominis virtutum clara propago.
Et propterea volunt iura in auth. qui mo. nat. effi. leg. in §.
2 illud. †quòd illuſtres perſonæ & magnifici debeant matri-
monia celebrare interuenientibus publicis conſuetis ſolē-
nitatibus, & inſtrumento publico dotalitio. cauaant nobi-
les à matrimonijs clandeſtinis: quia vltra peccatum mor-
tale, quod committunt: vt dicetur infrà in qō. 3. videntur
contemnere legem regiam, & regibus data eſt magna pote
ſtas ſęuiendi in tranſgreſſores legum: quia ipſi propter vir
tutem naturaliter ſeruant leges, & dant bonum exemplū
plebeis propterea dixit, maximè nobilibus, ſubaudi nobili
ter viuentibus. Ego hic dicerem de nobilitate naturali do-
mus meæ antiquiſſimæ, & narrarem multos inſignes no-
biles in dignitate conſtitutos, tam temporali, quàm eccle-
ſiaſtica, & Doctores peritiſſimos in vtraq; cenſura, qui cū
maxima ſapientia, & virtutibus vixerūt, & deuenirem ad
ſpeciem, niſi aſcriberetur mihi ad iactantiam: ideo omit-
to. Secunda quęſtio eſt, vtrum matrimonia clandeſtinè cō
tracta, ſi probentur per confeſſionem coniugum, vel per
teſtes, valeant, & ſit verum matrimonium? Tex. in capi. 1.
& 2. de clande. deſpon. dicit, quod valet tale matrimoniū.
3 †Tertia quęſtio eſt: vtrum poſtquam valet matrimonium
clandeſtinum, quando probatur, vtrum contrahentes pec
cent mortaliter? Dic quod ſic: vt dicit glo. not. in cap. quis
neſciat. 10. diſtinct. & in c. noſtrates. 30. q. 5 Quarta quę-
ſtio eſt, poſtquam valet matrimonium clandeſtinè contra
ctum, quare eccleſia prohibuit contrahi clandeſtinè? Re-
ſpondeo ratione incertitudinis, quæ poſtea penes eccleſiā
reſultabat, altero negante: vt in §. his ita. 30. quæ. 5. & ideo
probibitio clandeſtinorum matrimoniorum facta eſt. qđ
patet: quia prohibentur ratione incertitudinis, quę incer-
titudo ceſſat apparente veritate, quòd ſit contractum per
confeſſionem coniugum, vt dicit gloſſ. in l. pen. C. de fide-
iuſ. vel per teſtes: quia eccleſia militans non iudicat de oc-
cultis: vt in c. erubeſcat. 32. diſtinct. & ideo matrimonium
clandeſtinè cōtractum, & poſtea publicatum operatur, ac
2 non alie. lib. 6 † quud ideo non valet ſtatutum laicorum ẽt in fauorem eccleſiæ, quia canoniſtæ non concedunt, ꝙ laici ponãt falcem in meſſem alienam, & no. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitu. & voluit Archi. 10. diſtin. capitu. 11. Item quia perſonæ eccleſiaſticæ, & eorum bona ſunt exẽpta à legibus imperialibus, vt dicit Bald. in authent. item nulla communitas. C. de ſacroſan. eccle. & no. in cap. quanquã. de cenſ. lib. 6. Abb. Sicu. in capit. 2. de immu. eccle. & ideo legem domini temporalis etiam in ſui fauorẽ loquentem non tenetur recipere, niſi per eccleſiam Romanam approbetur, vt dicunt Ioan. Andr. & Ioan. Cal. in capitu. primo, de no. ope. non. & Innoc. in cap. nouit. de iudi. & Ioannes de Imola in capitu. fina. de ſolut. Abba. Sicu. in dicto capi. nouit. in decima colum. & in d. ca. Eccleſia Sanctæ Mariæ. & Alex. in 4. volom. conſi. 105. in quinta colum. qoia perſonæ eccleſiaſticæ non iudicantur ſecundùm leges ciuiles, ſed ſecundùm canones, vt no. in c. quod clericis. de foro com. & de iud. ca. clerici. facit dictum Euangelij Ioã. 18.
3 c. ibi, ſecundùm legem ueſtram iudicate eum. † bene clerici & perſonę eccleſiaſticę poſſunt vti legibus laicorum generaliter loquẽtibus, quatenus ſunt in eorum fauorem, ſicut poſſent vti priuilegijs laicorum conceſſis perſonis eccleſiaſticis. dicit Abb. Sicu. in c. Eccleſia Sanctę Marię de conſt. & Lap. alleg. centeſima vigeſima nona. & ad hoc uide conſilium Fran. de Are. conſi. 45. & Pau. de Caſt. conſ. 337. & Alex. in 4. oolu. conſil. 105. in 5. col. Benefacit gl. in c. cũ laicus. de re. eccle. non alie. Et tanto magis, quia iſta conſt. videtur eſſe contra ius, ex quo ius uult, ꝙ iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, vt dicit Bald. in l. liberos. C. de patr. qui fil. diſtra. & no. in c. ueritatis. de iureiuran. firmat Raymundus in ſumma de iuramento, & periurio. §. 15. & idam dicit de confeſſo. q. 33. & beatus Thom. de Aquino idem dicit in 22. quęſtio. 99. & Specu. in titu. de feudis. §. quoniam, uerſ. 1. And. inſ. in conſtitu. eos. Si iuramentum vaſalli eſt perſonale, hęres illius, qui iurauit, tenetur iurare fidelitatẽ, cum feudum à fidelitate dicatur, vt dicit text. in §. ſi. per quos fiat inueſti. Et ideo pubes poteſt cogi ad fidelitatem faciendam, vt dicit gloſ. in c. ſi quis deceſſerit. ſi de feu. ſue. contro. inter domi. & agna. Si ergo prelatus facit ſecundùm ius recipiendo iuramentum fidelitatis, dicitur eſſe contra ius, ſi illud recipere non poſſet ſine literis regis, & ſic iſta conſti. eſſet cõtra libertatem Eccleſiæ, qui dicit Ant. de But. & poſt eum Ioan. de Imo. in d. c. Eccleſia S.
4 Marię. & in ca. cum terra. de elec. † ꝙ dicitur lex contra libertatatem eccleſię, quando clerici impediuntur facere ea, quę à iure ſunt ſibi conceſſa. & idem dicit Barto. in l. cunctos populos. 37. colum. C. de ſum. tri. & Alex. de Imo. in 2. vol. conſi. 208. 2. col. & in duobus conſilijs ſequentib. & ideo Honorius Papa in cap. regni, quod incipit, omnes eccleſię, & eccleſiaſticę perſonę, ſtatuit vti liberè vtantur ſuis perſonis uigore pręſentis prouiſionis, nec per regem, aut ſuos officiales uſus ipſius, aut exercitium interdicatur. Et multò fortius iſta conſtit. non extenditur ad feuda hoſpitaliorum Sancti Ioan. Hieroſolimitani, quandoquidem extenderetur ad pręlatos eccleſiarum: quia appellatione eccleſiarum non veniunt hoſpitalia, niſi expreſsè nominẽtur hoſpitalia, ut dicit Archi. in cap. cupientes. in princip. de electio. lib. 6. & iſti de ordine Sancti Ioan. Hieroſolimitani dicuntur hoſpitalarij, vt in cle. quia cõtingit. cum glo. de religio. do. & in c. inter dilectos. de reli. domi. & ita obtinui in contradictorio iudicio in cauſa baliatus S. Stephani prope Monopolim. Sed aduerte, quia videtur mihi prima facie, ꝙ iſta cõſt. licèt ſolùm dirigatur comitibus & baronibus, tñ comprehendũtur omnes prælati habentes feuda cum vaſallis, pro quibus recognoſcunt regẽ in directũ dominum, probatur ſic. Nam rõ quare fuit hic ſtatutum
5 † ꝙ barones ſine licentia regis non poſſunt recipere iurñm fidelitatis

fidelitatis à ſnis vaſallis,ſecundùm And.hic eſt, quia reci-
pere ſacramens iſta ſignificat quandam ſuperioritatem &
præminentiam, quam non concedit rex ſine ſua licentia,
vt ſup.in conſt.ea quę ad decus, iſtam ſuperioritatē rex nō
vult concedere aliis ſine ſpeciali reſcripto. hoc potuis rex
facere: qnia facis in rebus ſeudalibus, in quibns habet dire
ctum dominiū, vs dicit gl.in proęmio iſtarum conſtitutio
num.& in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter: vt in l.
in re mandata.C.man.& omnia feuda ab eo procedunt, vt
in §.optimum. in anth.de exhi.reis. in quibus habet iuriſ-
dictionem, ēt contra perſonas eccleſiaſticas habentes feu-
da, de quibus recognoſcunt regē in ſuperiorē tam de iure
canonico, q̄ ex conceſsione ſummorum Pōtificum, vt plu
ries in hoc opere dictum fuit. & ideo lex regis ſuper feudis
ligas prælatos tenētes feuda cum vaſallis. Et pro hoc facit:
quia ſicus lex ciuilis volens emphyteutam non ſoluentem
canonem cadere à iure ſuo, comprehendit eccleſiam em-
phyteutam: vt dicit Bal.in c. s.in 3. col.de alie.feu. ita con-
6 ſti.iſta volens, † ꝙ qn̄ ſucceditur in feudo, ſucceſſor debet
petere licentiam à rege, vt ſibi iuretur fidelitas ſub pœna
priuationis feudi.comprehendit etiam ſucceſſorem in præ
latura, qui ſuccedit in feudis eccleſię, quia licet feudum ſis
ſemper eccleſiæ, vt dicit Bal.in prælu.feu.circa fi.& Andr.
in c.s.de cap. Corra. & Bald.in 1.volum. conſilio 223. in-
cipiente, reuerendiſsime domine. tamen eius pręlatus à va
ſallis debet aſſecurari, et iſta aſſecuratio debes fieri impetra
tis prius literis regis. Et ex hoc ſequitur, ꝙ appellatione co
mitum & baronum veniūt etiam prælati eccleſiarum, qui
ſuns comises, & barones ratione feudorum, ſunt enim ali-
qui prælati, qui ſunt etiam comites, vt in epiſcopo ciuita-
tis Chietæ in Aprutio: & ſunt etiā aliqui prælati, qui ſuos
barones. nā baro dicitur ille, qni habet uaſallos, & aliquis
vaſallus eius habet aliquod caſtrum, vel feudum quaterna
tum, ſcilicet intra baroniam, vt dixit Andre.ſupra in con-
ſtitu.ſi aliquis baro, & infra, in conſti.ſequen.& in capitu.
primo.§. ſimiliter. de capi.qui eur. vendi. nam licet fenda
quaternata ſins ad collationem regis, vt infra in cōſtitu. ſe
quenti: tamen dicuntur tenere à barone, in cuius baronia
ſunt, vt ſtatim infra dicitur in conſtitu.poſt mortem, ergo
quando pręlati non ſunt neque comites, nec barones, ſed
ſimplices feudatarij tenentes feuda quaternata, non ligan-
7 tur iſta conſtitu. † quæ ſolum loquitur de comitibus, & ba
ronibus, quorum appellatione non veniunt ſimplices feu-
datarij, in quibus non cadis ſuſpicio præeminentiæ: ſicut
cadit in comitibus, & baronibus. ſi enim voluiſſet, quòd
iſta prohibitio extenderetur ad alios feudatarios, dixiſſet,
ſicut dixis ſupra, in conſtitut.honorem noſtri diadematis,
non dixit, habetur pro omiſſo, vs in l.vnica. §. ſinantem.
C.de cad.tol. & ideo remanet in diſpoſitione iuris commu
nis, vt in l. ſi extraneus, cum conco.ff. de condi.ob cauſam
& ideo iſtis feudatariis ſimplicibus licet recipere iuramen
tum fide.ſine literis regis. Sed contra hoc facit, quia ſi hæc
conſtitu.prohibuit comises & barones recipere inramen-
ta fide. à ſuis vaſ. videtur etiam tacitè prohibuiſſe ſimpli-
ces feudatarios, ſicut dicimus, quòd appellatione patriſio-
rum & ſanatorum cæteri ciues ſignificantur, vt inſtitu.de
iure natura.§.plebiſcitum. bene facit text.in fin.inſtitu.de
ſatiſda. Sic etiam dicimus: ſi id, de quo magis videtur ineſ-
ſe, non ineſt: nec id, de quo minus: vt dicit glo.in cap.cum
in cunctis, in ver.multo fortius.de elec.hæc alle. Alex.in vl
8 timo conſilio: in quarto volumine.in ſeptima colum. † Sed
comitibus & baronibus non eſt permiſſum recipere d. iu-
ramentum, ergo nec minoribus feudatariis, ſicut ſi dicere
mus, ſi rex nō poteſt expugnare caſtrum, ergo nec miles,
vt dicis Albe.de Roſ.in l. s.C. de neg.geſt. Item, ſi eccleſia
& prædia maioris eccleſiæ non poſſunt alienari, hoc inter-
pretasum eſt, idē eſſe in bonis alterins loci venerabilis, vt
dicit in auth.multò magis.C.de ſacroſ.ecc. hoc ēt expreſ-
ſit Luc.de Pen.in leg.fi.in fi.C.de proxi.ſacr.ſcri.li. sa. Sed
iſtud contrarium non ob. per id, qnod dicis Pau.de Caſtr.
in conſ. 240.incip.hæredisas prædicta.vbi dicit, ꝙ conſtit.
ſeu ſtatutum eſt ſtricti iuris: vt in l.cōſtitutionib.ff.ad mu
nicipa. & non licet extendere ad caſum non expreſſum. l.
quicquid aſtringendæ. de verb.oblig.ſed relinquitur diſpo
ſitioni iuris communis.l.ſi cum dotem. in princip. ff. ſolu.
matrimo. & in materia reſtringibili ceſſat argumentum à
maiori, vt dicit Ioan. And.in addi. Spec.in titu.de actio. &
peti.in addi.magna. circa medium, remittens ad no.per eū
in cap.poſtulaſti. ad fin.magnæ gloſſ.de reſcriptis, & patet
ex not.per Bartolum in l.omnes populi. in q.6. principali.
in 4.quæſt.de iuſtitia, & iure. vt ibi latius per eum, ſed iſta
conſtitut.eſt contra ius commune, & odioſa, & pœnalis,
9 ideo nō ſit extenſio ad ſimplices feudatarios. † Et maximè,
quia in pœnalibus non fit extenſio per argumentum à ma
iori: vt dicit Ioan. And.in capitu.odia reſtringi & c. de reg.
iuris lib.6. & Alexand.in 4.volumine, conſilio centeſimo
vigeſimoquinto, in fine. Ego tamen vidi literas aſſecuratio
nis vaſallorum dari feudatario, qui non eſt baro: & quia
ſic eſt conſuetum fieri: ideo conſulo, quòd ſic fiat, & euita
bitur omnis ſuſpicio pęnæ: quia minimè mutanda ſunt:
vt in l.minimè.ff. de legibus, Senatuſcontis, & longa con-
ſuetudine, & in hanc ſententiam videtur inclinare Andr.
in iſtis duabus quæſtionibus ſequentibus. Sed iuxta hoc
quærit And.hic de duabus q. Et prima, vtrum ſi aliquis in
caſtro, uel villa ſua capiat vnum vaſallum ſuum, & ab eo
recipiat iuramentum fidelitatis abſque licentia regis, inci-
dat in pęnam huius conſtitutio. Secunda quæſtio econ-
tra quid ſi aliquis habeat aliquot vaſallos non feudales, ſed
Burgenſes: & vult, quòd iurens fidelitatem: & iſti iurans
fidelitatem domino ſine licentia regis, an dominus incidat
in pęnam contentam in hac conſtitut. & iſtas quæſt. exa-
minat hic Andre. pro & contra, finaliter concludit, quòd
etiam in iſtis duobus caſibus habet locum pęna huius con
ſtitutio. Fallit, niſi aliter ſe haberet conſuetudo, quia iſta
conſtitutio dicit, obtenta licentia prout moris eſt, tamē in
comite & barone conſuetudo contra iſtam conſtitutio.
non excuſaret enim, ut dicit hic And.dum dicit, & inhibet
santum in Comite & Barone in feudo. & pro hoc facit,
quia nulla conſuetudo valet contra iſtas ſacras regni con-
ſtitutiones, vt dicit gloſſ. in §. fina. ſupra in proę.iſtarum
10 conſtitutio. & ibi dictum fuit. † Sed ego vlterius procedo,
pone, quòd dominus caſtri habet ibi presbyteros græcos
cum vxore, & filijs, & dominus caſtri ſine licentia regis re
cipit iuramentum fidelitatis ab eis, an incidat in pęnā hu-
ius cōſtitutionis? Videtur, ꝙ ſic, per rationes, quas induxit
hic And.in præcedentibus quęſtionibus. Tu dic cōtrariū,
quia iſti presbyteri, & eorum familia nō eſt de iuriſdictio
ne domini temporalis, & propterea non tenentur ei iura-
re fidelitatē, & ſic nō tenentur aſſecurare, vt dicit Andreas
in c.1.qualiter vaſallus iurare debet fide. & ſic nulliter fuit
receptum iuramentum, per capit.at ſi clerici.de iudic. &
quod nulliter factum eſt, habetur pro non facto, per mul-
sa iura, quæ allegat Andreas in dicto capit. 1. §. prętcrea. &
ibi dixi, quę ſit prima cauſa beneficii amittendi, & per cō-
ſequens non incidit in pęnam. Vltimò quæro, moritur ba-
ro, ſuperſtite filio, vel nepote, vel agnato qui ſucceſsit in ba
ronia, antequàm recipiat à rege literas aſſecurationis, facis
iurare uaſallos, ꝙ ei erunt obedientes in omnibus, an ha-
beat locum pęna huius conſtitutionis? Dic ꝙ non: quia in
telligitur de obedientia licita, & iuſta, ut dicit gloſſ.in l. nō
videtur. §.qui iuſſu. de regulis iuris. & iſta conſtitutio non
loquitur de iſto iuramento, ſed de iuramento fidelitatis,
11 nihilominus cogita. † Poſtremò quæro, quid ſi emitur feu-
dum cum aſſenſu regio, an emptor ſine literis regis poſsit
recipere iuramentum fidelitatis à vaſallo? Iſta conſtitutio
nihil loquitur de hoc: ſed fuit interpretata à regnicolis,
ꝙ debet impetrare literas regis, quia vtrobiq; eadē ſit rō. Secū
do no.ex text.ibi, licentia, & mandato, ꝙ reſcriptum regis
cōcedēs licentiā comiti, vel baroni, ꝙ poſsit recipere iurm
aſſecurationis à vaſallis, debet continere ēt mandatū faciē
dum ipſius vaſallis, ꝙ pręſtent iurm dicto ſucceſſori in co
mitatu, vel baronia. An autem ſuccedens in comitatu, vel
baronia teneatur intra annum, & diem petere iſtam licen-
tiam & mandatū à rege, ſicut tenetur intra annū & diē de-

nuntiare mortem, & ſoluere releuium, & iurare fidelitatē, prout dicitur in ca. 1. quo temp. mil. quòd ſi non faciat, cadat à feudo? Dic, ꝙ non, quia hoc non eſt expreſſum in iſta conſtitutione, nec de iure communi feudorum, & ideo ſi dominus non vult petere hanc licentiam, nec vult, ꝙ vaſalli ſibi preſtent iuramentum fidelitatis, non incidit in aliq̄
12 pœnam. † Item quæro, quid ſi baro obtinuit licentiam, vt poſſit recipere fidelitatem, non tamen obtinuit mandatū regium ipſis vaſallis vt iurent, tamen ipſi ſponte iurauerunt, an dñs incidat in pœnā? Videtur ꝙ ſic, quia tex. dicit, ꝙ duo copulatiuè requiruntur: videlicet licentia, & mandatum. ergo non ſufficit vnum ex eis impetraſſe, quia vbi duo requiruntur, non ſufficit vnum. l. ſi hæredi plures. ff. de conditionibus inſtitutionum. l. ſi is qui ducenta. §. utrū ff. de rebus dubijs. Ludo. in l. ait prætor. §. ſi minor. ff. de iureiurando. Bald. in l. ſi apud priorem dominum. C. de ędilitijs actionibus, ſed in contrarium eſt veritas: quia illi mandato baro poteſt renuntiare: quia eſt in ſui fauorem, cui poteſt renuntiare, per l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. debet ergo attendi principale propoſitum, quod eſt vt habeatur dicta licentia, vt l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum petatur. Item quando concurrunt duo, quorum vnum prodeſt, alterum nocet, debet attendi, quod prodeſt. l. ſi uir. ff. pro donato. l. non intelligitur. §. ſi quis palam. ff. de iure fiſci. Baldus in l. ſi quis decurio. in ſin. C. ad leg. Corneliam de fal. Quid econtra, ſi obtinuit mandatum vaſallis, ꝙ ei iurent, & nihil dicitur de licentia? an in mandato prædicto videatur incluſa tacitè licentia? Dico quò ſic: quia quoties concurrunt duæ virtutes paris potentiæ, tantum iuris habent vna ad reſiſtendum, quātum altera ad obtinēdum, ſecundùm Old. & Bal. in l. Sabinus. ff. communi di-
13 uidundo. † Tertiò no. ex tex. ibi, ꝙ qui contrà fecerit, ꝙ iſta pœna amiſſionis feudi, & omnium bonorum eſt nimis exceſſiua reſpectu delicti, ſufficiebat enim punire ſolū amiſſione feudi non publicatione omnium bonorum. regulariter pœna debet commenſurari delicto, ut in l. ſancimus. C. de pœnis. tamen in multis caſibus imponitur grauior pœna, quàm ſit delictum, vt in iuribus hic in gl. fi. allegatis. In gl. 1. not. iſtam gl. ꝙ litera aſſecurationis vaſallorum non datur per regiam curiam niſi poſſidenti feudum, & ideo non conceditur litera aſſecuritatis illi, qui dicit ſe ius habere in feudo, niſi ipſum feudū poſſideat, & ita tenent hic ēt And. & omnes curiales. imò ſi probaſſet, ꝙ ſui anteceſſores habuerunt ab eis iuramentum fidelitatis, & non probaret, ꝙ ipſe poſſidet, non cōceditur litera aſſecurationis vaſallorum, ſecundùm gl. hic & bene, & tene mēti hoc dictum, quia, vt dicit hic And. ꝓ per probationem, ꝙ vaſalli iurauerunt tali domino fidelitatem non probatur dominium feudi, vt l. vxori. §. ſcorpium. ff. de vſufructu legato. l. non hoc. C. vnde cog. & l. Herennius. ff. de decurio. nec præiudicium facit vero domino per iuramentum fidelitatis alteri præſtitum. Cui addo id, qđ dixit Abba. Sicu. in c. eam te in 3. no. de iureiurando, vbi dicit, ꝙ ſi ſubditus iurat fidelitatem ei, cui non debet, in præiudicium ueri domini, tale iuramentum eſt illicitum, & non valet, vt iuribus ibi per eum allegatis. vide ſup. in conſti. probationum defectu. addo Bal in l. 2. in 14. col. C. de ſeruitutib. & aqua. Innoc. in ca. dilectus. de capellis monacorum. Quæ autem debet continere iuramentum fidelitatis, patet in c. de for-
14 ma de noua forma fidelitatis. † Sic etiam per inueſtituram verbalem ſiue traditione poſſeſſionis nō acquiritur dominium, ſecundùm And. in præludijs. in 6. q. & in c. 1. in 2. colum. qui ſucceſ. teneantur, & in cap. 1. 2. col. hic poteſt eſſe tit. qui ſucceſ. teneantur. & vide hic formam literarū aſſecurationis vaſallorum, nā reſcribitur alicui officiali, vel cōmiſſario, vt ab hominibus talis caſtri, vel feudi iuxta conſuetudinem regni talem dominum poſſidentem dictū caſtrum, vel feudum aſſecurari faciat, & ſibi reſpōderi faciat de omnibus, in quibus, tenetur, & debent. Et quare conceduntur iſtæ literæ aſſecurationis, poſtquam eſt in arbitrio poſſeſſoris feudi petere, quādo uoluerit. Dicit hic Andr. ꝙ hoc petitur à poſſeſſore feudi, ut tutius & ſecurius teneat caſtrum, vel feudum, poſtquam vaſalli ei iurauerunt fidelitatem, quia propter iuramentum, quod præſtiterunt, pręſumitur, ꝙ non ſint immemores iuramenti, vt in l. fin. C. ad l. Iul. repet. Et addit vinculum religionis, vt dicit Bald. in l. fi. C. de non nu. pecu. & facit habere Deum in teſtem, ſecundum Bald. in l. ſi quis maior. 2. col. C. de tranſa. & dicit And. in c. 1. in 3. col. quo tempore miles. quòd litera aſſecurationis, quando tenet, & poſſidet: habetur pro inueſtitura. In glo. fi. no. eam ad 18, quod dixi in 3. not. & vide eam, quia alleg bonas leges.

De morte baronis nuntiandi regi.
Rubrica XXII.

DICTVM eſt titu. præcedenti, ꝙ mortuo comite, vel barone ſuperſtitibus filiis, aut nepotibus: iſti ſucceſſores non poſſunt ſine licentia regis recipere ab eorum vaſallis iuramentum fidelitatis, verùm quia comites, vel barones ſolent ſub comitatu, vel baronia habere ſubfeudatarios habentes feuda quater. in ipſo comitatu, vel baronia, & iſti ſubfeudatarij interdum moriuntur ſine deſcendentibus: quod erit officium ipſius comitis, vel baronis circa ipſa feuda ſubfeudatarij defuncti ſine deſcendentibus, de quo non erat dictum, ideo ſequitur hæc rubr.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quaternatum exiſtens in comitatu, vel baronia pertinet ad regis collationem.*
Nobilis dicitur feudum habens quaternatum.
2 *Inueſtitura de comitatu aut aliis feudis titulatis qua forma fieri ſoleat.*
3 *Feudum deuolui ſolet ei à quo tenetur.*
4 *Comes, vel baro poteſt feudum non quaternatum alteri ſimpliciter conferre.*
5 *Feudatarius habens feuda quaternata & alia non quaternata à barone, ſi deliquerit, quaternata ad regem deuoluuntur, & non quaternata ad baronem.*
Feudum qualiter cognoſcatur eſſe quaternatum.
6 *Feuda ad regis collationem pertinentia ſunt quaternata.*
7 *Feudum quaternatum efficitur, quod bis regem confertur.*
8 *Collatio feudi facta à rege fit cum clauſula, quod teneat in capite à regia curia.*
9 *Feuda per excadentiam ad regem deuoluta efficiuntur de regalibus.*
10 *Papa regno Siciliæ vacante ſi primò concedat comitatus & baronias, & poſtmodum regem faciat, cui debeant comites, & barones fidelitatem iurare.*
11 *Feudum exiſtens in terra baronis quanto tempore poſſit per regem quaternari.*
12 *Comes, vel baro tenetur denuntiare mortem ſubfeudatarii ſui, qui tenebat feudum quaternatum.*
13 *Bona mobilia ſubfeudatarii præſumuntur quæſita ex induſtria ipſius feudatarii.*
14 *Comes vel baro ad literas regias conſignare tenetur feudum quaternatum exiſtens in terra ſua.*
15 *Seruitium militare exigi poteſt à vaſallo ſecundum quòd feudum auctum fuerit.*
16 *Baro, cui mandauit rex mittere aliquem in poſſeſſionem feudi exiſtentis in ſua baronia, illico hoc facere debet.*
Releuium ſoluere non tenetur, cui feudi poſſeſſio tradita non eſt.
17 *Mandatum baroni à rege debet fieri, quòd vaſallo feudum cōſignet, alíter conferre non tenetur.*
18 *Feudum quaternatum in baronia exiſtens à rege confertur laudemium tamen, ſeu releuium baroni debetur.*
19 *Releuium non ſoluitur ob feudum de nouo habitum per contractum regium.*
20 *Inueſtitura de caducitate ſucceſſionis quæ ſit, & qualiter fiat.*

21 *Succedere quis propriè dicatur.*
22 *Senex dicitur in filiis procreandis, qui annum quinquageſimum attingit.*
23 *Feudum, quod à barone tenetur, vaſallo delinquente ad eum deuoluitur.*

POST MORTEM. Diuiditur in duas
partes. In 1. dicit, quòd comes, vel baro
tenetur regi denuntiare mortẽ ſui ſub-
ſeudatarij tenentis ſeud. qnater. in co-
mitatu, vel baronia & quid, & qnan-
tum ſit illud, quod ſubſeudatarius de-
functus tenebat ab ipſo, & habet etiam fieri facere in ſcri-
ptis inuentarium de omnibus boois mobilibus dicti ſui
ſubſendatarij defuncti 1 & d. inuentarium authenticè fa-
ctum eum deſcriptione dictorum bonorum ſtabiliũ tranſ
mittatur regiæ curiæ, & expectetur iuſsio regia: quibus
ſunt prædicta bona aſsignanda & durat hæc pars vſque
ibi, baroniam etiam. Hic eſt ſecunda pars, in qua decla-
ratur, quòd ſeuda quaternata exiſtentia in comitatu, vel
baronia comitis, vel baronis ſunt ad collationem domini
regis & non ipſius comitis, vel baronis, qui baro, vel co-
mes tenetur ipſum feud. cooſignare ei, cui dominus Rex
conceſsit, & dicto comiti, vel baro. debet ſolui releulum
pro aſsignanda poſſeſsione dicti ſeudi quaternati, dummo
do releuium non excedat quantitates vnciarum 10. de au-
1 ro. hoc dicit, vſque in fi. † Not. primo ex tex. ibi, tenuerit,
quæ in quaternionibus, quòd licet feudum quaternatom
ſpectet ad collatiunem regis tantum, etiam quòd ſit in co-
mitatu, vel baronia alicuius comitis, vel baro. vt hic: & per
Aodream in c. 1. de controuer. apud par. termi. tamen dici-
tur illud ſeud. teneri à comite, vel baro. eo quia eſt in di-
ſtrictu comitatus, vel baroniæ, & ei debetur releuium ad
certam quantitatem in iſta conſtitutione taxatam à ſucceſ
ſore in dicto ſeudo quater. qui habuit conceſsionem à re-
ge, & ita exponit hoc verbum, teneri à comite, Bartho. de
Cap. hic ſuper quadam apoſtilla ſua, & habebit etiam ba-
ro conſuetum ſeruitium pro dicto feudo, vt infrà dicam.
Et ſcias, quòd habens ſeudum quater. dicitur nobilis, quia
dominatur ſeud. quaternato, quod dicitur nobile, ſecun-
dum Andr. hic, & in 1. rubr. ſeudorum. & in capitu. 1. de
controuer. apud par. termi. Sed iſta eſt infima nobilitas,
per quam homo nobilitatur: quia deus omnia creata ſup-
poſuit homini vt eis prædominaretur, & non eſt conue-
niens, vt dominus per dominium quod habet in ſeruo ho-
noretur: vide Luc. de Pen. in l. mulieres. C. de digni. lib. 12.
2 † Hodie noſtri reges, quando faciuot inueſtituras de comi
tatu, vel de alijs ſeu. titulatis, ſolent cõcedere cum hac clau
ſula, quòd poſsint dicti ſeudatarij titulati inueſtire ſuos
ſubſeudatarios etiam de ſeudis quater. & tunc iudicabitur
de iſtis ſeudis quaternatis ad collationem baronis, ſicut de
alijs ſeudis ad eius collationem ſpectantibus, per capitu.
Papæ Honorij infra allegandum, alias ſine dicta clauſula
omnia ſeuda quater. vbicunque ſita ſunt in regno: ſunt ad
collationem domini regis: & ipſe habet confirmare, & de
nouo cooferre, quando vacat ſeud. ipſum quater. per mor
tem ſubſeudatarij ſine deſcendentibus, vel agnatis ſucceſ-
ſibilibus de iure, vel vacat, quia ille commiſit rebellionem
contra regem. hoc vult iſta conſti. quæ loquitur genera-
liter: ſecus eſt dicendum, quando ſeudum non eſt qua-
ter. & ſic comes, vel baro illud conceſsit, quia erat ſolitus
comes, uel baro alteri concedere, vt dicimus de actenelia,
ſi ille ſeudatarius moritur ſine filijs, vel deſcendẽtibus de-
uoluitur ſeudum ipſi comiti vel baroni: vt firmat hic glo.
& hoc expreſsè dixit conſtitut. ſuprà, quę incipit, ſi quãdo
ſub rub. 20. pręſentis. 3. lib. & videtur mihi tex. de hoc in l.
cum ratio. §. ſi in libertinom. ff. de bo. dam. & in c. fœlicis.
de pœn. lib. 6. hoc etiam firmauit And. in ca. 1. §. ſimiliter.
de capi. qui cur. vend. & ſentit hanc deci. Ioan. Fab. inſtitu.
de vſuſruct. in §. finitur. Et vide ad hoc vnam pulchram de
ciſ. domini Egidij de Bellamera deciſion. 726. in char. 66.
3 vbi multa pro & contra alleg. vbi concludit, † quòd ſeudũ
deuoluitur ei, à quo tenet, idem determinat gloſſ. hic in
verſic. magnificentiæ. & Andr. in cap. 1. § ſi quis homioem.
in quarta colum. de pa. te. & in l. imperialem. in §. illud. de
prohib. ſeu. alien. per Feder. & in capitu. 1. de vaſal. decrep.
æta. & in cap. 1. penul. colum. ſi vaſal. feud. priue. & Alexã.
de Imol. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damn. infec.
& Luc. de Pen. in l. 1. C. de petit. bon. ſubla. lib. 10. Fallit,
niſi baro fuiſſet negligens in vendicando ipſum ſeudũ pro
pter rebellionem ſeudatarij: tunc fiſcus regius habebit il-
lud, viuo delioquente, vt dicit Bal. in capit. nulla, per quos
fiat inueſtitura, vbi dicit, quòd ſi vaſallus commiſit talem
ingratitudinem, ex qua veninnt bona publicanda, & domi
nus nolit ſeudum vendere, quòd ſeudum confiſcabitur,
donec viuit delinquens, per tex. in l. Statiut. §. final. ff. de iu
re fiſ. & ſic Bald. videtur intelligere Specu. in tito. de ſeud.
§. quoniam. verſic. 40. vbi alleg. d. § fina. item diſpoſitio. d.
§. fina. procedit, quando temporaliter ſeudum debebat eſ-
ſe penes delinquentem, vt dicit Andre. in capitu. primo, de
ſeud. guardiæ. ergo ſecus, quando non temporaliter. Sed
aduerte, quia iſta conſtitutio videtur correcta per capitu.
Papæ Honorij, quod incipit, ſi contingat ſubſeudatarium,
ad char. 65. vbi mortuo ſubſeudatario habente ſeudum
quaternatum ſine deſcendentibus, comes, vel baro, ſub cu
ius baronia eſt dictum ſeudum quater. facit inueſtiturã cũ
onere ſeruitij conſueti perſonæ idoneæ poſtmodom regi
pręſentandę, vt etiam habeatur in hac inueſtitura aſſenſus
4 regis conſtitution. regni non ob. † Si verò ſeudum noo qua-
ternatum vacauit liberè, confert comes, vel baro alteri,
& in hoc non eſt neceſſarius regius aſſenſus. & licet dicat
And. hic, quòd in hoc iſtud capitu. non ſeruatur, tamen di
cit ipſe, ſeruari debet, quia non id, quod fit, ſed quod fieri
debet, intuendum eſt &c. & dicit Bar. in l. nemo carcerem.
C. de exact. tribu. lib. 10. ꝙ qui non facit, quod debet, dici-
tur alienus ab humano ſenſu, & quis dubitat, ꝙ Papa, qui
eſt directus dominus regni, poſsit facere conſtitut. contra
conſtitnt. regni, cum in his, quæ ſunt iuris poſitiui, Papa
habet liberam diſpoſitionem, vt in capitu. propoſuit. de
conceſ. præb. & maximè in hoc regno, cuius eſt proprieta-
rius, vt in capitu. ad apoſtolicæ. de re iudic. lib. 6. & cle pa-
ſtoral. eod. titu. ſicut enim rex in terris comitum & baro-
num poteſt facere legem ratione directi dominij ſubalter
nĩ, quod habet in toto regno, ita Papa in regno, in quo ha-
bet directũ dominium, ni fallor. Sed miror profecto, qua-
re iudices magnæ curiæ vicar. vt refert hic gloſſ. iudicaue-
5 runt, † quòd ſi ſeudatarius habeat ſeuda quaternata, & ſeu
da, quæ tenentur à barone, & committat rebellionem coo
tra regem, ſeuda quaternata deuoluuntur regi, & ſeuda nõ
quaternata deuoluuntur baroni, à quo tenet, cum cap. Papę
Honorij in ſeudo quaternato aliud ſentiat, vt ſuprà dictũ
eſt. Sed poſſet reſponderi, ꝙ iudices iurant iudicare prius
ſecundum illas ſacras conſti. vt infrà in conſti. puritatem,
ideo iudicauerunt ſecundum iſtam conſtitu. & non ſecun
dum cap. Papæ Honorij derogatorium huic conſtit. Iuxta
prędicta quęro ꝓ declaratione, quomodo cognoſcemus,
quòd ſeudum ſit quaternatum? Dic præmittendo duas re
gulas generales. Prima, ꝙ omne caſtrum in regno exiſtens,
ſiue ſit nunc habitatum, vel inhabitatum, dicitur eſſe ſeu-
dum quaternatum. ita dixit And. in c. 1. in 4. col. de contro
uer. ſeu. apud pa. termi. & ſuprà in 1. lib. in conſti. iuſtitia-
rii nomen & normam, & idem And. hic io prin. Secũda re
6 gula generalis eſt † ꝙ omnia ſeuda pertioentia ad collatio-
nem regis dicunt eſſe ſeuda quaternata, & iſta ſunt illa,
quę ſunt ſcripta in quaternionibus regię curię, vt ſuprà in
1. lib. in conſtit. quæ incipit, iuſtitiarij per prouincias, dicit
And. in d. ca. 1. in prin. 3. col. de controuer. ſeud. apud par.
termin. ꝙ hoc videtur ignotum per ignotius, quia iſta regi-
ſtra hodie oon habemus, nam tempore huius imperatoris
erat regiſtrum, vbi erãnt deſcripta omnia ſeuda, quę erant
ad collationem regis, & iſta erãt annotata vt ſeuda quater-
nata, & ideo dicebantur quaternata, quia erant ſcripta in
quaternu curiæ, hodie in regia camera ſummarię ſunt an-
notata omnia ſeuda quaternata, & de his habeatur plena

notitia.

notitia. Rurſus pro declaratione quæro, vtrum eoipſo,
quòd probatur, quod rex ſemel, vel bis fecit inueſtituram
de aliquo feudo, quod per prius non erat quaternatum,
ſed erat ad collationem comitis, vel baronis, & ſic erat
actenesia, & per rebellionem comitis, vel baronis, vel per
excadentiam peruenit ad regem, & rex tenenti & poſſiden
ti in demanio illum comitatum, vel baroniam conce-
dit feudum, quod erat ad cullationem comitis, vel baronis
ſemel, vel bis, an dicatur in poſterum, quando deinde rex
concedit comitatum, vel baroniam, quòd illud feudum,
ſit quaternatum, & ſic quòd ſit ad collationem comitis
vel baronis, niſi habuiſſet ſpecialiter ex priuilegio re-
7 gis? † Videtur prima facie, quòd per binas collationes fa-
ctas à rege de iſto feodo. quod aliàs fuit ad collationem ba
ronis, ſit factum feudum quaternatum, quia per duas vi-
ces inducitur conſuetudo, vt in l. 3. C. de epiſcopali au-
dientia. item ſi ſemel facta fuit conceſſio per regem, &
durauit per triginta annos feudum in ipſum conceſſiona-
rium, vel eius hæredem, certè ex hoc probatur, quòd eſt
feudum quaternatum, licet per prius eſſet ad collationem
baronis, vt iniquit Andr. in capitu. 1. in 2. colum. de his qui
feudum dare poſſunt. & in ca. 1. epiſcopum vel abb. Item
ſecundùm unam opinionem, ſi res deuoluta per annũ fuit
tenta in demanium, dicitur effecta demanialis, ſed hoc nõ
eſt verum, ut patet ex ſcriptis per Ioan. de Imo. in capit. vt
ſuper. de rebus eccleſiæ non alienandis, & Alexan. de Imo.
in 4. uolum. in conſilio vlti. & per conſi. Petri de Anchara-
no 155. & uide apoſtillam Alexan. in l. ſi uacantia. C. de bo
nis uacan. lib. 10. ubi alle. Bal. corruptè, ſed debet dicere in
c. 1. de clerico qui inue. fecit. ubi dicit, ꝙ dicta opi. eſt uera
8 in Eccleſia Mediolanenſi tantùm. † Secundò pro iſta parte
facit, quia in collationibus regis ſemper ſolet apponi iſta
clauſula, quòd teneat in capite à regia curia, & ſic per iſta
uerba uidetur declaraſſe, ꝙ uult, feud. eſſe quater. quod po-
tuit facere, ut iniquit Bar. in d. l. ſi quando. dum dicit, uel
quando aliàs hoc declarauit. idẽ firmat Pet. de Anch. in ſu-
pra dicto cõſi. bene facit ad hoc id, quod dicit And. in l. im-
perialẽ. §. præterea. duca. uer. ita tamẽ, pe. col. de prohi. feu.
alie. per Fed. ubi dicit, ꝙ rex facit bona demanialia pro arbi
trio uoluntatis, ſic feuda quater. facit pro arbitrio uolun-
tatis, ſi hoc declarat. pro hoc facit id, quod dicit Bal. in c. 1.
de ali. feu. paterni, ubi rex põt mutare naturã feu. nã poteſt
cõcedere feu. de nouo, ita ꝙ habeat natura antiqui feu. ar. l.
quicũque. C. de omni agro deſer. li. 11. itẽ baronia poſtquã
ꝑuenit ad regẽ, dicitur liberè perueniſſet quia, omne onus
eſt extinctũ, ut dicit An. in c. 1. ult. col. ex qui. cau. feu. ami.
& ſic nõ eſt in conſideratione, ꝙ prius fuit feu. cõceſſũ per
regem ad collationẽ baronis, nã deſtuit feu. habere hãc na-
turã, poſtquã peruenit ad regẽ, & ſi rex cõfert, efficit qua
ternatũ, quando feudũ eſt in terra, uel baronia exiſtente in
manu regis, tunc ſufficit ſemel uelle feud. quaternari, hæc
ſunt uerba And. in d. c. 1. In 4. col. de contro. apud pares ter
mi. In contrarium facit id, quod dixit And. ſuprà in conſt.
dignum. ubi dixit, ꝙ ſi rex, cui obtinuit baronia, iuſtè cõce
dat feu. quod fuit ad collationem baronis, intelligitur con
ceſſiſſe ſecundum propriam naturam ipſius feu h. d. And.
9 per iſta uerba: † ſed certè poſtquam per excadentiam
peruenerint, ſunt de regalibus, & habebit ea curia, ſicut ha
bebat ille, cui ſucceſſit: niſi declaret ea uelle aliter habere,
quia qoilibet in re ſua eſt moderator & arbiter. l. in re mã-
data. C. man. & pro hoc facit, quia quicquid principi pla-
cet, habet uim legis, ut dicit Bar. in d. c. 1. in princ. in 2. col.
quid ſit inueſt. & ideo dicebat And. in c. 1. circa fi. ex quib.
cau. feu. amit. ꝙ diſtinguendum eſt, utrum baronia perue-
nit ad regẽ per ſucceſſionem, an ſingulari tit. alleg. l. ſi ei. ff.
com præd. & non aliter declarat ibi, ſed in d. c. 1. in 4. col.
de contro. feu apud par. termi. hoc declarat, nã dicitur ba-
ronia peruenire ad regem tit. ſing. quando baronia perue-
nit ad regem ex pacto, ut quia deceſſit baro ſine liberis, di-
citur autem perueniſſe per ſucceſſionẽ, ſubaudi, uniuerſa-
lẽ, quando nato inſtituiſſet ſuũ hæredem regẽ. & ſic tenet,
ꝙ quando titulo ſingulari baronia peruenit ad regẽ, & eſt

in manu regis, & conceſſit rex feudũ exiſtens in pertinen-
tijs baroniæ, illud poſuit in quaterno, ubi ſunt alia feuda
quater. dicetur feu. eſſe quaternatum, non dixit And ꝙ illa
uerba, quod teneas in capite a regia curia, uideantur velle,
quod feudum ſit quater. & ideo illa uerba debent intelligi
ſecundùm naturam feudi, quòd teneat in capite à regia cu-
ria, ex quo baronia peruenit ad regem, & rex conceſſit tan
quam ſi eſſet baro, qa uoluit mutare naturam feudi, & ſic
per uerba illa, à nobis teneas. intelligitur tanquam baro.
non mutata natura feudi, ex quo aliter non declarauit uel-
le mutare naturam feudi per conceſſionem. Et pro hoc al-
a legο Bald. in capit. 1.ª in uerſi. inueſtituram recipientis. de
10 paca Conſtanti. ut dicit, † quòd uacante rege eccleſia Ro-
mana, ad quam deuolutũ eſt regnum, concedit aliquibus
comitatus, & baronias, poſtea facit regem in regno, utrum
illi comites teneãtur iura. fide. regi, uel ſummo Pontifici?
Et dicit, quòd regi, quia ſummus Pontifex uidetur feciſſe
dictas inueſtitu. tanquam Rex, & ideo regi nouo eſt facien
da fidelitas, ſicut ſi fuiſſent inueſtiti à rege. concludo ergo.
quòd dicta uerba, ita quòd teneas immediate à rege. nõ fa-
ciunt eſſe feudum quaternatum, quãdo primitus feudum
fuiſſet ad collationem comitis, uel baronis, niſi eſſent alia
uerba in inueſtitura regia, per quæ apparet, ꝙ rex uoluit
feudum illud eſſet quaternatum, ſecus ſi nũquam fuiſſet ad
collationem comitis, uel baronis, quia tunc illa uerba pro-
bãt, quòd feudum eſt ad collationem regis. & ſic quòd eſt
quaternatum. Sed rurſus quęritur, baronia eſt in manu ba
ronis, quidam, qoi habet feudum à barone, quod non eſt
collationem regis, ſed baronis, tanquam res ſolita infeuda
ri per baronem, uadit ad regem, & petit inueſtiturã à rege
de illo feudo, & rex uult illud in quaternari in qoaternioni
bus regę curię, & ſic inquaternatur, utrum per hoc efficia
tur feudum quaternatũ in præiudiciũ ipſius baronis? Iſtã
quæſtionem ſentit And. in d. ca. 1. in 4. col. de controuerſia
11 feud. apud par. termi. ibi dum dicit, † quòd ſi feudum eſt
in terra alicuius baronis, non ſufficit, quò rex faciat per
collationem ipſius feudi tanquam quate. niſi per 30. ann.
tenuerit, tunc ſufficit quãtum ad proprietatem, quòd feu-
di natura eſt, quòd ſit quaternatum, ſed in poſſeſſorio ſuf-
ficit ſemel eſſe factam collationem à rege tanquam de feu-
do quater. arg. capitu. cum eccleſia, in ti. de cauſa poſſeſſio.
& proprietatis. & in capitu. cum de beneficio. de præbend.
li. 6 quod intellige uerum, data ſcientia & patientia comi-
tis, uel baronis, aliàs non dicitur rex eſſe in quaſi poſſeſſio-
ne conferendi, ut in l. 2. C. de ſerui. & aqoa & in capi. fina.
de cauſa poſſeſſio. & proprietatis & ibi per Anton. de Bu-
trio, nec uelle iuri alicuius detrahere: vt dicit Bald. in d. l.
2. in 8. colum. dum alleg. l. ex facto. ff. de uulg. ſubſtitu. &
in l. ſi manifeſtè. in 2. colum. C. de ſerui. & aqua. & Luc. de
Pen. in l. fina. C. de exact. tribut. lib. 10. cum alijs ſi poſtea
ſubdit Andrę. in d. 4. colum. an ſtetur priuilegio regis di-
centis, quando conceſſit feudum exiſtens in terra comitis,
uel baronis, qui tenet, & poſſidet comitatum, uel baro-
niam, ꝙ concedit tale feudum ſpectans ad collationem re-
gis, in hoc articulo non me extendo nunc, quia iſtum arti-
culom examinaui in capitu. 1. qui ſucceſſores teneantur. in
12 4. char. † Secundò not. ex text. ibi, ab ipſo tenebat. quòd
comes, & baro, defuncto ſuo ſubfeudatario, qui tenebat
feudum quaternatum in ſuo comitatu, uel in ſua baronia,
ſubaudi, ſine liberis, ut dicit hic glo. in fin. tenetur denun-
tiare mortem ipſius ſubfeudatarij, ſubaudi, etiam intra an
num & diem, ut in capitu. 5. quo tempore miles. cum con-
cordantijs, & ita habetur etiam in capitulis regni, ut patet
in capi. quod incipit, in nomine dei æterni. & c. die 8. mẽ-
ſis Maij ſecundę indictionis, ad char. 9. & quid & quãtum
ab ipſo comite, uel barone tenebat, ideſt, tam feuda qua-
ter. quæ tenebat à rege, & tenebat in comitu, & baronia,
& quod tenebat ab ipſo comite, uel barone in feudum &
omnia bona mobilia ſua, & de omnibus fieri faciat publi-
cum inſtrumentum, & illud tranſmittat regiæ curię ad ef-
fectum, quòd ſi ille ſit mortuus ſine deſcendẽtibus & agna
tis ſucceſſibilibus, feudum quater. ſit ad collationem regis,
& omnia

& omnia bona mobilia ſunt regij fiſci, & nno baronis, qoi
non habet publicationem booorum vacan. ot dicit hic An
drę. & in c. t. §. ſi quis hominem, de pa. ten. bona. n. vacan-
tia ſpectant ad regem, vt in tit. quę ſint regalia, in ver. bona
vacantia, ut ibi larè dixi. & ideo fructus omnia ſeudorum
tam quaternorum quàm non quaternorum ſeparati à ſeu
dis non erunt baronis, ſed domini regis ſecundum Andr.
13 hic. Et tene menti illud, quod dicit hic Andr. † quòd bona
mobilia ſubſeudatarij non præſumuntur quæſita ex ſeu-
dis, ſed præſumuntur qoæſita ex induſtria ipſius ſubſeu-
datarij, arg. l. ſi defunctus. C. arbitra. tutel. ſecus diceodum
eſt de theſaurario regis, vt præſumatur omoia bona quæ-
ſita per eum fuiſſe quæſita ex pecunia publica, imò fiſcus
in ipſis bonis habet rei vendi. ut inquit Bal. io ca. s. de con-
ten. inter do. & fidelem. per glo. no. in l. facultas. C. de iu. fi-
ſci, lib. 10. & hoc procedit, quando non reddidit bonã ra-
tionem. idem dicit And. in c. 1. de ſeu. guardiæ. in 3. col. &
ideo mortuo ſubſeudatario ſine legitimo ſucceſſore ab in-
teſtato, omnia bona ſua burgenſatica, & etiam mobilia
ſpectant ad regem, qui fuit dominus eius perſonæ in vita,
vt in conſtitu. quoniam frequenter. erit etiam rex domi-
nus bonorum ſuorum burgenſaticorum, & mobiliũ, quia
res ſequuntur conditionem perſonæ, & non econtra, vt in
l. 1. in fi. C. de impo. lucra. deſcri. lib. 10. & ff. de ędil. edic. l.
iuſtiſſime, & ſic patet, ꝙ ſolùm ad Baronem peruenient ex
morte ſubſeudatarij ſine legitimo ſucceſſore ſeuda, quæ
tenebat ab ipſo, & omnia alia ſeuda quater. quæ tenebat à
rege, tam in baronia, quàm extrà venient ad regem, & etiã
omoia alia bona burgenſatica, & bona mobilia, & fructus
omnium ſeudorum ſeparati à ſeudo. Et tene menti vnum
aliud dictum Andr. hic, quòd Baro habet in ſuos vaſallos
cõdemnationes pecuniarias, qoia babet in eos iuriſdictio-
nem ordinariam, cũ iuribus & pertinentiis ſuis, ut dicit ẽt
And. in c. t. quid ſit inueſti. & patet ſuprà in cõſti. de quę-
14 ſtionib. rub. 6 t. ſuprà io t. lib. † Tertiò no. ex tex. ibi, ei, cui
conceſſimus, debeat aſſignare. quòd comes, uel baro tene-
tur ad litteras regias conſignare ſeu. quater. exiſtens in ſuo
comitatu, uel in ſua baronia, illi, cni rex illud conceſſit, &
nibil dicitur hic, cui debeat ſeruire iſte ſubſeudatarius, an
regi, uel baroni. Sed Barth. de Ca. hic in ſua apoſtilla dicit,
ꝙ ſubintelligitur in iſta conſtitut. ꝙ debet ſeruire pro ipſo
ſeudo quater. ipſi baroni, & non regi, quia licet ſit hoc ſpe
ciale priuilegium regis ratione directi dominij, quod ha-
bet in omnibus ſeudis regni, ꝙ poſſit conſerre ſeu. qoater-
natum exiſtens in comitatu, vel baronia comitis, uel baro-
nis, ſub quo tenetur, & ſic grauãtur barones in hoc, quòd
collatio ſpectet ad regem, cum deberet ad eos ſpectare ra-
tione vtilis domioij, quod habẽt in comitatu, uel baronia,
utile dominium pręfertur directo, ut in l. 1. in fi. ff. ſi ager
uecti. & ff. de ſuperfi. l. t. §. ꝙ ait. tamen releuantur in hoc,
qnia ſeruitiũ militare debet pręſtari pro ipſo ſeudo quat.
ipſi comiti, nel baroni, & ad hoc poteſt allegari in arg. l. 1.
C. de uendi. rerum fiſ. com priua. com. li. 10. ubi fiſcus uen
dit rem commonem, ſed pretium ſoluit priuatæ perſonæ,
cum qua res illa eſt communis. & dicit D. Barth. ꝙ iſta eſt
obſeruantia, & conſuetudo regni. Sed pone, quòd tenens
ſeudum qnater. in terra baronis pro ipſo ſeudo ſeruiebat
baroni de uno milite, demum illud ſeudum eſt augmenta
tum io redditibus, ita ꝙ ſi fieret inquiſitio reddituũ, debet
ſoluere pro duobus militibus, mortuns eſt iſte ſubſeudata
rius ſine liberis, & ſic dominus rex conceſſit alteri d. ſeu-
dũ ſub debito, & conſueto ſeruitio debẽdo baroni, ſub cu-
ius baronis eſt dictum ſeu. baro petit ſeruitium duorũ mi-
litũ, quia redditus ſeu. ſunt xl. unc. ſeudatarius dicit, ꝙ ipſe
non tenetot pro ſeruitio, oiſi pro vno milite, quia ſibi fuit
conceſſum dictũ ſeu. ſub conſueto ſeruitio, q̃ritur quid iu-
15 ris? Iſtam q6. examinat hic Dom. Barth. de Cap. † & con-
cludit per optimas rationes, ꝙ baro poteſt petere ſeruitiũ
militare ſecũdùm ꝙ eſt augmentatũ ſeu. & non tenetur ſta
re pręſtationi ſeruitij conſueti, iſtam qõ. ideo hic non exa-
mino, quia ipſam examinaui per arg. pro & contra in c. t.
§. fi. in 4. cha. de capi. qui cur. vend. & ibi etiam And. tangit
iſtam q. in qnadam ſua additione. & Luc. de Pen. ſimiliter
ipſam tangit in d. l. 3. C. de vendit. rer. fiſc. cum pri. con. lib.
10. vbi laudat præfatum D. Barth. de Cap. dicendo, ꝙ fuit
vir mirabilis, & in officio reliquit ſucceſſorem, ſed non in
virtutibus. Iterum ipſum laudat glorioſè in rub. de qſtori-
bus. lib. 12. ego in hac tempeſtate do ſibi ſociũ in vu tutib.
Domio. Marcell. Banzella de Gaieta, Vtriuſ. I. Doct. gene-
ralem auditorem penes Catholicam maieſtatem perfectũ
meum amicum, qui verè eſt ſucceſſor in virtutibus dicto
Dom. Barth. & ſcio, ꝙ dico veritatem, quia expertus ſum.
16 † Quartò not. ex text. ibi, nulla mora protracta. quòd facta
præſentatione regiarum literam ſecundùm ſtylum regiæ
curiæ directarum comiti, vel baroni, in quibus cõtinetur,
ꝙ dominus rex conceſſit tali ſeudũ quatern. quod eſt in ba
ronia, & ideo mandat baroni, quòd ſibi tradat poſſeſſionẽ
dicti ſeudi, baro ſine vlla mora debet ipſum inueſtitũ in-
ducere in poſſeſſionem, nec dicitur in mora niſi præſenta-
tis ſibi literis regis, ut dicitur in l. quod te. ff. ſi cert. peta. &
per Lud. in l. mora. ff. ſoluto matrim. & non dicitur in mo-
ra per curſum vnius diei, quo debuit fieri executio regiarũ
litterarũ, vt in l. item illa. de conſti. pecu. per Bart. in 2. col.
& in l. arbiter ſi calendis. ff. de arbi. nam in vltima hora diei
contrahitur mora, ſecundùm Bald. in l. 3. C. quando dies le-
ga. cęd. vtrum excuſetur baro à mora, ſi dicat, quòd ideo
non executus fuit d. literas regis pro eo, quia non ſoluit re-
leuiũ debitum requiſitum, vt tenetur per iſtam conſtitu-
tionem. in fi. Ego dico, ꝙ ſolutio releuij debet fieri à poſſeſ-
ſore ſeudi, & ideo ſi non eſt tradita poſſeſſio ſeudi non te-
oetur ſoluere releuium, ſicut poſſeſſori ſeudi concedenda
eſt litera aſſecurationis ſeudi, ut dicit gl. in conſtit. præced.
comite. & ibi dictum fuit. Item quia anous & dies ad pe-
tendum inueſtituram, & ad ſoluendum releoiom non cur
rit oiſi poſſidenti ſeudum, vt voluit Andrę. in c. t. de capit.
Corra. & Bal. in l. ſolemnibus. C. de rei ven. bene facit vnũ
17 conſi. Pao. de Caſ. 158. inci. uiſo & examinato puncto. † Itẽ
occurrit ſuper hoc mihi aliud dubium, ecce uacãte ſeudo
qua in terra baronis, rex cõtulit illud Titio, & rex fecit ſi-
bi priuilegium inueſtituræ, & non impetrat literas regias
directas baroni, ut ſibi conſignet poſſeſſionem dicti ſeudi.
uadit ad magnam curiam uic. & agit contra dominum ut
ſibi tradat ſeudum ſibi collatũ, baro dicit, ꝙ non tenetur,
utrum magna curia poſſit facere mãdatum etiam cũ clau-
ſula iuſtificata, ꝙ ſibi tradat poſſeſſionem? Dic, ꝙ non, qa
tale mandatum debet fieri à rege, quia hæc conſti. dicit, re
cepto mandato noſtro, non dicit, noſtræ curiæ. item quia
per d. inueſtituram non eſt translatũ dominiom, donec ha-
beat poſſeſſionem, ot in l. traditionibus. C. de pac. l. ſi quis
argentum. §. ſed & ſi quidem. C. de donat. & actio. hic non
fuit inueſti. ceſſa, ideo nõ poteſt agere iure ceſſo, igitur ſioe
literis regiis magna curia non poteſt facere dictõ manda-
18 tum, eſto, ꝙ ſibi conſtet de regia inueſtitura. † Quintò & ul
ti. no. ex tex. ibi, ſuſcepto aliquo releuio ut moris eſt. quòd
licet ſeudi quatero. exiſtentis in terra baronis collatio per-
tineat ad regem, tamen laudemium, quod in regno uoca-
tur releuium ratione nouæ poſſeſſionis, quæ traditur ioue
ſtito per regem, ſoluitur baroni, & non regi, licet gloſſ. 5.
hic diſputet, ao debeatur regi, uel baroni, ex quo iſte tex. di
cit, ꝙ releuium, quod debetur baroni, noo debet tranſcen-
dere unc. 10. ergo illud, quod eſt plus, debetur regi, & ita
dicit fuiſſe determinatum per iudices magnæ curiæ uic. &
dicit illa gl. io prin. quòd illud, quod in regno dicitur rele-
uiũ, de iure communi dicitur introitus, ut in l. his uerbis.
§. fi. iuncta gl. in uerſi. introitu. ff. de leg. 3. & ſic eſt dare ca-
ſom, in quo ſoluitur releuium etiam quando non ueniret
ſeudum per ſucceſſionem, ſed per nouam inueſtituram fa
ctam per regem de ſeudo, quod eſt in baronia baronis, &
hic eſt caſus ſpecialis, quia baro ſi grauatur in uno, releua-
19 tur in alio, arg. l. cum prætor. ff. de iudic. cum concor. † Re-
gulariter autem nõ ſoluitur releuium, quando quis habet
ſeudum de nouo per contractum regium inter uiuos, uel
per contractum cum priuato, cum aſſenſu regio, qui ope-
ratur, ac ſi a rege habuiſſet, per l. lege obuenire. ff. de uer. ſi.
hanc

hanc regulam firmat Andr. hic, & in ca. 1. §. ſed & res per quos fiat inueſti. ubi etiam dicit, quod iſta præſtatio releuij eſt præſtatio extrinſeca à feudo inducta. per mortem io ſocceſſore, & hærede, & in vſibus feudorum, nihil inuenitur de releuio, ſed ab vſu loquentium eſt inuentum, vt dicit Andr. in c. 1. §. ſimiliter. de capi. Corra. Sed ab emptores & contrahente non ſoluitur releuiū, quia ſic ſe habet modus & forma curiæ, ſecundùm Andr. in dicto §. ſimiliter. bene tamen vbi conſuetum eſt, ꝙ ſoluetur releuium, quando de nouo venit feudum per contractum ioter viuos, tūc ſeruatur, quod conſuetum eſt non obſtante dicta regula, ſecundùm And. hic, & in d. §. ſimiliter, ar. l. publicanus. in fi. ff. de publi. & tunc ſi in vno caſu inducta fuit conſuetudo ſoluendi releuium, non trahitur in ſimili, etiam vbi ſit eadem ratio, vt dicit Andr. in d. §. ſimiliter. Sed occurit mihi hoc dubium. quid ſi rex fecit inueſtituram mihi de feudis quater. quę tenet & poſſidet Titius, poſt mortem Titij decedentis ſine liberis, & agna. ſucceſſibilibus, & ſic quando feudum eſt recaſurum regi pecunia mediante, vel ſine pecunia ob ſeruitia recepta, moritur Titius, & feuda ſunt aperta regi virtute dictæ inueſtituræ, ego ſum poſitus in poſſeſſione dictorum feudorom, vtrum ego teneat ſoluere

20 releuium? † Reſpondeo, & præmitto vnum, quod dicit Andrę. in c. 1. in 7. colum. qui ſucceſ. tene. ꝙ rex Rober. ſolebat facere ſimiles inueſtituras, & uocatur iſta inueſtitura de caducitate ſucceſſionis, vt dicit Bald. in cap. moribus. ſi de feu. fuer. controuer. & in c. ſi quis inueſtierit, de feu. da. in uicem legis commiſ. & etiam vidi tempore regis Ferdinandi Primi fuiſſe factas ſimiles inueſtituras, & etiam tempore præſentis regis noſtri catholici, & nunquam ego vidi ꝙ fuit ſolutum releuium. & pro hoc facit l. licitatio. ff. de pub. & id quod dixit Andr. in cap. 1. in ver. vectigalia in 2. colum. in fi. in addi. quæ ſint rega. Et pro hoc facit, ꝙ iſta cooditio appoſita in dicta inueſtitu. quando feudum erat recaſurum regi, trahitur retro ad tempus inueſtituræ, quādo euenit dicta conditio, per l. qui prior. & l. qui balneum. ff. qui pot. in pignor. hab. & pro prima inueſtitu. non ſoluitur releuium, ergo nec nunc quando ſucceditur illi Titio morienti ſine deſcendentibus, & agnatis ſucceſſibilibus ꝙ iſta feuda non dicuntur peruenire iure ſucceſſionis, ſed iure inueſtituræ, & tunc non ſoluitur releuium, ut ſuprà dictum eſt. Et propterea dicebat gl. no. in l. ſi hęreditas, §. qui

21 filium. ff. de teſta. tutel. † ꝙ vbi non cadit vera ſucceſſio iure hæreditario, ſuccedere exponitur, ideſt, in locū alterius ſe ponere, ſimilis expoſitio fit in l. meminiſſe. ff. de offi. procon. vbi nouus officialis dicitur ſuccedere veteri officiali, & tamē illa ſucceſſio exponitur, ꝙ intrat in locum veteris officialis, ſicut etiam maritus, qui per inueſtituram ſuccedit vxori, non dicitur ſuccedere vxori ſed habere feudum per inueſtituram, vt in c. 1. an mari. ſucce. vxori in benefic. quo caſu non ſoluitur releuium, quia dicitur de nouo obuenire feudum per inueſtituram, niſi ſit conſuetum. ꝙ deheat ſolui in illis caſibus, ſecūdum And. hic, & io d. §. ſimiliter. Itē quando conditio appoſita in Inueſtitura erat omnino extitura, quando venit illa conditio, habetur, ac ſi inueſtitura eſſet purè facta. vt eſt text. in l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. ff. de noua. & io l. nam ſi cum moriar. ff. de condict. inde. quæ iura ad hoc alle. Alex. in 2. vol. conſi. 87. in 3. colum. incip. viſis codicillis. ſed dicta cōditio erat omnino extitura, quia dictus Titius dicto tempore inueſtituræ non habebat liberos, nec agnatos ſucceſſibiles, & erat ſenex, qui nō poterat generare. Et dicit Guido de Suza. vt re-

22 fert Alb. de Roſ. in l. ſi pater. §. fi. ff. de adopt. † ꝙ in procreādis filijs dicitur ſenex ille, qui eſt annorum 55. quia nō eſt ſpes procreandi filios, ipſe non habet authorit. bonam de hoc, ſed in contrarium ego habeo experimentum naturæ. Nam per gratiam Dei ego procreaui filios tres maſculos in ætate mea 60. annorum ſequentibus annis. Et cum vir eſt 70. anorum, tunc timetur de eius morte, vt dicit Abb. Sicu. in cap. fi. §. 1. vt lite non conteſtat. aliàs eſt arbitrium in iudice, quando in ſene dicatur dubitari de morte, vt ibi dicit. In gloſſ. 1. ibi, & hanc cooſtitutiooem. hęc gloſſ. dicit verū, & pro ea eſt conſtitut. ſuprà quæ incipit, ſi quando, vbi ſi nullus ſuperſit, qui ſuccedit in feudo, tunc ſi illud feudū tenet à barone, baro ſuccedat in eo, ad idem text. infrà in conſtitutione, vt de ſucceſſ. in fi. & pro hoc, C. de bonis vacaotibus. l. fina. In gloſ. ſecunda. quærit hic glo. quid ſi aliquis conqueritur ſuper iſto inuentario faciendo per baronem, dicendo quod aliqua bona nō ſunt feudatarij defuncti, ſed ſunt ſua, licet fuerint reperta tempore mortis defuncti, feudatarij in poſſeſſione ipſius defuncti, vtrum baro debeat antequam mittat inuentarium regiæ curiæ ipſum audire? Et glo. concludit quòd ſic, per no. in l. vlt. C. de bon. vacan. ſed tamen nihil ipſe habet diffinire, ſed acta cum inuentario traſmittere regiæ curię, quod no. pro officialibus, quibus committitur inuentarij confectio, vt videatur eis commiſſum etiam, quòd audiant partes volētes aliquid contradicere, & exceptiones eum probationibus, quidam ignorantes commiſſarij ſuper inuentariis bonorū feudalium faciendis nolunt audire oppoſitiones partium comparentiū, dicentes, quòd hoc non eſt eis commiſſum, & tamen eſt contra eos iſta conſti. & lex. 2. cum concor. ff. de iu. om. iud. per Bal. dum alle. l. pe. ff. de vſuf. & ad hoc bene faciunt allegata per Fran. de Are. in c. de teſtibus. 3. col. de teſti. In gl. 3. in ver. ad coocesſionem. no. iſtam gl. ꝙ licet tex. huius conſti. nihil dicat, quando ille, qui tenet feudum quater. in terra baronis committat rebellionem contra regem, uel Rom. Eccl. tamen gl. æquiparat iſtum modū perueoiēdi feu. ad regem, ſcilicet per rebellionem, modo perueniendi feu. ad regem propter mortem ipſius feudatarij ſine liberis & agna. ſucceſſibilibus, vt quod dicitur de vno

23 dicatur de reliquo. † Et idem dicimus in feudo, quod teoetur à barone, ut iſtæ duæ cauſæ amiſſionis feudi pari paſſu procedant, ſ. ꝙ applicetur baroni, ſed perſona damnati ex crimine rebellionis ſpectat ad regem tantùm, & dicit glo. ꝙ ita vtitur in regno, vide eam. in gl. 4. in uer. magnificētię. Quærit hæc gl. ſi habens feuda committat rebellionē contra regem, bona eius feudalia, & burgenſatica ad quem ſpectent? Et reſpondet gl. ꝙ feuda quaternata, & omnia bona mobilia ſpectant ad regium fiſcum, alia verò feuda, ſcilicet tam quaternata, ſubaudi, de quibus habet priuilegium, ꝙ ipſe poſſit illa conferre, & ipſe baro cōtulit, quàm non quaternata, quæ tenet à barone, ſpectant ipſi baroni. Sed bona mobilia ad fiſcum, & ita intellige iſtam gl. ne videatur contraria ſecundæ glo. & vide, quæ ſuper hoc ſcripſi io d. c. 1 §. ſi quis homioem. de pa. teo. In gl. 5. ibi, recepto aliquo releuio. vide eam, & intellige prout dixi ſup. in 5. no. In gl. fi. no. iſtam gl. quia declarat etymologiam huius vocabuli. releuii. Et quantum ſit illud releuium, tu uide per And. in d. c. 1. §. ſed & res. per quos fiat inueſti. & in c. 1. §. ſimiliter. de capi. Corra. & ibi ſunt concor.

ANNOTATIO.

1 Bar. in c. 1.] Adde quę dicta ſunt ab Afflict. ſuprà in quæſtio. 25.

De ſucceßione filiorum comitum & baronum. Rubr. XXIII.

DICTVM eſt ſuprà de ſucceſſ. feudorum, quando feudatarius non habet liberos, nec agnatos, erat videndum de ſucceſſ. tam feudatariorum, quàm hominū non habentium feuda, ſed tantum burgenſatica, & relinquentium filios, vel liberos, quomodo filij, vel liberi ſuccedunt eis, de quibus non erat dictum, ideo ſequitur hęc rub. quę licet loquatur de ſucceſſione filiorum comitum, & baronum, tñ nigrum eſt generalius rubro, quia hæc conſtit. habet locum non ſolùm in boois feudalibus, ſed etiam in bonis burgenſaticis, vt probat tex. huius conſtitu. ibi, cuiuſcunque conditionis fuerit

fuerit pater Francus, aut Longobardus, miles, vel burgenſis. & hoc firmat glo. quam ſequitur hic Andr. & omnes Doctor. regnicolæ hoc tenent, & ita vidi pluries iudicatum in ſacro conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo praua eſt, quòd filiis non extantibus filiæ non ſuccedant in bonis paternis.*

2 *Fœminam aliquando ſucceſſiſſe in regno non reperitur in ſacris ſcripturis.*

3 *Conſtitutiones regni non ligant extra regnum.*

4 *Filiam à ſucceſſione bonorum patris ſui per agnatos excludi eſt contra naturam.*

5 *Filia de iure communi ſuccedit patri in bonis burgenſaticis & feudalibus, ſi non extent filii aut nepotes.*

Filiæ fœminæ quando in bonis feudalibus ſuccedant.

6 *Filia maritata & dotata an ſuccedat in feudis.*

7 *Hæreditas matris ſtrictius filiæ debetur, quàm patris.*

8 *Filius ſuccedens patri in bonis burgenſaticis, & feudalibus ſororem maritare & dotare tenetur.*

9 *Sorori non obeſt exiſtentia fratris maſculi quoad ſucceſſionem bonorum paternorum, ſi frater non vult ſuccedere.*

10 *Filia an ſuccedat in bonis patris extante filio maſculo inhabili.*

11 *Conſtitutio excludens filias propter maſculos, an dicatur odioſa.*

12 *Statutum excludens fœminas à ſucceſſione patris propter maſculos eſt partim fauorabile, & partim odioſum.*

13 *Nepos an & quando ſuccedat auo vnà cum filio ipſius nepotis patruo.*

14 *Primitiua infecta ſi ſit origo, infici cenſetur deriuatiua propago.*

15 *Statutum filias fœminas ob maſculum excludens à ſucceſſione parentum qualiter ſit intelligendum.*

16 *Feudatarius nil in teſtamento circa feuda diſponere poteſt.*

17 *Monialis an contineatur in ſtatuto excludente fœminas propter maſculos, ſic quòd ſuccedere non poſſit.*

18 *Filiæ regis Siciliæ an ligentur ſtatuto excludente fœminas extantibus maſculis, ſic quòd non poſſint ſuccedere.*

19 *Filia à patre dotata an poſſit emtionem petere à fratre de non diſſipandis bonis.*

20 *Soror dotata à patre an ſuccedat fratri in bonis burgenſaticis, quæ illi à patre obuenerant.*

21 *Filia quando propter dotem, quam recepit, excludatur à ſucceſſione paterna.*

22 *Soror à patre maritata fratri ſuccedit ad quem bona paterna peruenerunt.*

23 *Soror fratri ſuccedit in bonis noviter per fratrem quæſitis.*

24 *Soror à patre maritata an fratri ſuccedere poſſit in bonis feudalibus.*

25 *Fœmina non ſimpliciter à ſucceſſione ob maſculos excluditur ſed conditionaliter, ſi à fratre, vel filio fratris dotetur.*

26 *Soror non dicitur excluſa ſuſpenſiuè ob maſculi exiſtentiam, ſed quia frater ei dotem dedit.*

27 *Soror an poſſit ſucceſſionem feudorum pro cata petere, ſi frater, qui non extantibus bonis burgenſaticis ſuccedit in feudo quaternato, differat eam maritare.*

28 *Frater non poteſt ſororem admittere ad ſuccedendum in feudo, in quo viuitur ſecundùm iura Francorum.*

29 *Hæres ſola voluntate quis effici poteſt.*

30 *Soror quid facere debeat, ſi frater eius pluries pro ea dotanda requiſitus non reſpondeat.*

31 *Frater an poſſit ſorori renuntiare feudum in præiudicium creditorum.*

32 *Executio in ſubſidium fieri poteſt in fructibus feudi pro ſorore dotanda.*

33 *Soror petens fratrem compelli ad ſoluendam ei dotem, ſi non poſſit obtinere, variare poteſt petendo ſe admitti ad ſucceſſionem pro medietate.*

34 *Soror an & qua actione poſſit agere ad dotem contra emptorem feudi fraterni ſibi pro dote hypothecati.*

35 *Feudum paternum, quod habet filius, an ſit obligatum pro dotibus ſororum.*

36 *Bona patris ad filium deuoluta, an pro dote filiarum ſint onere affecta.*

37 *Soror vendicare poteſt feudum paternum à tertio poſſeſſore per fratrem alienatum, donec ei dos ſoluta fuerit.*

38 *Filia mortuo patre contra fratrem agere debet pro dote & non contra tertium poſſeſſorem rei vendicatione.*

39 *Alienatio in fraudem dicitur, quæ fit de omnibus bonis.*

40 *Feudum abſque regis aſſenſu in dotem dari non poteſt.*

41 *Soror nolens maritari, ſed aliàs honeſtè viuere. poteſt dotem à fratre petere.*

42 *Onus maritandi & dotandi ſororem. quod habet frater, non dicitur ſucceſſio filia, ſed potius onus hæreditarium filio inductum.*

43 *Dos, quæ filiæ debetur, an loco legitimæ habeatur.*

44 *Soror volens monialis effici, debet per fratrem dotari, perinde ac ſi vellet maritari.*

45 *Soror maritata & per maritum ſeu alium dotata, an poſſit nihilominus dotem à fratre petere.*

46 *Soror maritata nullam dotem petere poteſt, ſed petere poteſt legitimam ſibi iure naturæ debitam.*

47 *Soror dotata à fratre patre viuente, petere poterit patre mortuo paragium dotis de bonis paternis.*

48 *Soror per fratrem dotata de bonis paternis, an petere poſſit paragium dotis poſtea in bonis matris vltimò decedentis.*

49 *Filia in bonis maternis non ſuccedit extante filio, ſed in eis paragium dotis habet.*

50 *Pater quando filiam de proprio patrimonio dotare dicatur.*

51 *Dos quando filiæ, vel ſorori datur, vel promittitur de paragio, quæ neceſſariò conſiderentur.*

52 *Dos de paragio debet eſſe ſecundùm patrimonii quantitatem, liberorum numerum, & qualitatem coniugum.*

53 *Dos de paragio ſex concurrentibus congrua dici poteſt.*

54 *Legitima filiæ excluſa à ſucceſſione per exiſtentiam maſculi quanta eſſe debeat.*

55 *Filia dotata per ſtatutum excluſa partem habet in computatione legitimæ, teſtamentum tamen non rumpit præterita.*

56 *Frater tenetur ſororem dotare de omnibus bonis paternis, tam emphyteuticis, quàm allodialibus.*

57 *Dos filiæ debita vnde peti debeat.*

58 *Filia an excludat filium monacum de ordine Sancti Benedicti, vel Auguſtini.*

59 *Monacus excludit ſororem à ſucceſſione patris, ſi monaſterium eam dotare velit.*

60 *Statutum matrem excludens, excludit & auiam.*

61 *Statutum corrigendo ius commune per identitatem, vel maioritatem rationis extendi non debet.*

62 *Auia an excluſa cenſeatur, ſi mater excludatur.*

63 *Statutum ſic debet interpretari, vt ius commune minus lædatur.*

Filia excludit omnes conſanguineos non extante filio à patris ſucceſſione.

64 *Nepos ex filio an excludat filiam à ſucceſſione paterna.*

65 *Neptis ex filio prædefuncto an & quando excludat filiam amitam ſuam.*

66 *Secundo genitus an cum regio aſſenſu poſſit in feudo ſuccedere excluſa nepte, ſcilicet filia primogeniti.*

67 *Rex ſolus in bonis feudalibus prouidere poteſt de balio filiis minoribus.*

68 *Auus an poſſit eſſe baiulus, ſeu balius neptis ſuæ.*

69 *Aetas nubilis in muliere eſt in anno duodecimo.*

70 *Puella habens feudum paternum quaternatum, an poſſit nubere abſque regio aſſenſu, ſeu ut libet.*

71 *Maſculi ſoli quare ſuccedant in feudis, fœminis excluſis.*

72 *Filia, vel ſoror dotata de paragio, id eſt, de bonis patris vel fratris, excluſa cenſetur à bonis maternis.*

73 *Pater iudicis officio & actionis nomine tenetur filiam dotare.*

74 *Pater an teneatur dotare filiam nubenti alicui idoneo contra ipſius patris voluntatem.*

75 *Filia peccans in corpus ſuum, quando poſſit exhæredari.*

IN aliquibus. Hæc eſt vna de famoſis con
ſtitut. quæ ſit in hoc volu. conſtitutionũ,
in qua tractatur, quomodo ſuccedunt
deſcendentes maſculi, & fęminæ eorum
parentibus & nihil hic dicit de ſucceſſ.
collateralium. & diuiditur hæc conſtitu-
tio in quatuor partes. In 1. narrat antiquam, & prauam cõ-
ſuetu. quæ erat in iſtis duobus regnis vtriuſque Siciliæ in
ſucceſſionibus bonorum feudalium, & etiam burgenſati-
corum, quæ conſuetudo praua erat talis, videlicet, ſi morie
batur Comes, vel baro, vel alius feudatarius filijs maſculis
non derelictis, ſed relictis tantum filiabus fęminis, & agna
tis collateralib. illi collaterales agnati ſuccedebant in feudis
excluſis filiab. fœmininis, & vſurpabant alia bona burgen-
ſatica defuncti, & ipſi accipiebant earundem baliatum, &
maritabant eas pro arbitrio voluntatis, & durat vſq; ibi,
quod quidem. Hic eſt 2. pars, in qua damnat d. prauam
conſuetudin. pro eo, & ex quo quia eſt contra naturã, quæ
pariter producit maſculos & fœminas. Item, quia eſt con-
tra ius commune, quod vult, quòd maſculi & fęminę ſuc
cedant eorum parentibus. Item eſt contra ius conſtitutum
ab ipſo Imperatore, & durat vſque ibi, hac igitur lege. Hic
eſt 3. pars, in qua ponit legem generalem in regnis vtriuſ-
que Siciliæ, quomodo habeant ſuccedere deſcendentes eo-
rum aſcendentibus, tam in bonis burgenſaticis, quàm feu-
dalibus, quæ talis eſt. Si moritur pater ſuperſtite filio ma-
ſculo minore, vel maiore, iſte filius ſuccedit patri. Idem ſi
ſunt plures filii. Item ſi moriatur pater ſuperſtitibus tantũ
filiabus fœminis maioribus, ſiue minoribus, omnes ſucce-
dunt patri. Si autem moriatur pater, ſuperſtitibus ſibi filijs
maſculis, & filiabus fœminis, aut ſororibus defuncti, tam
feudalibus, quàm burgenſaticis, ſuccedunt ſolùm filij ma-
ſculi, & ipſi filij maſculi, aut nepotes eorum tenentur ſecũ-
dùm facultates d. fœminas & amitam maritare ſecundùm
paragium, & durat vſque ibi, cęterùm. Hic eſt 4. & vltim.
pars, in qua ponitur expreſſa correctio illius prauæ conſue
tudinis in prima parte recitatæ, in qua dicitur, ꝙ ſi morit
pater relictis filiabus fœminis tantùm, omnes iſtę filię fę-
minę, ſi ſunt maiores, ſuccedunt in bonis burgenſaticis, &
feudalibus paternis, excluſis omnibus agnatis maſculis col
lateralibus, in bonis verò feudalibus, ſi iſtæ filię feminę sũt
minores, rex conſtituet eis balium iuxta conſuetudinem re
gni approbatam, & ipſas cum peruenerit ad nubilem ęta-
tem 14. vel 15. annorum. cum omnibus bonis, quę fuerunt
patris, dominus rex habebit curam de ipſis maritandis ſe-
cundùm paragium. & durat vſque in fin. Et hęc diuiſio ha-
beat loco ſummarij. Sed poteſt ſic breuiter ſummari. Iſta
conſtitu. ſtatuit. ꝙ ſtante filio maſculo, & filia fœmina de-
ſcendentibus ex parte in bonis paternis, tam burgenſaticis
quàm feudalibus, ſuccedit ſolùm filios maſculus cum hoc
onere, ꝙ tenetor ſorores & amitam, ſecundum paragium,
maritare, ſed vbi pater non habet filios maſculos, nec nepo
tes maſculos, ſed ſolùm filias fęminas d. filiæ fęminæ ſucce
dunt patri in omnibus bonis burgenſaticis, & feudalib. ex-
cluſis agnatis tranſuerſalibus. verum ſi d. filiæ ſunt mino-
res, rex dabit eis balium in feudalibus, & cum venerint ad
ætatem nubilem 14. vel 15. ann. prouidebit dare eis mari-
tum, & maritat ſecundùm paragium eorum h. d. tota iſta
1 conſti † Not. primò ex text. ibi, filię non ſuccedunt. ꝙ illa
conſuetudo, ꝙ non extantibus filijs maſculis, filia fęmina
non ſuccedat in bonis paternis, ſed ſuccedant alij agnati
maſculi proximiores, & ſi illi vſurpauerit illas maritare
pro arbitrio volontatis, dicitur praua conſuetudo, vt dicit
iſte text. Bald. in l. 3. C. ſi pend. appel. mors interue. dicit, ꝙ
dicta conſuetudo eſt contra naturalem rationem. And. hic
dicit, ꝙ eſt corruptela, & ideo tollenda, per text. in auth. vt
nulli iudicum. §. 1. Cui addo, ꝙ pro iſta conſuetudine facit
illud, quòd dicebat Nicol. de Lyra ſuper lib. Ruth 3. cap. ꝙ
regulariter in veteri teſtamẽto mulieres in hęreditate non
ſuccedebant. Et dicit Auguſt. in lib. de ciuitate Dei c. 21. ꝙ
inter ſecundum & poſtremum bellum Carthaginenſe lata
fuit lex Veronia, ne quis hæredem fœminam faceret, nec
vnicam filiam, quia fęminarum conditio in multis eſt de-
terior quàm maſculorum, vt in l. in multis. ff. de ſta. hom.
& ibi concord. & dicit Franc. de Mayronis in 3. li. ſen. ſuper
2 Auguſt. de ciuitate Dei, † quòd in tota ſacra ſcriptura non
reperitur, qood fœmina vnquam ſucceſſerit in regno, ſed
in alijs hęreditatibus ſic, vt patet in lib. Num. capitu. 23. &
cap. 27. licèt Bald. in d. l. in multis dicat, quòd fęmina in di-
gnitate naturaliter ſuccedit. & hoc verum ex conſuetudi-
ne, vt dicit tex in ca. primo dilecti filij. de arbi. vide ad hoc
Albertum Bru. Doct. famoliſſimum, & bene laudandum
de ciuitate Aſtenſi in ſuo eleganti trac. de ſtatutis fęmina-
rum, in 2. ar. char. 2. & vide Ioſeph. lib. 13 & And. de Iſer.
in præludijs, vbi refert aliquas reginas, quæ ſucceſſerunt
in regno, & etiam pugnauerunt. & idem dicit in c. primo.
§. hoc autem notandũ. in 1. rub. feudorum. & ſubdit, quòd
iſta ſunt caſualia, & de rarò contingentia, & nos audiui-
mus coniugem noſtri Catholici Regis ſucceſſiſſe in regno
Hiſpaniæ, tamen de iure vſum feudorum regulariter fœ-
minę nõ ſuccedunt in feudis niſi in certis caſibus, ſed ſuc-
cedunt agnati maſculi deſcẽdentes primi acquirentis feu-
dum, vt in d. §. hoc autem notandum. & in cap. 1. §. filia. de
ſucceſ. feud. & in c. 1. quemadmo. feu. ad fili. fœ. perti. & in
c. 1. §. ad filias. de grad. ſucceſſ. in feu. & in ca. primo de eo
qui ſibi & hę. ſuis. & in cap. 1. de alie. feu. pater. Caſus autẽ
fallentiæ vide per ſcribentes in d. §. hoc autem notandum.
& per Alexan. de Imo. in 1. volumi. conſil. 29. in 3. colum.
3 & in 5. volu. conſi. 50. 2. colum. † & ſic per iſtam conſt. in
iſtis regnis vtriuſque Siciliæ ſunt correcta ſuprà dicta iura
vſum feudorum. Sed in feudis ſitis extra regna prædicta
ſeruantur iura feudorum, quia iſtæ conſtitut. non habent
vigorem, niſi in feudis exiſtentibus in d. regnis, vt uoluit
Baldus in l. cunctos populos. C de ſum. trinita. in 6. quæſt.
principali. Faciunt ad hæc ea, quę alleg. Petrus Philiph. de
Perutio in 2. volum. conſi. 115. in 1. uolum. & in conſi. 202.
4. colum. & Felyn. in cap. poſtulaſti. de foro compe. uerſi.
dum inferunt prędicti. & Alexander in 1. uolum. cõſi. 128.
& Ioan. Cald. in conſi. 17. ſub rub. de conſtit. & uide copio
ſa ſcripta per Alber. Brunum in d. tract. de ſtatutis mulie-
rum, parte 6. circa 6. arti. char. 7. & 8. Decreueram profe-
ctò ſuper iſta conſti. multa tangere, ſed uiſo d. dicto tra. do
mini Alber. retraxi mentem à d. propoſito, & illum tra-
cta. antepono meis ſcriptis, quia totus ille tracta. pro maio
ri parte eſt pro repeti. pręſentis conſtit. tangam ſolùm di-
4 cta & quæ. formatas hic per And. † Secundò not. ex text.
ibi, quod quidem naturę dignoſcitur eſſe contrarium. ꝙ
contra naturam eſt, quod filia fęmina excludatur à ſucceſ
ſione bonorum patris ſui per agnatos maſculos collatera-
les patris huius filiæ, cum natura pariter ad conſeruationẽ
humani generis procreauit maſculum, & fœminam, ideo
par ius debet eſſe in uno, quod in alio, ut in l. maximum ui
tium, C. de libe. præte. & ideo hęc differentia eſt cõtra mul
ta iura. Primò eſt contra ius ueteris teſtamenti, quod uult,
quòd filiabus Iſrael detur hęreditas paterna, & non agna-
tis maſculis, niſi deficiente filia, ut patet in lib. Nume. 27.
c. & iſta in quotam alle. Petrus Philip. de Peru. in 1. uol. con
ſil. 127. uiſo ſuprà dicto themate. in 2. col. Item eſt contra
ius digeſtorum, quod admittit filiam ad ſucceſſionem bo-
norum paternorum, excluſis agnatis maſculis, vt in l. 1. §.
ſuos hęredes. ff. de ſuis & legi. Item eſt contra ius commu-
ne imperatorum, ut in l. lege. C. de legi. hęre. & in d. l. maxi
mum uitium. Et eſt contra leges Iuſtiniani, ut inſti. de hęr.
quę ab inteſta. deferun. §. 1. & de hęre. quali. & differen. §.
ſui. Item eſt contra ius authẽticorum, ut in aut. de trien. &
ſemiſ. § ſi autem confeſſionem. & §. neq; illo. Item eſt cõ-
tra ius ſacrum regni conſtit. ut hic dicitur, tam communi
5 quàm noſtro. † Tertiò no. ex tex. ibi, tam filios quàm filias.
ꝙ ſi moritur pater relicta filia fœmina tantùm, & ſic ſine fi
lijs maſculis, uel nepotibus, dicta filia ſuccedit patri in om
nibus bonis burgenſaticis, & feudalibus, excluſis omnibus
agnatis tranſuerſalibus maſculis, de iure uſum feudorum
aliud eſt, ut dixi ſuprà in 1. no. Sed iuxta hoc quęro de tri-
bus quęſtio. Prima, pone, ꝙ pater habet bona feudalia, &
pluros

plures filias fœminas, & nullum maſculum, vtrũ poſt mor
tem patris omnes iſtæ filiæ feminæ ſuccedant in bonis feu
dalibus? Reſpondeo, aut in dictis feudis viuitur iure com-
muni feudorum, & certè omnes filię ſuccedunt in feudis,
poſtquam filiæ fœminæ ſuccedunt in feudis, per iſtam cõ
ſtitutionem, vt in c. omnes. ſi de feu. fue. cõtro. inter domi.
& agna. & ibi concordantiæ. aut in d. feudis viuitur iure
Franco. quod probari debet, vt dicit And. in l. imperialem.
§. præterea ducatus. de prohi. feud. alie. per Fede. & hic, &
tunc maior natu ſuccedit in feudis cum onere maritandi
& dotandi ſuas ſorores, ſicut ſi eſſet frater maſculus, vt in
6 ſequen. cõſti. vt de ſucceſsionibus †Secũda quęſtio eſt, qd
ſi iſta ſoror maior natu fuiſſet maritata, & dotata à patre,
an ipſa ſuccedat in feudalibus paternis? Dic ꝙ non, ſed ſuc
cedit maior natu poſt eam, quæ eſt in capillo, & ſi illa eſſet
maritata, & dotata de bonis patris, vltima, q̃ eſſet in capillo
tempore mortis patris ſuccederet in feudis, excluſis omni-
bus alijs ſororibus maritatis, & ſi omnes iſtæ filię fœminę
reperirẽtur maritatæ & dotatæ tempore mortis patris, ma
ior natu ſuccederet in omnibus feudis paternis, vt patet in
declaratoria Papæ Honorii, quę incipit, ſi aliquem. ch. 65.
& firmat And. de Iſer. infrà, in conſti. vt de ſucceſsionibus.
vlt. col. & in c. 1. de ſucceſ. feud. Tertia quæſtio eſt, vtrum
ſi mater habeat feuda ex ſucceſsione paterna, vel materna,
& non habet niſi filias fęminas, & habet agnatos maſculos
collaterales, vtrum iſtæ filiæ fœminę ſicut ſuccedunt patri
in bonis feudalibus paternis, ita filię fœminæ ſuccedãt ma
tri in feudo materno, attento ꝙ iſta cõſt. nihil loquitur de
feudis maternis, ſed de paternis tantum. Andr. de Iſer. hic
in princ. 1. colum. attingit iſtam quæſt. & arguit pro & cõ
7 tra, tandem dicit, ꝙ de iſta quæſt. eſt magna altercatio, †ve
ritas eſt, ꝙ ſtrictius debetur filię hęreditas matris quàm pa
tris, vt in d. l. 3. in fi. in Longo. de eo quod pater &c. & C. de
ſacroſanct. eccle. authenti. ſi qua mulier. ita quod ſpurius
non ſuccedit patri, ſed matri ſic, niſi mater ſit illuſtris, vt
C. ad orfic. l. ſi qua illuſtris. ergo filia fœmina ſuccedit ma-
tri in feudo materno, quando non ſunt filij maſculi. & di-
cit Andr. quòd hoc verius eſt, & bene dicit, quia iſta inter
pretatio eſt ſecundum ius commune, vt ſuprà dictum eſt,
maximè cum de iure communi ſublata ſit differentia agna
tionis & cognationis, vt in authenti. ceſſante, cum ſequen.
C. de legi. hær. & in authent. in ſucceſsione. C. de ſuis & le-
gi. & licet iſta cõſtitutio nihil dicat de ſucceſsione bonorũ
matris, ſed patris tantum, tamen quòd idem ſit, quãdo tra-
ctatur de ſuccedendo matri, facit id, quod dicunt Bartol.
Ang. & Pau. de Caſt. in l. ſeruo legato. §. 1. ff. de leg. 1. vbi di
cunt, quòd in iſtis ſtatutis excludentibus fęminas propter
maſculos non eſt inſpiciendum, ad quem verba dirigãtur,
ſed ad quem effectus & mens ſtatuentium porrigatur. &
ita declarauit Papa Honorius in declaratione prædicta, &
hoc obſeruatur per dicta regna, prout ego audiui, & vide
quæ dicam infrà, in 5. not. in 11. quæſtio. & in 7. glo. in ver
8 bo. maritare. †Quartò not. ex tex. ibi, ſint autem filii maſcu
li vnà cum filiabus. quòd ſi habens bona burgenſatica &
feudalia moriatur, ſuperſtitib. ſibi filiis maſculis, & filiab.
fęminis, tunc ſolum filii maſculi ſuccedunt in d. bonis pa-
ternis, dum tamen ſorores, aut amitas ipſi filii, vel nepotes
nati ex ipſi filiis maritent, & dotent ſecundum paragium,
vt hic. Sed iuxta hoc quæro de decem q. Et primò, quid ſi
iſti filii maſculi dicant ſororibus, nos non volumus accipe
re hoc onus dotandi, & maritandi vos, ſed volumus, ꝙ vos
ſuccedatis vnà nobiſcum, ac ſi vos eſſetis filii maſculi et ha
beatis tãtum, quantum vnuſquiſque noſtrum, vtrum filiæ
fęminæ poſsint conſtringere fratres ad maritandum, & do
tandum ſecundum paragium, iſtam quæſ. tangit hic And.
in 6. col. in verſic. quid ſi frater nolit ſuccedere &c. & con-
cludit, quòd frater excludit ſororẽ à ſucceſsione, ſi frater
vult eam excludere, alias ſi vult eam pariter admittere ad
ſucceſsionem in totum, vel in partem, non tenetur inuitus
hæreditatem patris accipere cum onere maritandi ſoro-
rem ſecundum paragium, allegat certas rationes, vt hic
per eum, cui adde id, quod dicit Bartolus in l. 1. §. quod ha
bebat. verſi. 5. quæro. de bo. poſſ. contra tabu. vbi concludit
9 † quòd ſtante ſtatuto, de quo in præſenti conſtitutione, ſi
frater non vult ſuccedere, non obſt. ſororis exiſtẽtia fratris
maſculi quoad ſucceſsionem bonorum paternorum, per
text. in l. 2. §. ſed ſi ſint. ff. ad Tertul. item iſta cõſtitutio eſt
facta in fauorem maſculorũ, vt in l. ſeruo legato. §. ſi teſta-
tor. ff. de leg. 1. & l. fideicommiſſa. §. interdum. ff. de lega. 3.
ergo eorum fauori poſſunt renuntiare, l. quod fauore. de le
gi. l. penul. C. de pac. hanc ſententiam firmat Baldus in d. l.
maximum vitium. in 6. colum. ver. ſed pone, quòd frater,
quia res de facili reuertitur ad ſuam naturam. l. ſi vnius. §.
quod in ſpecie. ff. de pac. item quia iuri municipali pro ſe
introducto poteſt renuntiare. Inſti. de hęr. quali. & differẽ.
§. ſed his permittit prætor &c. & firmat And. Barb. in 3. vo
lu. conſi. 12. in 2. columna, incipit, ſcribitur apud Prophe-
tam. & bene ſentit Bald. in l. ſi quis filium. vlti. colum. C.
de inoffi. teſtam. & firmat Ludo. Roma. in l. apud Iulianũ.
§. idem Iulianus. circa fi. ff. ad Trebelli. & Petr. de Anch. in
repe. c. canonũ ſtatuta. in 13. quęſtione principali, col. 153.
de conſti. & ideo dicit Alexan. in 1. volumi. conſi. 20. colũ.
2. & in 3. volum. conſil. 43. quòd ſi maſculus non vult eſſe
hęres, admittitur ſoror. in hanc ſentẽtiam inclinat Pau. de
Caſtro in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & de
monſt. & idem firmat Albertus Brunus in tractu ſtatuto
rum fęminarum. in 10. articulo principali. in 2. quæſ. cha.
10 33. † Secundò quæro, quid ſi frater eſt inhabilis ad ſucce-
dendum, pater defuncto, ſuperſtite illo filio inhabili, & fi-
lia fęmina, an iſta filia fęmina ſuccedat in bonis patris, ſta
te dicto filio maſculo inhabili? Iſtam quæſtionem poſuit
Barto. in d. l. 1. §. quod habebat. ff. de contra tabu. & in l. 2.
§. ſed ſi ſit. ff. ad Tertul. & concludit, ꝙ ſtatutum dictans, ꝙ
filius maſculus præferatur filiæ fęminæ in ſucceſsione, in-
telligitur, vt excludat ſororẽ, quòd frater ſit habilis, vnde
ſi frater maſculus eſſet frater de ordine ſancti Frãciſci, qui
non poſſunt ſuccedere in bonis paternis, vt in cle. exiui. de
ver. ſignifi. & plenè per Bartolum in tractatu minoricarũ,
vel aliter eſſet inhabilis ad ſuccedendum nõ daret impedi-
mentum ſorori circa ſucceſſ. bonorum paternorum, quia
paria ſunt non eſſe filios maſculos, vel eſſe filios maſculos,
& eſſe inhabiles, per multa iura, quæ alleg. Andr. in ca. 1. §.
porrò. quæ ſit pri. cauſa benefic. amit. ita conſuluit dom.
Philip. Corneus in 3. volumi. conſi. 186. & in conſ. 202. in
5. colum. quid autem ſtantẽ diſpoſitione huius cõſtitutio.
ſi pater habens filium & filiam fecit teſtamentũ, & filium
exhæredauit, & extraneum hæredem inſtituit, vtrum filia
poſsit ſuccedere vigore huius cõſtitutionis? Dic vt per Bar
tolum in l. 1. §. ſi pater. ff. de coniug. cum emancipa. liber.
eius. & diſtingue, ut ibi per eum. uide Alex. in l. filiæ dotẽ.
11 C. de colla. † Tertio quæro, an iſta conſtitutio, quæ exclu-
dit filias fęminas ſucceſsione bonorum patris propter exi
ſtẽtiam filiorum maſculorum ſit odioſa? Andreas de Iſer.
hic in prima columna dicit, quòd iſta conſtitutio non eſt
odioſa, quia per eã redditur ad ius antiquum, ubi idẽ erat
quòd filia non ſuccedebat, ut in d. l. maximum uitium. &
pro iſta opinione domini Andreę allegatur Bald. in l. quod
uerò. ff. de legi. & in d. l. cunctos populos. & Paulus de Ca-
ſtro in conſil. 337. incipiente, pręſens caſus, ubi tenent,
quòd dictum ſtatutum non ſit odioſum, ſed fauorabile,
quia conſeruat hęreditates domini. & idem dicit Petrus
Philippus Corneus in primo uolumi. conſil. 317. in ulti.
colum. & Baldus in l. ſcimus. in ſi. princi. de inoffic. teſtam.
ut agnatorum dignitas ſit ſalua. ff. de uentre inſpic. l. 1. §. ſi
ſeruus. ff. de legat. 3. l. ab omnibus. circa prin. Quibus addo,
quòd Ange. in cõſi. 210. incip. ſtatutum ſup. dictum, dicit
contrarium, ſcilicet, quòd ſtatutum, quod priuat fęminas
exiſtentibus maſculis, eſt odioſum, alle. Barto. in l. cunctos
populos. C. de ſum. tri. in 6. q. & alle. etiam iſtam rationem
quicquid enim diſponitur contra naturam, uel rationem
naturalem, illud odioſum appellatur, ut in d. l. maximum
uitium. hoc etiam firmat præfatus Petrus Philippus in 3.
uol. conſi. 298. incip. ardua. in 3. col. uer. in contrarium au-
tem. quid dicendum in iſta contrarietate? Reperto Bal. in
l. ue-

12 l.venia.C.de in ius vocan.vbi tangit iſtam q. † & arguit ad
partes, poſtea concludit, quòd ex parte maſculorum eſt fa
uorabile, ex parte mulierum eſt odioſum. ego iſtud dubiũ
tetigi in ca.1.§.filia.de ſucceſ.feu.& in c.1.§.quin etiã. epi-
ſcopum, vel ab.in 4.no.& vltra ibi allegata dico, ꝙ Bald.in
d.l.cunctos populus.dicit, quòd tale ſtatutum eſt mixtum,
ideſt fauorabile & odioſum, imo principaliter eſt fauorabi
le, licet non extendatur. Bal.in l.ſancimus. C. de nup.dicit
quòd tale ſtatutum de iure naturali eſt odioſum, ſed de iu
re ciuili eſt fauorabile, quia inductum in fauorem familia
rum conſeruandarum, allegat Iacob.de Aret. & Cyn. in l.
publico.C.de adulte.ſed idem Bald.in l.certum.C.vnde le-
gi.dicit, quòd tale ſtatutum eſt bonum, & nõ æquum, pro
concordia allego Abb.ſic.in c. non dubium. ext.de ſenten.
ex commu.vbi dicit, quòd quãdo conſtitut.continet fauo-
rem ex parte vnius, & odium ex parte alterius, ſi odium eſt
rationabile, tũc materia dicitur eſſe fauorabilis, & lata, hoc
verum, niſi aliter appareat ex ipſa conſtitu.vt dicit Bar.in
l. ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert. petat. & dicit Bald.in l. 1.C.
de ſecund.nupt.quòd conſiderari debet cauſa excluſionis.
nam ſi eſt propter delictum, eſt odioſum, ſi verò propter
prærogatiuam alterius, & honorem, eſt fauorabile, quare
concludendum eſt ſecundum Andre.hic, quòd iſta conſti
tut.non eſt odioſa, ſed fauorabilis.& ad hoc accedant om-
nia illa, quæ allegat ille ſolemnis Doc.D.Alber.Bru.Aſten
ſis in ſuo ſolemni tractat.de ſtatutis mulierum.in 1.parte.
13 verſic.circa 4.arti.charta 4. † Quartò quæro, ecce, quod
ſtante filio maſculo, & filia fœmina, in bonis patris fi-
lia non ſuccedit, ſed ſolus maſculus, pone, quod pater ma-
ritauit filiam ſine dote propter eius pulchritudinem, & no
bilitatem, iſta procreauit filium maſculũ, & mortua fuit,
ſuperſtite ſibi fratre, & ſuo filio, & patre, poſtea moritur
pater ſuperſtite filio maſculo, & nepote maſculo ex filia,
vtrum iſte nepos ſuccedat auo vnà cum filio, eiuſque pa-
truo? Reſpondetur, quòd ex quo mater, ſi vixiſſet poſt
mortem patris ſtante eius fratre maſculo non ſuccederet
in bonis patris, ſed ſolum potuiſſe petere legitimam à fra-
tre per iſtam conſtitutionem, & infrà dicetur, ſic etiam
eius filius maſculus non poteſt petere medietatem hæredi-
tatis aui, quia iam extat filius maſculus, qui excludit ma-
trem, & per conſeques eius filium, quia, vt dicit Baldus
in d.l.maximum vitium.in 2. colum.excluſa radice, quic-
quid ex ea ſequitur, eſt excluſum, per multa iura, quæ
14 ibi alleg. † & ideo qui primitiuam inficit, deriuatiuam
vituperat, ſecundum Baldum in l.fina.in fi C de verbo. ſi-
gnificatio. & in c. 1.§.& quia.de his qui feud. dare poſſ. &
in authen.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccle.& in l.quo
ties. C. de ſuis & legi.hoc expreſſè Bald.in d.l.uenia.circa
fi.C.de in ius uocan.& pro hac deci uidetur text.in ca. 1.§.
hęc quoque. de ſucceſſ. feu. ubi nepos ex filia excluditur à
ſucceſſione feudi, ſicut ipſa filia.idem firmat Bart.in l.li-
berorum.in antepen.colum.ff.de uerbo ſignifi. & in l. a.§.
vidẽdum.ff.ad Tertu.& Albertus Bru.in ſępe allegato tra.
in 6.articulo principali.in uer.& primo quęro.cha. 11.ubi
ad hoc multa alleg.cui addo, quod idem firmat Bald.in 4.
uolumi.conſi. 364.incip.iſta quæſt.habet plures articulos
& in 1.uolu.conſi. 34.incipien.inter illuſtrem, & dicebat
D. Antonius de Alexãdro magiſter meus in l. uenia.C.de
in ius uocãdo quod ſtatutum excludens filias propter ma
ſculos, multò magis excludit nepotes etiam prouenientes
ex linea maſculina, cuius dicti fuit memor Fianc.Curti. in
15 conſi.51.in 4.colum. † Quintò quæro, ecce quòd iſta con-
ſtitutio ſtãtibus filiis maſculis excludit filias fęminas à ſuc
ceſſione parentum, utrum intelligatur hoc ſolum, quãdo
filius maſculus ab inteſtato ſucceſſit, uel intelligatur, ꝙ
filia fœmina ſit excluſa à ſucceſſione propter exiſtentiam
filij maſculi, ſi pater inſtituit in teſtamento filium, & filiã
pariter hæredes? Bald. tangit iſtam quęſt.in l.1.C.de legi.
& concludit, quòd ſi filia excluditur per fratrem à ſucceſ-
ſione bonorum paternorum uigore ſtatuti, dictum ſtatu-
tum debet intelligi ab inteſtato.per l.Papinianus.§.ſed nec
impuberis.ff.de inoffcio. teſta. idem dicit Alexã. de Imo.
in 1.uolumi. conſil. 131. incipien. tranſmiſſum eſt ad me.
Cui adde multa conſilia, quæ ad hoc alleg.præfatus D.Al
bertus Bru.in 8.arti.principali, in 6.& 8 quęſtio.char. 33.
cui addo Andre. hic in 2. colum. quem dictus Alber. non
uidit, dum quærit, utrum hæc cõſtitutio habeat locum ab
inteſtato. & poſt argumenta pro & contra concludit ſic
quòd ſi iſte pater uiuit iure communi Romanorum, certè
poteſt facere teſtamentum, & inſtituere filium & filiã hę-
redes, quia poſſet etiam extraneum hęredem inſtituere, ſal
ua legitima filio in bonis feudalibus, non ualeret inſtitutio
16 facta de filia fœmina, † quia nulla ordinatio defuncti ua-
let in feudis, ut in c. 1. in princip.de ſucceſ.feudi.& in l.im-
perialem. in princip. niſi eſſet feudum nouum acquiſitum
per patrem, tunc præcedente regio aſſenſu poſſet illud re-
linquere filię, ut dictum fuit ſuprà, in conſtitut.conſtitu-
tionem diuæ memoriæ.& tenet Andr.in c.1.de alie.feud.
pater. Et pro hac concluſione facit id, quòd dicit Bartolus
in l.ſtipulatio hoc modo concepta. de uerbo.obligat.circa
intellectum c.quamuis.de pactis.lib.6.quòd ſi filia renun-
tiauit futurę ſucceſſioni paternæ cum iuramento, licèt nõ
poſsit patri ſuccedere ab inteſtato, tamen ſi eſt inſtituta à
patre, ſuccedit.& pro hoc bene facit text.in capit. cum in-
ter P.Gaufredi.de renun.idem uoluit Baldus in l.pactum.
in 6.quęſt.C.de colla. & Ioan. de Imola in l. qui ſuperſti-
tis.ff.de acquiren.hęred.item licèt iſta filia per exiſtentiam
maſculi perdiderit ſucceſſionem paternam, non perdidit
teſtamẽti factionem paſsiuam, ut ſi pater eam inſtituiſſet
hęredem, non poſsit eam hæreditatem habere, per l.penul
ti.§.ſi patronus.ff.de bon.liber.facit l. Bebius Marcellus.ff.
de pac.dota.Item facit pro hoc, quod dixit Angel.in l.filię
dotem.C.de collat.ubi ſtante ſtatuto, quòd filia non ſucce
dat patri ſtante filio maſculo, ſi pater inſtituit filium, & fi-
liam pręterijt, poteſt filia adita hæreditate patris per fra-
trem petere bonorũ poſſeſsionem contra tabulas, per quã
reducitur res ad cauſam inteſtati, & ſic poterit tunc filia
ſuccedere, quia ſtatutum ſolum excludit eam ab inteſtato.
ſed iſtud dictum Ange.communiter reprehenditur, ut fir-
17 mat Alexand.contra Ange.in d.l.filię dotem. † Sextò quę-
ro, utrum iſta conſtit. Imperatoris, ſiue regis, quę excludit
filias fœminas à ſucceſsione parentum propter exiſtentiã
filiorum maſculorum, porrigat effectum ſuum, etiam ſi fi
liæ fœminę ſunt moniales? Et in hoc ego non dubito, quia
lex imperialis generaliter excludens fœminas propter exi-
ſtẽtiam maſculorum, ut hic, excludit etiam moniales, per
not.in c.1.de no.oper. nuntia.& in c.ſi adiutorium. io. di-
ſunct.& firmant Moder.in c. eccleſia ſanctę Marię.de con
ſtitut.maximè Fely. in uer.quęritur primò, utrũ leges Im-
peratorum comprehendant clericos, fallit in tribus caſib.
poſitis per eum ibi.Idem firmat Bart.in d.l.cunctos popu-
los.& Pe.de Ancha.in repe.c. canonum ſtatuta.in 21. col.
uer.primò quęro.cum ſequentibus.& Ant.de Bu.in c. ec-
cleſia.io 1.ut lite pend. quid in alijs ſtatutis inferiorum ab
Imperatore, quę excludunt fęminas propter exiſtentiã ma
ſculorum, an excludent moniales, non eſt materia noſtra,
ſed uide Fely. in d.c.quę in eccleſiarum.in 8.& 15.q.& co-
pioſiſsimè per Albertum Brunum in d.tract.ſtatutorũ fę-
minarum.circa 6.articulum.9.colum.uerſicul.nunc & ſe-
cũdò uidendum.& in char. 15.uerſi.quintò quęro. an tale
ſtatutum comprehẽdat moniales, & uide Abb.Sic.in c.qđ
clericis. de foro competenti.& maximè in pen.col.in uer.
& faciunt hęc ad q.quotidianam.& Ale.de Imo.in d.l.ſti-
pulatio hoc modo concepta.ulti.colum.ff. de uerbo. obli-
18 gatio. & Dominicum in ca. 1. 10.diſunct. † Septimò quę-
ro, utrum diſpoſitio huius conſtitutio. liget reges iſtorum
regnorum, ut ſi moriantur ſuperſtitibus filiis maſculis, &
fœminis primogenitus maſculus excludat fœminas, dum-
modo illas dotet, & maritet ſecundum paragium? Vidi de
hoc dubitari, uide ad hoc ea quę allegaui in c. in generali.
ulti.char.ſi de feu.ſue.controu.ſed quę ibi allegantur, ſunt
circa aliam quę.ut ibi uidere poteris, ſed Albertus Brunus
in d.trac.q.6.in 10. char.tenet per l.princeps ff. de legib. ꝙ
princeps ligatur ſua lege condita ſubditis. ego ſuper iſta q.
con-

concludo idem, quia ex conſuetudine feudorum filia fœmina non ſuccedit, ſuprà dictum eſt, de iure communi debetur ei legitima iure naturæ, vt in auth. nouiſſima. per Doct. C. de inofficio. teſtam. & in c. Raynutius. de teſtam. l. diſtinctio. c. ius naturale. de regno, ideſt, de introitibus regni, non de corpore regni, quod eſt indiuiſibile, quia demania regni non poſſunt alienari, vt in c. intellecto. de iure-
19 iur. & Andr. in l. imperialem. §. prætera. †Octauò quæro de queſtione, quam Barto. tetigit, & reliquit cogitandum in l. fina. §. 1. ff. ad Tertul. pater habens filium & filiam maritat & dotat filiã de paragio, & petit, quòd eius frater det cautionem de non diſſipandis bonis burgenſaticis, dicit frater ego non teneor, quia iam pater meus dedit tibi dotem de paragio, & es excluſa à ſucceſſione bonorum propter exiſtentiam maſculi, & dotationem, dicit ſoror, quia tu non es homo aptus ad conſeruandam, ſed ad diſſipandum, quia iam incipis diſſipare bona, quia plus expendis, quàm tuæ poſſeſſiones reddunt, ergo volo iſtam cautionem de non diſſipandis iſtis bonis, & allegat pro ſe Bald. in l. ſi quis filium. in penultima colum. uerſicu. tertiò quęritur, ſi iſte maſculus. vbi dicit, quòd debet pręſtari iſta cautio, per l. inter omnes. C. qui ſatiſda. cogan. & l. imperator. ff. ad Trebellianum. nihil tamẽ dicit ibi Baldus, quãdo ſoror fuit dotata, & maritata. Idem dicit Iaſ. in d. l. inter omnes. penultima columna. & Ioann. de Imola in l. ei qui ſoluendo. ff. de hęred. inſtituen. allegat etiam Bald. in l. extraneum. C. de hęredi. inſtituen. Mihi videtur dicendum, ꝙ ſi iſta ſoror maritata, & dotata à patre poſſet ſuccedere fratri in bonis, paternis, quę peruenerunt ad fratrẽ, procedit iſta deciſio. Sed ſi ſoror nõ ſuccederet fratri, quia dotata de bonis paternis, & iſta ſunt bona paterna, nõ poſ-
20 ſet petere iſtam cautionem, quia ſua non intereſt. †Ideo nonò quæro, vtrum ſoror maritata & dotata à patre, cui ſucceſſit eius filius maſculus, ſi iſte filius maſculus moratur ſine deſcendẽtibus, ſoror admittetur ad ſucceſſionem bonorum paternorum burgenſaticorum, quæ obuenerũt fratri vel ſuccedat alia ſoror in capillo, vel ambæ ſorores ſuccedunt? Ego iſtam quęſtionẽ examinaui in c. 1. de natura ſucceſſ. feu. vbi multa allegaui ad probandum, quòd ſoror excluſa à ſtatuto à ſucceſſione bonorum patris, per exiſtentiã maſculi, & dotationẽ factum à patre, ꝙ mortuo fratre ſuccedit fratri, quia non fuit dotata de bonis fratris, ſed de bonis patris, & bona illa paterna, poſtquam peruenerunt ad fratrem, non dicuntur bona paterna, ſed bona fraterna, vt in l. Paulus. ff. de acquirenda hæreditate. & in l. fi. in fine. C. de inofficio. teſtamen. Dynus in regula priuilegium. in 6. hoc voluit Bartolus in l. fina. ff. ad Tertullianum. & probatur in l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulga. & pupilla. & in l. hæres per ſeruũ. ff. de acquirenda hęreditate, bonus ex tex. in l. 2. §. illud. ff. de hæred uel actio. vend. Item quia iſta cõſtitutio, quæ habet locum in bonis burgenſaticis, nihil dicit de ſucceſſione trãſuerſalium, ſed ſolùm de ſucceſſione deſcendentium aſcendẽti, ideo remanet iſte caſus in diſpoſitione iuris communis, quo iure ſoror ſuccedit cum alijs in æquali gradu, & non confert dotem, ſecundùm Bald. in l. ſi emancipati. C. de colla. in 2. colum. conſtitutio verò, vt de ſucceſſionibus. quę dicit, quòd maritatæ, & dotatæ repelluntur, loquitur in feudis tantùm, & non in bonis burgenſaticis, nam maritata, & dotata intelligitur excluſa ſolũ ab hæreditate dotantis, & non ab hæreditate fratris, de cuius bonis non fuit dotata, quia, vt dicit hic Andrę. in 9. co-
21 lumna, †ſemper enim, vt propter dotem. repellantur à ſucceſſione, requirimus, quòd ſit dotata de bonis eius, de cuius hęreditate agitur, vt repellatur. l. quoniam nouella. in fine. C. de inoffic. teſtam. & in l. vt liberis. C. de collat. idem dixit And. in c. 1. de nat. ſucceſſio. feu. & in conſti. ut de ſucceſſionibus. idem dicit Bald. in l. prima. C. de legi. hęredi. dicẽs, quòd vbi ſtatutum excludit dotatam à ſuceſſione, intelligitur excludere a ſucceſſione dotantis tantùm. & idem dicit ibi Paulus de Caſtro, & Bald. not. in l. neque mater. C. de iure do. & Iaſ. in l. eius ff. ſi cer. pe. & in l. 1. §. veteres. ff. de acquiren. poſſ. & Luc. de Pen. in l. 5. C. quando & qui. quar. pars debe. lib. 10. Lud. in conſil. 485. incipien. in caſu propoſitæ conſultationis. Bal. in conſil. 23. inci. ſi qua mulier fuit dotata. & Pau. de Caſt. in conſil. 338. Benedict. Capra in conſi. 39. incipien. cum viſo, & conſiderato. in 3. colum. verſic. quod & clarius demonſtratur. & firmat Dom. Petrus Philippus Corneus de Peruſio in primo volu. conſi. 127. incip. viſo ſuprà ſcripto. in 1. col. & in 2. vol. conſi. 68.
22 incipiente, de pluribus. in fi. 1. col. hanc opin. † quòd ſoror maritata à patre ſuccedat fratri, ad quem peruenerunt bona paterna, etiam cum aliis in æquali gradu exiſtentibus ſiue maſculis, ſiue fœminis, tenuit Bald. in l. 5. poſt glo. ibi. C. de legi. hæred. & idem Bal. in l. ſi plures. C. de condit. inſer. & in l. neque mater. C. de in. do. & iſta opin. eſt communis, ſecundùm Alexan. de Imo. & Iaſon. in d. l. 1. §. veteres. & in d. l. eius qui. vt patet ex relatis per Iaſon. in d. §. veteres. & firmat Bartho. Socy. in conſil. 30. 8. colum. incipien. quamuis ex his. & in conſilio 84. in 3. colum. verſicu. 5. moueor. & Franciſcus de Aret. in conſilio 165. cum ſeq. vide quæ dixi in c. 5. de natura ſucce. feu. Et pro iſta communi opi. facit id, quod ſuprà dixi, ꝙ iſte caſus remanet diſpoſitioni iuris communis, quo iure ſoror ſuccedit fratri vnà cum alia ſorore in capillo, per iura ſuprà alleg. Si ergo eſt maritata à patre, repellitur à ſucceſſione patris, ſi à fratre, à ſucceſſione fratris. fallit, niſi frater maritaſſet ſororem de bonis paternis, & ſic præſumitur in dubio, tum quia bona paterna tranſierunt in filium cum onere dandi dotem ſorori, tum quia videtur de illis bonis dotaſſe, quia illa bona paterna poſſidebat cum dicto onere. procedit ergo regu-
23 la, ſcilicet, †quòd ſoror ſuccedit fratri, quãdo frater acquiſiuiſſet bona de nouo, tũc ſoror in illis bonis de nouo quęſitis per fratrem ſuccedit fratri vnà cũ aliis fratribus, quia de illis bonis nouiter acquiſitis per fratrem non eſt dotata, ſed tantùm de bonis fratris, quæ fuerunt paterna, & tranſiuerunt cum onere prędicto, & ab illis eſt excluſa per dotationem. Item fallit, niſi pater dotaſſet filiam contemplatione filiorum maſculorum, tunc illa dos uidetur data filio maſculo, & à filio maſculo ſorori, per l. ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pu. & in dubio pręſumitur data dicta dos cõtemplatione maſculorum, ut in l. dedit dotem. ff. de colla. bo. ideo dicit Ang. in l. in quartam. in fi. ff. ad leg. Fal. ꝙ dos data ab auo nepti videtur quaſi à ſuo patre dotata, per d. §. in arrogato. & l. 3. §. fi. ff. de dona. inter uir. & vxor. hoc firmat Pau. de Caſt. in conſil. 336. incipiente, præſens caſus. in 4. colum. uer. conſtat autem. item fallit, niſi ſorori obſtarent verba renuntiationis, ut dicit Iaſ. in d. l. eius qui in prouincia. & Franciſc. de Aret. in ſupradicto conſilio.
24 †Decimò & vltimò quæro, vtrum in bonis feudalibus ſoror maritata à patre ſuccedat fratri? Text. in conſtitu. vt de ſucceſſionibus. quæ habet locum ſolùm in feudalibus quaternatis, in verſic. ex collaterali, dicit, quòd frater ſuccedit fratri excluſa ſorore coniugata, & dotata, & habuit originem ille text. à Longobarda, ſi pater filiam. de ſucceſſionibus. & ſic in viuente iure Longobardo ſoror maritata, & dotata, ſiue à patre, ſiue à fratre nõ ſuccedit fratri ſed ſi ſoror maritata à patre uiuit iure Frãcorum, ſuccedit fratri, ſi non eſt maritata à fratre, in feudalibus. Ita declarauit Regina Ioanna ſecunda, legem condendo in anno Domini 1418. quæ conſtitutio dicitur, la filmigeria. uide quę dixi in dicto cap. 1. §. quinetiam, epiſcopum, uel abbatem. & in deciſio. meis, deciſi. 248. incipiente, fuit diu in conſilio dubitatum. & dicetur infrà in glo. in conſtitutio. ut de ſuc-
25 ceſſionibus. † Quintò not. ex tex. ibi dum tamen ſorores, aut amitas &c. pro modo facultatum fratres, aut nepotes &c. quòd in regno filia fœmina propter exiſtentiam filij maſculi non eſt totalitér excluſa à ſucceſſione hæreditatis paternæ, ſed condiſionaliter, ſi dotetur à fratre, uel filio fratris pro modo facultatum, & ſecundùm paragium, ergo ſi non dotetur à fratre, vel filio fratris, ſuccedit, non obſtante exiſtentia filij maſculi, uel nepotis, & ideo And. hic in 3. verſic. ſed quid ſi fratres maſculi nolunt maritare ſorores, & dare ſibi dotes ſecundùm paragium, &c. dicit, quòd ſorores poſſunt petere partẽ ſucceſſionis, quia

iſta

iſta conſtitu. fratres ſub modo maritandi & dotandi ſoro-
res in ſuccesſione præferuntur eiſdem, quo non impleto,
per eoſdem fratres filiæ non repelluntur à ſucceſſione hæ-
reditatis paternæ, per l. 1. C. de his quæ ſub mod. & in l. 1.
ff. de annu. leg. & l. liberto. §. Lucius. ff. de condi. & demon.
Cui addo Bal. in c. 1. §. quinetiam. in fi. epiſcopum vel ab-
batem. vbi dicit, quòd ſi ſtatutum dicit, ꝙ filia fœmina non
ſuccedat, donec maſculus ſupereſt, iſta non dicetur exclu-
ſa, ſed ſuſpenſa à ſucceſſione patris interim, dum maſcu-
lus inſolidum hæres eſt, eo mortuo remotum eſt obſtacu-
lum, quod obſtabat fœminę &c. quod proſequere, vt latè
per Prępoſ. in d. §. quinetiam. Idem videtur dicere Ang. in
auth. de hęre. & fal. §. ſi quis autē. ſup verſ. auferri. ſed iſtud
26 dictum Bal. nō procedit quoad iſtam conſtitutionē, † quia
ſoror non eſt excluſa ſuſpenſiuè propter exiſtentiam ma-
ſculi, ſed propter hoc, quia frater effectualiter dedit dotē
de paragio, vnde ſi non dat dotem de paragio, ſuccedit cū
fratre in hæreditate paterna, vt firmat Alex. in 3. vol. conſi.
43. 1. volu. & in eodem volu. conſi. 59. & in conſil. 33. in 4.
colum. Hic cadunt 10. quæſt. Et primò, pone mortuo pa-
tre ſuperſtite filio & filia, videns filia, quòd frater differt
eam maritare, & dat bona verba, ſoror dat petitionem in
iudicio, dicendo, quòd ex quo frater diſtulit ipſam marita-
re, & dotare, petit medietatem hęreditatis paternæ. Re-
ſpondet frater, & dicit in iudicio, quòd eſt paratus marita
re, & dare dotes ſecundùm paragium, quid reſpōdebit ſo-
ror? Dicit hic Andręas, ꝙ ſoror poterit in iudicio replica
re, ꝙ compellatur frater ad præſtandum cautionē idoneā
de adimplendo, argu. ff. de legatis 3. l. ſi tibi legatum. & de
fideicom. libe. l. cum teſtamento. & no. in l. 1. C. de his quę
ſub mod. cum modus & conditio ęquiparentur in hoc, vt
ibi no. & ſubdit, quòd ſecundùm iſtam viam cauſa iſta tra
27 ctabitur, & determinabitur in magna curia vicariæ. † Se-
cundò quæritur, quid ſi frater ſucceſſit in feudo paterno
quaternato & non ſunt alia bona burgenſatica, & frater
differt maritare, & dotare ſororem, an tūc ſoror petet ſuc-
ceſſionem feudorū pro rata? And. de Iſer. hic refert quan-
dam apoſtillam And. de Barulo, qui ſuo tempore fuit fa-
moſus doctor, ut ipſe dicit, & fuit aduocatus fiſci tempo-
re Imperatoris Federici, qui diſputat, vtrum iſta dictio, dū
tamen. in tex. poſita, faciat conditionem, uel modum, uel ue
niat præceptiuè, id eſt, ꝙ volumus, quòd frater debeat ma-
ritare, poſtea ſubdit, ꝙ iſta diſputatio eſt de lana caprina,
ſcilicet, de ſubtilitate uerbi, quæ relinquitur pertinacibus.
C. de conſtit. pecu. l. 5. finaliter concludit, ꝙ ſiue dictio dū
tamen debeat, ſtet ſub modo, vel conditionaliter, uel præ-
ceptiuè, frater ſi vult ſorori præferri, ſi non vult ſororem
maritare, ſoror habebit parem ſucceſſionem, quia hęc cō-
ſtitutio facta eſt in fauorem maſculi, & beneficium præla
tionis non confertur inuito, ut in l. inuito. ff. de reg. iu. cum
ſimilibus concludit ergo Andr. in hac quęſt. quòd ſi iſtud
feudum quaternatum eſt huius naturæ, quòd omnes filij
ſuccedunt, & non ſolus primogenitus, quod dictum eſt
in pręcedenti quęſtione, habet locum in hac quęſt. ſi autē
in feudo prędicto uiuitur iure Francorum, quo iure ſolus
primogenitus ſuccedit, tunc non militant dicta in pręce-
denti quęſt. ſed ſi ſoror conditione ex hac conſtitut. pe-
tet fratrem compellendum eſſe ad ipſam dotandū, & ma-
28 ritandum de paragio, † quia frater non poteſt ad dictū feu-
dū admittere ſororem ad ſuccedendum pro parte contra
naturam feudi, quod uerum puto, niſi rex cōſenſiſſet, quia
rex de uoluntate partium poteſt mutare naturam feudi, ut
ſi in eo viuatur iure Francorum, poteſt facere, ut non viua
tur iure Francorum, ut omnes filij ſuccedant, quia tenor
inueſtiturę derogat omni naturę feudorum, ut dicit Bald.
in prælud. feudorum. col. 19. & eſt tex. in cap. 1. de duo. fra-
tri. à capi. nu. cli. potius enim attenditur tenor inueſtiturę,
quàm natura feudi, vt dicit Bal. in 5. volum. conſi. 70. Ter-
tiò quęritur, pone, ꝙ ſoror dixit fratri, qui ſucceſſit in bo-
nis paternis, des mihi dotē de paragio, frater dicit nolo tibi
dare dotē, ſed uolo, ꝙ ſuccedas, ſicut ſi eſſes maſculus, ſoror
dicit, ego contentor ſuccedere. frater audita hac reſponſio-
ne, pęnitet ſe dixiſſe, ꝙ vult ipſam poſſe ſuccedere pro par-
te, & reuocat commiſſionem de ſuccedenda ſorore, quam
fecit, & offert velle ſoluere dotem de paragio, an admitta-
29 tur iſta fratris pœnitentia? † Dicit hic Andręas, quòd ſi ſo-
ror ſemel dixit, ꝙ vult eſſe hæres, & ſic ſola voluntate eſſici
tur hęres, vt in l. pro herede. ff. de acquirenda heredi. Bar-
tolus in l. gerit. eodem titu. & inſti. de hęred. quali. & diffe-
ren. §. fina. & Baldus in l. non hoc. C. vnde cog. cum ſimili-
bus. volunt, ꝙ non admittatur pœnitentia fratris, vt in l. 1.
C. de iur. & fac. igno. & pro hoc facit, quia quādo pars in iu
dicio confitetur aliquid contra ſe, & altera pars acceptat,
non poteſt confitens poſt acceptationem pęnitere, & reuo
care illam confeſſionem, ſecundùm Baldum in l. Gallus §.
quidam rectè. ff. de liber. & poſthumis, argu. l. ſicut. C. de
actio. & obligatio. quem ſequutus fuit Ludnuic. in l. 1. §. ſi
quis ſimpliciter. ff. de verborum obliga. & Alexan. in 1. vo-
lumi. conſil. 90. incipiente, ferè omnis vis, fallit ſecundùm
And. hic in 5. colum. niſi frater eſſet minor 18. annis, quia
tunc aduerſus dictam oblationem per viam reſtitutionis
in integrum admitteretur ad pœnitentiam, per l. fi. in fi. C.
de repud. hære. fallit, niſi probaretur dolus in iſto minore,
quia tunc contra dolum etiam in omittendo non datur re-
ſtitutio, ſecundùm Baldum ibi in fi. per l. ſi ex cauſa. §. ſi in
30 commiſſum. & §. nunc videndum. ff. de minor. † Quartò
quæritur, quid ſi frater fuit requiſitus pluries, vt det dotē
ſorori, & ille tacet, & non reſpondet, quid faciet? Dicit hic
Andr. in 5. colum. quòd iſta ſoror debet accedere ad iudi-
cem, & narrare factum, & petere, ꝙ iudex ſtatuat ei termi-
num, vt eligat, an velit dare dotem, vel admittere eam ad
ſucceſſionem bonorum paternorum, argum. l. mancipio-
rum. & l. ſicut. ff. de opti. lega. & ſi intra terminum ſtatu-
tum non eligit, habebitur, ac ſi negaſſet in pręiudicium
ſuum dare dotem, & ſoror ſtatim erit hæres, ſi hoc decla-
ret, quòd vult eſſe hęres pro dimidia, vt ff. de inter. acti. l.
de ętate. §. qui tacuit. & §. nihil intereſt. item qui non re-
ſpondet, obſcurè reſpondet. dicit tex. in d. §. nihil intereſt.
& ſic hr̄ pro contumace, vt ibi, & ideo fit interpretatio con
tra eum, argu l. veteribus. ff. de pact. item contumacia in re
ſpondendo operatur probationem contra eum, vt ſi ei no-
ceat confeſſio, habeatur pro cōfeſſo. ſi ei noceat negatio, ha
beatur pro negante, vt not. in l. quandiu. ff. de acqui. hære.
31 & in c. 2. de confeſ. lib. 6. & Bal. in d. §. tacuit. † Quid ſi fra-
ter hoc faceret in fraudem creditorum, puta qui habet
multos creditores, & vt excludat, vt nō poſſit habere recur
ſum ad fructus feudi, renunciat ſorori feudum, an poſſit
hoc fieri in eorum præiudicium? Dicit Bal. in l. maximum
vitium C. de liber. pręte. quòd creditores non poſſunt hoc
impedire, intellige pro portione tangente ipſam ſororem,
tanquam ſi eſſet maſculus, quia, tunc habet portionem
ſuam ſine onere obligationis factę à fratre. Quintò quæ-
ritur, quid ſi frater requiſitus à ſorore, ut det ſibi paragiū,
quod ſibi debetur, frater reſpondet, quod libēter vult dare
ſibi dotem, ſed in effectu nihil facit, quid faciet iſta ſoror?
Dicit hic And. in 5. col. ꝙ debet ire ad iudicem, vt ſtatuat
ei terminum ad conſignandum certam dotem ſecundùm
paragium ipſi ſorori, & iſte terminus erit dandus arbitrio
iudicis, cum non reperiatur expreſsè ſtatutus à iure, argu.
l. 1. in fi. ff. de iure delibe. & not. in c. de cauſis. de offi. dele.
& in iſto arbitrio iudex conſiderabit diuitias, & facultates
fratris, & qualitatem ſuę perſonę, & elapſo termino faciet
ſibi executionē iuxta materiā l. ſi debitori. ff. de iud. & pote
rit ēt fieri executio in bonis ſuis proprijs acquiſitis per eū 15
quia eſt hęres patris inſolidum, vt ipſe dixit, ideo ſatiſfacę
re debet ſorori tanquam creditori hęreditariæ, ut in l. fi. §.
32 cum igitur. C. de iurę deliberan. † & ſi frater tenet, & poſſi-
det feudum paternum, poſſit in ſubſidium fieri executio
ſuper fructibus feudi, vt dictū fuit ſuprà, in conſtit. ſi quis
poſt litem. hoc eſt ſoror tenebit feudū in pignus, donec fra
ter ſibi ſoluet totum paragium, ad quod frater fuit cōdem-
natus, argum. l. quandiu. C. de diſtra. pigno. & tunc fructus
excomputabuntur in ſortē, ut in l. 1. C. de pigno. actio. ſed
ſi marito eſt conſignatum feudum in pignus pro dote ſo-
roris

matrimonij, vir lucrabitur, fructus vt in capitu. ſalubriter
de vſur. per Innocen. & alios, & bene hoc dicit hic And. &
in c. 1. . donare. quali. olim feu. alie. pote. vbi hic, & ibi alle
gat regiſtrum Imperatoris Federi. & ſic dominium feudi
non habebit ſoror, niſi impetraſſet aſſenſum à rege, quòd li
ceat ei feudum, quod tenet in pignus pro dotibus. vendere,
& ſi non poteſt iſta via eſſe conſultum ſorori, & diceret,
quod admittatur ad ſuccedendum pro mediate in bonis
patris, iudex poſſet declarare, attento quòd frater eſt contu
max in ſoluendo dotem. quòd ſoror admittatur ad ſucceſ-
ſionem bonorum patris pro medietate, quia dixit, quod
vult eſſe hęres patris, poſtquam frater denegat ſibi dare do
tem cum effectu, arg. l. 1. §. item ſi ita. ff. ad l. Falc. & ſicut in
ſtipulatione de dando, vel faciendo, vt. ff. de ſolut. l. quod
dicimus. & l. ratum. & ff. de verbo. obliga. l. ita ſtipulatus.
33 † & ſic iſto caſu licita eſt ſorori variatio, vt ſi primo inſte-
tit, ꝙ compellatur frater ad dandum dotem, & fecit omnẽ
ſuam dilegẽtiam, & ipſam non potuit habere, licitum eſt ſi
bi variare, & petere ſucceſſionem pro medietate, quia ad
Cotal montone, tale boccone, ſecundùm Baldum in l.
quod in hæredem. §. eligere. ff de tribu. item quia huic ſo-
rori competebant duo remedia, vnum petendi dotem de
iure iſto, quaſi iſtud ſit priuilegium in fauorem fratris
maſculi, aliud de iure communi petendi ſucceſſionem,
quando ceſſat remediũ dotis cõſequendę. ſi egit ad dotẽ, &
non poteſt cõſequi, poteſt agere remedio iuris, ar. l. miles.
§. ſexaginta. ff. de adul. & l. centurio. ff. de vulga. & pupilla.
& facit l. cũ quæritur. ff. de excep. rei iudi. item in caſu, de
quo quæritur, primus modus agendi eſt pręambulus ad ſe
cundũ, ideo poteſt ſecundò petere partẽ hæreditatis, argu-
men. l. ordinarij. C. de rei vend. Sextò quæritur, quid ſi fra-
ter qui ſucceſſit in feudo paterno, vendit feudum cum aſ-
ſenſu regio, & tradidit poſſeſſionem ipſius emptori, & rece
pit pretium, & non habet alia bona, & receſſit extra re-
34 gnum † vtrum ſoror poſſit egere contra iſtum tertium poſ-
ſeſſorem feudi, vt pręſtet ſibi dotem de paragio, quaſi feu-
dum ſit hypothecatum pro dote, vel ſi non eſt hypotheca-
tũ, trãſeat cum onere ſuo ad præſtandum dotem ſorori, ſi-
cut eſt prouiſum, & declaratum in præſtatione vitæ mili-
tię, vt tranſeat feudum ad tertium poſſeſſorem cũ hoc one
re præſtandi vitam, & militiam fratri ſecundogenito, vt in
declaratoria regis Roberti, quę incipit, alienationis actus.
char. 44. Andreas hic arguit ad partes, & refert plures opi-
niones, finaliter cõcludit, ꝙ iſta ſoror debet agere actione
perſonali condictione ex hac conſti. contra fratrem ut pręſ
ſtet ſibi dotem de paragio, & per ſententiam iudicis con-
demnetur frater ad pecuniam pro paragio, & in execu-
tione, ſi non habet nec bona mobilia, nec ſtabilia, nec feo-
da, tunc vocabit poſſeſſorem feudi paterni, & interrogabi-
tur, ſi illud feudum, quod tenet, fuit patris huius filiæ, & ſi
frater eius vendidit ſibi, & ſi ipſe hoc fatetur, fiet executio
in ipſo feudo, & tenebit iure pignoris, vt ſuprà dictum eſt,
ſi autem poſſeſſor negabit, & negatio eſt per calumniam,
quia conſtat per inſtrumenta publica, contra quę nihil op
ponitur ſufficiens, tunc ſecundùm Cy. in l. a. C. quando fi-
ſcus vel priuatus. & Ang. & Imo. in l. à diuo Pio. §. ſic quo-
que. ff de re iud. fiet executio contra ipſum emptorem feu
di, in quo erat onus dãdi dotem ſorori, ſed quando iſta nõ
cõſtant in promptu, tunc dabitur curator bonis paternis,
qui actionem moueat contra ipſum emptorem feudi, qui
emit feudũ à fratre huius ſororis, quod habebat hoc onus
dotandi ſororem, & tunc fiet executio cõtra iſtum empto
rem pro pecunia, pro qua fuit condemnatus frater ſuper
iſto feudo tenendo iure pignoris, argum. l. ſed ſi is qui. §. ſi
impuberes. ff. de carbo. edic. & l. 1. & 2. ff. de cura. bo. dan-
do. ſed ego non video, quomodo hoc remedium poteſt ha-
bere locum in hoc caſu, quia in veritate emptor feudi non
eſt debitor venditoris, idemque frater huius ſororis, licet
ipſe frater ſit debitor dotis, & poſſit conueniri actione per
ſonali condictione ex lege, non tamen contra tertiũ poſſeſ-
ſorem, vt in iuribus allegatis per Alex. in 1. volum. conſil.
35 92. in 4. columna. † Item feudum non eſt obligatum pro
dicta dote, quia nulla lex hoc dicit, nec poteſt dici, quòd
iſta dos ſit loco alimentorum, pro quibus de iure ſunt obli-
gata ipſa bona, vt dicit ipſe And. hic, & Bart. in l. 2. ff. de ali
men. & cib. lega. allegat no. in l. hactenus. C. de vſufru. & l.
Lucius. ff. de ali. & ciba. lega. & l. Caius. ff. de annu. lega. &
l. ſi. §. ſi ff. de contrahen. empt. quia aliud eſt debitum do-
tis, & aliud alimentorum vnde cum ille emptor non poſſit
dici debitor dotis, nec actione perſonali, nec reali, nõ video
quomodo poſſit procedere hoc remedium. & tene menti
iſtud, quod dicit hic Andr. quòd non valet ęquiparatio ad
debitum dotis virtute diſpoſitionis legalis ad alimenta,
quę debentur iure actionis. Idem dicit Franci. Cur. in cõſi-
lio 39. incipiente, viſis diligenter. in 3. columna & videtur
ſentire Cyn. in l. ſancimus. C. de nupt. item executio ſen-
tentiæ non poteſt fieri niſi contra condemnatum, vel obli
gatum, vel contra hęredes vniuerſales, non contra ſingula
res ſucceſſores, ſecũdùm gl. in l. ea. C. de condi. ob cauſam.
Angel. in l. a. C. ſi aduer. credi. licet dicat Bal. in l. pen. C. de
reuocan. his quę in fraud. credi. quod ſententia lata contra
debitorem mandatur executioni in illa pſſeſſione abſque
eo, quod oporteat agi reuocatoria, quę eſt remediũ extra-
ordinarium, vt in l. is cui. §. qui poſſeſſione. ff. vt in poſſeſſ.
legatorum, quid ergo dicendum in quæſt. propoſita, poſt-
quam deciſio And. non probatur legibus per eum allegatis
ut ſuprà dixi? Dico, ꝙ Neapo. Sebaſtia. in conſuetud. ciui-
tatis Neapoli. incipiente, ſi qua mulier. in uer. de bonis, tan
git iſtud dubium non tamen aliquid concludit in fauorem
ſororis, vt poſſit agere contra iſtum tertium poſſeſſorem
feudi paterni pro dote ipſius filiæ, ut uidere poteris in ſua
36 glo. & in deci. meis, deci. 165. † Fortè poſſet dicit, quòd
ex quo iſta conſtit. dicit, quòd in ſucceſſione bonorum pa
tris maſculus filius pręfertur filię, dummodo pro modo fa
cultatum ſecundùm paragium debeat maritari. ſunt ergo
etiam bona affecta onere dotandi, & ſic hoc onus dotem ha
bendi à fratre eſt portio filię, ſiue maritetur, ſiue non mari-
tetur, ſi maritetur, erit non minus legitima, ſed ultra legiti
mam, ut maritetur ſecundùm paragium. ut infrà dicam. ſi
uerò non maritetur, erit legitima iure naturæ, & ſic dos ę-
quiparatur legitimę in hoc caſu, & ſubrogatur loco legiti-
mę, ut patet in conſi. 135. 2. colũ. in 1. colum. conſiliorum
Alexand. de Imo. & in 3. uolum. conſi. 307. 2. columna.
Nec obſtat, quòd aliud eſt dos, & aliud legitima. ubi datur
diuerſitas, ſed ubi nõ datur uniuerſitas, legitima & dos æ-
quiparantur, ſecundum ꝙ dicit Pau. de Caſt. in conſi. 132.
ultima columna, incipiẽte, iſta domina Lyſa. ſed pro legiti
ma datur rei uendicatio contra bona paterna, quę peruene
runt ad legatarios, ut dicit Paulus de Caſtro in conſil. 254.
incipiente, ſuper primo dubio. quem ſequitur Alexander
37 in l. in quartam. 13. columna. ff. ad legem Falcidiam, † ita
iſta ſoror uendicabit feudum paternum alienatum per fi-
lium ab iſto tertio poſſeſſore pro dote tenendum per eam
iure dominij reuocabiliter per maritum, quia ſuſtinet one
ra matrimonij, uel iure pignoris, ſi non eſt maritata, donec
ei erit ſatisfactum de dote, uel legitima debita uigore hu-
ius conſtitut. Si enim dos fuiſſet legata per partem, nõ eſ-
ſet dubium, quod in bonis burgenſaticis competeret hypo
theca pro legatis, ut in l. 1. C. comm. de lega. & ſi pater ha-
buit aſſenſum regium ad diſponendum ſuper feudis, & le-
gauit dotẽ filiæ, tacitè ueniret in obligatione feudũ pro do
te legata, aliàs ſecus. Sed aduerte, quia dixit Ange. in l. Pa-
pinianus. §. ſi conditioni. ff. de inoffi. teſta. in 2. col. quòd ſi
hæreditas patris exhauſta eſt legatis, & hęres cõfecit inuẽ-
tarium, tunc ille, qui debet habere legitimam, aget contra
legatarios, ut dicit Guliel. de Cu. in l. 1. C. de inoffic. dona.
ſubdit Angel. quo iure iſte filius habebit recurſum contra
legatarios, qui non ſunt obligati, & ſic non poſſunt con-
ueniri perſonali, ut in l. quoties. C. de hære. inſtit. non rea-
li, quia etiã ſi corpora hęreditaria ſint eis legata, dominiũ
ipſorum nunquam fuit filij. ideo non cõpetit in rem actio.
l. unica. C. de alien. iudic. & ff. de rei uendi. l. in rem. Dicit
ipſe, dic, quòd lex obligat etiam legatarios, & ideo conue-
niuntur condictione ex lege, uel ſi contra eos non compe-

tat condictio ex lege, quæ eſt perſonalis, dic, ꝙ agetur con
tra eos actione in factum, quę ſuccedit loco deficiẽtis actio
nis, vel agat filius iure ceſſo. ſed certe iſta verba Ange. non
38 ſtringunt caſum, de quo quæritur: † quia poſt mortem pa
tris feudum tranſiuit in filium cum dicto onere dotãdi, &
ſic poteſt agi contra filium, vt det ſorori dotem, vel legiti-
mam condictione ex lege: nec poterit agere rei vendicatio-
ne contra tertium poſſeſſorem habentem feudum paternũ
ex cauſa venditionis factę per fratrem: quia nunquam do-
minium feudi pro dote fuit ipſius filiæ, vel ſibi obligatum.
Quia ergo actione iſta ſoror aget cõtra iſtum tertium poſ-
ſeſſorẽ pro dote, vel pro legitima, poſſumus dicere vnà cũ
domino Ang. in d. §. ſi conditio. ꝙ iſti ſorori detur actio in
factum, quę dicitur ſubſidiaria, quæ actio tunc competit,
quando iura ſuadent actionem dari, ſeu nõ dant aliquam
ſpecialem: vt l. quoties. ff. de præſcri. ver. vt declarat Roff.
Beneuen. in tit. act. in factum generaliſſima, & ſubſidiaria.
& formabit ſic petitionem. Talis ſoror ex conſti. regni de-
bebat habere dotem de paragio ſuper tali feudo paterno,
quod peruenit ad talem ex venditione ipſius facta per eius
fratrem, quod feudum habebat dictum onus, & in tali ven
ditione ipſa non conſenſit, propterea actione in factum pe
tit dictum emptorem condemnari ad dictum onus dotãdi
de paragio: vel ſi eſt maritata ad dandum portionem ſibi
competentem iure naturæ, & ſi iſta via agendi non place-
ret, poterit agere iſta ſoror hoc modo, pater reliquit maſcu
lum, & ipſam fœminam, & tale feudum, & non erant alia
bona, quod feudum habebat onus dotãdi ipſam, dictus fra
ter in fraudem ſui vendidit dictum feudum, & pretiũ rece
pit, & tradidit feudum ipſi ementi, participanti fraude, &
fuit extra regnum, quare dictam venditionem reuoco, &
peto, vt feudi poſſeſſor condemnetur ad pręſtandum dictę
ſorori dictum onus dotandi, & ad hoc propono actionem
in factum Paulianam: vt colligitur ex ſcriptis p Azonem
39 in ſumma C. de reuocan. his quæ in fraud. creditor. † & di-
cetur facta iſta alienatio in fraudẽ, quia eſt de omnibus bo
nis, cum non habebat frater niſi feudum, vt in l. omnes. §.
Lucius. ff. de his quę in fraudem creditor. aliàs haberet ſo-
ror probare, ꝙ alienatio eſt facta in eius fraudem: vt in l.
quoties. §. qui dolum. ff. de probationibus. & licèt iſta actio
ſit perſonalis, quæ non datur niſi contra obligatũ, vt inſti.
de obligationibus. ſatis dicitur emptor obligatus, ex quo
participauit in fraude: quia emit ab eo, qui nõ hẽbat aliud
niſi illud feudũ, quod habebat dictũ onus, & hoc quando
emptor ſciuit, ꝙ habebat ſororem, & feudum erat paternũ
per l. ait prætor. §. ita demum. ff. de his quæ in fraudem cre
ditorũ. Septimò quæritur, pone, ꝙ frater, qui ſucceſſit in
feudis paternis, dicit ſorori ſuæ, ego non habeo pecuniam,
vt poſſim tibi dare dotem de paragio, ſed volo dare tibi in
dotem vnum ex feudis paternis in ſolutum, & pro ſoluto
pro mille ducatis pro tua dote de paragio, & ſoror eſt contẽ
ta recipere, utrũ valeat iſta dotatio in ſolutũ pro iſto debi-
to ſine regio aſſenſu? And. hic in 7. col. tãgit iſtam quęſtio-
nem, & concludit, ꝙ ex quo per ca. Regis Caroli editum in
40 planitie Sancti Martini prouiſum eſt, † ꝙ ſine conſenſu re-
gis feudum non poteſt dari in dotem, non poterit frater da
re ſorori feudum unum pro ſua dote, & niſi eſſet iſtud c. ſe-
cus eſſet dicendum, per conſtitutionem, fratribus. in præ-
ſenti. 3. li. ſub rub. 24. Octauò q̃ritur, pone, ꝙ frater offert
ſorori paragium, & uult eam pari maritare, dicit ſoror, ſol
uat mihi paragiũ in pecunia, quia nolo maritari, ſed uult
uiuere in domo ſua, uel alicuius conſanguinei ſui honeſtè,
dicit frater. ego non teneor dare tibi dotem, niſi uelis mari
tari: quia conſt. dicit, ꝙ frater ad duo tenetur, ſcilicet, dota
re & maritare ſororem, ſi nõ uis maritari, uolo tibi dare ali
menta, ut not. in l. 1. C. de alend. liber. & non dotem, quia
non poteſt eſſe dos ſine matrimonio, ut in l. 3. ff. de iure do
tium. Item dicit frater, mea intereſt, ꝙ nubas propter ſpẽ
filiorum, qui erunt mihi cognati, ſi enim intereſt habere
amicos, ut ff. de uſufructu l. uſufructu generali. multò for-
tius intereſt habere coniunctos, maximè, quia ſanguinis ra-
tio inducit dilectionem. ff. de caſtrenſi peculio. l. dotem. in
fin. In contrarium dicit ſoror, hoc paragium eſt mihi debi
tum ex iſta conſtitutione, & ſic eſt portio hęreditatis pater
næ, eſt ſicut legitima, quia excluditur per maſculum ab
hęreditate, & legitima debetur ſine aliquo onere, ut. C. de
inofficioſo teſtam. l. quoniam. Pro ſolutione huius quæ-
41 ſtionis And. hic in 8. col. decidit, † ꝙ ſoror, eſto quòd non
uult maritari, ſed uult honeſtè uiuere, poteſt petere dotem
de paragio à fratre ſuo, & frater tenetur ipſam ei tradere,
non obſtante ꝙ nõ maritetur, quia iſtud paragium eſt lo-
co portionis debitæ iure naturæ, & iſtud uerbum in conſti
tutione poſitum, ꝙ frater tenetur maritare, intelligitur, ſi
ſoror uult maritari, ſed ſi non uult maritari, ſed honeſtè ui
uere ſeruando uirginitatem, tantò plus debet ipſam dotem
habere, quia amat caſtitatem uirginalem, & ſic uirginitas
præferenda eſt continentię coniugali, ut multùm egregiè
probat Beatus Thom. de Aqui. in ſecunda ſecundę q. 152.
ar. 4. & ſeq. ut plurimùm mulieres amant mũdum, & iſtæ
deſiderant maritari. Et Imperator mundanus fecit legem
iſtam, habendo reſpectum ad id, quod frequentius accidit
& ideo ſoror ſi uult permanere in uirginitate, facit opus
uirtutis perfectioris, quàm nubere uiro. Et ideo non debet
plus habere continentia coniugalis, quàm caſtitas uirgina-
lis. & dicit Bal. in auth. cui relictum. C. de indic. uiduit. in
1. col. ꝙ magis expedit reipublicę bonum honeſtũ, quàm
multiplicatio hominum procedẽtium ex corruptis mori-
bus. Et propterea habemus de neceſſitate dicere, ꝙ ſiue ſo-
ror nubat, ſiue non, & uelit uirginitatem ſeruare, frater te-
netur ſibi dare dotem de paragio, ſecundùm ꝙ multum la-
42 tè hic concludit Andr. † Cui addo, quòd iſtud onus mari-
tandi, & dotandi ſororem, quod habet frater, quando ſolus
ſuccedit, non cenſetur ſucceſſio filiæ, ſed onus hæreditariũ
iniunctum filio per iſtam conſtit. tanquam æs alienum. l.
quoties. C. de hære. inſtitu. l. quoties. §. hæredes iunctis. no.
in l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtitu. ut dicit Raph. Cu-
ma. in conſi. 35. incipien. ſtante ſtatuto. in 2. colum. & eſt
de mente Paul. de Caſt. in authenti. nouiſſima. C. de inoff.
teſtamen. in primo. & idem Pau. in conſilio 108. incipien.
ſuper eo, de quo quęritur. uerſicu. ad ſecundum. & uoluit
Cyn. in l. ſancimus. C. de nupt. circa fi. ubi dicit, quòd talis
dos non regulatur ad inſtar ſucceſſionis ab inteſtato. & ſic
illud paragium ad minus erit tertia pars eius, quam habe-
ret, ſi ſuccederet, ut inquit hic And. & firmat Bald. in con-
ſi. 15. incipiente, in primo puncto. & Barto. in l. 4. ff. ad leg.
falcid. Et licèt doct. iuris ciuilis multùm diſputent, utrum
iſta dos, quæ debetur filiæ uigore huius conſtit. ſit loco le-
gitimæ, ut patet ex ſcriptis per Bartol. in l. Titio centum. §.
Titio genero. uerſi. quęro, ſtatutum eſt. ff. de condit. & de-
monſtra. & ex ſcriptis per Cy. in d. l. ſancimus. C. de nupt.
ubi refert diſputationem Richar. Malumbrę, & reliquit q.
iſtam indeciſam. Et motiua Richardi prædicti pro & con
tra refert per extenſum Albe. de Roſ. in l. quoniam in prio
43 ribus. C. de inoff. teſtamen. † Finaliter concludit, quòd hæc
dos cenſebitur legitima, ideſt, erit loco legitimæ, & ſic ſub-
rogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur,
ut ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. Idem dicit hic
Andr. in 8. colum. & Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de ſta.
monac. in rub. poſt medium. uerſi. ſcire debes. & Bal. in 1.
uol. conſi. 498. incipien. factum, ſuper quo conſilium peti
tur, & Abb. Sicu. in 2. uol. conſi. 92. inci. illud. cir. medium.
uerſi. pręterea. Idem firmãt Iac. Bu. Bal. & Saly. in d. l. quo-
niam in prioribus. pen. col. uerſi. ſecundo quęritur. & Ale-
xan. de Imo. in 1. uol. conſi. 131. incip. tranſmiſſum eſt. &
in 2. uol. conſi. 7. inci. uiſis diligenter. uerſ. quantò magis. &
Saly. in authen. res quę. C. com. de lega. in princip. & dicit
Alex in d. conſi. 7. ꝙ ita conſuluit Ange. in conſi. 311. inci.
dominus Gregorius. et Paul. de Caſt. in conſilio 113. inci-
piente, ſubſtitutio prędicta. in fi. Idem tenet Alber. in alle-
gato trac. ſtatu. fœminarum. char. 38. uerſic. ſecundò quæ-
ro. et Bald. nou. de Peruſio in trac. dotium. quem ipſe fecit
in prima parte. 26. quęſt. incipiente, an ualeat ſtatutum. et
Neapo. in prima conſuetudi. ciuitatis Neapoli. in uer. para
gium. Et propter tantas authoritates non curo reſpondere
motiuis

motiuis adductis per fratrem, maximè quia ad illas oratio
44 nes bene reſpondet Andr. hic in 8. colum. † Et fortiori ra-
a tione ª dicendum eſt, quòd debet habere ſoror à fratre iſtã
dotem, ideſt legitimam iure naturę, ſi vult monacari, et effi
ci monialis, & recipere Ieſum Chriſtum in ſponſum, vt fir
mat Pet. de Anch. in conſ. 107. incipiente, in paucis verbis.
& Alex. in 2. volu. conſi. 121. in 3. col. & in eodem volum.
conſi. 139. in 3. col. tamen iſtam legitimam habebit, prout
erit taxata ſecundum conſuetudinem: quia vera concluſio
eſt, quòd ſtatutum, licet non poſsit in totum tollere legiti-
mam: tamen poteſt minuere ipſam, et idẽ poteſt conſuetu
do: vt firmant domini de Rota deciſio. 18. & Ioan. And. in
mercuria. in regula, indultum. Alber. de Roſ. in l. quoniam
in prioribus. C. de inoffic. teſta. Bal. in l. filium quem habẽ-
tem. penulti. col. C. famili æ erciſcun. And. Barb. in c. Rainu
tius. in 10. char. extra de teſtamen. & Alber. Aſtenſis ſuper
trac. ſtatutorum fœminarũ. in 1. q. Prępoſitus prima diſtin
ctione c. ius naturale. faciunt ad hoc ea, quę dicam infrà in
12. quæ. Et quòd monialis debeat habere dotem, vide mul
ta pro & cõtra, quę allegat præfatus dominus Albert. Aſtẽ
ſis in 6. articu. principali, verſicu. quintò quæro, char. 15.
45 † Nonò quæritur: pone, quòd ſoror eſt maritata, & dota-
ta per alium, puta vir dotauit eam propter pulchritudi-
nem, vel eius nobilitatem, an poterit iſta ſoror petere dotẽ
de paragio à fratre, qui ſucceſsit in omnibus bonis pater-
nis? Dicit hic And. in 8. & vlti. col. quòd paragium non po
terit petere, quia iam eſt maritata, ſed poterit petere legiti-
mam iure naturę ſibi ſpectãtem ſuper bonis patris, allegat
gl. in Longobarda: ſi pater filiam. de ſucceſ. & in l. 1. de eo
quod habet pater neceſſe filię relinquere. Ego credo, quòd
hoc non habet locum, quando filia viuente patre, honeſtè
nupſit ſine dote. nam non obſtante, quòd ſit maritata, po-
teſt à patre petere dotem de paragio. hoc voluit gl. in l. obli
gamur. §. lege. ff. de actio. & obligatio. Bald. in d. authen-
tic. res quæ. C. commu. de lega. in ſecunda colu. & in l. 1. C.
de ſenten. quæ ſine certa quantita. & Modern. in l. prima.
ff. ſolu. matri. Pau. de Caſ. in l. ſocer. ff. ſolu. matrimo. & Ra
pha. Cuma. in conſil. 131. incipien. duo fratres. & vide ad
hoc illud pulchrum conſilium Alexá. in 1. volu. conſi 7. &
ſic eſt dare caſum, in quo mulier maritata non petit legiti
mam: quia legitima non debetur filio à patre eius vita du-
rante, ſed poſt mortem: vt in l. ſi quando. §. illud. C. de
46 inoffic. teſtamen. ſed petit dotem de paragio à patre. † Et
ſic patet, quòd quando ſoror eſt maritata, & nullam dotẽ
habuit à patre, vel à fratre, non poteſt petere niſi legitimã
ſibi debitam iure naturæ in bonis patris, ſed quando non
eſt maritata, poteſt petere dotem de paragio, quæ poteſt
tranſcendere legitimam: ſed non poteſt eſſe minus legi-
tima, vt firmat multum egregiè Andreas hic in vltima co-
lumna, & Salicetus in authentic. res quæ. C. communia de
legat. & dicit Alexander in dicto conſilio ſeptimo, pręalle
gato in præcedenti quęſtio. quòd ſi non ſufficit legitima
pro maritanda ſorore, poteſt totum patrimonium aſsigna
ri pro dote, ſi qualitas perſonarum ſuadet, non exiſtenti-
bus alijs liberis, per not. per Iacob. de Bel. in authentic. de
reſt. & ea quę parit. in 11. quęſtione, allegat Bal. in d. auth.
res quę. in prima colum. vbi pro hoc allegat id, quod habe
tur in auth. contra rogatos. in fi. C. ad trebel. Decimò quæ
ro, quid ſi frater viuo patre maritat ſororẽ, & ipſam dotat
de ſuo: deinde pater moritur, an iſta ſoror maritata poterit
petere paragium de bonis paternis? Andr. tangit hic in 9.
47 col. & poſt argumenta pro & contra concludit, † quòd po-
terit ſoror petere dotis paragiũ de bonis paternis, quia ni-
hil habuit de bonis paternis. & ad hoc vt repellatur, debet
eſſe dotata de bonis eius, de cuius hæreditate agitur, vt di-
cit hic And. & ſuprà allegaui concor. ſecus ſi filius, idẽque
frater, viuo patre, dotaſſet ſororẽ de bonis patris, vel nomi
ne patris dotaſſet eam, vt latius hic per And. Quid autẽ ſi
pater dotauit filiam de bonis maternis, an poſt mortem pa
tris poterit petere legitimam de bonis maternis. ſine dubio
dicendum eſt, quòd ſic, per dictam l. quoniam nouella. cũ
concor. & l. neque mater. C. de iure do. per Bal. ibi in fi. Va
ne.

decimò quęro. Ecce, quòd frater poſt mortem patris mari
tat ſororem, & dat ei dotẽ de bonis paternis, poſtea mori-
tur mater huius filiæ maritatæ, vtrum huic filiæ competit
ius petendi, paragium, ideſt, legitimam de bonis maternis
contra fratrem, vel ius ſuccedendi vnà cum fratre? Mul-
ti ſapientes regni tenebant, quòd ex quo iſta conſtitutio.
nihil dicit de bonis maternis, quòd ſeruatur ius cõmune
48 in bonis maternis, & ſic quod vterque ſuccedat. † In cõtra
rium multi alii ſapientes tenebant, quòd filia ſtante filio
maſculo ſicut excluditur à ſucceſsione bonorum paterno
rũ, & dũmodo dotetur de bonis paternis, vt hic, ita exclu-
ditur à ſucceſsione bonorũ maternorũ, dũmodo dotetur.
ideſt. detur ſibi legitima in bonis matris, maximè quia ra-
tio diuerſitatis reddi non poteſt, ergo idem ius & tãto ma-
gis: quia iſta cõſtitut. dicit, ad parentum ſucceſsiones &c.
& ſic cõtinetur tam pater quàm mater. Et dicit hic And.
in 10. col. ꝙ hoc eſt approbatũ per generalem conſuetudi-
nẽ, & dicit, ꝙ hæc eſt veritas, ſi hęc conſuetudo probetur.
& ideo oportet, ꝙ hæc conſuetudo probetur. hoc non pro
bato, primo opinio videtur ſibi, ꝙ ſit verior, ſcilicet quòd
vterque ſuccedat matri. Idem dicit Andre. in capit. 1 §. &
quia. vlti. colum. in 1. rubri. feodorum. & ſubdit hic An-
dre. quomodo probabitur hæc conſuetudo, quòd ſoror
maritata à patre, vel à fratre habet paragium de bonis ma-
tris defunctæ. Et dat modum hic Andre. quomodo proba
tur hæc conſuetudo, de quo plenè in l. ſecunda. C quæ ſit
longa conſuetudo. & in l. de quibus. ff. de legi & in ca. 2. de
conſue. & hic per And. in 12. colum. Et eſt ſciẽdum, quòd
in ciuitate Neap. non oportet, quòd probetur hæc conſue
49 tudo, quia eſt ſcripta, † ꝙ ſtante alio maſculo in bonis ma-
ternis non ſuccedat filia, ſed habet tantum paragiũ de bo-
nis maternis, vt patet in cõſt. ſi moriat. & ibi gl. in ver. ma-
ternis. & in conſue. ſi qua mulier. in ver. fratribus. Ego ſem
per eſſem in voto per text. huius conſtitut. ꝙ etiam, quòd
non probetur prędicta conſuetudo, quòd ſoror à fratre de
bet habere legitimam de bonis maternis, per rationes pro
iſta parte inductas hic per And & ita audiui pluries fuiſſe
iudicatum, etiam per ſententiam regis quę facit in hoc ius
generale in regno, vt in l. fin. C. de legi. & ita dixerunt mi-
hi etiam duo doctor. de ſacro conſilio, videlicet do. Anto-
nius de Palmerio, & do. Ioanloyſius de Artaldo: cum qui-
bus habuimus verbum ſuper dicta concluſione. & vide
quæ dixi ſuprà in 3. no. & infrà in 7. glo. in verbo maritare
& infrà in conſt. vt de ſucceſsionibus. in 9. no. in 1. q. An au
tem mater teneatur dotare filiam ſicut pater? Dicunt doc.
quòd non: niſi in cauſa ſpeciali. vt no. in l. fi. C. de dot. pro-
50 miſſ. † Et dandum eſt patri vel fratri bonum conſilium, ꝙ
quando vult maritare filiã, uel ſororem, quæ habet matrẽ
quæ habuit dotem, uel ſucceſsionem in bonis alicuius ſui
agnati, ꝙ dicat frater in contractu dotalitio, ꝙ tantum ſibi
dat de dote de bonis paternis, tantum pro bonis mater-
nis, per tex. in l. ſi pater. C. de dotis promiſsione. ubi ſi pater
maritat filiam, quæ habebat ius in bonis maternis, & illud
ius erat in poſſe patris, & patre promiſit dotem pro ipſa fi-
lia, ſimpliciter uidetur pater dotaſſe de patrimonio ſuo pro-
prio, & non compenſare pro eo, quod tenebatur tradere
ipſi filiæ de dotibus maternis. imò uult illa lex, ꝙ ſi pater
promiſiſſet dotem pro filia de bonis paternis, & maternis,
& non declaraſſet quantitatem certam bonorum materno
rum, uidetur dotaſſe ſolum de bonis ſuis paternis, & habe
bit filia etiam totum id, quod ſibi cõpetit de bonis mater-
nis, ſi pater eſt ſufficiens ad ſoluendum dotem promiſſam
de bonis ſuis. & hæc de iure communi, quo filia ſuccedit
matri cũ fratre. ſed ſecundum iſtã conſtitutionẽ, quę ſecũ
dum uerã opinionẽ habet locũ, etiam quãdo tractatur de
ſuccedẽdo matri, frater tenetur dare ſorori legitimã bono
rũ maternorum. ſed quãdo eſt maritata, et dotata de bonis
paternis, & dicit ſe habuiſſe etiam de bonis maternis tãtã
quantitatem, tunc non poſſet agere niſi in eo. quod ſibi de
ficit de legitima. et ſic poteſt agere ad ſupplementum le-
gitimę, ſi non eſt ſpecialiter renuntiatum legitimę, ut in
lege ſi quando. §. generaliter. C. de inofficioſo teſtamento.

& iſta ſuppletio legitimæ, ſi filius hoc ſupplementum pe-
tit, fit ipſo iure, vt in l.ſcimus. C. de inoff.teſtam. & firmat
Alexan.in 4.vol.conſi.83.in 1.col. vide tamen hic And.in
12.colum. Et ideo frater, vel pater quando maritat, & do-
tat filiam, vel ſororem faciũt renunciare ipſi filiæ bonis pa
ternis, & maternis. & iuri petendi ſupplementum legitimę
cum iuramento, de quo in c.quamuis.de pac.libro 6. & in
l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obliga. & in l.
fin.C.de pac.& in l.qui ſuperſtitis. ff.de acquirenda hære-
51 ditate. † Duodecimò quæro, quia iſta conſtitutio dicit, ꝙ
ſorori debetur paragiũ ſecundùm facultates, & habita con
ſideratione filiorum ſuperſtitum, quæ ſunt illa, quæ ſunt
conſideranda, quando debet dari. vel promitti dos de para
gio maxime inter nobiles? And.hic in vlti.& pen.col.mul
tum laborat ſuper hoc tandem concludit, quod in conſti-
tuenda dote de paragio ſorori non nuptæ debent iſta con-
ſiderari. primò, vt nubat marito pari: vt ff.de conditionib.
& demonſtrationibus. l.cum ita, in fi.& ſeq. ſecundò mo-
dus facultatum. tertiò numerus filiorum, & pro hoc l.filię.
ff.de lega.3.& ff.de iure dot.l.quæro. & l.cum poſt.§.gener.
minus tamen legitima arbitrari non poteſt dos de paragio,
ſed vltra legitimam poteſt arbitrari. Et ideo ſi non poteſt
pari nubere: niſi tota ſubſtantia patris detur in dotem, fi-
lius maſculus poſſet dicere: non poteſt mihi auferri pars,
quæ mihi contingit vt maſculo, habeas tu partem tuam,
ſicut ſi eſſes maſculus pro dote ſua, ſoror non poſſet dice-
re, da mihi partem tuam, vt nubat pari, quia hæc conſtitu
tio facta in fauorem maſculorum nun debet retorqueri in
iu eius odium, vt ſoror habeat totum, vt nubat pari, per l.
quod fauore.ff. de leg.& illud, quod dicebat Alex. in conſi.
7.allegato ſup.in 9.q.intelligitur, ꝙ vt nubat pari, totũ pa-
trimonium dabitur in dotem vltra legitimam. intelligitur
de toto patrimonio contingente ipſam mulierem, ſi ſuc-
ceſsiſſet cum fratre, non autem frater tenetur dare ſuã por-
tionem. Prædictis addo Bald.in auth.res quæ.C.com.de le
52 ga.vbi idẽ dicit, † quòd dos de paragio eſt ſecundum quã-
titatem patrimonij, numerum liberorum, & qualitatem,
coniugum, per d.l.quæro. & in l.filiæ.& ibi Bart. ff.de leg.
3.hinc eſt, ꝙ Sali.in auth.res quæ.dicit, nota bonum argu-
mentum, ꝙ quando ſtatutum repellit fœminas à ſucceſſio
ne, & maſculos eis pręfert, ſed mandat fœminas dotari ar-
bitrio propinquorum, propinqui non debent arbitrari mi
nus ſua legitima, ſed in plus debent dotari, ſi legitima non
ſufficit, per illam authen. & dicit Raph.Fulgo.vnum no.di
gnum, ꝙ pater cogitur dare magnam dotem filiæ, niſi ex-
cedat legitimam. hinc etiam firmat Alex.in præalleg.conſi.
7.& hoc firmat Alex.in 4.volu.conſi.83.incip. viſo ſtatu-
to.vbi allegat Saly.& Fulgo.vt ſuprà. Et vide repetitionem
dom.Petri de Vbaldis de Peruſio in c.Raynutius.de teſt. in
4.char. & ſeq. vbi ponit ſex requiſita, vt dicatur dos con-
53 grua de paragio. † Et primò ſunt conſiderandæ facultates
dotantis, vt in d.§.gener.ibi, dotis etiam quantitas pro mo
do facultatum, & patet in text. huius conſtit.& in d.l.filiæ.
ibi, non eſt difficile ex dignitate, & facultatibus. & in d.l.
quæro.ibi, ex facultatibus. Secundò dignitas parentis, vt in
dicta l.filię.ibi, ex dignitate. Tertiò qualitas perſonę mu-
lieris, vt in dicta l.quęro.ibi, dignitatem mulieris. & l.ſi cu
ratoris.C.de admin.tut. ibi, quod moderatum eſt honeſtę
perſonę pręſtare cogatur, & idem probatur in l.ſi demen
tis, C.de epiſc.audi. Quartò qualitas mariti, vt patet in d.l.
quęro.ibi, ex dignitate mulieris, maritique, & in d.§.gene.
ibi, & dignitatem mariti. Quintò numerus liberorum, vt
in hac conſti.& in d.l.filię, ſicut in taxanda legitima conſi
deratur numerus liberorum, vt in authẽ. nouiſſima. C.de
inoff.teſta. Sextò conſuetudo patrię, vt in l.quod ſi nolit.§.
quia aſſidua.ff.de ędil.edi. conſuetudo.n.eſt optima legum
interpres. l.minimè, & in l.ſi de interpretatione.ff.de leg. &
dicit Bald.nouellus in trac.dotium, char.18.in 3.col.quòd
mos regionis eſt in tanta obſeruantia, quòd poteſt dotem
arbitrari infrà legitimam, & ultra legitimam, allegat duo
54 conſilia Bald. † Tertiodecimò quęro, utrum filia excluſa à
ſucceſſione per iſtam conſtitu.propter exiſtentiam maſcu
li, & propter dotem, quam habet, ſi ſunt alij filij, vel filię,
puta ſunt infra quatuor filij, quo caſu legitima eſt triens,
& quando vltra quatuor, eſt ſemis, vt no.in authen.nouiſ-
ſima. C.de inoff.teſtam. augeat numerum, & faciat partem
in taxanda legitima, vel habeatur ac ſi non eſſet? Et pro-
fectò Bald.in l.unica.in quinta quęſtio. in fine, C.quando
non peten.par.dicit, quòd filia, quæ habuit congruentem
dotem, licet ſit excluſa à ſtatuto, ut eſt in terminis huius cõ
ſtit.vel repudiaſſet pro aliqua parte, facit partem in legiti-
ma. ſecus ſi fuiſſet excluſa tanquam iuſtè exhæredata, vel
eſſet deportata: tũc non facit partem in legitima, quia non
computatur in numero filiorum. Idem firmat Bald. in l.
vnica.§.in 1.in 2.colum.de cadu.tollen.& ſenſit Bald. in l.
huiuſmodi.§.ſi Titio.ff.de lega.1.& firmat ibi Pau.de Caſ.
in conſi.ſuo 252.& ſequen.& Ioan.de Imo.ibi.& idem fir
mat Bartol.in l.prima.§. quod habebat. ff. de contratabu.
55 † quòd iſta, quæ eſt excluſa à ſtatuto, quia habuit dotẽ, fa-
cit partem in computatione legitimæ, tamen præterita nõ
rumpit teſtamentum, quia non debet inſtitui ſecundùm
eum ibi, & in l.filio præterito.ff de iniuſ.rup. irri.teſta. &
ibi Ioan.de Imo.in 11.char. & idem videtur ſentire Bal.in
l.pactum.in 2.quæſtione.C.de colla.& firmat Ant. de Bu.
in conſi.40.inci.in quæſtione iſta.vlti.col.& multi alij Do
cto.hoc tenent, quos non refero breuitatis cauſa, ex quo il
los refert do.Franciſ.de Cur.in conſi.5.incipiente, Aſtul-
phus pater. deinde refert multos Doc. tenere contrarium,
ut eſt Bal.& Ang.in l.Papinianus.§.vnde ſi quis.ff.de inof.
teſta.& in l.planè.§.ſi duobus.ff.de legat.1. & duo conſilia
Rapha.Fulg.& Cuma. & illa conſilia refert etiam Petr. de
Vbaldis in d.ca.Rainutius.in 2.char. tamen dicit prælatus
do.Franc.quòd præfata opinio videtur, quòd ſit veritas, &
quia etiam videtur mihi tanquam æquior opinio, & hoc
videtur tenere Franc.de Are.in d.§.ſi duobus.quia iſta dos
eſt ſubrogata loco legitimæ portionis, & audiui, quòd ſic
ſemper fuit iudicatum per ſacrum regium conſilium, li-
cet Alber. referat fuiſſe iudicatum contrarium de conſilio
Dom. Ioannis Campegij. ideo non aliter examino, ſed re-
mitto te ad Alb.Bru.in d.tracta.ſtatutorum fœminarum.
in 12.quæſtione principali, in uerſi.tertiò quæro.char.49.
56 † Quartodecimò quæro, pater in regno habet multa bona
emphyteutica à diuerſis eccleſiis, quibus ſoluit annuum ca-
nonem & inſtrumenta conceſſionum dicunt, pro ſe, & fi-
liis vel hæredibus, vel liberis, moritur pater ſuperſtite filio
& filia, dicit filia, uolo dotem de paragio ſuper iſtis bonis
emphyteuticis vigore huius conſtit. frater dicit, quòd non
tenetur, quia iſta bona emphyteutica tenẽtur ab eccleſiis,
ſtatuta laicorum non comprehendunt bona eccleſiaſtica,
vt in c.Eccleſia S.Mariæ.& c. quę in eccleſiarum. de con-
ſtitut.& ibi plenè perſcribentes. Dic, ꝙ in contrarium eſt
veritas, quòd iſta conſti. aſtringens fratrem ad dotandum
ſororẽ de paragio generaliter loquitur, & ſic de omnibus
bonis paternis, non diſtinguendo, an ſint allodialia, uel em
phyteutica, & ſic generaliter debet intelligi, quia dirigitur
principaliter perſonæ, & ſtatutum laicorum loquens prin
cipaliter de perſonis laicis comprehendit acceſſoria, ideſt,
bona l.prima.& ſecunda.ff.de pecu.lega.cum ſimilibus.&
ideo intelligitur de omnibus bonis paternis deuolutis ad
57 patrem, maximè † quia dos, quæ debetur ſorori à fratre nõ
petitur de illo directo dominio & canone, quę habet eccle
ſia, ſed petitur de illo utili dominio patris & fratris ſui, &
ſic potuit iſta conſtitutio generaliter diſponere in conſe-
quentiam de bonis, propter quam generalitatem uenit uti
le dominium, quod habet frater in dictis bonis emphy-
teuticis, ſicut dicimus de bonis feudalibus. Et ita in pro-
priis terminis reperio conſuluiſſe Petr. de Anchara. conſil.
124.incipiente, uiſis, & diligenter ruminatis actis. & fir-
mat Andrę.Barba.in 1.uolu.conſilio 14.incipiente, ſcribit
propheta clariſſimus. Et ſi diceretur mihi, quòd dicta duo
conſilia concludunt, quòd ſoror non ſuccedit cum maſcu
lis in iſtis bonis emphyteuticis, tamen dicunt, quòd ſtatu-
ta laicorum cõprehendunt bona emphyteutica eccleſiaſti
ca quoad vtile dominiũ laicorũ. & dicit Petr.ibi, ꝙ ſi ſoror
non

non habuit integrã legitimã, poteſt agere ad ſupplementũ,
intelligo etiã ſuper dictis bonis emphyteuticis, ſecus pu-
tarem, ſi ex tenore inueſtiturę filię fœminæ eſſent totaliter
excluſę, quia tunc tenor inueſtiturę eſſet attendendus, vt di
cit Bal. in l. quoties. C. de ſuis & leg. & hoc ſentit Petr. de
Ancha. in dicto conſilio, idem firmat do. Petr. Philippus de
Peruſio in 1. volum. conſi. 145. incipiente, ad euidentiam,
in 3. col. verſi. tamen præſuppoſito ſtatuto: quia illa inueſti
tura debet interpretari ſecundùm iſtam conſt. per d. §. quia
affi Jua. cum concor. ſuis, & allegat alias quotas doc. ſuper
iſto puncto. aliàs ceſſante dicto tenore inueſtituræ, fęmina
ſuccedit in bonis emphyteuticis de iure communi, vt fir-
58 mat And. in c. 1. in princi. de ſucceſſio. feudi. † Quintode-
cimò quæro, quid ſi pater moritur ſuperſtite filio maſculo
monaco de ordine Sancti Benedicti, vel Sancti Auguſtini,
qui poſſunt habere bona in communi ſecundùm eorum re
gulam, ac ſuperſtite filia fœmina, dicit filia fœmina, iſta cõ
ſti. admittit filiam fœminam ad ſucceſſionem, quando nõ
ſupereſt maſculus, nũc non ſupereſt maſculus, quia mona
cus habetur pro mortuo, prę terquam ad comedendum,
ſecundùm gloſſ. in authen. idem. C. de bonis quæ liber. &
non habet, nec nolle, nec velle, vt dicit glo. in ca. ſi religio-
ſus, de elec. lib. 6. ideo ipſa ſuccedit. Item iſta conſ. facta eſt
ab Imperatore laico, qui non habet iuriſdictionem in per-
ſonis eccleſiaſticis. imò dicit Hoſti. in ca. fin. de ſolu. quòd
lex municipalis etiã fauens eccleſijs, & perſonis eccleſiaſti
cis non concernit perſonas eccleſiaſticãs, niſi ſit approbata
per Papam, vt in d. c. quę in eccleſiarum 26. diſtin. ca. bene
quidem. ergo iſta conſtitutio non comprehendit filium
monacum. Dic, quòd in contrarium eſt veritas, ſcilicet,
quòd monacus dicti ordinis excludit ſororem à ſucceſſio-
ne, dummodo monaſterium, quod habetur loco filij in in-
grediente, vt dicit Bald. in auth. niſi rogati. C. ad Treb det
ſibi dotem de paragio, quia iſta conſt. comprehendit etiam
monacos. per iura, & rationes, quæ allegat Lapus in allega.
59 centeſima. † & ideo frater monacus excludit ſororem, ſi
monaſterium dat ſibi dotem, hoc intelligo verum, prę ter-
quã in feudalibus. quę præſtant ſeruitium militare, vt dixi
in c. 1. de mili. vaſal. qui cõtumax eſt. & in c. qui cleri. ſi de
feu. fue. contro. inter domi. & agna. cum concor. ſuis, quia
monacus non perdit ius ſucceſſionis, niſi eſſet de religione
Sancti Franciſci, vt dicit Bal. in l. Deo nobis. in 6. colũ. C. de
epiſco. & cler. Nec obſtat dictum Hoſt. in d. c. ſi. quia reſpõ
de ſecundùm Lapum vbi ſuprà. Sextodecimò quæro de
vna dubitabili quæſtio. Ecce conſuetudo nobilium Capua
nę, & Nidi eſt, ꝙ mater non ſuccedat filio decedenti ab in-
teſtato in bonis paternis, ſed ſuccedũt proximiores ex par-
te patris, & ſic econtra, modò mortuo matre ſuperſtite fi-
lio, vel filia moritur filius, vel filia ſuperſtite auia materna,
& amita, quis ſuccedit huic filio, an auia materna, vel ami
ta? Sunt opiniones inter Doct. nam Barto. in l. 2. §. viden-
60 dum ff. ad Tertul. dicit, † ꝙ ſi ſtatutum excludit matrem,
& admittit alios ad ſuccedendum, quòd ſicut ſtatutum ex-
cludit matrem, maiori ratione tãquam remotiorem exclu
dit auiam maternã. & opi. Bar. tenuit Abb. Sic. in 1. vol. con
ſi. 73. inci. primò videndum eſt. in 2. col. & Alex. de Imo. in
1. volu. conſ. incipien. viſo. & opportune. in 4. col. ver. Item
ſi ſtatutum diſponit, & dominus Petr. Philipp. Corneus in
4. col. conſi. 186. incip. conſtat matrem. 1. col. verſi. licèt au
tem. & in conſi. 307. incipiente, in hac conſultatione. ver-
ſic. nec refragatur contra Barto. & per conſequens ſequa-
ces tenuerunt Iaco. Butr. & poſt eum Bald in l. quod verò.
ff. de legib. dicens quòd Iaco. But. dicit, quòd tale ſtatutum
eſt contra rationem. Itẽ caſus de auia eſt omiſſus, ergo ſta-
mus iuri communi. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matri. & ſic
erit melioris conditionis auia materna, quàm mater. Nec
mirũ, quia ſi mater eſſet exhęredata, auia verò prę terita ma
tre excluſa, admitteretur auia, & non mater. ff. de inof. teſt.
l. ſi is qui. & l. pater filium. ergo dicta conſuetudo, ſeu pa-
ctum excludens matrem à ſucceſſione bonorum paterno-
rum filij, & admittens proximiores ex parte patris non ex-
cludit auiam maternam. Hanc partem multùm egregiè fir-
mauit Bald. contra Bar. in l. illam. C. de collatio. vbi reſpon
det omnibus argumẽtis, & mortuis, quę faciebat Bar. in d.
§. videndum. & Ange. in d. l. illam. ſecutus eſt Bald. ibi. Idẽ
firmat Pau. de Caſt. in l. ſi defunctus. C. de ſuis & leg. vbi te
61 net, † quòd ſtatutum non debet extendi per identitatem,
vel maioritatem rationis de vna perſona in alteram, corri-
gendo ius commune, & dicit, ꝙ iſta eſt veritas. Hanc par-
tem contra Barto. tenuit famoſiſſimus doctor do. Bene. de
Benedictis dictus Capra in conſi. 135. inci. punctus, mor-
tuus eſt quidam. vbi conſuluit, ꝙ ſtãte ſtatuto, ꝙ mater nõ
ſuccedat propter patrui exiſtentiam, ꝙ patruus non exclu
dit auiam allegat Bald. vbi ſuprà, & in l. quicunque. C. de
ſer. fugit. vbi dicit, quòd ſtante ſtatuto, quod exiſtente pa
truo non ſuccedat auus maternus, nihilominus ſi non ſit
auus maternus, ſed auia materna, ipſa ſuccedit: quia ſtatu
tum de auia materna non facit mentionem in hac materia
exorbitanti. & reſpondet ad motiua Barto. in d. §. videndũ.
Stante illa contrarietate Paul. de Caſt. in d. l. illam, volens
concordare iſtas opiniones diſtinguebat, vt ibi per eum,
& per Alex. qui refert eum per extenſum, tamen in vno ca-
pite ſuę diſtinctionis videtur dicere, quòd aut illa perſona,
de cuius excluſione agitur, attinebat defuncto per matrem
duntaxat: quia niſi fuiſſet mater, non fuiſſet illa coniuncta
puta auia materna, vel frater, vel ſoror ex latere matris
tantùm, quę de iure communi excluderet patruum, non
exiſtente matre. Et tunc ſiue extet mater, ſiue non extet,
tunc auia excluditur à patruo: quia excluſa radice exclu-
duntur omnes, qui ab eo dependent per id, quod dicit
Bald. in fin. l. maximum vitium. C. de liber. præteri. cum
concord. ſuis, & alios caſus ſuæ diſtinctionis non refero:
quia non faciunt ad thema propoſitum. & ſic videtur
tenere Paulus opinionem Bartoli in dicto. §. videndum.
Sed conſideremus, an in dicto capitulo Paul. dicat veri-
62 tatem. † Et profectò videtur, ſalua meliori deliberatione,
quòd ratio, ꝙ infecta primitiua, inficitur & deriuatiua, nõ
procedit in caſu, de quo agitur, qa ſi mater eſt excluſa per
pactum ab hęreditate paterna filij, & admiſſi proximiores
ex parte patris: non videtur excluſa auia materna: licèt ab
auia proceſſit filia, quæ ſit excluſa: quia in aſcendentibus
nunquã aſcendẽs intrat in locũ deſcẽdẽtis, vt in auth. defun
cto. C. ad Tert. & ſic non eſt verum, ꝙ auiæ ſucceſſio depẽ
deat à matre excluſa: imò cum auia ſuccedat ex ſua perſo-
na, & ſuo iure, ſi excluſa eſt, mater, ſi extaret, quæ exclude-
bat auiã propter exiſtẽtiã matris, matre mortua, & ſuper-
ſtite auia, auia non ex perſona matris ſuccedit, quia nõ in-
trat in eius locum, quia eſt aſcendẽs, & ſic habet potentius
quàm mater, & ideo non excluditur per proximiores: vt
fir. Bar. in ſua diſt. ſuper illo arti. An ille, qui eſt me remo-
tior, excludat eũ, qui me excludit, in l. 1. §. quidã ff. de bon.
poſ. cõtra ta & in l. 2. §. obijcitur. ff. ad Ter. & Bal. in l. ſi de-
functus. C. de ſuis & leg. Secundò, quia illud pactum exclu
ſiuũ matris, & incluſiuũ proximiores ex parte patris eſt ꝑ-
ſonale, & non egreditur perſonã in eo contentiã. vt in l. idẽ
in duobus. ff. de pa. & ſic nõ excludit auiã, licet admittat ad
ſucceſſionem proximiores, intelligitur non exiſtente auia,
quę de iure cõmuni eos excludit, ut interpretatio fiat, quã-
to minus poteſt corrigere ius commune, gl. eſt no. in c. cu-
pientes. §. quod ſi per viginti. in uerſi petere. de elect. lib. 6.
quam ad hoc allegat Alexan. in 1. uolum. conſi. 137. præ-
63 clarè priori conſultore. † Item quia debet fieri interpræ-
tatio ſtatuti, vt minus lędat ius cõmune, quàm fieri poſſit
vt in l. 2. C. de nox. & cap. cum dilectus. de conſue. Vltimò
uidi Albe. Bru. in ſuo trac. ſtatutorum fœminarum. in 6. ar
ti. princip in 3. membro, verſi. ſecundò quęro. char. 12. qui
dicit, ꝙ magis communis opi. eſt cum Bart. in d. §. uiden-
dum. quã dicit, ꝙ ſequitur Bald. in l. Neſennius. in rep. quã
non habeo, in fi. ff. de neg. geſt. & Pau. in tribus conſilijs, &
Raph. Fulg. Ideo dico eſſe melius cogitandum, quia in hoc
dubio cupio magis audire deciſionem, quàm meã deciſio-
nẽ hic ponere. Sextò no. ex tex. ibi, excluſis alijs conſangui
neis. ſi moritur pater ſuperſtite ſolùm filia fœmina, iſta filia
ſuccedit patri in omnibus bonis tam burgenſaticis quàm

feudalibus paternis excluſis omnibus conſanguineis ſuis,
ideſt fratribus, qui dicuntur patrui huius filię, vt dicit tex.
iuncta gl. in l. 2. ff. de ſuis & legi. Sed quando ſupereſt ma-
ſculus ius ſucceſſorium transfuſum eſt in paragiũ, vt tenet
hic And. & infrà dicam. & Neapo. in conſu. Nea. in t. con-
ſue. in ver. teneatur. facit in ar. l. 2. C. de exe. rei iud. & l. fin.
64 C. de pa. conue. inter rem. & vend. † Quid autem ſi pater re
liquit filiã fœminam & nepotem ex filio, an iſte nepos ex-
cludat filiã prędictam à ſucceſſione bonorum paternorũ?
Non eſt dubium, ꝙ nepos intrat in locum patris ſui, vt in
auth. de hęre. quę ab inteſt. defe. §. 1. & in auth. vt frat. filij.
in prin. Et ſic eſt, ſicut pater huius nepotis excluderet ſoro
rẽ à ſucceſſione bonorũ patris, per iſtam conſt. ita etiã, & fi
lius filii, idemque nepos, & firm. Bal. in l. venia. C. de in ius
vocan. in fin. & Andr. de Iſer. in c. de ſucceſ. feu. Et ſic patet,
ꝙ conſti. loquens in filio in eius fauorem extenditur ad ne
potem. Idem tir. Bar. in l. liberorum. in 2. q. ff. de verb. ſign.
& ad hoc faciunt omnia iura, quę allegaui pro nepote in
quæſtione magna, in c. 1. in prin. de ſucceſ. feud. bene facit
auth. in ſucceſſione. C. de legit. hęred. An autem neptis ex
65 filio prędefuncto excludat iſtam filiam amitam ſuam? † Vi
detur ꝙ non excludat amitam, cũ tractatur de ſucceſſione
patris huius filiæ, quia filia eſt in primo gradu, & neptis in
ſecundo, vt no. in l. ſi viua matre. C. de bo. mater. & in l. 2.
ff. de ſuis & legi. Itẽ neptis eſt fęmina, & pater maſculus, &
priuilegiũ maſculi nõ poteſt transfire in filiã, vt dicit Bal. in
d. l. venia. Itẽ finita cauſa priuilegij conceſſi maſculo, finitũ
eſt ipſum priuilegiũ. l. Titia. §. 2. ff. de lega. 2. l. non tantùm.
§. emancipatus. ff. de contratabulas. Itẽ quod maſculo pro-
pter ſexum maſculinum eſt conceſſum, denegatur fęminę
vt dicit Ang. in l. publico, C. de adulte. quia non eſt eadẽ ra
tio cõcedendi. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matr. Ideo videtur,
ꝙ iſta conſti. non determinet hunc caſum, & propterea re-
manet iſte caſus in diſpoſitione iuris communis, ſcilicet, vt
æqualiter ſuccedant. Sed quid in feudo, in quo viuitur iu-
re Frãcorum, an ſuccedat filia primogeniti, vel iſta amita?
Vide, quę ſcripſi in c. 1. de natu. ſucceſſio. feud. & in d. ca. 1.
in prin. de ſucceſſio. feu. In hoc regno eſt declaratoria regi-
næ Ioannæ primę, quòd neptis ex filio primogeniti intrat
gradum, locum, & ſexum ſui patris, de qua mentionẽ feci
in dictis locis. & pro hoc vide conſilium Alexan. in 4. volu.
conſi. 53. in 4. colum. Et pro deciſione huius q. vide Salyc.
in dicta l. publico ubi ſatis bene diſtinguit: non tamen re-
cedo à deciſis in d. cap. 1. de natu. ſucceſſio. feudi. nec omit-
66 tas videre Barto. & apoſtil. Alexan. in l. fi. ff. ad Tertul. † Et
quid ſi pater habens feudum antiquum, in quo viuitur iu-
re Francorum reliquit neptem ex filio primogenito & fi-
lium ſecundogenitum: & natura feudi eſt, ꝙ ſibi, & hære-
dibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, ſeruata ſe-
xus & ętatis prętogatiua acquiritur: an pater poſſit cũ aſ-
ſenſu regio relinquere feudum filio ſecundogenito in præ-
iudicium ſuę neptis ex primogenito. Iſte caſus pendet nũc
in facto, & audio, ꝙ domini conſiliarij tenet, etiam ꝙ pa-
ter non habeat, niſi illud feudum, ꝙ in feudo hęreditario
potuit hoc facere in prędiudicium filię, imò poſtea ſic pro-
nunciatũ fuit in conſ. per no. per And. in c. 1. an agnatus. cõ
tra doctrinam Iac. de Bel. ibi, & in c. Titius. ſi de feud. con-
tro. Ego nolo ponere os in cęlum: ſed uolo pro nunc, ꝙ vi-
deas ſuper hoc conſiliũ Bal. in 1. volu. conſi. 44. incip. quod
pro regula. & quę dixi in c. 1. de nat. ſucc. feu. & Franc. de
Are. in conſ. 164. inc. diligenter, & maturè. & Ale. in 4. vol.
conſ. 4. in 2. & 3. col. & in 1. vol. conſi. 123. & de hoc dicam
67 infrà in fi. conſti. ſequentis. † Septimò no. ex text. ibi, ſi ue-
rò minores. quòd iſte verſiculus, ſi verò minores. loquitur
tantum in bonis feudalibus, in quibus ſolus rex prouidet
filijs minoribus de balio, & non alius iudex ordinarius:
& iſte balius eſt ſicut tutor in bonis burgenſaticis, & de
iſto balio loquitur infrà in conſtitutione minoribus. &c.
regni, feudatarius. Et dicit hic And in 2. colu. ꝙ intelligi-
tur iſte verſiculus in filiabus minoribus, quę poſt mortem
patris effectę ſunt ſui iuris, aliàs ſi uiueret eorum auus pa-
ternus, non haberet locum dado balij. Et hoc verum quan
do auus ſuccederet filio in feudo: puta quia fuiſſet ab auo
donatum patri huius filiæ, eiuſdemque neptis, vt dicit An.
68 in c. 1. de natu. ſucceſ. feud. † Quid in feudo nouiter ab alio
acquiſito per filium, an auus erit balius neptis ſuæ? Videt
ꝙ non: quia auus non ſuccedit nepti in feudo prędicto,
quia feudũ non habet oculos retro: ut in d. c. 1. de natu. ſuc
ceſ. feu. & qui non vocatur ad ſuceſſionem, nõ vocatur ad
tutelam, vt inſt. de leg. patro. tut. Dic, ꝙ in contrariũ eſt ve-
ritas, ꝙ licet auus paternus non ſuccedat filio, uel nepori in
feudis acquiſitis per filium ab alio quàm à patre, tamen fi
lius & nepos eſt in eius poteſtate, & ſic neptis nõ reperitur
ſui iuris, ſed in poteſtate aui, & iõ auus erit eius tutor, q̃a
balius non datur niſi in capite libero, vt in l. 1. ff. de tute. &
infrà in conſti. minoribus. & iſta neptis eſt in poteſtate aui
ergo non prouidebitur ſibi de balio, poſtquã eſt in poteſta
te aui. Nec obſtat, ꝙ lex denegat auo ſucceſſionem, ergo vi
detur, & tutelam denegare: hoc verum, quando ceſſaret, ꝙ
neptis eſſet in poteſtate aui, ſed ex quo eſt in poteſtate aui:
non eſt in conſideratione, quòd auus in feudalibus non po
teſt ei ſuccedere. Octauò no. ex tex. ibi. quintumdecimum.
dicit hic gloſ. in fin. & Andr. hic, quòd aliqui libri habent
25. Sed miror de hoc: quia in regno minor ætas eſt vſque
ad 18. annos, vt ſuprà in conſtitut. minorum iura. ſed dic,
69 ut dicam infrà in gloſſ. fin. † Not. tamen ex iſta litera, quæ
dicit, quintumdecimum. quòd licet nubilis ætas in fœmi
na ſit 12. annorum, vt poſſit nubere: ut inſtitut. de nup. in
princip. tamen quando fœminę datur balius, nubilis ætas
in fœmina, quæ eſt ſub balio, eſt 15. annorum, ita quòd ſi
balius eam non maritat poſt 15. annum ipſius fœminę, di-
citur transgredi iſtam conſtitut. niſi probaretur de aliquo
iuſto impedimẽto: puta, quia balius ſolicitaret dominum
regem, poſtquam illa fœmina peruenit ad 15. annum, vt
ei daret virum parem ſibi, & rex differret ex iuſta cauſa:
quia non habet ſic præ manibus, uel eſſet infirma. ſimile tẽ
pus enim datum à lege nõ currit impedito iuſtè: vt in l. At-
tilicinus. ff. de ſeruit. urba. pręd. de quo per Bar. in l. ſenatus.
ff. de offi. pręſid. & per Innoc. in capi. ex tranſmiſſa. de præ-
ſcr. Sed iuxta literã, quæ dicit 25. quęro, utrum frater, qui
tenetur dotare ſororem, & maritare: ſi nõ maritat eam, &
excedit tempus 25. annorum, ſine alia interpellatione fa-
cienda fratri, poſſit petere ſucceſſionem? Gloſ. do. Neap. in
1. conſuetud. Neapo. in uerſ. maternis dicit, quòd in regno
quantumcunque frater differt maritare ſororem, ſoror nõ
poteſt petere ſucceſſionem, ſed tantùm poteſt agere ad pa-
ragium. bene hoc tenet Andrę. hic in ulti. col. & idem dicit
in conſue. ſi moriatur. in uer. differentibus. ubi dicit, quòd
hoc eſt etiam de iure Longobardo, aliud eſt ſecũdũ ius cõ-
ſuetudinarium Nea. ſecundùm quod frater debet interpel-
lari, ut maritaret ſororem, & ſi differt ipſam maritare poſt
26. annũ ipſius, dicitur maſculiata, & poteſt petere ſucceſ-
ſionem, ut in conſue. quæ incipit, imò plus dico, quòd fuit
iudicatum in conſilio, ꝙ ſi ſoror in regno, non dico in ciui.
Nea. interpellaſſet fratrem, poſtquã haberet annos 25. vel
ante, ꝙ daret ſibi dotem, niſi frater dicat, uolo, ꝙ ſis hęres,
ſemper poteſt dicere, ego uolo dare tibi dotem de paragio
etiam ꝙ ſoror excedat 25. an. ita Ale. in 1. uol. conſ. 20. in 4.
70 col. † Nonò no. ex tex. ibi, de prouiſione manſuetudinis no
ſtræ. magnam charitatem, quã habet rex erga puellas mari
tãdas, habẽtes bona feudalia paterna quaternata. quia uult,
ꝙ maritẽtur de eius prouiſione. habendo Deũ prę oculis:
& ſic uidetur, ꝙ talis puella nõ poteſt ſuo arbitrio nuberet
ut dicit hic gl. cõtra legẽ ſciendũ. ff. de rit. nu. & l. in copulã
dis. C. de nu. Quãdo hoc faceret rex ſolũ deũ habendo præ
oculis. dico ꝙ bene eſt factũ. Sed quid ſi fieri faceret matri
monium inter iſtã diuitem puellã, & nobilẽ cũ aliquo ſuo
ſeruitore paupere, & nõ pari dictę puellæ, uolendo ipſum
ſuum ſeruitorẽ remunerare, an tũc habeat Deũ prę oculis,
& an peccet ſic faciẽdo? Nolo ponere os in cælum, ſed hoc
iudicent conceſſores regum theologi, ſi hoc eſt cõtra liber
tatem matrimonij: nam ſicut matrimonium debet eſſe libe
rum, ita omnia acceſſoria ad matrimoniũ, ut no. in l. ſi mu-
lier, §. ſi dos. ff. quod me. cau. & no. Abb. Sic. in c. Abb. quod
met.

met.cau.In gl.1. hæc gl.ponit ſummarium in tota iſta con
ſtitutione.In glo.4.omiſſa 2 & 3.quia ſunt expoſitiuæ.No-
ta iſtam gloſ.quod in viuentibus iure Longobardo ſeruan
da eſt iſta conſtitutio,ſicut in viuentibus iure Francorum,
vel iure Romano in hoc regno In glo.5.in verſ. maſculos.
Quærit hic gloſſ quæ fuit ratio deciſionis huius conſtitut.
71 † quæ vult, quòd ſtantibus filiis maſculis & fœminis, ſoli
maſculi ſuccedant, dummodo eis dent dotes de paragio.
Reſpondet gloſſ.quia plerunque deſideratur, quod perue-
niat hæreditas ad maſculos,vt inſtitu.de leg. agn. ſucceſ.in
princip.Tu dic clarius quòd ratio eſt iſta, quod ideo facta
fuit hæc conſtit. vt agnationes & familiæ nobilium conſer
uentur, & hoc concernit publicam vtilitatem, vt pater in
multis allegationibus adductis per præfatum dominum
Alber.Brun. Allen.in d.tract.ver.circa tertium articulum.
charta 3.Cui addo,id quod dicit Bald in conſilio decimo.
incipien. factum ſic proponitur. vbi dixit, quod publicè
intereſt, vt bona veniant ad agnatos maſculos. bene facit,
quod dixit Bald.in l.per hanc.C. de his, qui ante aperi. ta-
bu. vbi dixit, quòd cõtra naturalem affectionem eſt,quod
hæreditas vadat ad extraneos, & auferatur his,qui ſunt de
ſanguine. Teſtator enim in dubio præſumitur prouidiſſe
ei,cui plus intereſt,ſecundùm Bartol.in l.fideicommiſſa.§.
interdum.de legat. tertio. Bald.in l.noſtram C.de teſt.be-
ne facit text.in l.cum pater. §.rogo.ff. de legat.ſecundo, &
l.Lucius §.in teſtamento.ff. de lega.primò.& l.prima.ff.de
ventr.inſpicien.In gloſ.ſexta.in verſi.nepotes.iſta glo.com
muniter reprobatur, inquantum dicit, quod tantum ha-
beat filia, quantum quilibet filius,& tantum amita,quan-
tum quilibet nepos,quia contrarium ſentit iſta conſtit. vt
filius maſculus præferatur filiæ, & nepos præferatur ami-
tæ in ſuccedendo, & profectò miror de iſta gloſſ. quæ ſic
fuit locuta. In gloſ.ſeptima.in verſicu.maritare. not.iſtam
72 glo quòd ſi † pater,vel frater dedit dotem filiæ de paragio,
vel ſorori,quod iſta ſic maritata de bonis fratris,vel patris
excluditur à ſucceſſione bonorum maternorum,vt not.in
Longobarda de ſucce.l.ſi pater filiam Iſta gl.communiter
reprobatur, quia mulier repellitur ſolùm ab hereditate, à
qua habuit dotem,& non ab hæreditate, à qua nullam do-
tem habuit,per l.quoniam nouella. C.de inoſ.teſta.ſecun-
dùm Andr.& in concordan.allegatis ſupra in quinta nota. a
in queſtione vndecima. Item eſto, quod iſta conſtitut. ſe-
cundum vnam opinion. faceret mentionem de bonis ma-
ternis, ſed ſolùm de bonis paternis, cuius contrarium eſt
veritas, vt ſupra dixi, nonne pariter deberet ſuccedere ma
ſculus & fœmina de iure communi in bonis maternis?
Certè ſic, vt dicit l.maximum vitium quomodo ergo glo. b
dicit, quod ſoror maritata à patre,vel à fratre de bonis pa-
ternis excluditur à ſucceſſione bonorũ maternorum. Ideo
Andr.hic,& omnes doct.regni approbant iſtam gloſſ. Ad-
uerte tamen,quia licet glo. dicat, ſi pater dedit dotem pro
filia, tamen iſta conſtitu.nihil dicit de donatione filiæ per
73 patrem. Ideo tene,quòd † de iure tenetur pater officio indi-
cis,& nomine actionis dotare filiam, vt in l.qui liberos.ff.
de ritu nupt.ita dicit Carolus in Longobar.de prohi.alien.
in l.1.& glo.in d.l.obligamur.ff.de actio.& obl.& no.Bal.
in l.ſi.C.de dot.promiſ.Alex.in 3.volu.conſil.55.in 1.col.
& in 4.vol.conſ.87.bene frater tenetur iure actionis,vide-
licet condictione ex hac conſtitu.dotare ſororem, quia de
fratre & non de patre loquitur iſta conſtit. An autem pa-
ter maritando & dotando filias, & dando vni maiorem do
tem,quàm aliis, poſſint alij petere ſupplementum ab hæ-
redibus patris? Carolus de Tocco in Longob. de eo quod
pater habet relinquere filiis vel filiabus,ſcilicet de eo qui fi
liam in caſa habuerit, firmat, quòd potuit pater vni filię
plus quàm alteri dare in dotem, & per l.ſi vnius. ff. ſi quid
in fraudem patro.hoc etiam firmat Alex.in 3.vol.conſ.29.
in 2 col.vide Bald.nouel.in trac.de priuil. dota. in 6.parte,
char.10.vbi allegat unum bonum conſilium Pau.de Caſt.
131.inci iſta domina Liſa.ubi pater maritauit filiam abſ-
que dote,ideo conſideratur tempus mortis patris in legiti-
ma, ſecus quando pater dotaſſet eam, quia patris dotatio
ſemper uidetur eſſe conueniens,& uide ad hoc Albe. Bru.
ſępe allegato tract.in 9.artic.princ.char.30. Sed iuxta prę-
74 dicta quęro,an ſi filia nupſit idoneo uiro contra uolunta-
tem patris, & promiſit ſibi dotem, an pater teneatur illam
dotem dare dicto marito idoneo? Dic quòd ſic, ſecundum
Saly.in l.ſi ut proponis.C.de nupt.& Abb.Sicu.in 1.uolu.
conſil.12 & Bald.Nouel.in tract.dotium.char.17. Et non
poteſt pater ipſam exhęredare, & priuare legitima, niſi
ignominioſum uirũ duxiſſet,ſecundùm Bar.in l.3.§.eman
cipatus ff.de contrat.ob.& quis dicatur ignominioſus.uide
in l.3.C.de nup.& Bart.in l.ſi rogatus.ff.de mann uind.ho
die etiam ſi ignominioſum recepiſſet uirum,non poſſet ex-
hęredari, quia non eſt de cauſis poſitis in §.cauſas in auc.
ut cum de appel.cognoſ.uide ad hoc ſummam Angelicam
in uerſi.dos.& Prępoſi.in c.1.de deſponſa.impub. & Ant.
de But.in ca.Quintauallis.de iureiu. Quid autem ſi ſoror,
uel filia peccauit in corpus ſuum,an teneatur pater,uel fra
ter ad dotandum eam? Diſtinguitur,an peccauit ante 25.
ann.uel poſt 25.ut dicit tex.in auth.ſed ſi poſt.Cy.de inoſ.
teſt.& ibi etiam per Pau. de Caſt.& Iaſ.Idem de iure Ro-
mano Carolus de Tocco in Longobard.de ſucceſ.l.ſi filię,
aut ſorores.per dictam authen.Idem firmat hic glo. quòd
75 filia peccans in corpus ſuum † poſt 25. annum non poteſt
exhęredari, ut in authen ut cum de appel.cognoſ.§.ſi quis
ex prędictis.& C.de inoff.teſtamen.l.filiam tuam. & non
poteſt quis inculpare mores,quorum ipſe eſt occaſio: ſe-
cus ſi peccauit,quando non compleuit annum 25.ut in d.
authen.ſed ſi poſt.In gl.8.in uerbo,quintumdecimum.ibi,
dum dicit,& ſic obſtat infra,de iure balij.l.minoribus &c.
Nota iſtam gloſ. quę dicit,quòd dicta conſtitutio, mino-
ribus.non habet locum niſi in maſculo,& non fœmina,de
quo latius ibi dicetur. In gl.fina.dic ut dixi in 8.not. Et ex
his facio finem huic conſtitut.in qua potuiſſem multa alia
extra Andrę.ponere. Sed eſſet dotem magnam attribuere
huic conſtitut. non conuenientem. Ideo remaneat contenta
ſupradicta dote ſibi aſſignata per Andr.& per noſtram
paupertatem.

ANNOTATIONES.

a Et fortiori ratione.] Adde omnino Ferratum in cautel.9. col. 3 nu.7. & adeo eſt verum in regno,quod moniali debetur dos. & vaſalli pro conſecranda filia tenentur dominum adiuuare, vt bene firmat Affl. in conſtit. quamplurimum.9.col.12.q.Ferrarius vbi ſuprà,alleg.Bal. in l.ſi.C de dotis promiſ.quem,licet ipſe non dicat, ſequuntur Moder.Hiſpani in repet.l filiusfamilias.§ diui.colum.30.nume. 336. de lega.1.& Felyn.in c Eccleſia Sanctæ Marię colum.34.verſ.cęterum. nume.50.de conſtit.

b Quęro.] Adde ad materiam Bertran conſ. 79.volu.1.num 3. & Alex. conſi.37.nu.4.uolu. 6.& Bal.in conſ. factum tale eſt.col.3.nume.6. volu.1.Signorol.in conſi.218.num.12.

De ſucceßione nobilium in feudis. Rubri. XXIIII.

DICTVM fuit in titulo præcedenti,
qualiter filij maſculi, & filiæ fœminæ
habeant ſuccedere eorum parentibus in
bonis burgenſaticis & feudalibus. Erat
uidendum, qualiter deſcendentes uiuen
tes iure Francorum in comitatibus, &
feudis quaternatis habeant ſuccedere in ipſis feudis. Et
qualiter ſit ſucceſſio inter collaterales in dictis feudis qua
ternatis, ſiue ſint feuda antiqua,ſiue nouiter acquiſita. Et
quid agendum, quando feuda prędicta ex deficiente legi-
timo ſucceſſore peruenerunt ad regium fiſcum, de quibus
non erat dictum,ideo condecenti ordine ſequitur hæc ru-
brica,& ſcias,quòd in iſta materia ſucceſſionis,ubi ſit mẽ
tio de ſucceſſore,intelligitur de uniuerſali, & non de ſingu
lari, ſecundùm Bald.in l.emptorem.C.loca.fallit,niſi cum
uerbo,ſucceſſoribus,ſit adiunctum uerbum,quibuſcunq.
Item fallit quò ad ius excipiendi, de quibus per Felyn.in

capitulo quia V. in fine. de iudic. & per Alexan. ff. de eden. l. quędam. §. nihil intereſt. & melius per Iaſ. in dicto §. nihil intereſt. & Docto. in l. quoties. C. de hęredit. inſti. cum concordan. ſuis.

SVMMARIVM.

1 Collatio feudi quaternati exiſtentis in terra comitis, vel baronis pertinet ad Regem, licet ſeruitium militare debeatur comiti vel baroni.

2 Conſtitutio, vt de ſucceſſionibus. eſt dubiorum antiquorum elucidatiua, & iuris communis feudorum correctoria.

3 Fœmina non ſuccedit in bonis burgenſaticis aut feudalibus ſtante maſculo.

4 Deſcendentes an ſuccedant eorum aſcendentibus in omnibus quaternatis feudis vſque in infinitum.

5 Patruus nepoti in feudo ſuccedere poteſt, ſicut & nepos patruo.

6 Imperator non poteſt primam feudi naturam reuocare in ſucceſſorum præiudicium.

7 Agnati vſque ad ſeptimum gradum hodie ſuccedunt in infinitum.

8 Filiæ in regno Siciliæ ſuccedunt in feudis paternis, in quibus viuitur iure Longobardo.

9 Amita an priuetur feudo per ſuperuenientiam maſculi nepotis ex fratre.

10 Rege mortuo vxore prægnante relicta, fidelitates debent ventri fieri pro puero, ac ſi iam natus eſſet.

11 Filia poſthuma ex fratre an excludat amitam.

12 Primogenitus iure Francorum ſuccedens in feudis, debet fratribus dare victum & veſtitum.

13 Frater ſuccedit fratri in feudo quaternato.

14 Feudum fratri defuncto conceſſum, cenſetur conceſſum ei & hæredibus ſuis, etiam ſi expreſſum non ſit.

15 Frater non ſuccedit fratri in feudo illi dato & hæredibus ſuis ex ſuo corpore deſcendentibus.

16 Heredibus, dictio iuncta verbo, liberis, importat qualitatem quòd ſint hæres.

17 Frater vtrinque coniunctus excludit fratrem ex parte matris à ſucceſſione feudi paterni.

18 Primogenitus iure Francorum ſuccedit, ſiue natus ſit ex vtroque parente, ſiue ex alterutro tantum.

19 Sententia regia ius facit quò ad omnes.

20 Frater vterinus an excludat regiam curiam à ſucceſſione feudi antiqui, in quo viuitur iure Longobardo.

21 Frater vterinus an ſuccedat fratri in feudo nouo.

22 Sorores in capillo quo ordine ſuccedant fratri in feudo.
Primogenitura quando ad primogeniti poſteros tranſmittatur.

23 Tranſuerſales ſuccedunt in feudis ratione debita gradus & maioris ætatis.

24 Soror ſecundogenita vtrinque coniuncta in ſucceſſione fratris ſui præfertur filiæ primogenitæ conſanguineæ non dotatæ.

25 Proximiores ex parte patris ſuccedunt in bonis paternis, & ex parte matris in bonis maternis.

26 Fœmina ſemel per maſculum excluſa, cenſetur ſemper excluſa.

27 Soror non dotata non excluditur à ſucceſſione fratris decedentis ſine liberis.

28 Parentes an quando ſuccedant filiis in feudis.

29 Aſcendentes non ſuccedunt deſcendentibus in feudis.

30 Pater non ſuccedit filio in feudis antiquis, quę ei obuenerunt ex linea materna.

31 Bona non dicuntur paterna, quæ iam ad filium deuenerunt.

32 Soror viuens iure Francorum quando à ſucceſſione fratris excludatur.

33 Statutum, quod de dote data loquitur, in dote promiſſa non verificatur.

34 Mulieres an dicantur dotatæ, ſi dem filio tuo filiam meam, & tu des filio meo tuam, & conſtituamus dotem æqualem compenſatione ſic facta.

35 Filii fratrum, nepotes dicti vulgariter, patruo ſuccedunt in feudo paterno.

36 Frater patruelis non ſuccedit fratri patrueli in feudis licet antiquis.
Neptis ex fratre an ſuccedat patruo in feudo.

37 Neptis ex ſorore an ſuccedere poſſit in feudo ſuæ materteræ.

38 Neptis an ſuccedere poſſit patruo ſuo, qui eam maritauit.

39 Patruus neptem dotans dicitur ei gratiam facere.

40 Patruus vel amita an ita ſuccedat nepoti vel nepti, ſicut nepos vel neptis ipſi patruo vel amitæ.

41 Patruus vel amita in feudis antiquis nepoti ſuccedit filio excluſo.

42 Lex quæ generaliter & ſimpliciter loquitur per leges veteres diſtinguitur & limitatur.

43 Neptis ex ſorore an poſſit auunculo ſuccedere in feudis, quæ fuerunt communis matris vel patris.

44 Maſculus ex ſorore genitus amitam excludit.

45 Filius fratris patruo ſuccedit in feudis antiquis.

46 Filius fratris defuncti in feudo nouo non ſuccedit patruo.
Filii fratris dicuntur patruo nepotes.

47 Collaterales in quarto gradu in feudis antiquis quaternatis non ſuccedunt.

48 Filia in capillo quando omnes ſorores maritatas excludat à feudo.

49 Filia maior natu maritata & dotata an ſuccedat matri in feudo materno.

50 Agnatus vaſalli abſque hæredibus defuncti volens feudum eius obtinere qualiter debeat procedere.

51 Princeps liberalis eſſe ſolet, & debet.

52 Mors per abſentiam quinquennalem probatur.

53 Iudex ea, quæ ſibi aptiora ſunt & vero proxima, credere debet.

54 Rex in demanium tenere poteſt feudum ad ſe deuolutum per ſucceſſoris legitimi defectum.

55 Rex feudum ad ſe deuolutum liberaliter alicui donans, non facit iniuriam agnatis vaſalli defuncti.

56 Beneficia & gratiæ debent poſtulari à Rege.

57 Beneficia eccleſiaſtica curata poſtulare non licet.

58 Inſtitutio hæredis facta in omnibus bonis quando comprehendat feuda, & quando non.

59 Feudi in deſcendentes transfuſio debiti naturalis potius cenſetur ſolutio, quàm mera liberalitas.

60 Feudum an in dubio præſumatur antiquum vel nouum.

61 Feudum nouum in quibus differat ab antiquo.

62 Clauſula, natura feudi non mutata, & iuribus alienis ſaluis poſita in alienatione feudi qualiter intelligatur.

63 Exprimi ſi quid debeat, non ſatisfit, ſi verbis generalibus fiat.

64 Clauſula ſequens ad quæ ſit referenda.

65 Clauſula poſtpoſita refertur ad præcedentia, ſi poſſit ſalua recti ſermonis ratione.

66 Filia primogenita per matrem dotata ſuccedit in feudo materno.

67 Aſcendens in quibus & quando ſuccedat deſcendenti.

68 Feudum an fiat hæreditarium per iſtam communem formam, tibi & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè deſcendentibus.

69 Feudum quando hæreditarium dicatur, vel ex pacto & prouidentia.

70 Feudum dicitur ex pacto & prouidentia, in quo viuitur iure Francorum.

71 Feudum, in quo viuitur iure Francorum, ſolus Rex primogenito auferre poteſt.

72 Filius à patre legitima fraudari non poteſt.

73 Prouiſio hominis quando ceſſare faciat prouiſionem legis.

74 Aſſectio nouæ qualitatis primam diſpoſitionem non immutat.

75 Feudum totum legitima filii dicitur, quando ſolus primogenitus ſuccedere debet.

VT de ſucceſsionibus. Iſta conſtitutio tota loquitur de feudis quaternatis, & nihil loquitur de bonis burgenſaticis, & eſt bene gloſſata. Et diuiditur principaliter in duas partes. In prima tractatur de ſucceſsione in feudis quaternatis lineæ deſcendentis. In ſecunda ibi, ex collaterali. tractatur de ſucceſsione dictorum feudorum lineæ collateralis, vſque in fi. Prima pars diuiditur in duas partes. In prima ponitur proœmium, per quod declaratur mens huius conſtitutionis, nam dicit, quòd vt omnis ceſſet dubitatio in futurum circa ſucceſsiones comitatuum, baroniarum & aliorum feudorum quaternatorum, facta eſt iſta dilucida conſtit. & durat vſque ibi, feuda tenenti. Hic eſt ſecunda pars, in qua dicitur, quòd ſi comes, vel baro, vel alius feudatarius feudi quaternati moriatur, ſuperſtitibus filiis, aut nepotibus, vel pronepotibus, vel deſcendentibus vſque in infinitum, ſiue ſint maſculi, ſiue fœminæ, ipſi ſuccedunt, ſeruata inter eos ſexus prærogatiua, id eſt quod filius maſculus præferatur filiæ fœminæ in ſucceſsione. Et ſi vixerint iure Francorum, maior natu præferatur minori, id eſt quòd primogenitus filius præferatur ſecundogenito in ſucceſsione dictorum feudorum. Et intellige, prout intellexit iſtam conſtitu. Neapoli. in t. conſuetudi. ciuit. Neapolita. in verſicu. ex maſculis. vt ſi moriatur feudatarius relictis pluribus filiis: inter ipſos filios ſeruanda eſt prærogatiua ſexus, & ætatis. Similiter per mortem primogeniti ſine liberis ſecundò deueniet ad ſecundogenitum. Similiter ſi ſucceſsio venit ad nepotem, vel pronepotem, vel deinceps ſeruanda eſt prærogatiua ſexus, & ætatis. & ſic voluit Papa Honorius in capitu. ſi aliquem. quid autem in feudis planis, & de tabula, vt filia fœmina in eis ſuccedat? Per iura Francorum nõ ſuccedit niſi in certis caſibus, vt patet in 1. Rub. feudorum in §. notandum. et in c. s. §. filia, de ſucceſſ. feu. cum ſi. Et iſta conſti. tota loquitur in feudis quaternatis, ut infrà dicam. & conſequenter filia fœmina in feudis planis, et de tabula non ſuccedit. ſed ſi eſt feudum planũ antiquum, pertinet ad agnatum, ſecundum iura cõmunia feudorũ. & durat vſque ibi, ex collaterali. Hic eſt ſecũda pars principalis, in qua loquitur de ſucceſsione dictorum feudorum ex linea collaterali in qua ponuntur 6. deciſiones. Prima deciſio eſt iſta, quòd ſi moriatur feudatarius feudi quaternati antiqui ſine deſcendẽtibus ex ſuo corpore, ſuperſtitibus ſibi fratribus carnalib. ex vtroque parente, ſiue ex vno tantum parẽte, puta fratre ex parte patris tantum, vel fratre ex parte matris tantum, ſecundum intellectum Andr. licet gloſſ. dicat contrarium. ſ. quòd ſi feudum prouenit ex parte patris, tunc ſuccedũt fratres ex parte patris. Si feudum venit ex parte matris, fratres ex vtroque parente ſuccedunt, vel ſolus frater ex parte matris. & ſic dicti fratres ſuccedũt in dicto feudo antiquo fratri defuncto, excluſo communi patre. Et ſi nõ ſuperſint fratres maſculi, ſed ſuperſint ei ſolum ſorores in capillo, dictæ ſorores ſuccedunt fratri in dicto feudo. Si vero non ſuperſint nec fratres maſculi, ne ſorores in capillo, ſed tantum ſuperſint ſorores maritatę, & dotatę à fratre prędicto defuncto, illę ſorores maritatę, & dotatę a fratre non ſuccedunt eorum fratri in feudis prędictis. & durat vſque ibi, filij autem fratrum. Hic ponitur ſecunda deciſio, videlicet, ſi pater habet feudum antiquum, & reliquit duos filios primogenitum, & ſecũdogenitum, poſtea moritur pater ſuperſtitibus dictis filiis, primogenitus ſucceſsit in feudo, quia viuebatur iure Francorum. vel ſi viuebatur iure Longobardo, omnes iſti filij ſucceſſerunt, poſtea moritur vnus ex dictis filiis ſine deſcendentibus, & ſine fratribus. ſ. ſuperſtitibus ſibi filiis ex fratre ſuo, iſti filii fratris defuncti ſuccedunt patruo defuncto ſine fratre, & ſine filii in dicto feudo antiquo, qđ fuit cõmunis aui. Et ſic, etiã ſi uiuitur iure Longobardo, frater defuncti ſuccedit in feudo vnà cũ filiis alterius fratris defuncti, & ſic patruus ſuccedit in feudo auito vnà cum filiis alterius fratris. Sed filius huius nepotis in ſucceſsione non intrat in locũ patris ſui, & ſic non ſuccedit vnà cum fratre defuncti, & cũ filio fratris. Sed ſi dictum feudum eſſet nouum nouiter acquiſitũ per ipſum fratrem defunctũ, tunc nepos. i. filius fratris non ſuccedit dicto patruo in dicto feudo nouo, & durat vſque ibi, in vlteriori. Hic ponitur tertia deciſio, videlicet, ſi nepos, qui ſucceſsit patruo in feudo quaternato antiquo moriatur ſuperſtite ſibi fratre patruele: qui vulgariter dicitur conſobrinus, ille frater patruelis non ſuccedit in dicto feudo, & durat vſque ibi, filiæ autem. Hic ponitur quarta deciſio, uidelicet, ꝙ ſi habens feudum quaternatum antiquum moriatur ſine filiis maſculis, ſuperſtitibus ſibi tãtum filiabus, inter quas aliquæ ſunt in capillo, & aliquæ ſunt maritatæ, illę filię, q̃ ſunt in capillo, ſuccedũt patri, excluſis dictis filiabus maritatis, ſubaudi, & dotatis à patre. Si autẽ ſolũ fuiſſent maritatæ, & nõ dotatę de bonis patris, tũc ſi in feudis paternis viuitur iure Francorũ, maior natu maritata, et nõ dotata de bonis paternis excludit filias in capillo minores natu, & hoc ſi viuunt iure Francorum. Si verò uiuant iure Longobardorum, omnes filię tam maritatæ & dotatæ à patre, quàm illę, quæ ſunt in capillo, & ſic non maritatę, ſuccedunt patri in dictis feudis in viriles partes. verũ dictę filię maritatę, & dotatæ debent conferre dotes ſuas aliis ſororibus in capillo. & durat uſque ibi, in omnibus autem. Hic ponitur quinta & vltima deciſio, uidelicet, ꝙ inquantum eſt dictũ, quòd frater patruelis non ſuccedit in feudo quaternato fratri patrueli, ſiue feudum ſit antiquum, ſiue nouum, ſed tunc ſuccedit regia curia. declaratur hic. ꝙ nõ per hoc denegatur fratri patrueli, vel alteri agnato, qui nõ ſuccedit, quod ſi regia curia vult dictum feudum vendere, & ille frater patruelis voluerit emere pro illo pretio, quod ab aliis reperitur, quòd ipſe pręferatur alio extraneo volenti emere. Si autem rex voluerit illud feudum tenere in demanium, uel alteri liberaliter donare, hoc poteſt facere. Nec per hoc dicto agnato, cui non competit ſucceſsio, facit aliquam iniuriam, & durat vſque in fin. & hoc etiam
1 ſit loco ſummarij. † Not. 1. ex text. ibi, à nobis in capite. vel ab aliis. quòd attentis iſtis verbis iſta conſtitut. videtur habere locum tam in feudis quaternatis, quę tenentur in capite à rege, quàm in feudis, quę tenentur, ab aliis ſ. comitibus, & baronibus. Quod ſane intelligo, prout dicitur ſuprà in conſtitutio. poſt mortem. ſ. quòd feudum quaternatũ, quod eſt in terra comitis, & baronis, cuius collatio eſt domini regis, ſed dicitur teneri à comite vel barone, quia eſt in terra comitis, vel baronis: & ei pręſtatur ſeruitium militare, & releuium, quod nõ excedat vncias 20. Et iſto modo intelligit iſtud verbũ, vel ab aliis, quia tota iſta conſti. non loquitur niſi de feudis quaternatis, quę tenentur à rege, vt firmat glo. hic in uerb. in omnibus. & Andr. hic in princi. Non autem loquitur de feudis planis, vel de tabula, uel ruſticis, vel feudis quę dicuntur, atteneſię, vel feudis, quę omni anno pręſtant certum redditum in pecunia, vel in alia re, quę tenent̃ à comite, uel barone: & ipſi faciunt inueſtituras Nã in iſtis feudis eſt ſucceſsio. ſecundũ ius cõmune feudorum, vt firmat hic gl. in uer. in omnibus autem. & nõ eſt arctata ſucceſsio in linea collaterali, ſicut eſt arctata ſucceſsio in feudis quaternatis ĩ linea collaterali vſque ad tertiũ gradum incluſiuè, remoto quarto gradu: vt bene declarat hic And. in c. 1. §. pręterea. quæ ſit prima cauſa beneſ. ami. & in c. 1. de na. ſucceſ. ſeu. & Luc. de Pen. in l. 1. C. de impo. lucra. deſcrip. li. 10. Itẽ colligitur veritas dictę declarationis, ex quo finis huius conſt. pręſupponit, ꝙ in ſupradictis feudis ſuccedit regia curia, quando moritur ſine filiis vtriuſq; ſexus, ſolum ſuperſtite eo, qui eſt in quarto gradu. Et ſi iſta conſt. intelligeretur etiam in feudis cõquaternatis, Rex ſuccederet in ipſis feudis, & tamẽ hoc non eſt verum, quia ſuccedit dominus, à quo tenebãtur dicta feuda, ut ſuprà in conſti. quæ incipit. ſi quando cõtigerit. in verſi. ꝙ ſi predictis. ſub rub. 10. pręſentis 3. lib. aliàs
2 iſta conſt. eſſet illi contraria, quod non eſt dicendum. † Secundò not. ex text. ibi, dilucida conſtitutione ſancimus. quod iſta conſti. eſt dubiorum antiquorum lucidatio, quatenus tangit feuda quaternata. quia de iure communi feudorum

dorum aliter erat ſucceſſio, ideo iſta conſ. in multis eſt cor
rectoria iuris communis vſuum feudorum. In primis cor-
rigit ius commune feudorum, quod vult, ꝙ fœminæ non
ſuccedant in feudis, niſi in certis caſibus. hæc conſti. vult,
ꝙ filiæ fœminę ſuccedant, ſi non ſunt maſculi. Secundò,
ius commune feudorum vult, ꝙ omnes filij ſuccedant, in
feudo. hæc conſt. vult, ꝙ in viuentibus iure Francorum ſo-
lus primogenitus ſuccedat, ſi probet talis mos. Tertiò, de
iure communi feudorum eſt ſucceſſio in linea collaterali
in feudis vſque ad ſeptimum gradum, vt in ca. 1. §. hoc au-
tem notandum, de his qui feo. dare poſ. Sed per iſtam con-
ſtit. in feudis antiquis quaternatis non eſt ſucceſſio niſi vſ-
que ad tertium gradum incluſiuè: vt ſuprà dixi in 1. nota.
Quartò, de iure communi Romanorum filia maritata, &
dotata à patre collatis dotibus ſuccedit ab inteſtato vnà cũ
aliis fratribus in bonis burgenſaticis: vt in l. ſi ſoror tua. &
3 l. filię. C. de collatio. † Sed ſecundùm iura iſtarum conſtitu-
tionum, fœmina ſtante maſculo excluditur à ſucceſſione
bonorum burgenſaticorum, & feudalium, vt ſuprà in con
ſti. in aliquibus. Et ſi nõ ſunt maſculi: ſed ſolum ſunt filiæ
fœminæ in capillo, & maritatę, & viuunt iure Longobar-
do, ſuccedunt pariter in feudalibus bonis paternis, collatis
dotibus, ut hic. Quintò, de iure communi pater ſuccedit fi
lio, vt in auth. defuncto. C. de legi. hære. ſed per illam con-
ſti. pater non ſuccedit filio in feudis. Idem de iure commu-
ni feudorum: vt in c. 1. de natu. ſucceſ. feudo. Sextò, de iure
communi Romanorum filij fratrum ſuccedunt in bonis
burgenſaticis, vt in authen. ceſſante. de legi. hæred. Sed per
iſtam conſtitutio. non ſuccedunt in feudis nouiter acquiſi
tis per defunctum, vt hic. Et ideo in procœmio huius cõſti-
tutionis dicitur, ꝙ iſta conſtitutio eſt lucida, & clara in ma
teria ſucceſſionis feudorum nobilium, id eſt feudorum qua
ternatorum, per quæ inducitur paradogiũ, id eſt nobilitas.
Procœmium enim declarat mentem condẽtis legem, vt no.
in l. fin. ff. de heredi. inſtituen. & in l. 1. §. idem ait ff. de car-
bo. edic. & ff. de lega. 3. l. quiſquis & ſic vult, ꝙ tota loqua-
tur de feudis quaternatis, & nobilibus. & non de alijs feu-
dis, quæ ſunt attenenſiæ, vel ruſtica, & quæ baro ipſe conce
dit ſecundùm conſtitutio. regni, conſtitutionem diuæ me-
4 moriæ. in fin. † Tertiò no. ex text. ibi, vſque in infinitum. ꝙ
de iſto iure conſtitutionum hodie deſcendentes ſuccedunt
eorum aſcendẽtibus in omnibus feudis quaternatis vſque
in infinitum. Sic etiam de iure communi feudorum hodie
prorogata eſt ſucceſſio in feudis in linea deſcendenti, vſ-
que in infinitum, vt in ca. 1. §. cum verò Corradus. de his,
qui feu. dare poſ. primitus enim non erat ſucceſſio in feu-
dis, ſed dabantur ad vitam eius, cui concedebantur: poſtea
creſcentibus meritis feudatariorum, prorogata fuit ſucceſ
ſio ad filios, deinde fuit prorogata ad nepotes, & pronepo-
tes deſcendentes. poſtea fuit prorogata ſucceſſio ad deſcen
dentes vſque in infinitum: vt patet ex tex. in 1. §. cum verò
Corra. Et ex his, quæ ſcribit Bal. in conſi. quod incipit, ſan-
ctiſſima, & illuſtriſſima do. Regina poſito inter cõſilia An-
gel. nume. 110. omnes deſcendentes per lineam directam
ſuccedunt in feudis in infinitum primo acquirenti. Et ſic
non eſt ſucceſſio iſta deſcendẽtium vſque in infinitum ſic
ſimpliciter intelligenda, ex quo deciſum eſt per iſtam con-
ſti. ꝙ in viuentibus iure Francorum, ſi habens feudum an-
tiquum ſuorum prędeceſſorum moriatur, ſuperſtitibus ſi-
bi filio primogenito, & ſecundogenito, ſi poſtea moritur
primogenitus, ſuperſtite filio, qui ſucceſſit in feudo, & po-
ſtea moriatur iſte filius filij primogeniti ſine deſcendenti-
bus filij ex ſecondogenito, licet ſint de deſcendentibus pri-
mi acquirentis feudum, non ſuccedit fratri ſuo patrueli in
feudis quaternatis antiquis, qui eſt in quarto gradu ꝑ iſtã
cõſti. quę arctat ſucceſſionem per lineam collateralem vſ-
que ad tertium gradum incluſiue. Et ſic ſi iſta conſti. intelli
gatur, ꝙ admittat ad ſucceſſionem in feudis antiquis illum
qui eſt in tertio gradu, & ſic ꝙ enumerat gradus, & nõ per
5 ſonas, probat iſta conſtitu. † ꝙ patruus ſuccedat nepoti, ſi-
cut nepos ſuccedit patruo, quia ſunt in tertio gradu, & am
bo ſunt de deſcendentibus primi acquirentis, ſecundùm

And. hic, & in c. 1. imperator Lotharius. illi ergo, qui ſunt
in quarto gradu, licet ſint deſcendentes primi acquirentis,
non ſuccedunt in dictis feudis quaternatis antiquis. Potuit
enim imperator iſte in iſtis feudis nobilibus quaternatis,
quæ procedunt ex publico, vt in §. optimum. in auth. de ex
hic reis. ſecundum gl. & And. hic, & Bal. in c. 1. de feu. mar
chi. arctare ſucceſſionem contra vſus feudorum, quo iure
erat ſucceſſio in feudis antiquis vſque ad 7. gradum in li-
nea transuerſali deſcendente ex primo acquirente, vt in d.
ca. 1. §. hoc autem. in 1. rub. feud. Et hanc arctationem po-
tuiſſet lex ſic reſpectu conceſſionum feudorum in futu-
rum. ſecus in conceſſionibus feudorum factis ante iſtam
conſt. in quibus erat ſucceſſio vſque ad ſeptimum gradum
6 † quia non poteſt imperator de iure reuocare primam na-
turam feudi in prę iudicium ſucceſſorum, quibus erat ius
quæſitum per inueſtituram: quia infringere feuda retro
conceſſa eſſet inhumanum, vt l. ab Anaſtaſio. C. manda. ſe-
cundum Bal. in c. 1. in princi. epiſcopum, vel abba. nec prin
ceps poteſt tollere contractus: vt in c. 1. & ibi dixi de natu.
feu. Sicut dicimus, ꝙ ex ſuperuenienti caſu non conſtitui-
tur irritum teſtamentum, qđ eſt publicatum & legitima au
ctoritate confectum, ſecundùm Bal. in ca. 1. remoueri de-
beant teſtes & firmat And. hic in 1. col. & ſuprà in conſtit.
honorem. & ibi dixi, & idem And. in c. 1. §. ſimiliter. de ca.
qui curi. vend. Quod eſt contra illos fiſcales, qui conſulue-
runt in curia Capuana, principem poſtquam donauit, poſ
ſe in re donata adijcere conditionem rei donatæ, quod nõ
eſt verum ſecundùm And. in dictis locis, & dictum fuit in
dicta conſti. honorem. ſub 2. rub. huius 3. libri. Et aduerte
ad vnum, quod dicit gl. & poſt eam Bal. in c. 1. in 3. col. de
7 feud. marchi. vbi dicit, glo. ibi tenet, † ꝙ agnati ſuccedant
vſque ad ſeptimum gradum hodie in infinitum. dicit Bal.
ꝙ hoc eſt falſum: quia in linea collaterali eſt ſucceſſio vſ-
que ad ſeptimum gradum, ut in d. §. hoc autem. in 1. rubri.
dicit Bal. ꝙ illa glo. poteſt ſic ſaluari, ꝙ aut feudum de ac-
quirente fecit tranſitum ad deſcendentes ex eo, & tũc tran-
ſit ad deſcendentes in infinitum, vt in c. 1. ſi vaſal. feud. pri-
ue. ubi eſt tex. no. & etiam ad tranſuerſales deſcendẽtium.
Sed ad tranſuerſales acquirentis feudum non tranſit, vt de
gradi. ſucceſ. in feu. c. 1. in fin. & in c. 1. de natu. ſucceſ. feud.
Aut de acquirente primordiali fecit tranſitum ad collate-
rales ex pacto, tunc non progreditur ultra unum gradum,
quãdo uadat per mortem. Et ſubdit nota. valde, quia poſſi
bile, eſt, quotidie accidere in ſucceſſionibus comitũ & ba-
ronum, qui habuerunt feudum à principe, iam ſunt anni
quingenti, ꝙ mortuo vltimo comite ſine hęrede ſuccedunt
quicunque agnati, etiam ſi in centeſimo ſint gradu, quia
a feudum eſt paternum. Et idem dicendum eſt [a] in regno, ꝙ
ſi moriatur tota domus regia, & extaret vnus de antiquo
ſanguine, qui eſſet in milleſimo gradu, tamen iure ſangui-
nis, & perpetuæ conſuetudinis ſuccederet in regno, quia in
regno non cadit ſucceſſio fiſcalis, & ideo ſuccedit ipſe ſan-
guis, qui eſt perpetuus. & hoc procedit, dicit ipſe, quando
conſuetudo prouidet perpetuando gradum. Sed ſecundùm
naturam feudorum ſecus eſt: quia in linea collaterali eſt
ſucceſſio vſque ad ſeptimum gradum, & in linea aſcenden
ti vſque in infinitum. Et ſubdit, ꝙ etiam veniẽtes ex latere
ſuccedunt in infinitum in feudo laicorum, omnia iſta in re
gno iſto ſunt immutata per iſtam conſtit. Volui hęc refer-
re pro intelligentia huius conſtit. Et in inueſtitura regum
aliter habetur ex pacto circa ſucceſſionem collateralium.
8 † Quartò not. ex text. ibi, cuiuſcunque ſexus ſit, ſeruata ta-
men ſexus pręrogatiua. ꝙ in iſtis regnis vtriuſque Siciliæ
mortuo feudatario cum vnica filia, vel pluribus filiabus,
iſta filia, vel filię ſuccedunt in feudis paternis, in quibus vi
uitur iure Longobardo, excluſis fratre, & omnibus aliis a-
gnatis collateralibus, qui ſunt deſcendentes primi acqui-
rentis feudum. Et ſi iure Franc. viuitur, primogenita ſucce
dit, ſiue ſit in capillo, ſiue maritata, & non dotata à patre,
excluſis alijs ſororibus, & agnatis, vt infrà dicã. Et ideo di-
cebat Bald. in c. 1. §. hoc quoque. in 5. col. de ſucceſ. feud. ꝙ
in regno Apulię, non exiſtente maſc. fœmina ſuccedit etiã
in regno.

in regno.& ibi magnifica Reginam Ioannam Primam ne-
ptem Regis Roberti. Immo dico tibi vnum, ꝙ etiam ſi in
iſta conſtit. non fuiſſet dictum, ſeruata ſexus prerogatiua.
intelligeretur eſſe dictum, ſalua prerogatiua ſexus, quia di
cit Bal in c.1.§.filia.de ſucceſ.feu.ꝙ ſi facta ſit inueſtitura
Titio,& filiis, & filiabus ſuis, nec ſit dictũ,ꝙ maſculi præ
ferantur, tunc non ſuccedunt fœminæ, niſi maſculis non
extantibus, cum hoc intelligatur adiectum ex natura rei,
de qua agitur, quod dicit eſſe menti tenendum. Iuxta hoc
9 quæro, feudatarius habet† filium maſculum coniugatum,
& filiã in capillo Mortuus eſt filius maſculus, relicta vxo-
re prægnante, antequã peperit, mortuus eſt ſuperſtite iſta
filia in capillo, quæ ſucceſsit patri in feudo, poſtmodũ pe-
perit illa ſua cognata,& fecit filium maſculum, vtrum pro
pter superuenientiam huius filii maſculi iſta ſua amita pri
uetur feudo? Videtur ꝙ non, quia dicit Bal.in c.1.in 3.col.
de eo qui ſibi vel hær. ſuis.ꝙ an extet maſculus, vel non, in
ſpicitur tempus, quo feudum aperitur ad ſuccedendũ, vt
inſtit.de legit.agn.ſucceſ § proximus.inde dicit Bald.in l.
cum inter veteres. C.de fideicom.lib.ꝙ vbi lex, vel ſtatutũ
facit mentionem de homine, non continetur venter, ſi ſta
tutum eſt odioſum. In contrariũ facit, quia tempore mor
tis aui iſte nepos licet nõ eſſet natus, tamẽ erat conceptus,
ſi conceptus, ergo habetur pro iam nato, ut in l.qui in vte
ro.ff.de ſta.hom.vbi dicit Bal ꝙ mortuo Rege relicta vxo-
10 re † prægnante, fidelitates debent fieri ventri pro puero, ac
ſi iam natus eſſet in mundum. Et dicit Alb.de Roſ.in repe-
ti.d.l. qui in vtero.ꝙ ille, qui eſt in utero, non habetur pro
iam nato, quando eſt in vtero, ſed quando natus eſt, ſucce
dit, ac ſi natus foret, dum erat in vtero.& hanc partem pu
to ueriorem. Nec obſtat §.proximus autem quia tempore
mortis aui iſte poſthumus habetur pro nato eo tpe fictio-
ne iuris, ſi poſtea naſcatur, vt dicebat Alber.& hoc videt
approbare in ſimili And. in c.1.§. hoc quoque. de ſucceſſ.
feu. Et pro hoc facit, quia ſic cõſeruatur hæreditas agnato
rum, quia facultates non tranſeunt ad aliam familiam, ſi
veniret ad fœminam, vt not.in §.cæterùm.inſtit. de legiti.
11 agn.ſucceſſ. Sed rurſus quid ſi iſta † cognata peperiſſet filiã
fœminam ex fratre huius ſororis, quæ dicitur amita huic
poſthumę, an iſta poſthuma excludat amitam? Dicitur, ꝙ
non, quia iſta amita eſt in proximiori gradu patri ſuo, quã
ſit iſta neptis. Item, quia qualitas maſculini ſexus, quę erat
in patre, non eſt in iſta fęmina poſthuma, ergo non poteſt
ſuccedere ex perſona paterna, argu.l.fin.de nat.lib. hoc ar-
gumento vtitur Alex in 4.vol.conſi.53.3.col.incip. inuo-
cato diuino ſuffragio.allegat, fęminas ad ſuccedendum in
feudis eſt contra ius feudorum: & ſic videtur, ꝙ ſit ſtricti
iuris. ſed in his, quę ſunt ſtricti iuris, non includitur po-
ſthumus, vt ff. de euict.l. ſi prægnans. & ibi no ff. de le. 1.
l.non quicunque §. iulianus. ſecundùm Alb. vbi ſupra, &
ideo inquantum iſta conſti. eſt ſtricti iuris, non compre-
hendit poſthumam, quod non eſt ſic in poſthumo, quia in
poſthumo non eſt ſtricti iuris. iſta conſti. eſt conformis cũ
iure communi feudorũ,& Romanorum, ideo iſta poſthu-
ma non excludit amitam, per d.§.proximus autem. Quin-
12 tò no. ex tex.ibi, nec nõ maioris ętatis.ꝙ † illi, qui probant
ſe vixiſſe iure Francorum in ſucceſsionibus feudorum.i. ꝙ
primogenitus maſculus pręfertur aliis fratribus inferiori
bus in ſuccedendo, debet ſolus ſuccedere in feudis, & fra-
tribus ſuis tenetur ſolùm dare vitam & militiam, vt ſupra
in conſtit. comitibus. Et de iſta pręrogatiua primogenitu
rę, uide quę dixi in c.1. in princ. de ſucceſ.feu.& Albe. de
Roſ.in proœ.ff.uete in §. diſcipuli igitur.& Old.in cõſilijs
ſuis. Qualiter autem probetur, ꝙ anteceſſores iſtius primo
geniti uixerunt iure Francorũ in ſucceſsionibus, ubi hoc
non apparet per inueſtituram, nec per priuilegium? Dic ut
per Andream,& ibi dictum fuit, in l.imperialem.§.prætę-
rea ducatus. de prohib.feu.alien.per Feder.& And. etiam
hic in 1.col.ſe remittit ad d.§. præterea ducatus.& Ale.de
Imo.in 2.uol.conſi.45.in 1.col. Et ſi non probetur, ꝙ uixe
rint iure Francorum, pręſumitur, ꝙ utatur iure Longo-
bardorum, ſeu iure feudorum, & iure communi, quib.iu-
ribus omnes filij ſuccedunt, ut in c.omnes filij.ſi de feud.
ſuer. controu. inter dom.& agn. Quid autem ſi pater ha-
bens feudũ, in quo utitur iure Francorum, ſemper uixit
more Francorũ, ipſe, & ſui prędeceſſores, acquiſiuit aliud
feudum, in quo utitur iure Lõgobardorum, utrum illud
feudum ſequatur conditionẽ perſonæ, uel perſona ſequa-
tur conditionem feudi? Vide Lucam de Pe.in l.1.§.1.C.de
impo.lucr.deſcr.lib.10.in prin.3.col,uer.ſed quid in quæ-
ſtione de facto. Sextò no. ex tex.ibi, ex collaterali linea.ꝙ
13 in † feudo antiquo quaternato frater ſuccedit fratri,& hoc
eſt etiam de iure communi feudorum, ut in d.§. hoc autẽ
notandũ. & firmat Alex. in 1.uol.conſi.188.in 1.col. Sed
dubium ſtat in hoc, utrum frater ſuccedat fratri in feudo
nouo quaternato acquiſito per fratrẽ defunctum ſine de
ſcendentibus, uel ſuccedat regius fiſcus? Gl.hic in uer.iure
ſuo.tangit iſtud dubium.& arguit ad partes, tandẽ conclu
dit, ꝙ in feudo nouo frater nõ ſuccedit fratri per iſtum
text. ibi, in acquiſitis. ubi nepos filius fratris nõ ſuccedit
patruo in feudo nouo, ergo idem dicendum in fratre. Itẽ,
quia de iure communi feudorum frater non ſuccedit fra-
tri in feudo nouo, ut in c.1.§. cũ uero Corra.in 1. rubrica
feud.& in c.1.de duob.frat.de nouo benef.inueſt.cum cõ
cord.ſuis. Aduerte, quia And.hic in 2.colũ.uidetur tenere
contra iſtam glo. ſ.ꝙ frater ſuccedat fratri in feudo nouo
quaternato, dicens, ꝙ ipſe audiuit peritos regni dicẽtes, fra
trem ſuccedere fratri per iſtũ tex. generaliter loquentem.i.
nõ diſtinguentem inter feudum nouum & antiquum, quod
14 eſt quaternatum. Item † quando fuit conceſſum feudũ de
nouo fratri defuncto, fuit conceſſum ſibi & heredibus, & et
ſi non eſſet dictum, ut in l.ſi pactum.ff.de proba.& tũc fra
ter dicitur hæres proximus fratri ſuo, ideo ſuccedit: ſecus
ſi fuiſſet dictum in inueſtitura noua feudi conceſsi fratri
nunc defuncto ſine liberis, concedo feudũ tibi,& tuis he-
redibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, tunc non
ueniret frater ad ſuccedendum in dicto feudo, ſed curia re
gia, quia feudum fuit conceſſum fratri & heredib. ex ſuo
corpore. Frater autem non eſt deſcendens ex ſuo corpore,
ideo ſtante forma inueſtituræ ipſa non ſuccedit: nã con-
tractus ex conuentione legem accipiunt.ff.de reg.iur.l.cõ
tractus. Et ex his infero, ꝙ in feudis antiquis eſto, ꝙ inue-
ſtitura feudi dicat, ſecundùm communẽ formã concedo
tibi,& heredibus tuis ex tuo corpore, frater ſuccedit fratri
quia eſt de deſcendentibus ex corpore primi acquirentis.
& ita intelligitur cap.Regis Caroli Secundi, factum in par
lamento generali, quod incipit. conſiderantes.char.55.ſe-
15 cus in feudo nouo † conceſſo fratri, & ſuis heredib.ex ſuo
corpore, tunc nõ ſuccedit frater, ſed ubi inueſtitura feudi
facta fratri diceret ſimpliciter, tibi & heredibus, tunc fra-
ter ſuccedit fratri in feudo quaternato. & ita vidi iudica-
tum in ſacro conſilio, vide de hoc in meis deciſionibus, de
ciſ. 293. & quę dixi in c.1.§.& quia.in 7.not.in 1.rub.feu
do, hanc concluſionem firmat etiam Bal.in conſi.pręalle-
gato.ſanctiſsima domina Regina. & Honorius Papa in ca
pitulis regni in eo, quod incipit, ſi aliquem.in fi.char.65.
Sed in aliis feudis non quaternatis frater non ſuccedit fra
tri quando eſt nouum in perſona fratris, per d.§.cum ve-
rò. Corra.cum ſuis concord. quomodocunque dicat inue
ſtitura, ſiue tibi,& hæredibus, ſiue tibi & heredibus ex tuo
corpore. Sed quæro, quid ſi frater non vult eſſe heres fra-
tris in feudo nouo conceſſo fratri, & ſuis hæredibus, an po
terit ſuccedere in feudo? Dic ꝙ non, quia illud verbum, he
redibus. importat qualitatem, vt ſit hæres: & hoc expreſsè
dicit Paul.de Caſt.in l.ex facto.§.ſi quis ita.ff.ad Treb.vbi
16 quando verbum † heredibus, iunctum eſt cum verbo libe
ris, verbum, heredibus, importat qualitatem, ꝙ ſit heres.
ita quando coniunctum eſt cum verbo, ſucceſſoribus, vt il
lud, heredibus,& ſucceſſoribus, importet qualitatem, ꝙ ſit
frater.i.ſucceſſor, & hæres fratris. Sed quid ſi ille, qui ac-
quiſiuit de nouo feudum quaternatum pro ſe & ſuis here
dibus, & ſucceſſoribus habebat plures fratres, & cũ regio
aſſenſu reliquit vni fratri ſuo feudum, deinde iſte, cui reli-
ctum fuit feudum per fratrem, moritur ſine filiis, an alter
frater

frater ſuccedat? Ego dicerem ꝙ non, quia in perſona fra-
tris defuncti nō dicitur nouum, id eſt acquiſitum nouiter
per inueſtituram, ſed dicitur obueniſſe per ſucceſſionem
cum voluntate fratris acquirētis, qui potuit eligere vnum
ex fratribus, per text. in l. fratris. C. de inof. teſt. ideo in iſto
feudo non ſuccedit alteri fratri, quia iſte vltimus frater nō
eſt hæres primi acquirentis, vt apparet ex mente primi ac-
quirentis, qui reliquit feudū vni fratri tantùm, per l. ſi quis
Titio. ff. de vſufru. accreſc. quam legem ad hoc allegat Bar.
in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & poſth. nihilominus cogita,
quia iſtam quæſtionem nō reperio tactam ab aliquo, ſed
bene dicitur per cap. Papæ Honorij, quod ſic dicit, ſi verò
feudum, de quo agitur, non ab aliquo parentum proceſſe-
rit, ſed incępit à defuncto, tunc ſolus defuncti frater in eo
ſuccedit, ſed in caſu prædicto feudum non incipit à defun
cto, ergo debemus ſtare deciſioni vſuum feudorum. Septi-
b mò * no. ex text. ibi, ex altero tantùm. ꝙ ſi † moritur frater
17 habens feudum antiquum paternum quaternatum ſine li-
beris, ſuperſtite fratre coniuncto ex parte patris & matris,
& ſuperſtite etiam fratre ex parte matris tātū, frater vtrin-
que coniunctus excludit fratrem vterinum à ſucceſſione
feudi, vt in d. l. de emancipatis. in fi. & auth. poſt fratres. C.
de legit. hæred. ſi autem non ſupereſt frater coniunctus ex
vtroq; latere, ſed tantùm vterinus, & ſic coniunctus ex vno
latere, ſuccedit fratri ſuo in feudo pręd icto antiquo pater-
no ſecundùm intellectum And. hic, & in c. 1. de nat. ſucce.
feu. licet gl. hic in verſi. ex altero tantum. teneat contrariū,
ꝙ frater vterinus non ſuccedit fratri ſuo in feudo paterno,
quia iſte frater vterinus non eſt deſcendens, vnde proceſſit
feudum intelligit ergo glo. iſtum text. dum dicit, ex altero
tantùm, ſ. vnde proceſſit feudum, vt ſi feudum fuiſſet ori-
ginaliter maternum, fratres ex vtroque parente, ſiue ex al-
tero tantùm, vnde proceſſit feudum, ſuccedunt in feudo,
vt puta ſi feudum antiquum, quod proceſſit à matre, & ſu
pereſt poſt mortē matris filius ex primo viro, & filius ex
ſecundo viro, quorum vnus eſt ex parte matris tantùm, &
alter filius vtrinque coniunctus, iſte filius coniunctus ex
parte matris ex primo marito ſuccedit matri, quia feudū
proceſſit ex illo latere vnà cum altero filio nato ex eadem
matre ex ſecundo marito, ſi in feudo viuitur iure Longo-
18 bardo, ſi verò iure † Francorum, primogenitus ſuccedit, ſi-
ue natus ſit ex vtroque parente, ſiue ab vno, vnde proceſſit
feudum, & iſte intellectus eſt gl. hic, quem approbat Papa
Honorius in capitulis ſuis. & ſecundùm gl. hic probatur p
tex. huius conſti. dum dicit, filij autem fratrum in his, quæ
communis patris fuerunt. & ſic conſiderat, vnde proceſſit
feudum. Idem probat text. in conſti. ſi quando. ſup. in 2. li-
bro. & tex. in c. 1. de nat. ſucceſ. feu. & in c. 1. de grad. ſucc.
in feu. & tenet hoc Iac. de Ard. in ſum. de ſucceſ. feu. & pro
hoc facit l. quod ſcitis. C. de bon. quæ lib. & iſtum intelle-
ctum ſecutus fuit Bal. in d. conſi ſanctis. & Illuſtr. do. Regi
na. & Pet. Piccolus hic in quadam ſua apoſtil. quæ iſtarum
Sic. in c. cũ M. Ferrarienſis. in 4. no. de conſti. ideo Ange. de
ciuita. Dei, c. 19. dicit, locus ſuperior ſine quo populus, re-
gi nõ põt, & ſi adminiſtretur vt decet, tñ indecenter appe-
titur. & vide ad hoc beatum Tho. ſecunda ſecundæ q. 185.
iu 1. quæſito. In glo. 1. firmat hæc glo. quòd tota iſta conſt.
ſolùmq́ habet locum in bonis feudalibus tãtùm, & expouit
iſtam conſtitutio. In glo. 2. no. iſtam gl. quæ dicit, ꝙ iſta cõ
ſti. eſt gratioſa, quia olim collaterales non ſuccedebant in
feudis, vt in §. hoc quoque ſciendum. in j. rubri. feudorum,
ſed per iſtam conſti. eſt prorogata ſucceſſio vſq; ad tertiũ
gradum in linea collaterali, vt hic per ea, & latius per Bald.
in prępallega. conſ. ſanctiſſima & illuſtriſſima Regina. In gl.
3. gl. iſta allegat auctoritates de iure cõi ad probandum, ꝙ
pater ſuccedit filio, ſed nõ allegat tex. in c. j. de natu. ſucceſ.
feud. vbi in feudis pater nõ ſuccedit filię, niſi in certis caſi-
bus ibi per me dictis. In gl. 4. an & quando infinitas repro-
betur, vide plenè per Bart. in l. qui bona. §. huic ſtipulatio-
ni. ff. de dam. inſec. & vide ibi Alex. qui allegat concor. ſed
vltra eum vide Fel. in c. licet dilectus filius N. tituli Sanctę
58 Crucis. qui eſt lo 3. de teſti. & no. in c. 2. de reſcri. li. 6. † In
gloſ. iu uer. ex utroq; parente. no. iſtã glo. ꝙ ille, qui habet
bona burgenſatica, & feudalia, ſi facit hęredem vniuerſalẽ
illum, qui de iure non ſuccedebat ſibi in feudis, iſta hr̃dis
inſtitutio oium bonorũ non cõprehendit feuda, ſed ſucce
dit in feudis agnatus, qui poterat de iure ſuccedere in feu-
dis. Et ſic iſto caſu qs poteſt decedere pro parte teſtatus,
quantũ ad bona burgenſatica, & ꝓ parte inteſtatus, q̃tũ ad
bona feudalia, cum nulla ordinatio defuncti tangens feuda
valeat ſiue regio aſſenſu impetrato viuo teſtatore, vt in c. 1. in
priu. de ſuc. feu. & in l. imperialẽ. in princ. In eadẽ ibi, item
iſtis perſonis nominatis in conſt. no. iſtã gl. contra errores
aliquorũ doctorũ, qui ſe faciunt ſapientes, ꝙ filiis debetur
feudũ ex prouidẽtia ꝑſentis cõſti. in viuẽtibus in iure Fran
corũ. tale. n. feudũ debetur liberis à lege, & prouidẽtia eius,
vt in 1. rub. feud. §. cũ verò Corradus. ad qd̃. ff. de leg. 2. l. cũ
patronus. & ff. de ado. l. ſi arrogator. imò ſecundũ Lucã de
59 Pen. in l. j. circa fi. C. de anno. ciuili. li. 11. † transfuſio feudi
in deſcendentes potius cenſetur debiti naturalis ſolutio, q̃
mera liberalitas. C. de impo. lucra. deſcrip. l. 1. poſt princi-
piũ. In gloſ. 10 ver. ea altero tantum. de materia huius gloſſ.
dic, vt dixi ſuprà in 7. no. de iſto arg. ſi vinco vincentem te
& te vincere poſſum, per. l. de acceſſionibus. ff. de diuer. &
tẽp. pręſcript. tu dic, ut per Bart. in l. j. §. qui habebat. ff. de
cõtratab. vbi declarat, an & qñ tã iu diſpoſitione legis, vel
ſtatuti ille, qui eſt remotior me excludit eũ, q me excludit
pariter me, an verò amittat, & qũo, & ſuper hoc vide Alb.
Brunum in dicto trac. ſuo ſolenni impreſſo. char. 13. in 4.
col. & Andræ. de Iſer. in ca 1. §. hoc autem. de his qui feud.
da. poſ. In gl. in ver. excluſo. an pater, vel mater ſuccedat fi-
lio i feudis antiqs? Vltra gl. hic vide ſuprà in 9. no. & Aod.
& q̃ ſcripſi in c. 1. de natu. ſucceſ. feu. In gl. in ver. coniuga-
ta. de materia huius gl. dic ut ſuprà dixi in 10. no. In glo. in
ver. communis pátris. quęrit hic glo. an iſta conſtit. habeat
locũ in feudo materno, ſicut in feudo paterno, & conclu-
dit ꝙ ſic, vide quæ dixi ſuprà in 9. no. In gl. in ver. hẽat. de
materia huius gl. dic vt dixi ſup. in 11. no. in 4. q. In glo. in
ver. vel quolibet titulo. tene menti iſtã gl. qa bene declarat,
quod ſit feudum nouũ, & quod feudum antiquũ, de quo
dictũ fuit ſuprà in 3. no. & per Iac. de Aluar. in præambu.
feudorum. & in c. j. qui teſtes ſint neceſ. ad probã. no. inue-
ſti. & Iac. de Ard. iu rubri. feudum nouũ. & non paternum.
60 † Sed iuxta hoc quęro, vtrũ ille, qui dicit ſe habere feudum,
& nõ dicit, ꝙ eſt antiquum, vel nouum, pręſumat in dubio
antiquum, uel nouũ? Rñdeo auctoritate Bal. iu c. 1. 2. col.
de grad. ſucc. in feu. quòd in dubio feudum pręſumitur no
uum, niſi ſint iudicia, ꝙ ſit paternum. iudicium erit, ſi pro-
bet antiquitas temporis, vt dicit Iac. de Alnaro. in c. 1. ſi de
feu. fue. cõtro. inter domi. & agna. Item erit indiciũ, ſi pro-
betur, ꝙ pars feudi eſt antiqua, tunc ratione partis præſu-
mitur idem de toto, ſecundum Bald. in c. 1. §. cũ aũt. de cõ-
truuer. inueſt. Et ex hoc infero, ꝙ ſi habens feudũ impetret
à rege aſſenſum, vt de eo poſſit diſponere inter filios, & nõ
dicit, ꝙ feudum eſt nouum, vel antiquum, ꝙ vr̃ ꝑſtitus aſ-
ſenſus tanquã ſuper feudo nouo, & ſic aſſenſus nihil opera
tur, ſi feudum eſt antiquũ, quia aſſenſus pręſtitus ſuper no
uo feudo non operatur effectũ ſuper antiquo, ſcd̃m Bal. in
c. j. in 13. col. an agnatus. & pro hoc facit iſta optima ratio,
ille, q impetrat à rege aſſenſum ſuper alienatione feudi, vr̃
impetrare, ſiue feudum ſit nouũ, ſiue antiquũ, ꝑ uot. in l. iã
hoc iure ff. de nul. & pup. cũ concor. ſuis. tñ ſi diuerſa rõ po
teſt aſſignari in vno quàm in reliquo, non pariformiter de-
terminat, vt dicit Ioã. de Imo. in d. l. iam hoc iure. & Ale. in
5. vol. conſ. 179. incipiente, viſo proceſ. in 3. col. uer. poſſet
inſuper. & idem in 4. vol. conſ. 96. incipi. viſo inſtrumento.
61 † Sed inter feudũ nouum & antiquũ ſunt multę diuerſę ra-
tiones, & ſignanter iu feudo antiquo ſi alienetur, tractatur
de pręiudicio agnatorum, ad quos ſpectat ſucceſſio imme
diatè, uel mediatè. & qualitas illa. ꝙ feudũ eſt antiquũ, nõ
eſt ꝓſumenda, ubi tractatur de ꝓiudicio alterius, ut firmat
Signo. Homodei de Medio. iu conſi. 10. inci. quęſt. uertẽte.
Accedat ad hoc illa determinatio uera, quæ dicit, ꝙ princi
pi in ſupplicatione de omnibus faciẽda eſt mẽtio, quę poſ-
ſunt inducere principẽ ad nõ cõcedẽdũ uel difficiliter cõ-
cedendũ, ut dicit Hoſt. in c. poſtulaſti. de reſcript. & uoluit
hic gl. & ibi Abb. Sic. in c. ſuper literis, in 5. col. & in c. cæte
rùm eo. tit. & pro hoc l. ꝓſcriptione. C. ſi cõt. ius uel utilita
tẽ publ. Bal. ĩ 1. uol. cõſ. 318. ſed ſi fuiſſet expreſſum in aſſen
ſu, ꝙ dictũ feudũ erat antiquũ, & alius erat immediatè ſuc
ceſſurus, rex fortè nõ præiudicaſſet illis, ergo ſic debet in-
telligi aſſenſus, ut non pręiudicet tertio, & quòad eũ nõ ꝓ-
ſumitur præſtitus in feudo antiquo, poſtq̃ nõ fuit expreſ-
ſum, & in dubio præſumitur præſtitus aſſẽſus tanq̃ ſuper
feudo nouo, in quo habens feudũ cũ aſſenſu regis põt libe-
rè diſponere etiã in præiudicium ſucceſſorũ, ut dicit And.
in c. 1. de alie. fe. paterni. quod uõ eſt ſic in feudis antiquis,
in quibus cõpetit ius ſuccedendi agnatis. ca. 1. de alie. feu.
pat. & iu c. 1. an agna. & And. ſuprà in cõſt. cõſtitutionẽ di-
62 uę memoriæ. † Quid autem operabitur illa clauſula, quæ
ſolet apponi in aſſenſu regis ſuper alienatione feudi, natu-
ra feudi in aliquo non mutata, & iuribus alienis ſemꝑ ſal-
uis, dic quòd operatur ꝙ aſſenſus non uidetur præſtitus, ſi
iuri tertij pręiudicaſſet, unde ſi pater alienaret feu. antiquũ
cum regio aſſenſu, talis regius aſſenſu non præiudicaret fi-
lio primogenito poſt mortem patris, ſi confecerit inuenta
rium, ut dicit And. in c. 1. qui ſucceſ. teneant. lo 1. & in c. j.
§. hoc quoque. de ſuc. feu. & . in c. j. de alie. feu. pater. & in c.
1. an agnatus. de quò latiùs dicam infrà in gl. fi. Itẽ illa clau
ſula, natura feudi in aliquo non mutata, non operatur, ut
uideatur pręſtitus aſſenſus ſuper antiquo feudo, ſi nihil
ſit dictum de hac qualitate antiquitatis feudi, quę quali-
63 tas debuit exprimi, ut ſupr. dictũ eſt. † Vbi. n. aliquid dẽt ex
pmi expreſſim, ſi fiat uerbis generalib. non eſt ſatisfactũ,
dicit Ang. in auth. de hære. & fal. §. ſi uerò expreſſim. & in
auth. de nup. §. ſoluto. bonus eſt tex. in l. fi. §. omnem. C. de
adminiſt. tuto. quem tex. ad hoc all. Barbatia in cõſi. 19. cir
ca fi. incip. ſcripſit Propheta. faciunt ad hoc ea, quæ ſcribit
Lud. Ro. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ. ff. ſi quis cautio. & ea
quæ dicit Bar. in l. quæ acta. ff. de offi. procu. Cęſa. dum al-
legat l. quam Tuberionis. ff. de pecu. lega. In glo. in uer. iure
ſuo. hic quærit gl. an frater ſuccedat frat. in feu. nouo acq-
ſito ꝑ fratrẽ, ultra gl. uide q̃ dixi, ſup. eo. in 6. no. iõ hic non
repeto. In gl. in uer. nepotes ex fratribus. dic ut dixi ſup. in
14. uo. In gl. in uer. non ſuccedunt. dic ut ſup. eo. in 11. not.
in 4. q. In glo. in uer. filię autem. dic, ut dixi ſup. eo. in 16.
not. & in diuiſione huius conſt. In ea. ibi, & ſic refertur ad
64 ſuperius, & nõ ad proximũ. † No. iſtã gl. ꝙ clauſula ſequens
refertur ad ſuperius, & non ad proxima pręcedentia. gl. al-
legat multas leges ad hoc, quas uide, cui adde ad hoc, ꝙ
clauſula ſequens referẽ ad oia pręcedentia. tex. in l. ſi q̃s ex
argẽtarijs. §. ſi initiũ tabularũ. ff. de eden. & l. talis ſcriptura.
§. fi. ff. de lega. 1. Doct. in l. 3. ff. de libe. & poſthu. & iu ca. ſe
cundo

eundò requiris.de app.Ang.in conſi.28.incip.teſtator re-
liquit.Pe.de Anc.in con.67.incip.ſubtiliter & ad plenum.
Lud.Ro.in conſil.480.incip.in caſu.Fran.de Are.in conſi.
216.viſo puncto.Ale.in multis conſi.& ſignanter in 3.vol.
conſ.202.in 3.col.Fallit,niſi clauſula in fine poſita ſit con-
tinuata ad proxima,tunc non refertur ad pręcedētia remo
ta,ſed ad connexa tātum,vt voluit Bar.in l.fi.ff.de reb.dub.
Doc.in c.eccleſia veſtra.el a.de elec.Io.de Imo.in c.dilecti.
de dona.Aretinus in d.l.3.§.filius.de libe.& poſth.no.in
cle.non poteſt.de procura.et in l.fi.§.cui dulcia ff.de vino,
triti.& habetur in ca.inquiſitioni.de appel.Item fallit,niſi
ex clauſula in fine poſita,ſi traheref ad pręcedētia,reſulta-
rent contrariæ volūtates,vt dicit Signoroſus in conſ.183.
factum ſic ſe habet.vlt.cōl.idē ſi inſurgeret ineptus,& inu
65 tilis intellectus,ſecundum eum ibi.†Item tunc clauſula ſe-
quens refertur ad pręcedentia,ſi referri poteſt,ſalua ratio
ne recti ſermones,alias ad proxima refertur,vt dicit Alex.
per iura,quæ ipſe allegat in primo volumi.conſil.158.in
2.col.& in 2.volu.conſi.66.col.3.In glo.in ver.excludunt.
quærit hic gloſſ.an in feudo materno,in quo viuitur iure
Frācorum maritata à patre de bonis paternis,& maior na-
ta excludat ſororem minorem natu exiſtentem in capillo
tēpe mortis matris? Et dicit gl.ꝙ antiquis ſapientibus regni
fuit viſum,ꝙ maior nata maritata de bonis patris ſuccedat
matri,& non ſoror in capillo,quia non eſt officium mater
num dotare filiam,ſed paternum,vt in l.fi.C.de do.pro-
miſ.l.auia.C.de iu.do.Bal.in auth.res quæ.C.commu.de
leg.3.colū.in fi.Ange.in l.à filia.ff.ad treb.cū li.& ideo quia
non eſt maritata de bonis eius,de cuius ſucceſſione agitur
ſuccedit matri,excluſa ſorore in capillo in dicto feudo ma
terno.Regulariter dotata excluditur per ſororē in capillo,
vt dicit Bal.in l.ſi via matre.in prin.C.de bo.mater.And.
de Iſer.in c.1.in 5.col.de natu.ſucceſ.feu.& hoc limitat,
qñ fuit dotata de bonis eius,de cuius hęreditate agitur,per
ſępe allegatam legē,qm̄ nouella.C.de inoffi.teſt.& Bal.in
l.3.C.de legi.hære.& in d.l.neq;mater.cū cōcur.& in c.1.
de natu.ſucce.feu.& in cōſt.in aliquibus.per Andr.& hoc
firmat etiam do.Bar.de Ca.hic in quadā apoſtilla.Imò vi-
detur mihi,quòd ex quo non eſt officium maternum,ſed
paternum maritare & dotare filiam,vt ſupra dictū eſt,&
66 patet in l.neque mater.C.de iure do.†ꝙ ſi mater dotaſſet
filiam ſuam primogenitam,ꝙ ipſa ſuccederet in feudo ma
terno,& non filia minor,q̄ remanſit in capillo,quia And.
hic,prout retuli in 25.no.in 3.q.ſi patruus dotaſſet neptē
ex fratre ſuo præmortuo,iſta neptis ſuccedit patruo,quia
nō tenebatur patruus dare dotem nepti.Et ſi dedit dotem,
hoc fuit voluntariè,& gratioſè,& ideo dotatio non exclu-
dit eā à ſucceſſione feudorū antiquorū patrui.Et hanc par
tē firmat hic And.circa fi.huius conſti.& ſic debet intelli-
gi.c.Papę Honorij,qđ incipit,ſi aliquē.de quo habuit noti
tiā And.vt patet ex ſcriptis eius in c.3.de natu.ſucceſ.feu.
vbi allegat d.ca.ſi aliquem.In gl.in ver.omnib.de hoc dic,
vt dixi ſuprà co.2.not.In gl.in verbo,iniuriam.quæ eſt gl.
fi.& magna.Signa iſtā gl.quæ dicit,ꝙ in magna curia fuit
tempore glo.magna altercatio ſuper hoc,vtrum aſcēdens
ſuccedat liberis,maximè in feudis quæ peruenerunt libe-
ris ex linea materna? Et primò arguit,quòd aſcendens
ſuccedit in feudis maternis,quæ obuenerūt ipſis liberis ex
ſucceſſione materna,et durat vſque ibi,ex aduerſo contra
67 aſcendentes.hic glo.arguit in contrarium.ſ.†ꝙ aſcendens
non ſuccedit deſcendenti in feudis per multa media.& du
rat vſque ibi,in hac quæſtione ſentimus.hic ponit gl.ſolu-
tionem dictæ altercationis,et determinat,quòd aſcendens
non ſuccedit deſcendenti in feudis,quę obuenerunt deſcē
dētibus ex linea materna per alias rationes.Et poſtea reſpō
det motiuis factis in contrarium,vide eam,quia ſuper di-
cta altercatione eſt magiſtraliter & copioſè locuta.cui ad-
de,ꝙ iſta concluſio glo.eſt veriſſima,vt firmat hic And.in
7.col.& in c.1.de natu.ſucceſ.feu.& ibi dixi,& in cōſt.for
iudicatorum bona.& tantomagis eſt vera dicta concluſio
propter communem formam inueſtituram feudorum
in regno,quæ dicit,concedimus tibi,& hęredibus tuis ex
tuo corpore legitimè deſcendentibus,quę inueſtitura nul-
lo modo poteſt comprehendere aſcendentes,ſed tantum
deſcendentes primi acquirentis,vt dixit Andr.hic in d.7.
col.et pondera,quia non dicit And.ꝙ dicta communis for
ma præſumetur,quantuncunq; ſit conſueta,ſed dēt proba
ri,ꝙ ſic fuit facta inueſtitura,idem & clarius firmat idem
And.in c.1.ex quibus cauſis feu.amit.& etiam tāgitur,an
illa clauſula,ſaluo iure ſeruitii feudi,videatur appoſita,ſi
non ſit appoſita.& dicitur,ꝙ non,quantuncunque ſit con
68 ſueta apponi.†An autem iſta communis forma,tibi & hę-
redibus tuis ex tuo corpore legitimè deſcēdentibus,faciat
feudum eſſe hæreditarium propter illud verbū,hęredibus
& ſic quòd importet qualitatem,vel faciat feudum eſſe ex
pacto & prouidentia,propter illud verbum,ex tuo corpo-
re legitimè deſcendentib.& ſic illud verbū hęredib.in ma-
teria feudali exponitur.i.liberis deſcendentib.vt in ca.1.§.
inde de alie feu.de quo dixi in d.ca.3.ex qui.cau.feu.amit.
& vltra ibi dicta dico nūc,& multi doctores moderni no-
ſtri tēporis tenuerūt,ꝙ dicta inueſtitura facit feud.eſſe hę-
reditariū.quia quoties ad eſſe alicuius duo requirūtur,nō
ſufficit,ſi alterum tantum interueniat.ff.de reb.dub.l.is q
ducēta.§.verū.in li.ff.de hęred.inſti.l.1.ſed inueſtitura di-
cit,hæredibus ex tuo corpore &c.ergo dēt eſſe deſcendens
& hęres,& ſic feudū eſt hęreditariū.& pro hoc bene facit
gl.& ibi Pau.de Ca.in l.ex facto.§.fi.ff.ad tre.& firmat hoc
ſpecificè gloſſator conſuetudinū Neapolis,nomine Neapo
danus,in conſuetudine,quæ incipit,& ſi teſtator.in ver.di
ſponere.& idem videtur dicere And.de Iſer.in c.1.de alie.
feu.paterni.& quia bia cū aliis valentiſſimis doctoribus de
ſacro regio cōſilio ego aduocaui ī cauſis occurrētibus,no
lo ponere eos in cęlū ſuper dubio,ſufficit,ꝙ ſcripſi in vlibus
69 feudorum in puncto iuris.† Sed ſtat nunc dubium in hoc
quid ſi inueſtitura feudi dicat,concedimus tibi,& hęredi-
bus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus,ita ꝙ maior
natu pręferatur minori,& maſculus pręferat fęminę,an
illud feudū in perſona illorū deſcendentiū erit feudum ex
pacto,& prouidētia vel hęreditarium? iſtā quæſtionē ſpe-
cificè nō inuenit tactā ab aliquo,licet ſit quęſtio quotidia
na.Ego aūt ſolitus ſum dicere conſulendo,ſolum habendo
in corde c.cū ęterni.de re iudi.in 6.in hac dubitatione no-
ua,ꝙ pp iſta verba adiūcta,ita ꝙ maior natu & maſculus
præferatur,feudū erit ex pacto & prouidentia,& nō hr̄di-
tariū,quia dicta inueſtitura deſignat feudū eſſe conceſſum
more Francorū.ſ.ꝙ primogenitus ſuccedat ſolus,excluſis
fratribus,& deſignat feudū hr̄e naturā iſtā,ꝙ filius maſcu
lus excludat filiā fęminā à ſucceſſione,& ſic,ꝙ iſti hęre-
des ſuccedāt ſcđum ius Frācorū,& ſic vigore huius conſt.
quo caſu pr̄ nō pt alienare feudū antiquū ſine cōſenſu pri-
mogeniti,ut dicit And.in c.3.§.hoc quoq;.de ſucceſ.feu.ēt
cū cōſenſu regis.& ſi alienat,cōfecto inuētario,poterit re-
70 uocare,ut dicit And.ī c.3.de alie.feu.pa.† & ſic deſignat,ꝙ
feudū eſt ex pacto,& ꝓuidētia,qñ uiuit in eo iure Frāco-
rū.& ſi eſſet tale feudū ſic cōceſſū,ut ſuprà hr̄ditariū,ī alie
natione ipſius nō requireretur aſſēſus primogeniti,qa hæ
res non poſſet venire contra factum patris in feudo hęredi
tario,ut dicit And.in c.1.an agnatus,cū ſi.& ego uidi duas
declaratorias literas,unam regis Roberti,aliā reginæ Ioan
nę primę,ꝑ quas reuocaf alienatio feudi antiqui cū aſſen-
ſu regio in præiudiciū primogeniti non cōſentiētis in alie-
nat.feudi,in quo uiuitur iure Francorum,& ideo barones
regni uiuentes iure Francorum,quando alienat feuda an-
tiqua cum conſenſu regio,agunt partes,quòd primoge-
nitus conſentiat,& ſine eius conſenſu factæ alienationes
de facili reuocantur ab eis,quia eis feuda prædicta deben
tur ex pacto,& prouidentia,& ſic confecto inuentario
poſſunt uenire contra factum defuncti,per capit.Titius.
ſi de feu.fue.contro.& in capitu.1.de alien.feu.pater.
71 † habet enim primogenitus feudum,in quo uiuitur iure
Frācorum ab iſta cōſtitutione regni,unde alius quàm rex
nō pōt ei tollere dictū feudum,ut in auth.de nup §.ſi aūt.
uerba ſunt iſta Pileį de Medioa gloſſatoris in conſ ſuo.33.
inci.pater,feudū diſtraxit,ſemper intellige,ſi filius primo

genitus ſuccedens in tali feudo, in quo viuitur iure Francorum, fecerit inuentarium, vt dicit Andr. in dicto cap. 1. an agnatus. et quòd hoc ſit verum, do tibi auctoritatem gl. hic, in verbo, ex vtroq; parente. vbi dicit, quòd iſtis perſonis nominatis in præſenti conſtitutione debetur feudum ex beneficio teſtatoris, ſicut dicitur de quarta, quæ debetur pupillo in bonis arrogatoris ex beneficio diui Adria. in qua grauari nõ poteſt, vt ff. de adop. l. ſi arroga. & Inſti. de acq. per arroga. ſicut etiam dicimus in legitima, quę debetur filio ex prouidentia legis, vt dicit Andr in conſtit. in aliquibus. & probatur in l. pater. in fi. primi reſponſi. ff.
72 ad l. fal. & ff. de colla. dotis. l. fi. † de qua quidem legitima non poteſt fraudari à patre, vt dicit Bald. in capit. 1. in fi. ſi vaſal. feudo priue. allegat capit. Raynaldus. de teſt. Accedat ad hanc conſtitutionem cõſiimandam, quòd dicta inueſtitura, quæ dicit, tibi & hæredibus ex tuo corpore, ita vt maior præferatur minori, & maſculus pręferatur fœminæ, nihil innuat iuri veteri huius conſtitutionis, vel iuri Francorum in feudis, in quibus ſolus primogenitus debet ſucced. niſi nominatim in dicta inueſtitura diceretur, vt ea ſola noua inueſtitura vtatur, & non veteri more Francorum, vt probat text. in l. quoties. ff. de acti. & ob. & ſic iuri Francorum per hanc inueſtituram, quæ facit mentionem de hęrede, videtur derogatum, argu. l. qui ſepulchri. & l. fi. C. de ſepul. vio. vbi habetur, quòd lex noua introducens obligationem ſuper eo facto, ſuper quo vetus actio competebat, niſi nominatim caueatur, vt ea ſola actione vtatur
73 etiam veteres competunt actiones. † Nec ob quòd prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, vt in l. fi. C. de pac. conuen. l. qui Romę. §. Flauius. ff. de verb. obl. quia hoc procedit in pœnalibus, non beneficio dato à lege, vt in l. 4 §. condemnatum. ff. de re iudi. ſecundum Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. in 9. colum. ff. de infamibus. item quia noua conuentio informatur à cauſa prima, & eius naturam ſapit, ſecundum Bald. in cap. 1. §. conuenticulas. in 2. colum. de pace iura. firmã. facit, quod dicit Bald. in l. receptitia. C. de conſtitut. pecu. quòd ratione noui priuilegij tollitur antiquum. Item ſtatutum continens ius commune, non deſinit eſſe ius commune, vt in capitu. 1. de conſtitu. lib. 6. & in cap. 1. de renun. eo. lib. & in cap. paſtoralis. de fide inſtru. & notatur in cap. 1. de reſcrip. bene facit ad hoc illud dictum Innocen. quod refert Abb. ſi. in capit. veniens. 5. colum. verſicu. ad idem adduco notabile dictum Innoc. &c. de præſcrip. vbi dicit, quod ea, quę ſunt vtilia ſiue ratione conſuetudinis, ſiue ratione alicuius conſtitutionis, nunquam videtur illi iuri renunciare per vnum vel plures actus. & ideo dicit Inno. in ca. cum ex officii. in ver. auctoritate. de præſcrip. quod qui ex duabus auctoritatibus poteſt procedere, non cogitur alteram eligere, et ſic nõ
74 eſt inducta nouatio. † Item quia adiectio nouæ qualitatis non habet primam diſpoſitionem immutare. l. ſi eum. §. fina. ff. de exercito. l. ſenatores. ff. de ſenato. l. ſi fundus. §. ſi res. ff. de pigno. l. prima. §. vnde quęritur. ff. de teſt. l. quoties. ff. de actio. & obli. quę iura ad hoc allegat Signorolus in conſil. & ſic licèt illud feudum propter illud verbum, hæredibus, faceret feudum eſſe hæreditarium, non propterea deſinit eſſe ex pacto, & prouidentia propter naturam propriam feudi, quę eſt, vt in eo viuatur iure Francorum, & ſic confectio inuentario, filius hæres veniret contra factum patris in dicto feudo, hoc expreſse firmat do. Philip. Decius Doctor magnę intelligentię in conſil. ſuo 185. incip. in cauſa illorum nobilium. per iura, quæ ipſe ibi allegat, vbi etiam tenet expreſse, quòd data inueſtitura tibi & hæredibus tuis maſculis, propter illud adiunctũ maſculis, illud feudum erit ex pacto, & prouidentia, & cõfectio inuentario poterit reuocare alienationem de feudo factam per patrem. Item ad confirmationem ſupradictæ concluſionis facit, quia filio primogenito, cui debetur feudum non ſolum virtute dictæ inueſtituræ, ſed virtute huius conſtitu. totum feudum paternum eſt legitima ipſius primogeniti, qui ſine cauſa legitima priuari non poteſt
75 à patre, vt ſuprà dictum eſt. & † quod totum feudum dicatur legitima filij, vbi ſolus primogenitus debet ſuccedere, patet ex dictis per Hoſt. Ioan. de Ligna. & Ioan. And. in nouella, Ant. de Bu. & Franc. de Zaba. in cap. licet. de voto & voti redemp. idem dixi in conſtitut. comitibus. in 3. no. referendo And. in conſtitut. dignum. & ideo ſi pater, qui habet feuda antiqua, in quibus viuitur iure Francorum, donaret feuda prædicta ſecundogenito, etiam cum conſenſu regis, primogenitus poteſt reuocare poſt mortem patris, quia totum feudum eſt legitima primogeniti, & pater non potuit defraudare legitima filii per dictam donationem alteri filio factam. & ideo tanquam inofficioſam primogenitus reuocabit ſecundum communem concluſionem Bartol. & aliorum in l. Titia. § impetator. ff. de lega. 2. & in l. 1. C. de inoffi. dona. & Ange. in authen. de imm. donatio. Et ex his remanet ſufficienter dotata, & declarata iſta famoſa conſtitutio, quæ in multis corrigit iura feudorum.

ANNOTATIONES.

a Et idem dicendum eſt.] adde, quod hoc idem ſequendo Bal. dixit Bartho. Veronen. in ciuil. conſi. incip. eſt dubium. & ibi dicit, quod eſt valde not. in Italia, in qua regna tranſeunt per ſucceſſionem, licet alibi per electionem, & Iaſ. in l. fi. colum. 1. verſi. 4. fallit. C. vnde leg. & late Catel. Cotta in ſuis memoralibus. in verbo, agnati tranſuerſales. & Dec. in conſi. 85. diligenter. colum 1. verſic. ſecundo principaliter. nume. 3. & Hippo. ſingu. 422 agnati tranſuerſales. & quidam Doctor Hiſpanus nomine Cigalnd. in libro, de factis principum. fol 74. colum. 2. in fine.

b Septimo.] Vide Iacobi. in verbo, præſentes. 3. col. & Caro. 4. parte, in rub. ibi, ſucceſſio tranſuerſalium. in ver. 5. & verſi. 6.

De filijs clericorum. Rubrica. XXV.

SICVT Accepimus. Iſtam conſtitutio. legimus in primo libro ante conſtitutionem, quæ incipit, in ciuilibus cauſis. ſub rubri 90. quia And. de Iſer. ibi legit hanc præſentem conſtitutio. & incipit, And. regni mei Siciliæ logothetæ, ſicut accepimus. ſub rub. 89.

De rebus ſtabilibus non alienandis eccleſiis. Rubr. XXVI.

HIC non eſt aliqua gloſſ. nec Andr. facit mentionem de iſta conſtitut. & in libris antiquis non reperitur hic ſed reperitur ante finem iſtarum conſtit. ſed quia hic reperitur impreſſa, ſic eam continuo ad proximè præcedentia. Dictum eſt ſuprà proxi. de ſucceſsione nobilium in feudis. Erat videndum de ſucceſsione bonorum burgenſaticorum, in quibus regia curia percipit aliquod ſeruitium etiam minimum, an in illis per contractum, vel per vltimam voluntatem poſsit hęres eſſe eccleſia, de quibus non erat dictum. ideo ſequitur hęc rubrica. Vel ſic, dictum eſt ſuprà prox. de ſucceſsione laicorum ab inteſtato in feudalibus, nunc dicendum eſt de prohibita ſucceſsione eccleſiarum, & hoſpitalium ex teſtamento, vel per contractum. ideo ſequitur hęc rub.

SVMMARIVM.

1 *Subditus regis non poteſt res burgenſaticas regia curia obligatas eccleſiæ vendere, vel donare.*
2 *Bona ſtabilia burgenſatica quo pacto poſſint eccleſiis donari, vel relinqui.*
3 *Bona in eccleſiam tranſeunt cum onere ſuo.*
4 *Agnatus ſ[illegible] antiquum pacto & prouidentia alienatum reuocare ſeu redimere poteſt intra annum.*
5 *Pecunia venit mobilium appellatione.*

PRAE-

PRAEDECESSORVM Hæc conſtitutio nihil valet, quia Imperator non potuit contra libertatem eccleſiæ et perſonarum eccleſiaſticarum prohibere, quòd non relinquantur res ſtabiles eccleſiæ inter viuos, vel in vltima voluntate, vt in capitu. nouerit. & capitu. grauem. de ſent. excom. & de immu. eccle. capitu. cot.lib.6. & capitu. ſi diligenti. de foro compe. & capitu. ad decus. de ſtatu. contra libe. eccle. edi. ibi, caſſa & irrita &c. Tria tamen dicta continet hæc conſt. Primum eſt, quòd iſta conſti. fuit multum antiqua, & propter antiquitatem fuit abolita, & hoc importat illud verbum in tex. politum, antiquaras. quæ antiqua conſti. hic renouatur per Imperatorem, & durat vſque ibi, quod nulli ſubiectorum. & ſi habes in text. minimum.
1 † Hic eſt ſecundum dictum, quo dicitur, quòd nullus ſubditus domini regis, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, poteſt eccleſiæ, aut hoſpitalibus, vel locis religioſis res burgenſaticas, ſtabiles, obligatas regiæ curiæ ad aliquod etiam minimum ſeruitium, vel præſtantes regię curię aliquam præſtationem, vel ſeruitium minimum vendere, vel donare inter viuos, vel cauſa mortis. & pro hoc facis conſtitut. ſuprà in 1. lib. quæ incipit, ſi quis clericus. ſub Rub. 66. Niſi ſolum per contractum permutationis æqualiter, aliqui libri impreſſi habent, minimè. & tunc ſimpliciter prohibet, quod res burgenſaticæ non poſſunt vendi, vel donari eccleſiæ, & tunc iſte intellectus ſatis, & pluſquam ſatis eſt contra libertatem eccleſiæ. & ideo non valet, vt in d. capit. ad decus. de ſtatu. contra liber. eccleſię edi. & in authen. caſſa. & irrita. C. de ſacroſan eccleſ. & durat vſque ibi, cę-
2 terum. Hic eſt tertium dictum, in quo dicitur † quòd eccleſijs & religioſis locis poſſunt per inſtitutionem vel legatum relinqui bona ſtabilia burgenſatica, dummodo intra annum vendantur ſubdito regis, quod ſi non fecerint poſt annum, applicantur dicta bona regio fiſco. bona verò mobilia poſſunt relinqui indiſtinctè eccleſijs, & pijs locis. hoc dicit vſque in finem. Nolo hic ſeruare ordinem meum in colligendis notabilibus, quia iſta cõſtitutio tota eſt correcta per cap. regis Caroli II. quod incipit, item ſtatuimus quòd poſſeſſiones. char. 21. vbi ſtatuit, quòd res ſtabiles poſſunt donari eccleſijs, dummodo res ipſæ non teneantur ab alijs, & tunc tranſeant in eccleſias cum ſuo onere, vt ibi, concordat l. fi. C. de exac. tribu. lib. 10. vbi res, de quib. ſoluuntur publicę functiones, & tributa, vel annonæ poſſunt transferri in eccleſias, & tranſeunt cum onere ſuo, & ſoluuntur à poſſeſſoribus, qui recipiũt fructus, vt C. de anno. & tribu. l. inductiones. li. 10. & ſic non ſeruatur iſta cõ-
3 ſti. quod eccleſia debeat vendere intra annum &c. † Et ſic videtur, quòd bona, quę ſemel reperiuntur accataſtata in collectis, ſi tranſeunt ad eccleſiam, tranſeunt cum onere ſuo, de quo dixi in c. 1 de ele. qui inueſti. fecit, & pro nunc videãt Bald. in authen. ſed periculum. & in l. fi. C. ſi ſine cenſu, vel reli. & Alexan. in apoſtil. in l. incola. ff. ad munic. vbi dat bonas remiſſiones, & Lucam de Penna in l. 3. C. de pręd. nauicula. lib. 11. Abba. ſic. & ibi Ioan. de Imo. in cap. fi. de vi. & hone. cle. & in ca. non minus. de immu. eccle. & Bald. in l. placet. C. de ſacroſan. eccle. & ibi per Iaſo. in 11. col. & in authen. item nulla. C. de epi. & cle. & Petr. de Anch. in conſil. 304. incipit, hòc ſtatutũ communis Piſtorij. Ang. in cõſil. 24. incip. eccleſia non tenetur &c. & And. de Iſer. in ca. 1. in verſi. & plauſtrum. in 2. col. ibi dum dicit, ſi ergo eccleſia & c. quæ ſint rega. Item tene menti iſtum tex. qui loquitur de dilatione annali ad vendendum, Neapoli eſt data dilatio vnius anni vicino ad emẽdum rem ſtabilem col-
4 lateralem vicino, vt in t. conſuetu. de iure congrui. † Sic ẽt in feudalibus datur agnato annus ad redimendum feudũ antiquũ ex pacto & prouidẽtia alienatum, vt in c. Titius. ſi de feu. fue. contro. inter do. & agna. & ibi concordantiæ. Item præſcriptio vnius anni currit contra non opponentem exceptionem, non num. dotis, ſi matrimoniũ ſoluitur intra biennium, vt in authen. quod locum. C. de dote cau. non nu. me. Item ille, qui vult iniuriatum actionẽ agere, debet intra vnum annum agere, & poteſt, per l. ſi non conuiti. C. de iniur. Item annus datur hęredi ad ſatisfaciendum legata facta per deſunctum, alias eorum executio deuoluta eſt epiſcopo, vt in authen. hoc amplius C. de fideicom. Item annus datur volenti agere quanto minoris. ff. de ędi. edic. l. ſciendum in fi. Item impetrans reſcriptum debet intra annum illo vti, alias eo uti non poteſt, vt in capitu. plerunque de reſcri. & ibi concor. in gloſſ. Item tene menti iſtum text. qui paruipendit bona mobilia reſpectu bo-
5 norum ſtabilium. † Et ſub hoc verbo, mobilium. venit etiã pecunia, ſecundum Bal. in l. ea demum. C. de colla. Et ſic ſunt res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ut in l. Iulianus. ff. de peti. hære. & uide And. in authen. de nupt. §. & quia parum. in ultim. char. cum concor. allegatis per Alex. in l. ſingularia. in 9. col. ff. ſi cer. pet. Et ideo non ſunt ex ea reputatione, ſicut ſunt bona ſtabilia, vt hic. Idem uidemus in mobilibus pupilli, quę poſſunt alienari ſine decreto, quod non eſt ſic in bonis eius ſtabilibus, ut in toto ti. C. ubi decreto opus non eſt. & in to. ti. ff. de reb. eo. Sic etiam eccleſia bona mobilia poteſt alienare ſine ſolennitate, ut in l. iubemus. la 2. per Bar. in 1. colum. C. de ſacroſan. eccle. allegat Inno. in c. relatum. de teſta. Et ad oſtendendum utilitatem bonorum mobilium ſupellectilium, dicit Bart. in l. quòd ad patris. C. de murileg. lib. 11. quòd non oportet, quòd ille, qui habet reddere rationem de mobilibus contentis in inuentario, quòd probet cõſumptionem eorum, ſed ſufficit probare, quòd tanto tempore, ueriſimiliter debuerunt poſſe corrumpi tot ex illis ſupellectibilibus. Idem firmat Alexand. in 1. uolumi. conſil. 45. in 2. colum. incip. habita ſuper his, de quibus &c.

De iure balij. Rubri. XXVII.

OMISSA præcedenti conſtitutio. tanquam inutili, continuatur preſens Rub. ſic, dictum eſt ſuprà de ſucceſſione nobilium in feudis, uerum quia comites, & barones & alij feudatarij nobiles moriuntur, ſuperſtitibus liberis pupillis, quibus de iure, more regni eſt prouidendum de balio, qui habeat gubernare perſonas, & bona feudalia ipſorum pupillorum, de quo non erat dictum, ideo ponitur ſubſequenter hæc rub. de iure balij. Et dicit hic Andr. de Iſer. quòd balius, ſubaudi, qui datur comitibus, & baronibus, & militibus habentibus feuda quaternata, magis uidetur accedere ad tutorem, uel curatorem, quàm ad gubernatorem, ego ſemper uidi doctores regnicolas ęquiparare balium tutori. de iure Romano datur pupillo, & bonis eius burgenſaticis, ſed balius datur pupillo, & bonis eius feudalibus. Sed quid ſi pupillus habeat bona feudalia, & burgenſatica, an habebit balium in feudis, & tutorem in burgenſaticis, uel ſolum balium, qui habebit curam ſuæ perſonę, & bonorum feudalium, & burgenſaticorum? Reſpondeo, balius ordinatus legitimè habebit curam perſonę pupilli, & omniũ rerum ipſius, & ſic erit balius in feudis, et tutor in burgenſaticis, quia iſta duo officia compatiuntur in una perſona. Et quando officia ſunt compatibilia, quis poteſt exercere duo officia, ut in l. cõperimus C. de proxi. ſac. ſcrin. li. 12. et hoc refert Lud. et Alex. in l. lecta. in 6. col. ff. ſi cer. pet. Et quod immutatum etiam reſpectu feudorum, cenſetur immutatum etiam reſpectu burgenſaticorum, quę ueniunt in cura balij acceſſoriè, per gl. in c. cum in cũctis, in uer. attigerit. de elec. et cle. fi. de ęta. et quali. cum ſi. allegatis per Alexan. in l. 1. in 18. col. ff. ſi cer. pet. Semper enim maius dignum trahit ad ſe minus dignum. l. quæ religioſis. ff. de rei uend. cap. quod in dubijs. de conſe. eccle. uel alia. not. Alexan. in l. pręcipimus. §. pe. C. de appel. Sed balius habet curam feudorum nobilium, ergo trahit ad ſe curam rerum ignobilium. ſ. burgenſaticarũ. ſi balio committitur perſona pupilli, et feudorum eius, ergo et bonorũ burgenſaticorum, quę ſunt acceſſoria ad perſonã pupilli. l.

2.de iuriſd.omn.iud.c.cum olim.de off.dele.cum concor. ſuis.Bald.in l.poſtquam.C.de hæredi.vel actio.vendi Præterea non eſt veriſimile, ꝙ iſta conſtitu. voluiſſet pupillum duplici præſtatione grauare, ſicut dicimus in teſtatore, ꝙ non eſt veriſimile velle grauare hæredem duplici præſtatione.l.Titia.§.qui iuſta.ff.de lega.2. ſecundùm Barto.in l.cum pater.§.pater filiæ. eodem titu. Sed per iſtam conſtit. balius de bonis pupilli habet expēſas moderatas pro victu & veſtitu ſuo. & ſi haberet neceſſe, quòd ei prouideretur de aliquo adminiſtratore quoad bona burgenſatica, haberet ei prouidere de ſalario, non de expenſis, vt no. in l.à tutoribus.in fi.ff.de admi.tuto. An autem tutor debeat habere alimenta de bonis pupilli, ſicut debet habere balius? Dic quòd non, niſi eſſet tutor pauper, vt Bart.in l.1.§.ſi pupillus.ff.de tute.& ra.diſtra. ergo dicendum, quòd ſolus balius habet curam rerum omnium ipſius pupilli, tam feudalium, quàm burgenſaticorum, & hæc videtur intentio huius conſtitu.dum dicit, res minoris, & rebus ſuis. Appellatio rei latior eſt, & caſus & iure continentur, ſcilicet, res corporales & incorporales, vt in l. rei appellatione. ff.de ver.ſig. Præterea videmus, ꝙ regia curia dat balium pupillo baroni, & ille habet curam feudalium & nō feudalium, & hoc ſufficit ad decidendum præſens dubium. Quia dixit gl.in c.qui de menſa 36.diſ.quòd in dubiis ad exempla maiorum debemus recurrere, & dicetur tunc iſte balius & tutor. Quia quoties duo iura concurrunt in vna perſona, perinde habendum eſt, ac ſi in diuerſis perſonis concurrerent, vt in l.tutorem. ff. de his quib. vt indi.ſecundùm Cy. in l.1.2.col.C.de ſac.ſan.ecc. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Rex ſolus pupillis balium concēdere poteſt.*
2 *Si quando, dictio, conditionem importat.*
3 *Feudatarius decedens filio ſuo in poteſtate balium poteſt conſtituere.*
4 *Rex an debeat dare balium filio ſui domeſtici familiaris defuncti feuda quaternata habentis.*
5 *Agnatus an & quando poſſit balium dare pupillo.*
6 *Comiti vel baroni furioſo an debeat dari balius per regem.*
7 *Balius pupillo per regem datus inuentarium conficere tenetur, ſicut, & tutor.*
8 *Mater honeſta & vita ſobria aliis in baliata præfertur, donec in viduitate permanſerit.*
9 *Baro an poſſit nepotibus ſuis in feudalibus, & burgenſaticis gubernatorem & adminiſtratorem ordinare.*
10 *Pater quando gubernatori à matre conſtituto poſſit adminiſtrationem denegare.*
11 *Inhibitio facta ab homine durior cenſetur inhibitione facta à lege.*
12 *Balius pupillo per regem datus an etiam dicatur in caſtris extra regnum poſitis.*
13 *Baliatus pupillorum finitur pubertate adueniente.*
14 *Nobilis feudatarius minor annis viginti quinque an poſſit per ſe contrahere & in iudicio eſſe.*
15 *Tutela quo tempore finiatur in maſculo, & quo in fœmina.*
16 *Nobiles per ſe contrahere poſſunt, & in iudicio eſſe ſine curatore.*
17 *Proceſſus factus ſuper re feudali contra minorem octodecim annis, an poſſit dici nullus.*
18 *Iudex in feudalibus defectum ſupplere non poteſt.*
19 *Actio tutelæ an ſit generalis aut ſpecialis.*
20 *Tutor durante tutela conueniri non poteſt condictione furtiua.*
21 *Balius baliatu finito rationem geſtorum & adminiſtratorum reddere tenetur.*
22 *Balius in libro rationum quas expenſas deducere poſſit.*
23 *Liber rationum continens expenſas, quas fecit balius ratione officii, debet ipſarum expenſarum cauſam continere.*
24 *Balius tenetur pupillo damnum reſarcire, quod eius fraude, vel dolo commiſſum eſt.*
25 *Conſuetudo praua dicitur, quòd officialis ad ſyndicatum non teneatur.*
26 *Officialis ad ſyndicatum ſtare tenetur, niſi in literis electionis aliud contineatur.*

MINORIBVS. Præmitto pro intelligentia, quòd Rex Carolus II.in aliquib. iſtam conſti.declarauit, ut patet in c. regni, quod incipit, feudatarius ad cha.28. de quo capi. Andr. Barb. maximus iuriſta, & aduocatus fiſcalis tempore huius Imperatoris Fed. qui bene gloſſauit iſtam conſtit. quam gl. impreſſores poſt gl. do.Marini impreſſerunt in cōſtitutionibus impreſſis, non potuit habere notitiam, eo quia factū
1 fuit per multos annos poſt eum. † His præmiſſis diuido iſtam conſtitu.in quatuor partes. In prima ſtatuit, ꝙ ſolus rex pupillis, ſiue ſint maſculi, ſiue fœminæ concedit baliū; & non iudex ordinarius, vſque ibi, hi qui. Hic eſt ſecunda pars in qua ſtatuit, ꝙ baliatus iſte finitur completis annis 14.& tunc balius debet reddere rationem geſtis & adminiſtratis præſente iuſtitierio prouinciæ, vel delegato à regia maieſtate, vſque ibi, ita valet. Hic eſt 3.pars, in qua declaratur, ꝙ ſi in reddenda ratione balius ponat, & probet in exitu ſe expendiſſe pro ipſo baliatu, prout moris eſt, & expendiſſe pro ſuo victu, & veſtitu, moderatè tñ, & expendiſſe in perſona pupilli, aut rebus pupilli, & pro ſeruitio debito regiæ curiæ, omnes iſtæ expenſæ, ſi conſtat eſſe factas, ſunt reficiendæ per dictos iudices ipſi balio, & durat vſque ibi, ꝙ ſi fraudulenter. Hic eſt 4.& vltima pars. in qua ſtatuit, ꝙ ſi balius aliquam fraudem commiſerit in adminiſtratione rerum pupilli, & de dicta fraude manifeſtè probatur, omne damnum, quod propter ipſam fraudem paſſus eſt pupillus, tenetur pupillo reſarcire, & tantundem tenetur ſoluere regiæ curiæ, abolita praua conſuetudine in contrarium, quæ eximebat balium à reddenda ratione. Et hæc diuiſio habeatur pro ſummario, cum ſummarium poſitū
2 ſit in 1.gl. huius conſtit.† No.j.ex tex, ibi, ſi quando balium impuberum ſerenitas noſtra conceſſerit. ꝙ iſte tex.nō probat, ꝙ ſolus rex dat balium pupillis maſculis uel fœminis, quia iſta conſti.dicit.ſi quando, quæ dictio, ſi quando importat conditionem, ut in l. 1.& ibi Bart.ff.de condi.& demon.& ideo iſta conditio verificatur, quando baro uel comes mortuus ſit ab inteſtato, tunc ſolus rex dat balium filiis pupillis comitis, uel baronis, uel militis. Ite dicit cōſti. regni, in aliquibus.in uer.ſi verò minores.& in conſtitut.ſi quando.in 2.li.ſub rub.7. Et ſic tacitè videtur noluiſſe iſta conſti. ꝙ balius poteſt dari in teſtamento filiis uel filiabus pupillis, qui ſunt in poteſtate comitis, uel baronis. Et quia hoc non erat in iſta conſtit. declaratum, rex Carolus II.in
3 d.c.feudatarius. declarauit. † ꝙ feudatarius decedens teſtatus poteſt conſtituere balium ſuo filio in poteſtate abſque licentia, uel confirmatione regiæ maieſta. ſed ſi inteſtatus moritur, curia regia dabit balium pupillo, baliatus autem datus per regē pupillo non ſolùm habeat locū in pupillo, qui ſucceſſit in feudis quaternatis, ſed ēt in pupillo, qui ſolum ſucceſſit in feudis planis, & de tabula. And.de Bar.hic dicit, ꝙ ſolùm balius daſ filio comitis, uel baronis, uel militis habentis feuda quaternata, aliis autem hominibus inferioris gradus, uidelicet burgēſibus, uel uillanis, uel eorum filiis pupillis datur tutor, uel curator ſecūdùm ius Romanum, ubi uiuitur iure Romano, & ſi uiuitur iure Longobardo, mulieri pupillæ dabitur mundualdus, iuxta legem Lōgobardam. qualiter muli.permiſſum eſt alie.l.1. & quibus tu.dati ſunt.l. 1.per Carolum de Tocco gl. nam ēt appellatione mulieris infans & pupilla cōtinetur, ut ff.de au-
4 ro & arg.leg.l.argento.§.mulieres.† Secundò quæro, utrum rex dabit balium filio ſui domeſtici familiaris defuncti habentis feuda quaternata ex ſucceſſione, uel ex conceſſione regia de nouo, ſuperſtite auo paterno huius pupilli habentis eū in poteſtate? Dic, ꝙ non, ſed balius erit auus, quia eſt in eius poteſtate, ideo non erit in poteſtate alterius, ut in l. j.ff.de tut.& inſti.eo.§.j.& C.de cur.fur.l. fi.& hoc firmat hic And.de Bar. Sed an auus paternus pferatur matri in baliatu concedendo per regē, ubi auus non haberet nepotem

in

in poteſtate? Bar. in l. ſi quis ſub cõditione. ff. de teſta. tute.
tenet, ꝙ mater præfertur auo paterno. ſic etiam tenet Bart.
& Sal. in auth. matri & auiæ. verſi. quęro tertiò. C. quando
muli. tute. offic. fungi poteſt. licèt gl. ibi aliud videat ſenti-
re. & Ia. Bu. in auth. defuncto. C. ad tertul. tenet, ꝙ auus pa
ternus excludit matrem à ſucceſsione filij, ergo & à tutela,
quia ad tutelam vocátur ſicut ad ſucceſsionem, vt in auth.
ſicut. C. de legi. tut. Alex. in 1. vol. conſil. 88. ſed auus intrat
in locum filij, & per conſequens non ſuccedit mater, ſed
ipſe auus in tutela, ſicut in hæreditate. ſed Bal. & cõmuni-
ter Doc. nõ ſequuntur. Iac. Bu. vt patet ex ſcriptis per Bal.
in d. auth. defuncto. & per Saly. in d. auth. matri & auiæ. &
Bal. in ſti. de attili. tuto. 6. col. vide Alex. in 3. vol. conſ. 109.
5 incipiẽte, viſo ſtatuto &c. † Tertiò quęro pone, ꝙ alius, qui
nõ habet pupillum in poteſtate, de iure ſuccedit ſuo agna-
to in feudis, vtrum iſte agnatus poſsit in ſuo teſtamẽto da
re baliũ ſine regis licentia ipſi pupillo? Dicit hic Andr. de
Iſer. ꝙ nõ, vnde ſi mater vel alius, qui non hẽt filiũ in pote-
ſtate, dat balium filio ſuccedenti in feudis defuncti in ſuo
teſtamento, non valet talis datio balij, niſi confirmetur per
regẽ, & tunc confirmatus per regẽ non erit teſtamẽtarius
ſed datiuus, vt no. in §. fi. Inſti. de tute. licet nõ teneatur ſa-
tiſdare, vt in l. teſtamẽto. ff. de teſta. tute. & Inſti. de ſatiſd.
tuto. vel cura. §. j. & ff. de cõfirma. tuto. l. qui à patre. requi-
ritur ergo regia cõfirmatio baliatus, qñ mater, vel alius dat
tutorem pupillo, ſecundùm And. hic. Idem videtur dicere
Bar. in matre dante tutorem filio pupillo in ſuo teſtamen-
to, vt requiratur confirmatio iudicis. in l. naturali. §. ſi quæri-
tur. ver. quæro, quid ſi tutor detur à matre. ff. de confir. tut.
6 † Quartò quæro, quid ſi comes, vel baro eſt furioſus, vtrũ
rex dabit balium huic comiti, vel baroni maiori ad inſtar
pupilli? And. de Ba. hic in fi. tangit hoc dubium, & dicit, ꝙ
ſic, ex quo furioſus non multum diſtat à pupillo, vt. ff. qui-
bus ex cau. in poſ. ea. l. Fulcinus. §. adeo. in fi. bene facit id,
quod dicit Bar. in l. infamis. in fi. C. qui admitti. dum alle-
gat glo. in l. 2. C. de cura. furioſ. quæ dicit, quòd omnia be-
neficia minorum trahuntur ad furioſos. & dicit Bald. in c.
2. de bene. fratris. & quali. fra. fratri ſucce. quòd illa glo. in
d. l. 2. alibi non reperitur, nec ſimilis ei. Quintò quæro,
vtrum iſte balius datus à rege huic pupillo teneatur facere
inuentarium bonorum omnium ipſius pupilli? Dicit An-
7 dr. de Ba. † quòd ſicut tutor & curator & tenetur facere in-
uentarium, vt in l. fi. C. arbi. tute. ita & balius, quia etiam
curator furioſi tenetur facere inuentarium, vt in l. fi. C. de
cur. furioſ. cui addo text. in l. qui repertorium. ff. de admi.
tut. & Spe. in titu. de inſtr. edi. §. fi. Ang. in l. 1. §. hæc ſtipu-
latio. ff. ſi cui pluſquam per l. Fal. et non ſufficit facere inuẽ
tarium per manus priuatæ perſonæ, ſed debet fieri per ma
nus publicas, ſecundum quòd no. in l. tutores. C. de admi.
tuto. & Bart. in d. l. tutor qui repertorium. tamen ſi non eſt
factum legitimè, nõ per hoc infringitur tutela, vt in l. fi. &
ibi Bar. C. de magi. conueni. An autem teſtator, qui dedit
balium in teſtamento filijs poſsit remittere balio cõfectio
nem inuentarij? Vide Ale. in 4. vol. conſi. 59. incipiente, ſe-
reniſsimus. Sextò quęro, moritur baro, ſuperſtitibus filijs,
& filiabus, & ſuperſtite eius vxore, vtrum rex matre peten
te baliatum ab eo, teneatur concedere ſibi baliatum cõtra
dicente frater defuncti baronis, vel alio agnato petente ba-
liatum? Hæc quæſtio deciſa eſt per d. ca. feudatarius. vbi di
8 citur, † quòd ſi mater eſt honeſta, & vitæ ſobrię, pręfertur
alijs agnatis in baliatu filiorum, donec eſt vidua, ſed ea trã
ſeunte ad ſecundas nuptias, ſtatim perdit baliatum, & pro
uidendum eſt per regem de alio idoneo balio. idem dicũt
ſcribentes in auth. matri & auiæ. C. quando muli. tute. off.
fung. poteſt. & ſic patet, ꝙ mulier ſtatim cõtractis nuptijs
ſecundis repellitur à tutela, vt in auth. vt matr. debi. & cre-
di. §. quia verò. Quid ſi tantum ſponſalia de futuro cõtra-
xit? Vide Lucam in l. fi. in prin. C. de incolis. lib. 10. & Saly.
in auth. ſacramentum. C. quando muli. tut. offi. fungi po-
teſt. Septimò quęro, quid ſi non ſupereſt mater pupillorũ,
ſed ſupereſt auia paterna, vel materna, vtrum iſta pręfera-
tur alijs agnatis in baliatu, concedendo per regem ſicut di
citur in matre? Dicit hic And. ꝙ rex Carolus Secundus, eo
præſente, die 18. Decembris 4 indictionis 1305. declara-
uit idem in auia. idem dicit Bald. in l. Neſennius. ff. de neg.
geſt. ꝙ ſtatutum loquẽs de matre inſertur ad auiam, quia
9 eſt idem iudicium. † Octauò quæro, an baro, qui nõ habet
liberos, ſed habet nepotes ex fratre ſuo defuncto, poſtquã
ſine licentia regis non poteſt dare balium dictis ſuis nepo
tibus ſuccedentibus in feudis antiquis, quia illos non ha-
bet in poteſtate, vt ſup. dictum eſt in 3. q. poſsit in teſtamẽ
to ordinare gubernatorẽ, & adminiſtratorẽ bonis feudali-
bus & burgenſaticis ſuis? Dicit And. de Iſer. hic ꝙ ſic, quia
gubernator & adminiſtrator nõ eſt tutor, nec balius, & ꝓ
hoc allegat tex. in auth. vt liceat matri & auię. in prin. & be
ne facit l. 4. §. cum Polidius. ff. de vſur. cui addo tex. in l. qui
aliena. §. quãquam. ff. de neg. ge. vbi põt relinqui filius ſub
cuſtodia matris, & tũc mater nõ erit tutrix. Licet gerat ne-
gotia filij. Nonò quęro, quid ſi datus eſt dictus gubernator
per matrem ſuis filijs in teſtamẽto, ſed pater ipſorum filio
rum non vult, ꝙ dictus gubernator adminiſtret, & dicit
quòd ipſe eſt balius legitimus, & habet filios in poteſtate.
vtrum poſsit impedire, quòd ille gubernator factus à ma-
tre non adminiſtret An. de Iſer. tangit iſtam q. hic in fi. &
10 videtur concludere, † ꝙ tunc pater poteſt denegare guber-
natori cõſtituto à matre adminiſtrationem, qñ patri com-
petit vſusfructus, & tũc ipſe dicitur legitimus adminiſtra
tor, ſecus ſi teſtator expreſsè prohibuit, ꝙ nõ habeat vſum
fructum, tunc ſi pater non habet vſumfructum, nõ poteſt
impedire adminiſtrationem ipſi gubernatori, quia non dr̃
ipſe legitimus adminiſtrator, vt in auth. excipitur. C. de bo
nis quę liber. quę ſumpta eſt ex tex. prędicto in authẽ. vt li-
ceat matri & auię ſed ĩ bonis feudalibus maternis filio de
latis patri nõ competit vſusfructus ſecundum veram opin.
relatam per And. in c. 1. in 4. col. de his qui feu. da. poſ. re-
gulariter in alijs boni aduentitijs habet vſumfructum, vt
in l. prima. C. de bonis mater. & ſic à lege prohibitus eſt pa
ter habere vſumfructũ rerum feudalium, quæ obuenerũt
filio ex ſucceſsione materna, iſta prohibitio legalis non eſt
ſicut prohibitio facta ab homine, quando homo prohibet
in relicto facto filio, quòd pater nõ habeat vſumfructum.
11 † quia durius agitur. quãdo inhibitio vſusfructus fit ab ho
mine, quàm quando fit à lege, vt in l. Celſus. ff. de arb. & iõ
tenet hic And. ꝙ pater, cui facta eſt prohibitio à lege, ꝙ nõ
habeat vſumfructum, poteſt prohibere gubernatorem &
adminiſtratorem relictum in teſtamento, ꝙ non admini-
ſtret, ſecus ſi inhibitio fieret per hominem, quòd pater nõ
habeat vſumfructum in bonis relictis filio, tũc non poſſet
prohibere gubernatorẽ, & vt nõ adminiſtret. & iõ ſi mater
prohibuiſſet in teſtamento, ꝙ patri nõ q̃ratur vſusfructus
feudorum per eã relictorum filio, licet de iure nõ cõpetat
patri vſusfructus in bonis feudalibus maternis, vt ſuprà, at
tento ꝙ eſt ẽt prohibitio hominis cum prohibitione legis,
non poſſet pater impedire gubernatorem, & adminiſtratio
12 nem relictã per matrem dicto gubernatori. † X. & ultimò
quæro, ſi datus eſt balius filio pupillo comitis, uel baronis
per regem, & iſte pupillus habet caſtra extra regnum, vtrũ
iſte balius erit balius etiam in caſtris extra regnum exiſten
tibus? Reſpondet glo. in l. non ſolum §. et qui in teſtamen-
to. ff. de excu. tut. ꝙ iſte tutor, et ſic balius non erit in bonis
extra regnum, quæ nõ ſunt de iuriſdictione domini regis,
ſed reperio Io. Fabri, inſti. de attilia. tuto. in 2. col. intelligẽ-
tem dictam glo. ſic, ꝙ ſi pupillus habet domiciliũ in regno
tempore mortis patris, tunc balius datus ſibi per regem po
teſt ubiq; adminiſtrare, ſed ſi balius ſe excuſat de his, quæ
ſunt extra regnum, tunc iudex, qui eſt extra regnũ prouide
bit de tutore in his bonis, quę ſunt extra regnũ. et ſic intel
ligit gl. d. §. et qui in teſtamento. et hoc per l. pp. §. licet. et
l. iuriſperitos. §. cum oriundus. ff. de excuſa. tuto. et l. ma-
gis puto. §. illud. ff. de re. eo. Cy. autem in l. magiſtratus. C.
ubi petatur tutor. poſt argumenta pro et contra determi-
nat, ꝙ tutor datus à iudice, ſub cuius iuriſdictione eſt pupil
lus adminiſtrabit bona, q̃ nõ ſũt ſub iuriſdictione iudicis,
qui dedit tutorẽ, per d. l. magis puto. §. illud. ſi iudex extra

territorinm non præuenit in dando tutorem ipſi filio pu-
pillo, alias ſi præuenit, balius regni ſilebit in adminiſtra-
tione ſeudorum extra regnum, tamen in fi. firmat intelle-
13 ctum Ioan. Fabri, licèt de eo nullam faciat mẽtionem. †Se-
cundò no. ex text. ibi, pubertate ſuperueniente: quòd balia
tus pupillorũ finitur pubertate adueniente dicũt hic And.
de Ba. & poſt eum And. de Iſer. ꝙ baliatus ęquali tempore
finitur in maſculo, & in fœmina, videlicet finito 14 anno
ſuæ ætatis, incipiente 15. vt patet ſuprà in conſti. in aliqui
bus. ibi, ſuperuenientem 15. annum &c. & ſic debet intelli
gi hæc conſtit. vt finito 14. anno incipiente 15. tam in ma-
ſculo quàm in ſęmina finiatur officiũ balij. licet ſecus de
iure Romano ſit in tutela, quæ finitur in fœmina in 12. an
no. & in maſculo in 14. anno completo, vt inſti. qui. mod.
tute. fini. in princip. & Oldra. in conſi. 55. incipiente, quæ-
ſtio talis eſt. dicit, ꝙ in rege minor ætas eſt vſque ad 25. an
nos per iura, quę ipſe ibi allegat, & etiam inuito dari debet
curator, vt in c. grandi, de ſupplen. negli. præla. & in l. fina.
C. de his qui veni. æta. Pro declaratione quæro de quinque
14 quæſtio. † Et primò, vtrum iſte nobilis ſeudatarius mi-
nor 25. annis poterit de per ſe contrahere, & eſſe in iudi-
cio, tam in agendo, quàm in defendendo ſine curatore, tan
quam ſi eſſet maior, ſiue ſit iſte minor maſculus, ſiue fœmi
na. Dicunt hic Andr. de Ba. & Andre. de Iſer. ꝙ ſiue ſit feu-
dum, in quo viuitur iure Francorum, ſiue in quo viuitur
iure Longobardo, ſiue ſit adultus, fœmina, ſiue maſculus,
poteſt eſſe in iudicio ſine curatore, vel alio defenſore, quia
poſtquam exijt de balio, habetur pro maiore, tamẽ ſi lędi-
tur ab anno 15. vſque ad annum 18. reſtituitur in integrũ
petendo eam, vt dictum fuit poſt And. ſup. in conſtitu. mi
norum iura. & ſup. in conſti. ſi quando. & in l imperialem.
§. præterea ſi quis. Secundò quæro, an mulier ſeudataria
maior 15. an. poſtquam exiuit de baliatu, debeat eſſe in iu-
dicio, vel in contractu cum mundualdo, ſi viuitur iure Lõ
gobardo? And. de Iſer. hic videtur dicere, ꝙ nec mũdualdo
egebit elapſo 14. an. ſed And. de Ba. hic dicit contrarium,
quòd mulier etiam quòd ſit exagenaria, habet in aa locum
mundium, ſine quo mundualdo mulier non poteſt viue-
re, ideſt, vitam ducere, ſe ſemper debet eſſe ſub eo, vt in
Longobar. quali. mul. lice. alie. l. j. & in Lõgo. qui. tuto. da-
ti ſunt. ſed in fi. dicit, quòd ſi eſt comitiſſa per ſui nobilita-
tem non eget mundualdo, & omnia poteſt facere tan-
15 quam maſculus. † Tertiò quærit hic Andre. de Ba. quæ
potuit eſſe ratio, quare per iſtas conſtitut. inducta eſt hęc
mutatio à iure Romano, quod vult, quòd in fœmina finia
tur tutela in 12. anno, & in maſculo in 14. anno completo
vt ſuprà dixi, & per iſtas conſtitut. prouiſum eſt, quòd tã
in maſculo quàm in fœmina ętas quantum ad finiendum
baliatum. ſ. finitis 14. annis. Reſpondet ipſe, quòd nobili-
tas ipſius ſeudatarij ſupplet ætatem, arg. l. ſi longius. ff. de
iudi. nam filij comitum, vel baronum, qui ſuccedunt in co
mitatu, vel baronia, qui frequenter cõuerſantur in curia,
vt not. in l. 1. C. qui & aduerſus quos. præſumuntur magis
experti, & ideo dicimus, ꝙ princeps nõ poteſt errare in iu
re propter ſapientes aſtantes ſecum. l. omnium. C. de teſta.
& in iſtis diſcretio ſupplet ætatem. de deſpon. impub. cap.
tuæ. & de proxi. ſac. ſcrin. l. vnicuique. ſicut etiam doctor
minor 25. annis, quia habet practicam cũ literatis, ſi lędi-
tur non habet reſtitutionem in integ. vt eſt glo. in l. profeſ-
ſio. C. de mune. patrimo. lib. 10. Item quia hæc conſti. facit
perſonam minoris 25. annorum, completis 14. ann. eſſe
legitimam perſonam, ſicut facit l. 1. C. qui legi. perſo. & ſic
ſupplet iſta conſtit. iſtos. 14. annos, propter bonos mores
ipſius adulti. ſicut facit tex. in l. 1. C. de his qui veni. ęta. im
16 petra. † & ideo omnes adulti nobiles per ſe contrahunt, &
ſunt in iudicio ſine curatore, non quidem ex cõſuetudine
ſed potius de iure per iſtam conſtitu. vt firmat hic And. de
Ba. nobiles perſonæ habent aliquas pręrogatiuas, quas nõ
habent alij plebei, nam filiusfamilias nobilis poteſt dona-
re de rebus patris, quod nõ poteſt facere filius plebei, vt in
l. filiusfamilias. ff. de donati. item liberalitas conuanit nobi
libus perſonis, vt in §. hoc amplius. inſti. de rerũ diui. & in
l. 2. C. de conſuli. lib. 12. Item Imperator permutat cum ec
cleſia ſine ſolennitate ratione eius nobilitatis, vt in authen
tico, de non alie. §. ſi minus. item ratione nobilitatis largius
interpretatur, quãdo relictus eſt vſus rei tam nobili, quàm
plebeio, vt in l. plenum. ff. de vſu & habita. item in pœnis
eligẽdis corporaliter nobilis habet pręrogatiuam reſpectu
ignobilis. vt in cap. fin. de pœnis, vt nota. in capitu. primo,
in principio. de pace iura. firman. & per Lucam de Penna
de conducto. & procurato. l. prima, libro 11. & per Alberi
cum de Roſa. in l. presbiteri. C. de epiſcopis et clericis. dixi
in procemio iſtarum cõſtitutionũ, in §. nos itaque. in 6. no
tabili, vbi dixi de prærogatiuis nobilitatis, & de hoc vide
Lucam de Penna in l. mulieres. 3. col. C. de dignitatibus. li-
bro duodecimo, vbi ponit 36. prærogatiuas nobilitatis.
17 †Quartò quæro, ecce ꝙ nobilis feudatarius propter ſui no
bilitatem efficitur maior, cũ perficit annũ decimumquar-
tum. & ſic poteſt eſſe in iudicio ſine curatore, & contrahe
re ſicut maior etiam infrà annos 18. pone, quòd nobilis mi
nor 18. annis eſt vocatus i iudicio ſuper re ſeudali, qui po-
teſt petere ſibi curatore dari, & ſi non petit, non dabitur
ſibi curator, vt in l. qui habet. §. ſi pupillus. ff. de tutelis. & ſi
petit ſibi curatorẽ dari, & nõ eſt prouiſũ ſibi p regẽ de cu-
ratore, & factus eſt proceſſus vſq; ad ſentẽtiam excluſiuè,
vtrũ liceat huic nobili allegare nullitatẽ proceſſus? Rñdeo
ſecundum ea, quę dicit hic Andr. de Baru. ꝙ finito baliatu
poteſt nobilis minor, ſi vult, per illos quatuor annos vſq;
ad decimumoctauum annum petere ſibi dari curatorem,
argumento l. ſi impuberi. §. finali. ff. de tuto. & curato. da.
ab his. & talis curator, dicit ipſe, dandus eſt de mandato re
gio, quia daſ rebus ſeudalibus, ſi enim iſte curator potuiſ-
ſet dari à iudice, & iudex poſt petitionem non prouidiſſet,
dicerem quòd proceſſus non eſt validus, quia iudex poteſt
ſupplere defectum curatoris ex certa ſcientia, vt in l. bono
rum. C. qui admit. & in l. ſi curatorem habens. C. de in in-
18 teg. reſti. mi. †ſed quia iudex non poteſt ſupplere in ſeuda-
libus hũc defectum, dicerem, quòd proceſſus poſt petitio-
nem curatoris factã regi dicitur factus cum minus legiti-
ma perſona, & per viam reſtitutionis in integrum, cõſtito
de lęſione ipſius minoris, quæ ſibi cõpetit (vt ſup. dictum
eſt) reſtituitur minor in eo, in quo eſt lęſus, non tamẽ dice-
rem proceſſum nullum, quia adultus carẽs curatore habe-
tur pro maiore, vt in d. l. ſi curatorem habens. iuncta l. lex
quæ tutores. C. de adm. tuto. & quod not. in cap. conſtitu-
tus. de reſtit. in integ. firmat Alexan. 4. volu. conſi. 37. inci.
cõſideratis his, quę in proceſſu &c. Quintò et vltimò quę-
ro, ecce quòd rex dedit balium filio pupillo comitis, vel ba
ronis, & iſte balius cœpit adminiſtrare, pupillus uidens,
quòd iſte balius malè gerit negotiũ ipſius, quia ſubtrahit
res pupillares occultè, facit ipſum balium in ius vocare
ſuper illis rebus ſubtractis, nondum finita tutela, com-
paret balius in iudicio, & dicit, quòd ille pupillus non
poteſt ipſum in ius uocare pro ſua mala adminiſtratione,
ſed debet expectare, donec compleuerit annum 14. & pro
hoc allegabat Bald. in l. prima. in penulti. colum. C. ut acti.
19 ab hęre. & contra hęre. † ubi dicit, quòd actio tutelę eſt
generalis, & nõ ſpecialis, unde non naſcitur ſępius per ſin-
gulas cauſas, vt ibi latius per Bal. & durante tutela, uel ba-
liatu non poteſt fieri hęc conuentio, ut in l. 1. §. vltimo. ff.
de tute. & ratio. diſtr. & in l. ſi tutor reipublicæ cũ. in fin. &
l. ſed non datur. ff. eo. tit. In contrarium allegatur pro par-
te pupilli, ꝙ imò poteſt agi contra ipſum balium durante
baliatu actione furti, & hoc per tex. iuncta gl. in d. l. ſi tutor
reipu. in uer. condictio. ubi dicit, quòd poteſt agi cõdictio
ne furtiua durante tutela. Nec obſtant l. contrarię, qa pro-
cedunt, quando pupillus durante tutela uellet agere de ra-
tionibus diſtrahendis, tunc non poteſt agi, ut in dictis iuri
bus, de quo per Roff. Bene. in tit. de actio. de rationi. diſtra-
hendis. Solutio, dicit Salic. in l. aduerſus. C. de adminiſtra-
20 tione tutorum. †ꝙ tutor non poteſt conueniri durante tu-
tela condictione furtiua, licet ſit nata duráte tutela, per d.
l. ſi tutor reipu. cum l. ſequen. & in hoc differt à curatore,
ut in l. cum curatore. ff. de adminiſtratione tutorum, & ra
tio

tio eſt ſecũdum eum, quia tutoris poteſtas eſt maior, quia
principaliter eſt in perſonam, curatoris verò principaliter
in rem, & ſic non obſt. in d. verſi. condictio, quia intelligi-
tur, ꝙ ſit nata actio furti, ſed non exercitium actionis du-
rante tutela. Aliqui dicebant, ꝙ poterat agere ex ſtipulatio
ne, rem pupilli ſaluam fore, vt in l. non quaſi. §. hanc ſtipu-
lationem. ff. rem pupil. ſal. fo. vt dicit gl. in d. l. aduerſus. &
de iſto articulo, an & quando tutor, vel curator poſſit con
ueniri durante tutela, dic per Saly. poſt Cy. in d. l. aduerſus.
C. de adminiſtratione tutorum. & Bar. in l. ſi tutor. §. fin. ff.
de tute. & ratio. diſtra. & aliquid per ſcribẽtes. in §. ſed hoc
iure. inſtit. de attil. tuto. & Bar. in l. qui habet. §. pupillus. ff.
21 de tute. † Tertiò not. ex tex. ibi, de adminiſtratione balii red
dere debeant rationem, ꝙ balius tenetur finito baliatu ipſi
adulto in præſentia iuſtitiarij, vel iudicis delegati dandi à
regia curia ponere rationem de geſtis, & adminiſtratis per
eum, per iſtum text. Idem dicimus de tutore, & quolibet
alio adminiſtratore, vt teneatur rationem, & reliqua reſti-
tuere, vt hic, ibi, reliqua reddere, & probatur in §. fi. inſtit.
de attil. tut & in l. pro ſoc. arbiter. ff. pro ſoc. & no. in l. 2. &
ibi per Bar. ff. de neg. geſt. gl. in l. orphanotrophos. C. de epi.
& cle. & tenetur iſtè balius conſignare inuentarium, quod
fecit, necnon & librum rationum, vt dicit Ioann. Platea in
dicto §. fina. verſi. no. 6. ex fine &c. & patet in toto tit. ff. de
tute. & ratio. diſtra. & ſic mater, ſi eſt balia, debet reddere
rationem adminiſtrationis filio, vt eſt gloſſ. not. in l. ſi quis
prioris. §. fi. C. de ſecun. nupt. & in l. cum oportet. §. ſi au-
tem æs alienum. C. de bo. quæ lib. Pater verò, ſi eſt balius,
ſi habet vſumfructum in bonis filij ſui in poteſtate, non te
netur reddere rationem, quia eſt legitimus adminiſtrator:
vt in d. l. ſi quis prioris, & ibi Bald. & in d. l. cum oportet. §.
non autem. & §. ſi autem æs alienum. ſecus ſi eſſet emanci-
patus, vt in l. ſi ſuperſtitis. C. de dolo. l. licèt. C. ad le. falc. erit
ergo practica, vt finito baliatu petatur ipſum balium con-
demnari ad ponendum calculum, & rationem de admini-
ſtratis, & ad reſtituendum reliqua, vt plenè no. in c. 1. & 2.
de libelli oblatio. & in Spe. de iud. in 3. parte. poteſt etiã po-
tere, ſi vult, ꝙ condemnetur ad ſoluendum certam quanti-
tatem, in qua reſtauit debitor occaſione dictæ adminiſtra
22 tionis, vt in l. 1. & ibi glo. & Bar. C. ſi aduer. rem iu. † Quar-
tò no. ex tex. ibi, deducto quod in libro rationum. ꝙ balius
poteſt facere exitum de eo, quod expenſum eſt pro ipſo ba
liatu. Item poteſt facere exitum de expenſis quas ipſe ba-
lius fecit ſibi pro victu & veſtitu. Item poteſt facere exitũ
de expenſis, quas fecit in perſona ipſius pupilli, imò etiam
de expenſis, quas fecit pro redimẽdo pupillo à carcere, qa
hoc venit appellatione alimentorum, ſecundùm Bald. in l.
Neſennius. ff. de negn. geſt. per l. liber captus. C. de capti. &
rebus ipſius. Et ideo ſi fecit expẽſas pro cuſtodia caſtri, di-
citur iuſtè facta, quia dicitur facta cauſa quærẽdorum fru
ctuum, ſecundùm Ang. in l. 1. §. inter neceſſarias. de impen
ſis. de quo vide Alex. in l. diuortio. §. impendia. ff. ſolu. ma-
trimonio. Item facere poteſt exitum de eo, quod ſolutum
eſt curiæ pro ſeruitio debito pro bonis feudalibus quæ te-
net à regia curia, & poſtea debet producere cautelas, vel le-
23 gitimas probationes de dictis expenſis. † Et ex hoc infero,
quòd ille liber rationum, quem habet producere balius fi-
nito baliatu, in quo continentur dictæ expenſæ, videtur ꝙ
debet continere cauſam certitudinaliter, ut firmat Alexã.
in 2. volumi. conſilio 181. incipiente, lectis, & ponderatis,
& vltra eum allego textum. in l. apparitores. C. de exact. tri-
bu. libro decimo. Item debet continere nomen, cui datum
eſt, vt C. de ſuſcepto. l. neminem. & nomen perſonæ, à qua
recipit, vt in d. l. apparitores. item debet continere diem da
torum, & acceptorum ſecundùm Bald. in rub. C. de fi. in-
ſtrumentorum. colum. 16. verſi. viſo de ſcripturis, vt nota.
Bar. in l. 2. C. de nauiculariis. li. 11. & ibi per Lucam de Pen
na, de quo latius per Alexan. in prçallega. conſil. Tamen in
rebus minimis ſtatur libro rationis ſine alia probatione,
ſecundùm Bart. in l. 1. §. officio. ff. de tute. & ratio. diſtra. &
dicit Ange. de Aret. in d. §. fina. inſtitu. de attili. tut. ſi in ali-
quibus partitis magnis dictus liber cõprobatur per authẽ.
ſcripturas, tunc etiam in magnis partitis præſumitur pro
eis, donec contrarium probetur, ar. not. per Innoc. in capi.
fraternitatis. de hære. dixi in l. inter chartulas. de conueni.
fiſ. debito. Ego dubito de iſto dicto per id, quod dicit Spec.
in titu. de inſtrumen. editi. §. 14. verſi. quid ſi executor. vbi
dicit, quòd iſti, qui dicunt, credi libris ſuis in magnis quan
titatibus, vocantur papalardi, ſecundùm Iac. de Aret. rela-
tum per Ioan. And. ibi in additione. imò non valet conſue
tudo in contrarium, ſecundùm Abb. Sicu. in cap. bonę me
24 moriæ. de poſtula. prçlato. † Quintò not. ex text. ibi quod ſi
fraudulenter, quòd ſi pupillus patitur aliquod damnum
propter fraudem, vel dolum commiſſum per ſuum balium
conſtito de fraude, vel dolo, & damno pupilli, balius tene
tur totum damnum reſarcire pupillo, & tantundem tene-
tur ſoluere regio fiſco. & hoc eſt ad declarationem l. 2. ff. de
tute. & ratio. diſtra. vbi tutor committens dolum in rebus
pupillaribus punitur in duplum, ita quòd ſimplũ erit pro
damno, & aliud ſimplum erit pro pœna. Sextò no. ex text.
ibi, in ſacris largitionibus, quod iſta pœna, de qua hic, nõ
applicabatur ęrario pœnarum, ſed applicabitur comiti ſa
crarum largitionum, & quare dicitur ſacra largitio, vide
per Lucam de Penna in rubrica C. de canon. largitio. titu.
lib. decimo. & dicit Albericus de Roſa. in rubr. C. de offic.
comi. ſacra. largitio. quòd erant certi comites in curia Im-
peratoris, quorum officium erat donare ex parte principis
quibus expedire videbat. Septimò & vltimò no. ex tex. ibi,
praua conſuetudine, quòd dicitur praua conſuetudo illa,
quòd balius non teneatur ponere rationem finito baliatu.
25 † An autem ſit praua conſuetudo, quòd officialis non te-
neatur ſtare ad ſyndicatum? Videtur quòd ſic, quia auda-
cior redditur ad delinquendum. Item quia eſt contra ius,
quod vult, quòd officialis ſtet ad ſyndicatum, ut in authen
tico, ut iudices ſine quo. ſuffra. & in l. nemine. C. de ſuſce.
& arca. libro decimo. Et dicit Pau. de Leaza. in clementina
prima, vltima columna de electione. quòd conſuetudo cõ
tra rationem iuris poſitiui non valet. Bartolus in l. omnes.
C. de decurio. libro decimo, & idem dicebat Bald. in capit.
ſicut. de probationibus. quòd ratio eſt veſtimentum con-
ſuetudinis, aliàs conſuetudo eſt frigida, & nuda. Item con-
ſuetudo, quę ius alterius tollit, non valet, ſecundum Bal.
in diſputatione ſua, quæ incipit, accuſatus de vi turbati-
ua, in prima columna, per gloſſam in l. iniuriarum actio.
in verb. vſurpatum. ff. de iniuriis. Item conſtitutio regni,
quæ incipit, volumus, ſub rubrica 93. in primo libro, iu-
bet, quòd officiales ſtent in ſyndicatu. & in procem. con-
ſtitu. in §. fina. caſſatur conſuetudo pręterita, & futura con
tra conſtitutionem regni ergo nun valet cõſuetudo, quòd
officialis non ſtet in ſyndicatu. In contrariũ facit id, quod
dicit Angelus in authentico, vt iudic. ſine quoquo ſuffrag.
26 §. oportet. lo vltimo. † quòd officialis debet ſtare ad ſyndi-
catum: niſi aliud in literis electionis contineatur: quia tũc
pactum ſeruandum eſt, & ita conſuetudine ſeruatur, ſed
clarum eſt, quòd id, quod poteſt fieri per pactum, poteſt
fieri per conſuetudinem: quia conſuetudo æquiparatur
pacto, ut dixi ſuprà in præludiis, in octaua quæſtione, Bal
dus in lege liberti. C. de operis libertorum. Solutio, re-
perio Paridem de Puteo Doctor. Modern. habitatorem
Neapoli in tractatu de ſyndicatu, in verſiculo electio of-
ficialium. tenere, quòd ualet pactum, quòd officialis non
teneatur ſtare ad ſyndicatum, ſed non extenditur, vt non
teneatur pro furtis, argumen. l. ſi unus. §. illud. ff. de pact.
Idem quia priuilegium, quòd quis non teneatur ſtare ad
ſyndicatum, intelligitur de culpis, & negligentiis, non de
batatariis, & illicitis extorſionibus, per not. per Barto. in
l. ſi ſeruus. ff. de legatis primo, & not. in leg. mancipia. C. de
ſeruis fugitiuis. & not. in leg. fina. ff. ad legem Iul. repetun.
ut latius ibi per eum. In gloſſ. prima, vide eam, qui ponit
ſummarium in hac conſtitutione. In gloſſ. ſecunda, dic,
vt dixi ſuprà in primo nota. In gloſſ. tertia, dic, ut dixi ſup.
in ſecundo nota. In gloſſ. ultima dic, ut dixi ſuprà in rubri.
præſentis conſtitu.

De

De adminiſtrationibus rerum eccleſiaſticarum poſt mortem prælatorum, Rub. XXVIII.

CONTINVATVR SIC. Dictum eſt de prouiſione facienda, quando moritur comes vel baro, vel miles, ſuperſtitibus pupillis, & quomodo ipſi pupilli ſunt regendi, & gubernandi, verum quia dominus Rex eſt protector eccleſiarum, erat prouidendum eccleſijs viduatis paſtoribus, donec prouideatur per ſummum Pontificem de paſtoribus ipſarum eccleſiarum, ne bona eccleſiæ dilapidentur, ideo poſt prouiſionem factam circa bona pupillorum ſequitur iſta conſtituti. quæ loquitur de prouiſione circa bona eccleſiæ viduæ, donec prouideatur per ſedem Apoſtolicam de paſtore. Vtrum iſte Rex Gulielmus qui fecit iſtam conſtitutio. prouidendo eccleſijs viduatis, vt infrà, potuit feciſſe eam? Profectò dicit hic Andræ. de Iſer. quòd tempore huius regis Gulielmi nõ erat confectus liber decretalium, & licèt iſta conſtitu. ſit vtilis eccleſijs viduatis, tamen canoniſtæ nõ recipiunt leges principum ſeculariũ, quia nolunt, vt ponant falcem in meſſem alienam, vt patet in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle. vbi lex illa Imperatoris vult in fauorem eccleſiarum, quòd in alienationibus rerum eccleſiæ debeant interuenire ſubhaſtationes, ſed de iure canonico non requiritur ſubhaſtatio, quia nulla decretalis hoc dicit, ꝙ requiratur ſubhaſtatio, niſi ꝑ legatus Girardus ſedis Apoſtolicæ in hoc regno hoc ſtatuit, vt patet in ſuis ordinationibus, & illa ordinatio eſt inſerta in capitulis regni char. 30. tamen non ligat, quando alienatur res eccleſiæ virtute delegationis Apoſtolicæ, ſi in euidentem, quia inferior non facit ſtatutum cõtra ſuperiorem, ut in c. cum inferior. de maio. & obe. hoc firmat Bald. in d. authen. hoc ius porrectum, & ibidem Alber. de Roſ. in vlti. col. & Fely. in c. eccleſia S. Mariæ col. 26. de cõſti. & ideo dicit Andr. in ca. 1. qui ſucceſ. tenea. in fi. 6. col. quẽ ipſe non allegit, ꝙ ſtatuta imperatorum. & laicorum etiam ſcripta in decreto non ſeruantur in alienatione rerum eccleſiæ, licet ſint bona, niſi eccleſia ea ſpecialiter approbet, ut dicit Inn. in c. dudum. de rebus eccle. non alien. quæ hodie poſita eſt in 6. libro decretalium. & ſubdit, ꝙ d. authẽ. hoc ius porrectum. non ſeruatur in alienationibus rerũ eccleſiarum, licèt ſit inſerta in decreto, quia illa inſertio fuit poſita ad oſtendendum diligentiam, quã habuit imperator de rebus eccleſiæ, non autem ut recipiantur ab eccleſia, quia laici principes nullam habent poteſtatem ſuper rebus eccleſiaſticis, quia eorum cura ſolis ſacerdotibus eſt cõmiſſa 96. diſt. c. bene quidem. in fi. hoc ẽt expreſſè firmat gl. Io. And. in d. c. dudum in uer. tractatus. ibi, ſed quæ erit hic Bar. nunquid ſolennitas legis hoc ius porrectũ &c. Concluditur ergo, ꝙ non ualent leges principũ loquentium etiam in fauorẽ eccleſiarũ ex defectu iuriſdictionis, quia Rex nullam habet poteſtatem ſuper eccleſias, & perſonas eccleſiaſtica, ut in d. cap. eccleſia S. Mariæ. & ibi plenè per Abb. Sicu. in 4. col. & Fely in 27. col. eſſet enim, ſecundùm Abb. ibi, contra omnem honeſtatem, ut princeps ſecularis ponat falcem in meſſem alienam, & confunderetur ordo totius monarchiæ, licèt enim lex imperialis fauens eccleſiæ, ſi non contradicit canoni, etiam ab eccleſijs ſeruetur, vt dicunt Ioan. And. & Abb. Sic. in c. 1. de no. ope. nun. & Alex. in 2. vol. conſi. 121. incipien uiſo themate. in fi. tamen hoc non habet locum in legibus laicorum inferiorũ, etiam ſi fauent eccleſiæ quę etiam ꝙ faueant eccleſię, obſeruari non debent & quoad eccleſiis ſunt ipſo iure nullę, niſi per Romanum Pontificem approbentur, ut in d. c. eccleſia S. Mariæ. & Arch. 10. diſt. c. 1. iſta ſunt uerba Bald. in conſil. 336. in 1. vol. incip. articulus, ſiue caſus talis eſt &c.

ver. præterea quamuis lex &c. Et tantò magis, quia iſta cõſtitu. eſt contra ſacros canones volentes, ꝙ quando eccleſia eſt viduata paſtore, capitulũ ipſius eccleſię ſuccedit in adminiſtratione temporalium & ſpiritualem, vt in ca. ſi epiſcopus. & c. fi. de ſupp. negli. præla. lib. 6. & in clem. 1. & 2. de hære. & in c. 2. de ma. & obe. lib. 6. cum multis ſi. & patet in conſtitu legati Girardi, quæ incipit, cupientes eccleſiarum & locorum vacantium. & poteſt facere vicarium ſecundùm Ioan. Andrę. in nouel. & Domini. in d. c. fi. de ſup. negli. præla. & capitulum vel eius vicarius ordinabit vnũ vel duos fideliſſimos circa gubernationem mobilium, & immobilium eccleſiæ pro futuro prælato, vt in ca. hoc ius placiti. & c. charitatem 12. q. 2. Et in eccleſijs, vbi eſt archidiaconus, cuſtodia bonorum eccleſię vacãtis ſpectat ad archidiaconum, vt dicit gl. in c. cum veniſſent. de inſtitutio. & ſic vbi nõ eſt archidiaconus, cuſtodia bonorum eccleſiæ vacantis ſpectat ad capitulum, & ſi non habet capitulum, vel eſt negligens, archiepiſcopus debet habere cuſtodiam, vt in d. ca. fi. de ſup. neglig. vt declarat multùm bene Abba. in ca. bonæ memoriæ. de appel. cum conc. ſuis. & plenè de hoc in tract. ne ſede vacante, domini Franc. de Pauinis. Accedat ad id, quod dicit Bar. in l. vbi autem. ff. de tuto. & cur. da. ab his. vbi dicit, quòd vacante epiſcopatu remanet iuriſdictio apud capitulum, & vacante Papa remanet iuriſdictio apud collegium cardinalium, allegat Inno. de maio. & obe. capit. his quæ pro eccleſia. ſed quantum ad iuriſdictionem collegij mortuo Papa non eſt ſic, ut dicit Bartol. vt patet in cle. ne Romani. §. irritum. de ele. ſecundùm Ale. in appoſtillis in d. l. vbi autem.

SVMMARIVM.

1 *Baiuli in officio eis commiſſo excedere præſumuntur.*
Eccleſię paſtore viduatæ ſunt ſub regis protectione.
2 *Imperator eſt Deo obligatus pro eccleſiæ defenſione.*
3 *Conſtitutio loquens de archiepiſcopis & epiſcopis non extenditur ad prælatos inferiores.*
4 *Officiales debent eſſe fideles, boni & ſapientes.*
Eccleſia vacans non debet fraudari diuinis officiis.
5 *Commendatarius eccleſiæ facit fructus ſuos de expenſis pro ſolito eccleſię ſtatu.*

PERVENIT. Iſta conſtituti. fuit facta per regem Rogerium, & Petrus de Vinea inſeruit inter illas conſtitutiones Imperatoris Fede. & in effectu hoc intẽdit. Ad aures huius regis Gulielmi peruenit, quòd baiuli ſtatuit in terris quando eccleſia erat uiduata paſtore, dicitur enim eccleſia vxor prælati 7. q. 1. c. ſicut vir. de elec. c. cum inter. & in ca. 2. de transla. præla. recipiebant ad cuſtodiam res illius eccleſiæ pro futuro prælato, & quòd dicti baiuli non fideliter ſe gerebant circa ipſas res eccleſiæ vacantis, imò malè tractabant, & cuſtodiebãt res dictæ eccleſiæ, ideo rex prædictus declarat, ꝙ ipſe, qui habet omnes eccleſias regni, & maximè viduatis ſub eius protectione non vult permittere, ꝙ res eccleſiæ in aliquo minuatur, vel fraudentur, igitur ſtatuit vt in futurum, ſi aliquis archiepiſcopus, vel epiſcopus deceſſerit, res ipſius eccleſię viduatę ſint in cuſtodia trium virorum eligendorum de melioribus, & fidelioribus, & ſapientioribus ipſius eccleſiæ, & dicti viri habeant cuſtodiã & cõſeruationem ipſarum rerum, & donec eccleſia eſt uiduata, current, ꝙ ſeruitium diuinum miniſtretur de rebus eccleſię, reſiduum conſignetur poſtea creato paſtori, & ei reddatur ratio per dictos miniſtros deputatos. h. d. vſque in fi. & ſi intelligatur hæc conſtitutio, ꝙ dicti tres uiri eligantur per capitulum ſede uacante, iſta conſtitutio eſt cõformis cum d. c. hoc ius placiti. iuncto capitulo, nõ liceat. 12. q. 2. & nihil noui addit ad ius canonicum, ſi uerò intelligatur, ꝙ electio dictorum trium uirorum fiat per regem uel eius officiales, & tunc eſt contra canones, quia ꝓuiſio

ꝙ res

ꝙ res eccleſiæ cuſtodiatur, & conſeruetur pro futuro prælato, ſpectat ad capitulum, vt dixi ſuprà, in rub. præſenti
1 †Not.1.ex text.ibi, non ita fideliter, ꝙ baiuli præſumuntur
excedere in officio eis cōmiſſo, & ideo per iſtam conſtitutionem eſt eis inhibitum, vt ſe non impediant circa res eccleſiæ vacantis & pro hoc bene facit tex.in auth.vt ind. ſine quoquo ſuffra. §.illud quoque. præſumitur enim contra officialem, quando procedit extra ſuum officium, vt l. prohibitum, & ibi per Lucam de Penna. C.de iure fiſ.lib. 10. Secūdò no.ex tex.ibi, ſub protectione noſtra habemus, ꝙ eccleſiæ regni, & ſignanter viduatæ paſtore, ſunt ſub protectione regis, ꝙ intellige verum, quādo eſt requiſitus Rex per perſonas eccleſiaſticas, vt præſtet protectionem, & defenſionem circa res, vt dicit tex.in c. Maximianus. & in ca. ab imperatoribus. 2 2.q.3. & in c. venerabilem in gl de ele. ſunt enim reges huius regni defenſores eccleſiæ Romanæ.
2 22.q.5.c.de forma.Car.in clem.1 §.1, de iureiu. †Et Imperator Fede. dicit ſe Deo obligatum pro defenſione eccleſiæ in conſtitut. inconſultum, in 1.lib.& ibi dixi in 13. not.& ideo tex.96. diſt. c.boni principes. dicit, ꝙ boni principes reſtaurare, & protegere debēt eccleſias, ſed vbi perſona eccleſiaſtica eſt offenſa, debet ultro ſe offerre ad defenſionē cum poſſit, quia legitur in Prouerbijs. Qui perituro ſuccurrere pōt & nō ſuccurrit, occidit, & hoc maximè ſuperioribus cōuenit, vt in auth.vt nul.ind.§.& hoc puenit.ver. oēm verò. Bene facit.c.quantæ. de ſent.excō. & qđ ibi not. ad hoc optimè accedit tex.7.q.1. ca. oēs. vbi ſi quis negaret oppreſſis debitum fauorem impendere, quodāmodo Chriſtum negare videtur. Ad idem 23.q.3.c. fortitudo. & cap. non inferēda. Tertiò no. ex tex.ibi, archiepiſcopus, vel epiſcopus, ꝙ iſtud, quod dicitur in iſta conſtitu. non habet locum, quando moritur Abbas, vel alius prælatus inferior epiſcopo, per cuius mortem eccleſia eſt viduata, neq; quādo moritur alius prælatus inferior epiſcopo, quia iſti prælati differunt ab epiſcopo, vt in c.cum ex eo. de elect.in gl.
3 lib.6.& Inn.in c.quantò. de officio ordina. †Et ideo iſta cōſtitutio, quę eſt contra canones loquens de archiepiſcopis & epiſcopis non extenditur ad inferiores prælatos alterius qualitatis, quàm ſint epiſcopi, iuxta theoricam Abba. Sic. in c.ſedes. in 4 colum. de reſcrip. ſed videtur in contrariū, quia ratio, quæ procedit in epiſcopis defunctis, vēdicat ēt locum in prælatis inferioribus defunctis, & vbi habet locum ratio conſtitutionis, habet locum conſtitutio. l. adigere. §. quāuis. ff. de iu.patro. c.inter. corporalia de tranſla. & hoc videtur mihi verius, ſcilicet quando iſta conſtitu. eſſet recepta à Sancta Romana eccleſia. Quartò not.ex text.ibi, melioribus, fidelioribus, & ſapientioribus, tres qualitates, quę requiruntur in electionibus virorum in hoc officio, ſed qualiter intelligitur iſta maioritas an reſpectu diuitiarum, vel dignitatis, vel maioris natu, & nobilitas, vide plenè per Fel.in capitulo primo, de maioritate & obedientia. vbi per quinque colum. Sed hic non dicitur maioribus, ſed dicitur melioribus, & non ſtat hic comparatiuè, ſed electiuè, vt in ſimili per gloſſam & Salyce. in l.a. in quarta q.C. de iure emphy. & ideo accipitur hic pro bono viro, vt in l.1.in gl.C.de ſenten quæ pro eo quod intereſt. vbi gloſ.
4 exponit melius, id eſt bonum, †debent ergo officiales eſſe fideles, ſapientes, & boni, vide ad hoc copioſè Lucam de Penna in Rubr.C. de legationibus. lib.10. inquantum loquitur de fidelitate, in verſicu. a. & inquantum loquitur de ſapientia in verſi.3 a.in l.mulieres. in principio. dum loquitur, quòd prima nobilitas conſiſtit in ſapientia, & virtutibus. C.de digni.libro 12. & vide ſuprà, in 1.lib. in conſtitutione, magiſtri camerarij, ſub Rubr.40. vbi docet, quomodo baiuli ſunt eligendi de fidelioribus, ditioribus, & prudētioribus, & generoſioribus. Quintò no.ex tex.ibi, rationabiliter ſeruatur, quòd uacante eccleſia per mortem epiſcopi non propterea debet eccleſia defraudari diuinis officijs, & ſicut ſeruitur ei in diuinis officiis pręlato viuente, ita debent diuina officia celebrari eccleſia uiduata ſuo paſtore, & ſic ad officium cuſtodis bonorum eccleſię uacantis ſpectat prouidere miniſtris de neceſſariis, ut nō defraudetur diuinum ſeruitium, & etiam habebit cuſtos cibaria moderata, ſecundùm glo.in c generali. in fi. de elec. Et ideo quando Papa dat beneficium eccleſiaſticum, vel prælaturam in commendam, & quòd faciat fructus ſuos, dicit in bulla, quòd debeat ſeruiri facere eccleſiæ, ita vt nō defraudetur diuinis officiis. ita intelligitur Abb. Sicu. in c.querelam.
5 1.not.de elect. †vbi dicit, quòd commendatarius facit fructus ſuos, ſcilicet deductis expenſis pro ſolito ſtatu eccleſiæ, quia qui ſentit commodum, debet ſentire onus, vt in regula, qui ſentit. lib.6. vt latius ibi per Abb. Sexto not. ex tex.ibi, ipſi paſtori aſſignentur, quòd bona decedentiū epiſcoporū à nullo debeot occupari, quoniam omnia ſunt reſtituenda ſucceſſori, vt hic concordat tex.in c.illud. & c. non licēt.12.q.2. glo. eſt no. in d.c.generali. in fi. de elec.lib. 6.& not.in c.cum vos. de off.ordi. In glo. vnica, hæc gl. ſummat iſtam conſtitutio. & nihil aliud facit, ſed clarius fuit per me declarata.

De nouis ædificiis. Rub. XXIX.

IMPERATOR Federicus tractauit in titu. pręcedenti de cuſtodia bonorum eccleſiæ vacantis per mortem prælati, hic tractat de cuſtodiendo regnum in pace per demolitionem caſtrorum ædificatorum poſt obitum Regis Gulielmi ſui affinis, quæ caſtra forſè erant præparata ad futurum ſcandalum in regno, & turbationem pacis. ideo prouiſo ſuper cuſtodia bonorum eccleſiæ viduatæ paſtore, prouidet ſuper cuſtodia regni per deſtructionem dictorum caſtrorū, & annectit hic iſtam rubr. & dicit glo. hic, quòd parum valet hodie præſens conſtitutio in ſui principio, in quo mandat dirui caſtra ædificata in regno poſt mortem Regis Gulielmi per certum tempus ſub pœna, & poſtea prohibet diruta caſtra refici ſine iuſſu regio.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes an veniant munimentorum appellatione.*
2 *Caſtrum, quod debet deſtrui, ſi non deſtruitur, ad regem deuoluetur.*
3 *Caſtra vel turres ædificare non licet in locis de demanio regis ſine licentia ipſius regis.*
4 *Caſtellum habere in confinibus nemini licitum eſt.*
5 *Caſtrum non poteſt fieri in ſolo priuati, ſi præbeat materiam ſcandali.*
6 *Rex non habet, qui ſua facta iudicet.*
7 *Monaſterium deſtructum non poteſt refici ſine conſenſu Epiſcopi.*
8 *Caſtrum in quo differat à ciuitate.*

CASTRA munitiones. Diuiditur in quatuor partes. In prima narrat, qualiter fuit ſtabilitum in curia Capuana, quòd caſtra, munitiones, turres, erecta, & ædificata poſt obitum Regis Gulielmi non diruantur, vſque ibi, reuocata. Hic eſt ſecunda pars, in qua ſtatuit, quod dictum ſtabilimentum in curia Capuana celebratum expreſsè reuocat, & iubet, ꝙ omnia dicta caſtra ędificata, & erecta poſt obitum dicti regis deſtruantur, vſque ibi, publicationis pœna. Hic eſt tertia pars, in qua ponit pœnam publicationis caſtri, ſi non deſtruatur vſque ad Natale Domini Noſtri Ieſu Chriſti, uſque ibi, illud. Hic eſt quarta pars in qua ſtatuit, vt nullus ſine iuſſu regis audeat diruta caſtra reędificare, & durat vſque in finem. Hęc diuiſio habeatur etiam loco ſummarij. Not. 1. ex text. ibi, munitiones, quòd eiuſdem ſignificationis eſt munitiones, caſtra, oppida, turres, aliave huiuſmodi, quę contra aduentum hoſtium muniuntur ſiue vallo, ſiue foſſa, ſiue alio quouis modo, de

quo iu c.fi.in fi.de reſti.ſpo.habetur in c grandi.de ſup.ne
gli.prela.lib.6.ibi,caſtris,villis,& munitionibus Inde dici
mus,quod omnia,quæ inſtruunt cauſam, vocantur mu-
nimenta,vt in capitu.quoniam contra falſam.de probatio.
1 † An autem appellatione munimentorum veniant teſtes,
dicitur,quòd ſic,niſi in duobus caſibus, de quibus per Fe-
ly.in cap peruenit.lo 1.de teſti.cogen. Secundo no.ex text.
ibi,reuocata conſtitutione,quòd Rex legem,quam ipſe in
parlamento generali cum conſilio procerum,vt in l.huma
num.C.de leg. edidit, poteſt reuocare abſque parlamento
generali,vt hic,& firmat Cy. in l.fina.C.de leg.& Albe.de
Roſa in Rub.ca.de legibus.Et ſic fallit illa regula, vnum-
quodque vinculum,per quod ligatum eſt, eodem vinculo
diſſolui debet,vt in l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.quod
enim mutatur,nõ remanet in prima ſua figura, ſecundum
Bal.in l.non eſt nouum. ff. de legi. Et ſic patet,quod leges
ciuiles ſunt mutabiles,& variabiles,vt in capit. non debet.
de conſan.& affi. An Papa conſtitutionem factam in cõci
lio generali,vt ipſe præeſt,poſſet ſine concilio generali tolle
re? Sunt opi.inter doc.Hoſt.tenet q ſic,in cap. nulli. de ſen
tent.excom. Abbas antiquus ibi tenet contrarium,de quo
2 ibi per Fely.† Tertiò no.ex tex ibi,pœna ipſius caſtri,quod
caſtrum,quod debet deſtrui,ſi non deſtruitur,erit domini
regis,concordat tex.in l.libertinum.ff.de bon. libe. & ff.de
bo.dam.l.fin.§.1.& C.de epiſco.& cle.l. ſi quis presbyter.
hæc iura ad hoc allegat Andr.in cap.1.§.fina.in addit.ma-
gna,de capitu.Corra. Quartò & vltimò no.ex tex.ibi,refi-
cere,quòd nullus in regno caſtra,& turres,vetera,& vete-
res poteſt reficere ſine expreſſa iuſſione regis. Et ex hoc in-
fertur,quod ſi non licet reficere vetera caſtra ſine iuſſione
regia, multò fortius non erit licitum noua caſtra erigere in
ſuo ſine licentia regis: Accedat hic id, quod dicit Bartol.
in l ſacram.ff.de rer.diui.vbi dicit, quòd muri ciuitatis nõ
poſſunt refici, nec de nouo conſtitui ſine licentia regis.Idẽ
Innoc.in c.Piſanis.de reſtitu.ſpo.vbi dicit, quod ſicut non
licet noua caſtra facere cũ iniuria, & æmulatione alterius
ita nec vetera incaſtellare,quæ non probantur habitata.C.
de fundis limitro.l.1.& 2.& 3.lib.11.& in rub.C.de meta-
tis.lib.10.ſed non eſt ſic,nam per conſtit. ſequen.declara-
3 tum eſt † q non licet ædificare caſtra, vel turres in locis de
dema.domini regis,ergo in locis priuatis domino ſoli licet
ędificare caſtra, & turres ſine iuſſu regio: quia regulariter
vnicuique licitum eſt facere, & fabricare in ſuo loco, vt l.
per prouincias.C de ædific.priua.& probatur in l.Impera
tores ff.de ſeruitu.vrba prędi.& l.opus nouum ff.de oper.
publicis.Et propterea bene dicit hic And.hodie Comites,
& Barones præterquam in terris de nanij,& pręter ęmu-
lationem,& præter ſcandalum poſſunt ædificare caſtra in
ſolis eorum ſine licẽtia regis. Et ideo pro declaratione fac
regulam, quòd barones poſſunt caſtra in regno ędificare
ſine licẽtia regis in eorum territorio. Sed iſta regula habet
plures limitationes. Prima limitatio eſt,niſi talia ædificia
fierent ad æmulationem, vel ad iniuriam alterius, vt dicũt
glo.in ſupra dictis legibus, & Bartol.in d.l.opus vbi dicit,
quòd ſi aliquis faceret munitionem in aliquo loco, quæ
poſſet eſſe periculoſa alicui ciuitati,non debet ſibi permit-
ti.Idem ſi eſſet verecundia alteri ciuitati, quàm ei,cui ſub-
iecta eſt,& firmat hoc expreſsè And. Secũda limitatio eſt,
niſi fieret caſtrum,vel turris in ſolo proprio, quod eſſet in
confinibus regni, tunc non licet ſine licentia regis, vt in l.
2.C.de fundis limi.lib.11.quia pręſumitur ſuſpicio futuri
ſcandali,ſecundùm And hic,accedant ad hoc no.per Inn.
in d.c.Piſanis.& per Barto.in l.ſina.ff.de colle.illi. bene fa-
cit id,quod dicit Ange.in l.lex 1 a.tabu.ff.ad leg.Iul. maie-
4 ſta.† q in confinibus non eſt licitum alicui priuato habere
caſtellum,& ideo bene faciunt ciuitates,cum ea ponunt in
ruinam.Nec ẽt intra confines licitum eſt in ſuo ſolo facere
caſtellum, aut fortilitium ad tribulationem reipublicę,vel
aduerſus quietẽ alicuius ciuitatis,vt no. in d.l.per prouin-
cias & C.de metatis.l.deuotum.lib 12.& in d.l.2 de fun-
dis limitro.fallit hoc ſecundùm Bart.in d.l.2.niſi per tem-
pora vetuſta poſſederint, quia tunc talis vetuſtas pro lege

habetur:ut in l.2. ff.de aqua plu.ar.& uide pro iſta ſecun-
da limita. D.Barth. Veron.in ſuo laudabili tract. de ſeruit.
urba.in c.29.in uer.quinto fallit ubi inter 10.limitationes
quas ponit ad illam regulam, q in ſuo licitum eſt ædifica-
re ponit iſtam limitationem: niſi ædificium noceret uici-
no, uel faceret ad ęmulationem,alleg.gl.quę patitur flua ſi
legum in l. 1.§. denique. el 2. de aqua plu.ar.& in l. flumi-
num.§.fi.ff. de damno inſe. Cy Bald.& Doc.in l.altius. C.
de ſerui. Tertia limitatio eſt,niſi caſtrum fieret in terra de
5 dema.domini regis: ut in conſti. proxima ſeq.† Quarta li-
mitatio eſt,niſi caſtrum factum in ſolo priuato ẽt de licen-
tia regio præberet materiam ſeditionis,& ſcandali,tũc pu
blica utilitas præfertur priuatę, per l. Lucius.ff.de euic. &
ff.de rei uen l.item ſi uerberatum.cum multis ſi ſecundùm
And. hic in fi. nam ſi à principio, quando fuit factum ca-
ſtrum cum licentia regis, non erat locus ſcandali, uel ſedi-
tionis,& poſtea ſic, tunc item eſt ac ſi à principio,quando
fuit ędificatum, fuiſſet materia ſcandali,ſ.quia tũc potuiſ-
ſet prohiberi, ita nunc poteſt deſtrui, quia hæc paria ſunt
l.2.§.& generaliter.ff. de doli excep.cum ſi.hic per Andr.al
legatis in fi.cui addo pro iſta concluſione tex. in c.ſuggeſtũ
de decimis.ubi priuilegium conceſſum ualidè,ſi poſtea po-
terit ſcandalum oriri,priuilegium ex noua cauſa prædicta
poteſt reuocari. Ad hæc accedant iura allegata per gloſ.
ibi,& Abb.Sic.in c.pen.de cle.non reſi.& Bal.in l. falſo. C.
de diuerſis reſcrip.Ioan de Plat.in l.eos. C de aqueductib.
11.Ioan.de Imo.in l.ex facto 4. colum.ff.de uulgari & pu-
pilla. Sed iuxta prædicta quero,pone, quòd dominus rex
mandat deſtrui mœnia cuiuſdam oppidi,ſeu caſtri, pręſup
ponendo quod princeps hoc fecit ex cauſa,licet nõ expreſ
ſit,quia nullus inferior poteſt dicere principi, declara cau
ſam,quia dicit Andr.in c 1.in verſ.reditus piſcatorũ. quæ
6 ſint rega.† quòd rex non habet, qui ſua facta iudicet,vt di-
cit glo.ſuper illo pſalmo, tibi ſoli peccaui, mœnia nõ fue-
runt in totum deſtructa,ſed in partem, vtrum idem baro,
cuius eſt caſtrum,vel eius ſucceſſor dicta męnia poſſit refi
cere ſine licentia regis? Reperio Bal.in l.ſi cõſtat proponis.l.2
a. C.de nup.vbi dicit,quòd ædificium caſtri,quod non po
teſt fieri de nouo ſine licentia principis, ſi eſt deſtructum,
non poteſt refici, quia illa ſolemnitas, quæ requiritur in
conſtructione noui operis, requiritur etiam in refectione
ipſius.& pro hoc bonus tex.in l. 1. §.pen. ff de mort. infe-
ren. vbi operis noui nunciatio habet locum non ſolùm in
nouo opere conſtruendo, ſed etiam quando quis vult refi-
cere, & hoc largè accipiendo, reficere, ſecundùm gloſſam
ibi.& Bart.in l.1.§.ſi quis ædificium.ff.de operis noui nun
cia.In contrarium facit, quia diſpoſitio uetans aliquid ac
quirere de nouo,non dicitur uetare iam acquiſita retineri.
c.3.de iud.& quia aliud eſt de nouo creare, aliud reuocare,
de quo in cle. fin.reſcrip.facit ad hoc gl. in c. de monacis.
7 18.quæſt.2.† vbi ſi totum monaſterium deſtruitur,requiri
tur in refectione conſenſus epiſcopi,ſed in reparatione nõ
requiritur. hoc etiam firmat Alexand. in d. §.ſi quis ędifi-
cium. & habetur in l.inter ſtipulantem.§. ſacram.de verb.
obli.& firmat Hoſt. in ſum. de eccleſijs ædifi. in §. fi. in fi.
Pro ſolutione huius q. ego dixi. dum caſus iſte veniret de
facto in caſtro pontis,quod ex quo rex mandauit muros il
lius caſtri deſtrui, licet in parte fuerint deducti, quòd nõ
liceat domino caſtri reficere ſine licentia regis, quia illud
mandatum de deſtruendo durat, & ſi tunc non eſt execu-
tum,poteſt exequi, quia mandatum regis tranſit ad poſte-
ros,arg.c.licet.de uoto.ſecundùm Bal. in l.mandatum. C.
mand.in 3.colum.& tantò magis,quia res non eſt integra,
quia in parte mœnia fuerunt diruta mandato regis, item
q ſi au toritate ſuperioris facta eſt deſtructio partis mu-
rorum, non licet reficere ſine iuſſu regio, argum.l. quę de
tota. ff de rei uendi. ſed in tota deſtructione mœniorum,
ſtante iuſſione regia non liceret reficere,ut dicit Innocen.
in c.2.de operis noui nuncia.ergo &c.& ita olim ego con-
ſului domino dicti caſtri, qui fuit meus cognatus de do-
mu de Saraſiamundo.vide ad hoc Andr. Barba.in c.ex par
te 3.columna, de feudis.In gloſſa ſecunda, nota iſtam gloſ.
quæ

quæ declarat, quid ſit caſtellum, quid caſtrum, & quid ter
ra plana, & quid turris, de aliis contentis in gloſ. dic, vt di-
xi ſuprà, in 4 not. cui adde id, quod dixit Bald. in l. vt inter
8 diuinum. C de ſacroſan. eccle. vbi dixit, † quòd caſtrum &
ciuitas non differunt, niſi ſicut parua ciuitas à magna, &
caſtrum eſt membrum ciuitatis: vt in l. qui ex vico. ff. ad
municipa. In glo. fina. quærit gloſ. An iſta conſtitu. habeat
locum in caſtris erectis poſt hanc Natiuitatem Domini
noſtri. & arguit quòd ſic: quia quando lex aliquod factum
punit, hoc ipſo id factum improbatur: ſed iſta gloſſ. con-
tradicit ſibi ipſi: quia in prima glo. dicit, quòd hęc conſti.
parum valet: quia loquitur de præteritis, & non de futuris
& hoc etiam firmat Andr. hic, & iſta gloſ. quæ vult, quòd
conſtitutio iſta intelligatur etiam de futuris caſtris ædifi-
catis poſt dictum Natale. Intellige ſecundùm illas quatuor
limitationes, quas poſui ſuprà in diſtin. 4. no. & ita firmat
etiam And. hic.

SVMMARIVM.

1 *Habitantes in locis demanii regis debent eſſe ſecuri.*
2 *Dominus vaſallis ſuis auxiliari & opem præſtare debet.*
3 *Dominus ſubditum defendere debet à latronum incurſibus.*
4 *Laici pro publici ſtatus tuitione fortificare poſſunt turrim ec-*
cleſiæ.

INCOLIS demanii. In locis demania-
libus domini regis nõ licet priuatis per-
ſonis erigere turres, etiam ſi fierẽt ad de-
fentionem ſed ſufficiunt eis munitiones
regiæ & ſecuritas protectionis regiæ, h.
1 d. † Not. ex text. ibi, munimine noſtro, ꝙ
in locis demanij omnes ibi exiſtentes ſunt ſecuri, & etiam
habitatores in terris baronum quia directum dominium
eſt domini regis, & vtile ipſorum baronũ, vt dicit hic An-
drę. & firmat gl. ſup. in præludiis iſtarum conſtit. præſtat
ergo Rex ſecuritatem omnibus ſuis ſubditis, & eorum bo-
nis: ideo non expedit eis facere turres, vel caſtra in locis
demanij pro eorum ſecuritate. Et inquantum Andr. hic di
cit, ꝙ vtile dominium præfertur directo : dic, ꝙ contrariũ
ipſe dixit in c. 1. 2. col. de feu. ſine culp. non amit. referendo
Hoſt. in ſum. de feu. & in c. 1. §. ſi quis fecerit. 7. col. quo tẽ
2 po. miles. † & ſic patet, quòd dominus debet auxiliari ſuis
vaſ. vt in c. 1. de forma fidel. quem text. ad hoc alleg. Alex.
in 5. volu. conſil. 15. in 3. col. verſ. ſed dominus feudi. & fir-
mant glo. & Abb. & alij in c. breui. de iureiu. Et dicit Bald.
in c. 1. §. conuenticulat. in princip. de pace iura. firm. quod
dominus debet adiuuare vaſallum iniuſtè, hoc eſt, quòd
non debet tradere eum inimico ſuo, etiam ſi feciſſet mille
delicta. bene facit id, quod dixit And. in ca. 1. in 1. col. qui.
mod. feu. amit. ꝙ dominus pugnat pro ſubditis etiam ex-
tra territorium, & in ca. 1. §. præterea. quæ ſit prima cauſa
benef. amit. dicit, quòd dominus debet repellere iniuriam
factam vaſallo. & idem dixit in cap. 1. in 5. col verſicu. item
pro recuperanda re ſubditi. hic finitur lex Corra. Et domi
nus poteſt agere pro vexatione facta ſubdito, vt in c. licet.
in fi. & ibi per Doc. de prob. ſecundùm Old. in conſil. 206.
3 Et And. in ca. 1. in ver. vectigalia, quæ ſint rega. † dicit, ꝙ do
minus tenetur defendere ſubditum ab incurſibus latronũ.
alleg. Sanctum Thomam 2 2. quęſt. 6 1. pen. q. Et ideo tem-
pore guerræ dominus poteſt de facto recipere caſtrum ſui
baronis, vt cuſtodiat eum, vt dicunt Bal. & Ange. in l. fi. C.
de litigio. idem dixit Bal. in c. 1 §. quid ergo. de inueſt. de re
alie. facta. & Lud. in l. ſi mora. ff. ſolu. matrim. & hoc, quia
conceſſo caſtro per regem remanet ſibi ius ſuperioritatis,
vt in l. humanum. C. de legi. ſecundùm Bald. de nouo C.
componen. in 1. char. & ideo tempore guerræ poteſt ca-
ſtrum vaſalli fortificare, & tenere ibi gentem armatam, ſe-
cundum Bal. in l. ſi aliqua. in fi. prin. de off. procon. & lega.
& idem dicit Albe. de Roſ. in l. ſi ita legatus. ff. de vſu & ha
4 bi. imò plus dicit Bal. in l. 2. C. de ſum. tri. † quod pro tuitio-
ne publici ſtatus laici poſſunt fortificare turrim eccleſiæ,
& Albe. in l. ſi ff. de vſu & habit. dicit, ꝙ inuito vaſallo do-
minus poteſt eius caſtrũ reficere, & fortificare. In glo. vni-
ca, dic vt Azo in ſumma. C. de ędifi. priua.

De ijs, qui ſeruos alienos cœperint, vel pecuniam alienam inuenerunt. Rubrica. XXX.

QVIA ſup. in proxima conſtitu. dictum
fuit, quod ſubditis domini regis debet
ſufficere protectio, & defenſio regia. Ve
rùm, quia talis protectio, & defenſio nõ
ſolum conſiſtit in caſtris, & munitioni-
bus regis, ſed conſiſtit in protegendo
ſubditos, quando eorum ſerui, uel ancillæ aufugiunt à do-
minis ſuis, & etiam conſiſtit, quando ſubditi regis amiſe-
rint pecuniam, vel aurum, vel argẽtum, vel alias res, ut do-
minus rex habeat prouidere circa recuperationem dicto-
rum ſeruorum fugitiuorum, de qua prouiſione non erat
dictum, ideo immediatè ſequitur iſta rub. quæ ſub ſe con-
tinet tres conſtitu. quæ prouident dictis damnis ſubdito-
rum regis, quia proprium Imperatoris eſt tueri ſubiectos:
vt in l. 3. ff. de off. præfecti vigi. & in authen. ut diuinæ iuſ-
ſio. in prin dicit, ideo nanque uoluntarios labores appeti-
mus, ut quietem aliis pręparemus. & alibi dicitur, ꝙ ſtu-
dium Imperatoris eſt utilitati ſubiectorum prouidere, vt
in authen de eccleſi. immobilium alie. in princ & in auth.
de quęſt. in princ. dicitur, ꝙ prouidentia Imperatoris con
ſiſtit in hoc, ut eius ſubditi ſeruentur illęſi, prout leges, &
in authen. de armis. in princip. dicitur. ſtudemus noſtros
ſubditos, quorum regimen tradidit nobis Deus, illęſos, &
ſine calumnia cuſtodire. ad idem tex. in auth. vt differen. iu
di. in princip.

SVMMARIVM.

1 *Seruos fugitiuos capere prohibitum eſt communi iure.*
2 *Seruum fugitiuum an teneatur quis apprehendere & domino vel*
baiulo conſignare.
3 *Baiulus ſeruum fugitiuum ſibi conſignatum ad magnam curiam*
vicariæ debet tranſmittere.
4 *Seruus fugitiuus anno ſolo per regem præſcribitur.*

SERVOS & ancillas. In tres partes di-
uiditur hęc conſti. In prima ponit regu-
lam, quę talis eſt, nulli liceat capere ſer-
uos, & ancillas fugitiuos, vſque ibi, niſi.
Hic ponit exceptionem à d. regula, uide-
licet niſi tales ſerui fugitiui caperẽtur ad
effectu, ut domino reſtituantur, & quàm citius reſtituent,
& ſi dominum ſeruorum fugitiuorũ ignorent, conſignent
baiulis, & poſtea baiuli d. ſeruos tranſmittant magnę cu-
rię uicarię, hoc corrigitur infrà in conſtitutio. mancipia,
vſque ibi, ſcituri. Hic imponitur pœna illis, qui receperũt,
& detinuerunt ſeruos fugitiuos, & baiulis, quibus fuerũt
conſignati, & non tranſmiſerunt magnę curię vicarię. &
punitur ipſe, ꝙ ipſe erit homo regis, vnà cum omnibus re-
1 bus ſuis, h. d. † Not. ꝙ non ſolum per iur commune eſt pro-
hibitum capere, & detinere ſeruos fugitiuos in l. quicunq;.
C. de ſeruis fugitiuis, ſed etiam per conſtitu. ſed alia pœna
imponitur capienti & retinenti ſeruum fugit. de iure com
muni, vt in d. l. quicunque. & alia imponitur per iſtã con-
ſtit. Qui autem celauerit ſeruum fugi. pœna eſt furti, ut in
l. 1. ff. de ſer. fug in d. l. quicunque. & patet, infrà in conſtit.
mancipia. in fine. Sed quęro, utrum priuatus uidens ſer-
uum fugitiuum teneatur illum apprehendere, & conſi-
2 gnare domino, uel baiulo. † Dic, quòd aut iſte recepit pecu
niam,

niam, quòd nō apprehenderet eum, & tunc tenetur apprehendere, vt in l. 2. ff. de recepta. aut non recepit pecuniam & fuit admonitus per iudicem, vel eius nuncios, & tenetur apprehendere, vt C. de his qui latro. l. 1. aut non fuit monitus, & non tenetur apprehendere, vt ff. de fur. l. furtum. & ff. de condi. ob turp. cauſam. l. idem eſt. & l. 1. ff. de recepta. An ſi baiulus poteſt capere ſeruum fugi. & illum non capit, teneatur domino ad emendam ſerui? Dico, quod ſic, per tex. in l. 1. C. de deſerto. lib. 12. quia ad officium baiuli pertinet capere fures, & ducere ad magnam curiam, vt ſu-
rit. ſed lex fin. C. de fun. patri. dicit, quòd iſta non præſcri-
buntur, nec ea quæ ſunt publici uſus. ff. ne quid in loco
publi. & l. prę̨ſcript. C. de oper. publ. Sed iura, quę̨ di-
cunt, quòd ea, quę̨ ſunt publica, non prę̨ſcribuntur, nec
ea quę̨ ſunt de demanio regis prę̨ſcribuntur, ut ſup. in prę̨
ſenti

ſenti 3.lib.in conſti. cum vniuerſis. ver. prǽſcriptione.ſub
rubr.7.ſemper intellige, niſi ſit præſcriptio tanti temporis,
in cuius contrarium &c.vt dixi ſuprà in conſt.præce.in 8.
no.& firmat hic Andrę.in princ.& dixi in c. 1.§.1.de cap.
Corra.Et dicit hic gl.ꝙ ſemper iſta conſti. fuit interpreta-
ta, vt contra fiſcum priuatus, qui tenuit & poſſedit feudũ,
vt feu.per centum an.licet nullum habeat titulum,eſt ſecu
rus, ꝙ non poteſt moleſtari à fiſco, conſtito de continuata
poſſeſſione centum an.nec requiritur probare de præſentia
fiſci, quia fiſcus ſemper eſt præſens,vt no.in l.1.C.de qua-
3 dri.præſcri.† An autem caſtrum,vel feu.quater.poſſit præ
ſcribi,vt res burgenſatica liberetur præſcriptione tanti tẽ
poris,cuius initij memoria hominum nõ exiſtit, Ego dice-
rem ꝙ ſic,quia per priuilegium regis hoc poteſt fieri, vt pa
tet in c. 1. de contro.feud.apud pa.termi.per An.ergo idem
poteſt dicta vetuſtas temporis ſecundùm And. hic, quę ha
bet vim priuilegij, vt ſuprà proximè dixi. Quartò not. ex
tex.ibi, centum an. ꝙ bona incorporata fiſco ſiue ſint bur-
genſatica, ſiue feudalia, ſi perueniunt ad manus priuatarũ
perſonarum, fiſcus habet hoc priuilegiũ, vt contra eũ nul-
la obſtet præſcriptio, niſi ſolùm præſcriptio centenaria, ſi-
cut idem priuilegium habet eccleſia Romana, vt in l. fi.C.
de ſac.ſan.eccl.& auth.ibi poſita. & in corpore auth.vt ec-
cleſia Roma.centum ann.gaude.priui.in princi.& in c.ad
audientiam.& c.cũ nobis.de præſcr.16.q.3.c.nemo.Idem
priuilegium habet ciuitas in rebus ei relictis, vel donatis,
4 vel emptis.d.l.fi.† Sed pro declaratione quęro, ecce ꝙ con-
tra regium fiſcum in bonis incorporatis fiſci nulla poſſeſ-
ſio nocet fiſco, niſi continuata poſſeſſio centũ an. Quęro,
quid ſi fiſcus agat contra tenentem feudũ, dicens illud ad
ſe pertinere. quia tenens illud, nullum habet eſſicacẽ titu-
lũ,conuentus ſe defendit hoc mõ, quia dicit partẽ ſuũ, vel
eius predeceſſorẽ fuiſſe inueſtitũ per regẽ, & probat ſe cum
ſuo authore, à quo cauſam habet, ut in l.de acceſſionib.ff.
de diuer.& tẽpo. pręſcr.& no.in l.Pomponius.ff.de acqui.
poſ.poſſediſſe dictũ feudũ an.30.cõtinuatis temporibus,&
pręſtitiſſe ſeruitiũ regię curiæ, quando fuit indictũ, vtrum
ſit ſecurus? Videtur ꝙ nõ,quia nulla præſcriptio currit cõ-
tra fiſcũ regiũ, niſi centenaria, ut hic. ergo talis præſciptio
30.an.nõ nocet fiſco.Secundò ad idem conſti.præcedens,
quę vult, vt feudum pręſcribatur per 30.an.habeat locum,
quando eſt quæſtio inter priuatas perſona,nõ quando in-
ter fiſcum & priuatum,tunc habet locum iſta conſt.vt di-
cunt glo.& And.hic.in contrarium facit, quia iſta defen-
ſio, quam facit conuentus à fiſco, non conſiſtit in pręſcri-
ptione, ſed cõſiſtit in præſumpta inueſtitura,quę pręſumi
tur præceſſiſſe ex continuata poſſeſſione 30.an.cum præſta
tione ſeruitij, & iſta non dicitur præſcriptio. ſed pręſum-
pta inueſtitura. Et ſic ſecũdùm And.hic in c.ſi quis per 30.
ſi de feu.ſue.contro. inter domi.& agna.& in c. 1.de capit.
Corra.& ſuprà in conſti. ſi dubitatio.virtus ſtat in opponẽ
do,vt ſi cõuentus opponat ſe, vel ſuos anteceſſores inueſti-
tos, & probat continuam poſſeſſionem 30. annorum cum
pręſtatione ſeruitij, iſta non eſt oppoſitio præſcriptionis,
ſed pręſumptæ inueſtituræ,quę habet locum contra fiſcũ.
& pro hoc benefacit gl.in l.fi. C.de iure emphy.licèt aliter
non probetur inueſtitura,ſecundùm And.hic, & conſtit.ſi
5 dubitatio. in 2.col.ſub 8. rub.huius vltimi libri. † Secus ſi
opponat exceptionem pręſcriptionis cõtra fiſcum, & pro-
bet de poſſeſſione 30.annorum cum præſtatione ſeruitij,
iſta probatio nihil nocet fiſco, quia nulla pręſcriptio ob-
ſtat fiſco,niſi cẽtenaria,vt hic. Et dum ſemel tanquam ad-
uocatus iſtam doctrinam allegaſſem coram præſidentibus
regiæ camerę, & coram aduocato fiſci, peſſundauerunt eã
ſed iudicio Dei intra pauca tempora receſſerunt ab aula, &
dicta doctrina fuit per ſapientes regni approbata, & lauda
ta. Qualiter autem probabitur iſta poſſeſſio centenaria,uel
pręſcriptio tanti tẽporis, cuius initium non exiſtat memo
ria? Dic,vt dicitur infrà in gl.pen. Quintò no.ex tex.mino-
ribus pręſcriptionibus. quòd in rebus non incorporatis fi-
ſco,vt in duobus exemplis poſitis in tex.huius conſt.videli
cet,quando fiſcus alicui donauit rem aliquam, qui pręten-
dit ius contra rem illam, poteſt agere contra fiſcum intra
quadriennium, poſtea fiſcus præſcribit, vt contra eum
agi non poſſit, vt in toto titu.C.de quadrien. præſcripi. &
ille,qui habet cauſam à fiſco,ſtatim eſt ſecurus, vt in l.om
6 nes.& in l.bene à Zenone.C. de quadri.pręſcrip. † Secun-
dum exemplum eſt, quia ſi lata eſt ſententia cõtra fiſcum,
præſcribitur per tres annos cõtra fiſcum,ut illis finitis non
poſſit agere ad retractationem dictæ ſententiæ, vt in l. 1.
C.de ſentent.contra fiſc. latis. lib. 10. alia exempla ponun-
tur in glo.in d.l.omnibus.ff. de diuer. & tempo.præſcript.
In glo.1.cum duabus ſequen.vide iſtas gloſſ.quia numerãt
caſus,in quibus de iure communi currebat pręſcriptio mi
nus 40.annorum contra fiſcum.In gloſſ.4 in ver. publicis.
Iſta glo.tenet, quod in tributis & functionibus nulla cur-
rit præſcriptio,quia cum lex facit rem impræſcriptibilem
tunc videtur ſublata præſcriptio etiam tanti temporis, ſe-
cundùm Bald.in l. omnes.C. de præſcrip.30.anno. firmat
Abb.& Felyn.in c.cum ex officij. & in ca.accedentes. uer.
fallit tertiò.de præſcr.vide ad hoc Alex.in 5.volu.conſ.16.
in 10.colũ.In gl. 5. tota iſta gl. laborat in intelligentia text.
ego iſtam glo.in ſummario huius conſtitut. breuiter decla
raui,facillimè nunc eam legendo intelliges. Poſtea hæc gl.
aduertit legentem,quòd eſt differentia inter bona quęſita,
& incorporata regio fiſco, & bona; in quibus ius habet fi-
ſcus, ſed non ſunt incorporata regio fiſco. deinde gl.refert
interpretationem antiquorum volentium, quòd iſta con-
ſtit.habeat locum in feudis, quia feuda proceſſerunt à pu-
blico,ut in §. optimum. Vltimò gl.prædicta ibi dum dicit
ſed quęro pone &c firmat quæſtionem inutilem iſtis tem-
poribus.ideo eam omitto. bene tene menti iſtam q.gl.quia
vult,quòd ſit acceſſio temporis ſecũdùm tempus legis cor
rectę cũ tempore ſtatuto per l.nouam. & de iſta acceſſione
temporis, de qua hic in gl.nihil dicitur in d.l. Pomponius.
7 ff. de acquiren.poſſeſſ.nec in d.l. de acceſſionibus.† In gloſſ.
pe.quęrit hic gl. Qualiter probabitur poſſeſſio centum an
norum, uel tanti temporis, cuius initij non erat memoria,
quaſi velit gl.quòd iſta probatio ſit impoſſibilis, cum teſtis
non poſſit deponere de tãto tẽpore, per uiſum, & ideo cen
tenaria præſcriptio eſt impoſſibile, ꝙ poſſit probari, vt in
c.ſi diligẽti. in fin.de præſcri.quod eſt tantum dicere, ꝙ nõ
currit pręſcriptio, poſtquam centenaria non poteſt proba
ri,ut dicit hæc gloſſ.& gloſſ.in dicto ca.cum vobis. & gloſ.
finalis hic. Et ideo gloſſ. tranſit ad ſolutionem dubij,dando
duas reſponſiones. Prima reſpõſio eſt, quòd probabitur p
teſtes deponentes de fama, quaſi velit dicere gloſſ. quòd
teſtes dicant, ſe ſemper audiuiſſe à ſuis maioribus, & ne-
mo, ſit, qui viderit. vel audierit aliud, ſecundùm gloſſ. in
dicto capitulo cum nobis.ſubaudi,quòd ſic erat, & eſt cõ-
munis opinio, vt infrà dicam, aliàs gloſſ. iſta cum dicat,
quòd probatur per famam, non dicit uerum ſecundùm
8 And.hic. † Secunda reſpõſio eſt,quòd probabitur initium
poſſeſſionis per inſtrumentum, & finis per teſtes, & ſic pro
bato initio & fine, pręſumitur medio tempore poſſediſſe,
de iura hic in gloſſ.allegata. Cui adde iura, quæ ad hoc al-
legat Alexand.in 2. uolum. conſi.39. in 3.columna. & ſic
probatur compleuiſſe pręſcriptionem,niſi ex aduerſo pro
betur, quòd alius medio tempore tenuit, & poſſedit, &
ſic pertranſit Andrę. hic. Quibus addo Specul. in titu. de
probationi.§. 1. verſiculo vltimò quæritur. & Innocen. in
cap. uenięns.& in ca. quid per nouale, de verbo.ſignificat.
& ibi per Anto.de But in 5. colum.& glo. Ioan.And.in c.
1.in uer. memoriam de pręſcripi.lib. 6. dicunt, quòd te-
ſtes pręſcribentis dicant, quòd ſemper viderunt & audie-
runt ita eſſe, nec vnquam uiderunt, & audierunt contra-
rium.& quòd communis eſt & fuit opinio, quòd ſic fuerit
& nõ extat contrarij, uel initij memoria. Adde etiam Old.
in conſ.172.incipiente,quia omnes ferè obiectus &c.in 6.
col. ubi idem concludit, & Floria. de ſancto Petro in lege
ſi arbiter. ff.de probatio.& uide Alexand.in 2.volum.con-
ſi. 136.in 6. column. incipiente, in cauſa & lite vertente
verſi. pręterea hic aliquo modo. ubi ponit qualiter debent
9 deponere teſtes ad probandum memoriã non extare.† Sed

iuxta prędicta quęro de quęſtione, quę nunc eſt de facto.
Monaſterio fuit donata quędam baiulatio in quadam ter-
ra in perpetuum, ſunt circa centum anni per regem, vt ap-
paret de hoc priuilegium regis, non apparet, quòd mona-
ſterium fuit in poſſeſſione poſt mortem regis donantis, ſuc
ceſſit in breui tempore alius rex, qui ſimpliciter vniuerſita-
ti dictæ terræ conceſſit in perpetuum dictam baiulationē,
& illam poſſedit per centum annos, vtrum per hoc ſit præ-
ſcriptum ius monaſterij dictę baiulationis, cum per dictā
donationem fuit tranſlatum dominium in eccleſiā ſine tra
ditione poſſeſſionis, vt in l.fi.C.de ſac.ſan.eccl. & ſic limita
tur l.traditionibus.C. de pac. Item negari non poteſt, quin
per dictā donationē factam monaſterio de dicta baiulatio
ne, dicta baiulatio facta eſt ſanctū ſanctorum, vt dicit Inn.
in c.verū.de ſo.compe. & ſic id, quod Deo ſemel eſt conſe-
cratum, licèt poſtea fiat alienū, non per hoc efficitur profa
nū, vt dicit gl. quę ad hoc allegat multa iura, in c. nulli. 12.
q. 2. quę etiam exponit illud verbū ſanctum ſanctorum,
ideſt, ad vſum ſanctorū ſacerdotū. Inde dicit Abb.Sic.in c.
10 dudum.de decimis.in 4.no. † q recepiens titulum de re ſe-
mel Deo dicata, credens illum valere, errat in iure, & licèt
habeat bonam fidem, non præſcribit, vt in c.ad apoſtolicę.
de done. multi volentes ſeruire regulis, & applaudere iudi-
cio laicorum dicebant, q præſcriptum eſt dictū ius mona-
ſterij per poſſeſſionem aduerſarij centum annorum per iu
ra vulgaria. Sed illi, qui ſciunt nauigare in pfundo maris,
vt eſt tēporibus noſtris do. Phil. Decius Doct. magnę intel
ligentiæ, in conſilio 36. incip. Et pro tenui facultate. in vlti.
col. dicit, q contra præſcriptionem datur eccleſię reſtitu-
tio in integrum, etiam q lapſum ſit tempus quadriennij,
data læſione eccleſiæ, etiam ſi læſus ſtaret per cētū annos,
& nunquam peteret reſtitutionem, quia ignorabat lęſionē
& dicitur probabilis ignorantia propter mutationem prę-
latorum, vel priorum, allegat gl.no.reſti. in inte.c. 1.lib.6.
Item ſubdit, quòd propter maximam lęſionem, etiam abſ-
que ignorantia datur reſtitutio, per dictam gl. in c. 1. de re-
ſti.in integ.lib.6. quam ſequitur Abb. Sic. in c. 1. de reſt. in
integ. & Ant. de Bu. in c. pen. de reb. eccl. non alien. & alij,
11 quos ipſe allegat in d.conſilio. † Item quia iſta baiulatio cō
ſiſtebat in annis pręſtationibus, in quibus nunquam in-
cępit pręſcriptio, niſi a die petitionis, & denegationis ſecū
dum Inno. in c.dilectus. de capel.monaco. firmat Alexā in
2.vol.conſi. 136. incipiente, in cauſa & lite vertente. in 6.
colū. Sed monaſterium nunquam petit à dicta vniuerſita-
te, igitur &c.

De iniurijs curialibus perſonis, vel alijs irrogatis. Rub. XXXII.

SVB iſta rub. ſunt ſitę quatuor conſtitu-
tiones, vna incipit, obſeruent diligentiſ-
ſimè iudices. Secunda incipit, hos tan-
tum officiales. Tertia incipit, varieta-
tes pœnarum. Vltima incipit, vt dignita-
tum gradus. Iſtę quatuor conſtitutiones
melius ſtarent in primo libro poſt conſtitutionem regni,
quæ incipit, vt participatio. ſub rub. 29. de iniurijs curiali-
bus illatis. Et poterit ſic continuari ad proximas præce-
dentes conſtitutiones. Dictum eſt ſuprà de litibus, quæ
poſſunt oriri inter milites feudatarios regis ſuper feudis, &
etiam de litibus, quę poſſunt oriri inter fiſcum & priuatū
ſuper feudis, verùm quia interdum oritur lis inter officia-
les, & curiales domini regis ſuper actione iniuriarum, in
qua multa ſunt conſideranda, de quibus non erat dictum.
Ideo ſequitur hęc rub. de iniurijs.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas perſonæ delinquentis auget vel minuit delictum.*
Locus & tempus augent pœnam in actione iniuriarum.
2 *Offenſa curiali domini regis facta ad ipſum regem ſpectare dicitur.*
3 *Vicarius perſonam repræſentat eius, cuius eſt vicarius, & ei debetur idem honor.*
4 *Curiales regis, perſonam ipſius repræſentant.*

OBSERVENT. Iſte conſti. dirigitur
iudicibus habētibus iudicare ſup actio-
ne iniuriarum, & eis ordinatur vt quan-
do contingit eis iudicare ſuper actione
iniuriarum aduertant qualitatem per-
ſonę, cui dicta, vel facta fuit iniuria. vt ſi
ſit curialis, vel in dignitate exiſtens, & etiam conſiderent,
qualitatē perſonę illius, qui dixit, uel fecit iniuriam, & quo
tempore facta fuit, & in quo loco, & his conſideratis pro-
ferant ſententiam, Conſiderent etiam iudices, quòd iniu-
ria facta dictis regijs curialibus reſpicit non tantum ipſos,
1 ſed etiam regiam dignitatem. h.d. † No. 1. ex tex. quòd quali
tas perſonæ delinquentis in perſona, cuius qualitas grauat
pſonā delinquētis, facit augere, vel minuere pœnā ante ſen
tentiā iudicis arbitrio, cōcordat tex. infra in conſt. qualitas
perſonę. Et q in multis qualitas perſonę debet eſſe in cōſi-
deratione apud iudicē, vide quę ſcripſi in c. 1. ex qui. cau.
feu. ami. & ea quæ ſcripſit Fely. in c. cauſam. in 11. col. ver.
§. declaratio. de reſcrip. Secūdò no. ex tex. q in actione in-
iuriarum locus & tempus faciūt augeri, vel minui pęnā. ad
idem, & clarius inſ. de iniu. §. atrox iniuria. & ſuprà in 1. li.
in conſt. vt participatio. rub. 29. & l. atrocem. C. de iniur. vī
2 de quę dixi in ca. 1. §. iniuria. de pace iura. fir. † Tertiò not.
q offenſa facta curiali domini regis ſpectat ad dominū re-
gem. facit ad hoc gl. in c. cum olim magiſter. de offi. deleg.
ubi dicit, q iniuria iudicum ad eū pertinet, cuius legatione
funguntur, imò ipſos tanquam delegatos debent partes ho
norare, ut dicit ibi glo, per iura quę ibi allegat. & dicit Bar.
in l. ſi filius. ff. de legationibus, q vicerector debet honora-
ri, prout rector. facit tex. in c. grandi de ſupplen. neg. prela.
lib. 6. vbi no. q idem honor debetur uiceregi, ſicut regi. &
pro hoc faciunt ea, quę allegat Fely. in d.c. cum olim ma-
giſter. Cui adde, q inde ſumptum eſt prouerbium, honora
tur canis reſpectu domini. & in Euangelio Lucę. 10. c. qui
vos recipit, me recepit, & qui vos contemnit, me cōtemnit.
21. diſtin. c. in nouo. bene facit ad hoc id. quod dicit Andr.
de Bar. in l. fi. in fi. C. de re mil. lib. 12. q ſi honore ſubditū,
videor honorare ſuum ſuperiorem, & ſi honoro vaſallum,
videor honorare dominum, iuxta illud: eſtote ſubditi prin
cipi, & ducibus ab eo miſſis, tanquam pręcellenti, vt in ca.
omnis anima. de cenſi. & in c. ſolitę. de maio. & obediē. be
ne facit tex. & ibi Alb. de Roſ. in l. 1. C. de offic. uicarij. ubi
3 dicit no. ex fine dictæ legis, † q vicarius repræſentat perſo-
nam eius, cuius eſt uicarius, & pręponendus eſt ſicut ipſe
proponeretur. & dicit Bald. in l. 1. §. à præfectis. ff. de legat.
3. quòd qui gerit vicem alterius, habet idem imperium.
Et de hoc, an idem honor, qui debetur conſtituenti uica-
rium, debeatur ipſi uicario, uide Fel. in d.c. cum olim ma-
giſter. An autem ſi in contractu rei feudalis ſit reſeruatus
regius aſſenſus, uicarius Regis, uel vicerex conſentiendo
operetur, ac ſi rex conſenſiſſet, quando rex non dedit ſi-
bi poteſtatem pręſtandi aſſenſū? Iſtam quæſtio. examina-
ui in lege imperialem. in principio in 12. quęſtio. de prohi.
feu. alien. per Fede. & ultra ibi dicta poſt Andrę. uide Fede-
ri. de Sen. in conſi. 263. incipient. ſi canonici. & Archid. in
capi. Renatus. 64. diſt. in fine. & Moder. in c. cum omnes. de
conſtit. & Lud. Ro. in ſing. ſuis. in uerbo, vicarius ex anti-
qua & longęua conſuetudine. & uide quę dicam infrà in
4 conſt. utilitati. in 3. no. † In gl. uni. no. glo. ex text. q curiales
regis repręſentant perſonam regis quia ſunt de latere re-
gis, ut in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. Qui autem dicantur
curiales, dicit gl. 1. d.c. 1. q curiales ſunt omnes, qui aliquo
modo ſunt obligati curię, ſiue milites, ſiue aduocati foren-
ſes ſiue iudices, ſiue officiati, ſiue hiſtriones.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium quandoque dicitur prærogatiua, & aliquando præmiū.*

2 *Officialis à priuato iniuriatus quid facere debeat.*
3 *Officialis cognoſcere poteſt de delicto commiſſo in perſonam ſuam reſpectu officij.*
4 *Offendens odio particulari qualiter puniatur.*
5 *Iniuria duplex oritur ex mala adminiſtratione officialis offendentis, aut damnificantis ſubditum regis.*
6 *Officialis aliquid auferens fideli regio per iniuriam qualiter puniatur.*
7 *Officialis ob delictum priuatus officio, non poteſt ad aliud reaſſumi.*
8 *Officiali notoriè iniuriam inferenti poteſt licitè reſiſti.*

EOS tantum. In conſtitu. quæ incipit, vt participatio. dictum eſt, quod officiales regis gaudent inter aliàs prærogatiuas, quas habent hac prærogatiua, vt eis iniuriam facientes puniantur duplicata pœna, quod intelligitur, ſi iniuria illata eſt officiali exercenti ſuum officium, & patienter iniurias ſuſtinuit, ſi autem non prætextu officij ſit ei illata iniuria, ſed à ſuis inimicis particulari odio eſt iniuriatus, aut ab aliquo ſubdito regis, quem ipſe officialis per, prius indebitè fuit proſecutus. & paſſus fuit diſpendium, quod non eſt abſque iniuria regiæ maieſtatis: vel ſubdito regis iniurioſè abſtulit aliqua bona, vel ei ante aſſumptum officium inſidias præparauit, & ſic particulari odio fuit iniuriatus ipſe officialis, hic, non ſolum gaudet prærogatiua dictæ conſtitut. vt participatio. ſed debet puniri pęna quadrupli eius, quod ablatum eſt per eum iniurioſè ſubdito regis applicanda paſſo iniuriam, quòd ſi aliter afflixit prætextu officij ſubditos regis, eos iniuriando, ſi de his eſt conuictus: quia non ſufficit dicere, niſi probetur, vt in l. magis puto. §. illud & ibi Bal. ff. de reb. eorum. condemnabitur ad tertiam partem bonoruum ſuorum regio fiſco, & in vtroque caſu condemnabitur ad perpetuam infamiam, & ad amiſsionem officij: & declarabitur, quòd nullo tempore admittatur ad aliquod officium domini regis. h. d. vſque
1 in finem. † No. j. ex tex. ibi, prærogatiua. quod priuilegium appellatur prærogatiua. ad idem tex. in conſti. contingit interdum aliquem de crimine. ibi, quæ prærogatur. in 1. lib. alibi priuilegium appellatur pręmium: vt in l. teſtamenta: & ibi Bal. ff. de teſt. mili. Secundò no. ex tex. ibi, iniurias patienter quòd officialis regis, cum audit verba iniurioſa cõtra ſe à priuatis proferri, non debet ad iram prouocari: ſed ipſas patienter ſufferre tunc temporis, per iſtum text. quia pars fortitudinis eſt patientia, quæ habet radices laudis, & glorię, vt dicitur in Valerio maximo, de fortitudine, c. 3. de patientia, & beatus, Iaco. in 1. epiſto. dicit, ꝙ patiẽtia opus perfectum habet, ſcilicet in aduerſis tolerandis, ex quibus primò procedit triſtitia, quam moderatur patientia, vt dicit beatus Thomas ſecunda ſecundæ quæ. 139 ar. 2. Et de iſto articulo, an ſemper iniuriæ ſint patienter ſuſtinendę, vide tex. in c. quod Chriſtus. 22. quæſt. 4. & beatum Anto. archiepiſcopum Flo. in 4. parte ſuę ſummę, in titu. 4. ca. 7.
2 §. 1. & in §. 2. vide multa de laudibus patientiæ, † Quid ergo faciet officialis, quãdo iniuriatur verbis iniurioſis? Dic, quòd ſi officialis audit à priuato verba iniurioſa prolata contra eum, tanquam priuata perſona, debet coram ſuperiore exponere querelam: in authenti. de defenſo. ciui. §. ſi verò egerunt, quia ipſa de hoc non poteſt cognoſcere, vt in lege qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdi. omn. iudic. & C. ne quis in ſua cauſa. l. vnica. ff. de iniur. lege lex Cornelia. ff. de offic. præ. l. ſenatus. Vnde ſi aliquis daret alapam officiali curia ſedente pro tribunali, ſi pœna eſſet arbitraria, non poſſet ipſe cognoſcere, ſecus quando pœna eſſet certa à iure. ſic intelligitur dictum Bal. in ca. 1. §. iniuriam. de pace iur. firman. vt dicunt Abbas ſicu. & alij in capitu. dilectus. in 2. not. de pœnis. & Abb. in c. ex parte, de ver. ſigni. & Iaſ. in d. l. qui iuriſdictioni. tamen Bal. in l. 1. C. ne quis
3 in ſua cauſa. tenet, † ꝙ ſi delictum eſt notorium, & reſpicit officium, tunc ipſe poteſt cognoſcere, & punire. idem dicit Bald. in l. ſi quis. §. 1. ff. de pœn. Abb. ſicu. in cap. cum venıſſent. in 4. colũ. de iudicijs. Et quòd decem homines viderunt, dicitur notorium, ſecundum Cyn. in l. ea quidem. C. de accuſa. & firmat Anton. de Butr. in cap. veſtra. in 19. colũ. de cohab. cleri. & mulie. Si vero iniuria contra officialem reſpicit officium: tũc debet vindicare iniuriã quaſi dignitati & officio illatam, vt in l. ſi familia. ff. de iuriſ. om. iudi. not. in capi. romana. de pœnis. lib. 6. & ibi per Pet. de Ancha. & pro hoc 2. quæſt. 7. ſi quis erga. & not. in l. 1. in prin. ff. de poſtul. & l. 1. C. de offic. eius qui vicem alte. gerit. & in l. 1 ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. hæc firmant Albe. de Roſ. in l. ſenatus. in 4. colu. & Bart. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. & Lucas de Penna in l. 2. verſi. 3. quæritur. C. in quibus cau. colo. cenſi. lib. 11. Erit ergo practica, quod quando iniuria facta officiali eſt notoria, quòd officialis faciat citare partem ad videndum iuramẽta teſtium ſuper delicto notorio, vt patet ex ſcriptis per Ant. de But. in d. c. veſtra. in 31. & ſeq colum. & vide Specu. in titu. de noto. cri. & Bald. & alios in d. l. ea quidem. & Gand. in tracta. mal. ſub rub. quomodo de delicto cognoſcatur, quando eſt notorium. & Fran. de Are. in quodam ſuo conſi. incip. ſicut dixit Io. in Apoca. & examinẽtur teſtes ſuper iſto notorio facti tranſeuntia. dicit tamen And ſupra in conſt. humanitatem. in 2. colum. quòd vbi iudice ſedente pro tribunali deliquit quis, perinde eſt, ac ſi probatum eſſet per teſtes, & tunc ſtatim iudex poſſet punire, bonus tamen iudex ſtatim de hoc quęret à circunſtãtibus, et ponat in actis examinationẽ teſtium. iſta materia notorij eſt lõga & prolixa, remitto me ad loco allegata in d. conſt. humanitatem.
4 & ad do. Ant. in d. c. veſtra. & ad d. conſiliũ do. Fran. † Tertio not. ex text. inimicitiarum ſuarum vindictas. quòd ſi officialis regis ſit offenſus à ſuis inimicis particulari odio, ſiue ipſi inimici erant ante adminiſtrationem officij, ſiue ſunt facti inimici durante officio ex culpa ipſius officialis, quia eis iniuriam fecit, vel contra ius eis abſtulit eorum bona, vel aliter paſsi ſunt diſpendium, & illi inimici offendunt ipſum officialem, illi tales offenſores non puniuntur de offenſione, & iniuria facta officiali, ſed puniuntur tãquam de offenſione, & iniuria facta priuatę perſonæ quia ſi hæc conſtito. tollit priuilegium non tamen tollit ius commune, arg. l. ſi miles. ff. de teſta. mili. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de capit. quod vult, ꝙ defenſio, quæ ſit ex interuallo, non dicitur vera defenſio, ſed vindicta, vt no. in l. 1. C. vnde vi. & in l. ſi ex plagis. § taber narius. ff. ad l. aqui. Et ideo quæro, an offendens officialem regis priuato odio incidat in crimen læſæ maieſtatis, & certè non, per iſtam conſtitu. hoc expreſsè voluit And. in titu. quę ſint regalia.
5 in ver. committentium crimen. † Quartò no. ex tex. ibi, & noſtræ maieſtatis iniuriam, quòd quando officialis regia prætextu officij facit iniuriam ſubdito regis, tollendo, vel damnificando eum in bonis, vel aliter eum contra iuſtitiã iniuriãdo, ex iſta mala adminiſtratione oritur duplex iniuria. vna, quæ facta eſt ſubdito regis, alia, quæ facta eſt regi ex iniuria facta ſub ſubdito, & pro hoc facit capit. licèt. in fin. de probat. vbi dominus agit pro vexatione facta ſuo ſubdito, vexatio enim inferioris eſt cauſa intereſſe ſui ſuperioris, & cauſa intereſſe ſuperioris, eſt cauſa ſibi dandæ actionis, uerba ſunt Oldr. in conſil. 105. incipiente, in cauſa Carnocẽli &c. in 3. colum. ubi allegat multa iura ad hoc. Sic etiam in ſimili dicimus, quod pro iniuria facta clerico oritur duplex actio, vna ipſi clerico, alia eccleſiæ, vt dicit Abb. ſicu. in cap. parochianos. de ſenten. excom. ubi clericus poteſt remittere iniuriam ſibi factam, ſed non illam, quæ tangit eccleſiam ex iniuria ſibi facta. ad hoc capi. cum deſideres. & cap. cum contingat eod. titu. cum alijs ibi per eum alle. Aduertas ad hoc facilis: quoniam interdum officiales in adminiſtrationę excedunt contra ſubditos, eos iniuriando, poſtea habent pacem cum eis, & nihil dicitur in ſyndicatu, ut fiſci procurator agat actione iniuriarũ cõtra eum: et petat ipſum condemnari pro dicta iniuria ed pœnam tertię partis omnium bonorum ſuorum fiſco applicandam, & ad infamiam, & ꝙ non admittatur ulterius ad aliquod officium regis: prout uult iſta cõſtitu. nam per

ſuis vellet amittere, quàm talem iniuriam pati, ſi non ha-
bet in bonis tantum, quantum iurauit. & dicit Roff.Bene.
in tit.de actio.iniuriarum prçto. ꝙ intelligitur, ꝙ voluiſſet
amiſiſſe, ſi habuiſſet, ſecundum eum ibi in char.24. Quar-
4 tò no.ex tex.in ver.illud etiam. ꝙ iudex † in ſententia debet
condemnare iniuriantem ad pœnam pecuniariam ſoluen-
dam per eum curię, cui debet applicari pro duabus parti-
bus,& parti iniuriatę pro tertia parte.& propterea dico, ꝙ
ad hoc vt ſententia ſit conformis libello, actor in libello
debet hoc petere, & forma libelli erit iſta.coram vobis &c.
talis nobilis,tali die, curia ſedente pro tribunali, vel tali lu-
co, multis aſtantibus, talis popularis ſuis iuribus non con-
tentus, protulit hæc verba iniurioſa cõtra ipſum nobilem,
del eum pulſauit, vel verberauit in tali loco ſuę perſonæ,
propter quam iniuriam potius voluiſſet perdere de bonis
ſuis ducatos 300. quàm audiuiſſe, vel paſſum fuiſſe tales
iniurias. ideo petit ipſum condemnari per ſententiam ad-
dictos ducatos 300. diuidendos pro duabus partibus dictę
curiæ, & pro tertia parte ipſi agenti in recompenſationem
ſui doloris, petens expenſas &c. & iſte libellus trahitur to-
tus ex iſta conſti.& his, quę dicta ſunt in ea. Quintò & vl-
5 timò no.ex tex.ibi, domino facientis iniuriam. ꝙ pœna † pe
cuniaria, quę imponitur facienti iniuriam, non applicatur
in totum regio fiſco, ſed domino habenti iuriſdictionē in
loco, in quo fuit dicta iniuria pro duabus partibus, & pro
tertia parte paſſo iniuriã, & ſic videtur, ꝙ ſi de directo age-
retur in magna curia vicar.de iniuria illata in caſtro domi
ni baronis,& peteretur remiſſio, debet fieri remiſſio ad eũ
propter ſuum intereſſe, de quo in l.imperialem.§.præterea
inter duos.de prohib.feud.alien.per Fed. tene menti iſtum
teat.ad hoc. Sed quęro, quid ſi iſte libellus in actione iniu-
riarum offeratur in curia baiulorum, qui poſſunt cognoſce
re de omnibus cauſis ciuilibus, ut in conſtit.baiuli locorũ.
exceptis cauſis feudalibus, vtrum ipſi ſint iudices compe-
tentes. Reſpondetur, ꝙ baiuli in omnibus cauſis ciuilibus
ſunt iudices competentes, exceptis cauſis feudalibus, vt in
dicta conſtit.baiuli locorum.eum concord ſed duæ partes
pœnę ſunt regij fiſci, vel illius, cui fiſcus conceſſit pœnas,
quia ipſę pœnę non ſunt conceſſæ baiulis, licet cognitio ſit
baiulo conceſſa. Sed in hoc caſu baiulus an habeat iuriſdi-
ctionem cumulatiuè cum iuſtitiarij prouinciæ, vel priua-
tiuè conſtit.prædicta ſentit. ꝙ iuriſdictonem ciuilem ha-
6 bet † baiulus priuatiuè, niſi in caſu, quando baiulus eſſet ne
gligens, vt in conſti.iuſtitiarij nomen & normam. ſed quia
iſta actio ciuilis deſcendit ex delicto iniuriam, poteſt di-
ci, ꝙ origine ſit criminalis, & iuſtitiarius prouincię cogno
ſcat de omni crimine, ut dicit gl.in d.conſtit.iuſtitiarij no-
men & normam.& ideo inter baiulum & iuſtitiarium pro
uinciæ in hoc caſu iuriſdictio datur cumulatiuè, ut ratio-
ne actionis ciuiliter intentatæ coram eo tempore, quo eſt
iudex competens, & ſi ciuiliter intẽtetur coram iuſtitiario
prouinciæ primo loco ipſe eſt competens ratione delicti.ſ.
iniuriarum, licet ciuiliter agatur, tamen ratione pęnæ, quę
applicatur fiſco pro duab. partibus, poteſt dici criminalis.
l.agraria.ff.de termi.amo.& quia deſcendit ex delicto iniu
riarum.& ideo dicitur iſta cauſa miſta, quia pro parte ap-
plicatur pœna parti,& pro parte fiſco, ut dicit Bal.in l.cen-
ſemus.C.de litig.de quo per Alex.in l.1. ff.de ſepulch.vio-
lato, ubi quando pęna applicatur fiſco, dicitur criminalis,
ſi ex delicto, ſecus ſi ex contractu. vel dic melius, ꝙ non co
gnoſcit baiulus de iſta cauſa, quia iſta cauſa intentata deſcẽ
dit ex debito: & ſic non eſt merè ciuilis, & ideo non perti-
net ad baiulum.& pro hoc allego Bal. in l.ſi quis per calum
7 niam.C.de epiſco.& cler. vbi ſi princeps concedit † omnes
cauſas ciuiles, ꝙ non videtur concedere pęnas pecuniarias
fiſco applicandas ex delictis,& uoluit gl.in d.l.3. §.1.ff. de
ſepulc.viol.vnde cum iſta conſti.dicat, ꝙ duæ partes appli
cantur fiſco,& tertia pars parti, iſta cauſa non dicitur ciui-
lis mera, ſed potius miſta deſcendens ex delicto,& ratione
originis dicitur criminalis, vt inquit Bald.in l.etiam. C. de
furt. Et pro hoc facit, quia iſti libelli dantur in magna cu-
ria vic. & non in curijs baiulorum, quia eis nihil de pœna
debetur per iſtam conſtitutionem, ſed regiæ curiæ, vel cu
rię, quibus dedit pœnas, quæ regię curię applicantur.& vi
de ad hoc And.Barb.poſt Abb.Sicu.in rub. extra de iudic.
vbi allegat text.in contrarium in l.Caius.in verbo, cum pe-
cuniaria.ff.ad Syllania. ubi agebatur ad pœnam delicti ap-
plicandam fiſco pro delicto,& tamen cauſa erat ciuilis, ſed
non obſt.ut declarat Dec.Docto.Mod. in dicta rubr.extra
de iudic.& dicit, ꝙ communis opinio eſt, ꝙ quando pęna
8 deſcẽdens ex † delicto applicatur fiſco, cauſa dicitur crimi-
nalis, ut in iuribus ibi per eum allega.& per Alex. in d.l. 3.
ff.de ſepulc.viol. & ex prędictis oritur quęſtio noua, quid
ſi pendente iudicio per citationem, & libelli oblationem
ſuper actione iniuriarum intentata extra iſtam conſtitutio
nem, actor petit, ꝙ reus, qui poſſidet ſtabilia, præſtet fide-
iuſſorem de iudicio ſiſti. dicit reus, non teneor, quia iudi-
cium quò ad te eſt ciuile, quo caſu poſſidẽs immobilia nõ
debet cauere, ut in l. ſciendum.ff.qui ſatiſd.cog. fiſcus pro
duabus partibus ſibi ſpectantibus hoc non petit, & quãdo
peteret, non bene peteret, quia iam ſibi cautum eſt per taci
tam hypothecam, vt eſt gl.approbata in l.1.C.de pęnis fiſc.
& quia illa tacita hypotheca nõ eſt priuilegiata, poteſt fiſ-
cus dicere, ut pro ſe obliget ſe de ſtando iuri,& obliget bo-
na ſua, ſecundùm Bart. & Alex.in d.l.ſciendum.per l.fin.§.
defenſionem.C.de adminiſt.tut.licet Ang.in d.l.ſciendum.
aliter dicat opin. Bart.firmat Ludo. in l.ſi prius.ff.de oper.
no.nunc.& hanc opin.Bart.aſfirmo. Nec obſtat, ꝙ pro dua
bus partibus pœna taxanda applicatur fiſco, vnde uidetur,
quòd cauſa criminalis ſit, quia iſta cauſa miſta,& in ma-
9 teria odioſa † ſub ſimplici non venit miſtum, vt ſcribit Ab.
Sic.& alij in c.mandato.de ſimon.idem Bart.& Ang.& A-
lex. in l.2.in princ.ff.de verbo.oblig. vbi latè de hoc,& per
Alex. in 2.vol. conſil.96.in 3.col.in conſi.115. 3.col.& in
3.uol.conſil.82.5.col.& in 4.uol.conſil.140.inci.circa pri
mum dubium. & vide copioſè de hoc in c.1.de pręſcr.per
Fel.Doct.mod.In gl.1. hęc gl. diuidit iſtam conſtit. in tres
partes, dic, ut dixi in princ.In gl.fin.hęc gl.dicit, not.iſtam
conſtit. ꝙ à ſententia condemnatoria lata in cauſa iniuria-
rum, tam actor, quàm reus poteſt appellare. Vltimò Andr.
10 tangit hic, quid † ſi voco te aſinum, an competat actio iniu-
riarum.& dicit, ꝙ ſic.idem ſi dico te cæcum. de his vide An
dre.& quę ibi ſcripſi in d.§.iniuriarum, & Roffr.d.ch. 24.
& in Longobar.de iniur. mulierum.l.2. Et quid ſi quis vo-
cauit aliquem proditorem, vel rebellem Regis,& ipſe fuit
reſtitutus, an vocãs teneatur iniuriarum? Vide per And. &
ibi dixi in ca.1.§.prętereа.quæ ſit prima cauſa beneſ.amit.

SVMMARIVM.

1 *Pœna truncationis manus imponitur populari militem vel nobilem*
verberanti.
2 *Perſonæ maiores exceptæ ſunt à prouiſionibus generalibus.*
3 *Miles nobilem verberans honore priuatur militię.*
4 *Nobilitas neceſſitatem importat non degenerandi à maiorum pro-*
bitate.
5 *Dominus vaſallum impune poteſt modicè verberari.*

VT dignitatum. Iſta conſti.tota loquitur pe pę
na criminali, quæ imponitur pro iniuria illata
militibus,& nobilibus perſonis per burgenſes,
vel ruſticos, uel per nobilem perſonam homi-
ni ſuperioris gradus, diſtinguendo perſonas, & breuiter
hoc dicit. ſi ruſticus, vel burgenſis non defendendo, ſed
offendendo militem verberauit, ideſt.cum eius dolore, de-
bet ſibi manus truncari. hoc dicit primò. Si uallectus mili-
tem nobiliorem verberauerit, pęna trũcationis manus pu-
nietur. Et dicit vallectus homo, qui nõ eſt ruſticus, uel bur
genſis, ſed homo deputatus in exercitum ad faciendũ val-
los & foſſatos, qui ſunt in comitiua militum. hoc dicit ſe-
cundò. Si nobilis æquè nobilem verberauerit, punietur pri
uatione nobilitatis, & exulet extra regnum per annum.
hoc dicit tertiò. Si nobilis minus nobilem uerberauerit, eſt
priuatus ipſo iure nobilitate, & non poterit eſſe in iudicio
nobi-

nobilium. hoc dicit quartò. Si miles militem verberauerit, priuetur amiſſione omnium equorum, & armorum ſuorum, & ſit exul per annum extra regnum. hoc dicit quintò. Si burgenſis, aut ruſticus verberatus ſit à milite, qui nõ eſt ſuus dominus, punietur iuxta ſacramentum paſſi ininriam & taxatione iudicis. hoc dicit ſextò vſque in fin. Not.
1 primò ex tex. ibi, manus detrũcatione. caſum, in † quo quis punitur pœna truncationis manus. videlicet, quando popularit inferioris gradus militem, vel nobilem nobiliter, vel militariter viuentem verberauit, aliàs ſecus, ſecundùm gl. And. hic. quia tales nobiles, vel milites non viuentes nobiliter, & in actu militari, ſed ſunt nobiles ſine virtute, & milites ſedilibus, ſed iſti verberati ſunt à populi, non eſt pœna manus. & pro hoc glo. in conſtitut. vt vniuerſis. & hoc dicunt etiam hic glo. & Andr. facit gl. in l. milites. ex quibus cauſ. maior. Manus enim eſt organum organorum, vt dicit Ariſt. in tertio de anima. & Nicola. de Lyra ſuper primo Iſaiæ. & ideo dicitur membrum, vt dicitur in authen. ſed nouo iure. C. de ſerui. fugit. An autem digitus ſit membrum. vide Bartol. & ibi etiam Alexand. in l. ſecunda. ff. de publ. iudi. Cui adde Ange. & Auguſt. in tracta. de maleſic. in verbo, membrum. vbi allegat multa ad hoc, & Cyn. in l. non ſunt liberi. in fi. ff. de ſtatu homin. & ibi per Alber. de Roſa. & per eundem in tracta. ſtatutorum. in 2. parte. quæſtio. 26. incipien. quid ſi ſtatuto caueatur & c. & Ioan. de Anan. in cap. cum ex iniuncto. ſecunda colum. de hære. & vide omnino Ange. in §. quia verò. in authen. vt nulli iudicum. & ibi dicit, quòd virilia ſunt membrum nobile. Et ex
2 iſto text. patet, quòd à † prouiſionibus generalibus ſunt exceptæ maiores perſonę, quia pro maioribus perſonis facta eſt iſta conſtitut. quæ perſonæ non comprehenduntur ſub conſtitu. præcedenti, vt in c. ſedes. de reſcript. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. c. quia periculoſum. de ſentent. excomm. faciunt ad hoc ea quæ dicam infrà in conſtitut. quiſquis. in primo not. & quæ allegat Iaſ. in l. iubemus. C. de iudic. Secundò no. ex text. ibi, verberare tentauerit. quòd nulla eſt differentia, an verberauerit, an tentauerit verberare, quia iſta ſunt ſinonyma, quia tentatio verberũ idem importat, quod ponere manum ad aliquam partem corporis, vnde iſtud verbum, tentauerit verberare, intelligitur cum effectu, ideſt quòd poſuit manum ad corpus. vnde per duellum dicitur Deus tentari, vt in cap. monomachiam. 3. quæſt. 4. & pro iſta intelligentia allego tex. iuncta gl. in l. quidam in teſtamento. ibi, ſi quomodo vendere tentauerit. ff. de fideicomm. liber. iuncta l. rogo. eod. ti. bonus eſt text. in l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Iuliam de vi. publi. ibi, vim facere tentauerit. dicit gl. i. tentando fecit. Tertiò not. ex text. ibi, honorem militiæ. quòd ſi
3 † miles nobilem verberauerit, perdit hoc ipſo honorem militiæ, & non erit in iudicio nobilium, & erit exul à regno per annum. Perditur ergo nobilitas per delictum, vt hic, ad idem tex. in c. 1. de purga. canon. & in conſtitu. ſupra, ſi vaſallus à domino ſuo. vbi dicit gl. quod delictũ priuat aliquem honore, & commodo. l. 1. C. vbi ſena. vel clariſ. Item patet ex iſto text. ꝙ eſſe militem arguit dignitatem. immo alio reſpectu eſt ſeruitus, vt in l. 1. C. de equ. ell. dignit. lib. 12. & 54. diſtin. c. beatus. Et ſcias, quòd nobilitas, in quan-
4 tum † in ſe eſt, vt dicit Boetius, importat eis quandam neceſſitatem, ne à maiorum ſuorum probitate degenerent. ita dicit Nicola. de Lyra Deuteronomij, cap. 1. ego credo, ꝙ iſte textus loquatur de illis nobilibus, & illis militibus, qui habent feuda quaternata, & præſtant ſeruitium militare. iſti enim ſunt illi, qui habent dare votum in cauſis feudalibus, & non alij nobiles, vel milites non habentes feuda quaternata, vt ſuprà in conſti. vt vniuerſis. in primo libro rubr. 45. Quartò no. ex tex. ibi, qui vaſallus ſuus non
5 ſit. à contrario ſenſu, ꝙ dominus poteſt † modicè impunè verberare ſuum vaſallum. & pro hoc bene facit conſtit. ſuprà, ſi vaſallus à domino ſuo. in præſenti in tertio libro ſub rub. 16. ibi, vel ipſum ſine iuſta cauſa verberauerit. ergo ſecus, ſi cum iuſta cauſa & modicè. idem firmat hic Andræ. poſt gloſſam finalem hic. In gl. prima, dic, vt dixi in primo notab. Et ſigna iſtam gloſſam, quæ dicit, barones, & milites honorare decet, vt hic. & ſupra in conſtitutione, proſequentes. & patet infra in conſtitutione, quæ incipit, conſtitutione præſenti.

De probabili experientia medicorum. Rubri. XXXIII.

QVONIAM Dominus Rex perſonarum domicilium habentem in regno, vt ſup. in conſt. quia frequenter. & ideo ad eum ſpectat prouidere, vt eis nõ fiat iniuria, prouidet per conſtitutiones proximas præcedentes per pœnarum impoſitiones. vt ceſſent iniurię, verùm quia etiã neceſſarium erat facere prouiſiones, ne ſui ſubditi ex imperitia medicorum malè tractentur, quando ſunt infirmi, & occidantur, aut per ignorantiam artis medicinæ, aut per eorum negligentiam, aut per dolum, & ne etiam exigãt nimis exceſſiuum ſalarium à ſubditis Domini Regis, & quoniam etiam aromatarij ſunt neceſſarij pro infirmis, prouidet, vt faciãt bonas confectiones, & bonos ſciruppos, & teneant res bonas pro medicit. ideo ſuper eis etiam prouidet, & quia medici digniores ſunt aromatariis, & obſtetricibus, & etiam aliis artificibus, vt no. 14. q. 5. c. fin. ideo poſuit hanc rub. de medicis, ſub qua continentur quatuor conſtitutiones.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in cauſæ cognitione iudicium expertorum poteſt adhibere.*
2 *Doctoratus in medicina practicare poteſt abſque literis regiis.*
3 *Lex ad cauſarum tendens ordinationem ſubditum ligat extra regnũ contrahentem.*
4 *Carcer aliquando ad pœnam, regulariter tamen ad cuſtodiam datur.*
5 *Medicus experientia & diſciplina inſtructus eſſe debet.*
6 *Medicorum imperitia eſt maximè omnium periculoſa.*
7 *Medicinam Iudæus applicare non debet fidelibus.*

QVISQVIS. Iſta conſtitut. eſt Regis Rogerij inſerta in conſtitutionibus huius Imperatoris, affinis dicti Regis Rogerij. Et breuiter hoc intendit. quicunq; voluerit mederi in regno, caueat, ne medicet, niſi primò ſe præſentet officialibus & iudicibus regiis, qui eum habeãt examinari facere de eius ſufficientia, qđ ſi ſecus fecerit omnia eius bona regio fiſco publicabũtur, & detrudetur in carcere arbitrio regio. Hoc ſtatutum factũ eſt, hac ratione attenta, ne ſubditi Regis periclitentur ex imperitia, vel ignorantia medicorum. h. d. No.
1 1. ex tex. ibi, eorum diſcutiendum iudicio. ꝙ licet † alicui iudici ſit facta commiſſio, & cognitio, & determinatio alicuius cauſæ, ſi tamen cauſa ipſa requirat iudicium expertorum, adhibere debet iudicium expertorum tex. nam iudices neſciunt, an medicus præſentatus coram eis ſit imperitus in medicina. ideo intelligitur, ꝙ adhibeat expertos in examinatione. & ideo ſuperuenit ſequens conſtit. quæ hoc declarauit. & pro hoc l. 2. cum concor. ſuis. ff. de iur. omni. iud. Peritis. n. medicis credendum eſt de medico examinato, ſi eſt peritus medicamentum ſubiectos Regis. firmat hoc Bar. in proœm. ſſorum, in 3. col. & ibi vide apoſtil. Alex. vbi multa de illa materia dicit, not. in c. ſignificauit. de homi. & Andr. ſupra in conſtitut. terminum vitæ. in pen. col. Lucas de Penn. in l. curioſi. C. de decu. lib. 10. & per Alex. 9. diſt. c. veterum. & vide Bar. in l. 1. §. fin. ff. de ventre inſpi. hodie verò non fit iſta examinatio, quia magiſtri in medicina examinantur in collegio medicorum in præſentia vi-
2 cecancellarij huius regni, & illic † doctoratus practicabit in medicina ſine literis regiis, ſicut doctor approbatus in collegio

collegio Neapolitano aduocabit ſine literis regiis, de qui-
bus in primo lib.iu conſt.aduocatorum officium.rub.80.
quid autem de medicis, vel doctoribus non doctoratis io
collegio Neapolitano, nec Salerni, an poſſint aduocare in
regno, vel practicare ſine tanta, vel expreſſa permiſſione
collegij, vel literarum regis? Reſpondeo, ſenſus conſtitu-
tionis eſt, ꝙ approbatio fiat per officiales Regis. & ideo
a emanauit conſuetudo [a] in hac nobili ciuitate Neapolis, ꝙ
doctorati extra regnum venientes in regnum debent iteru
Neapoli examinari, & antequam fiat examinatio, interdi-
cta eſt eis practica, ut refert Nic. de Neapo. in l. ſed repro-
bari. ff. de excu. tut. voluit.n. conſtitutio regni ſuis ſubditis
imponere legem, ut doctorati extra regnum venientes in
regno examinentur, antequam incipiant practicare, quia
non contenta fuit de approbatione collegij extra regnum,
vt in l. ſi fundus. ff. de eui. & in l. licet. §. fi. ff. de de teſtib. vbi
3 lex, quę tendit ad ordinationem† cauſarum, ligat ſubditum
contrahantem extra regnum. & pro hoc bene facit, quod
dicit Bar. in l. 1. C. de ſumma Trin. & in l. 1. in pe. q. C. quę
ſit lon. conſuetudo. ſed iſtę approbationes, quæ debent fie
ri in regno tendunt ad ordinationem cauſarum, & non ad
diffinitionē, meritò poſſunt fieri in regno, nec collegia ex-
tra regnum poſſunt de hoc conqueri. fallit, niſi iſte doctor
doctoratus extra regnū fuiſſet doctor eminentis ſcientiæ,
vt fuit D. Ant. Caſarellus, qui venit ad aduocandū pro mar
chione cur. incarcerato pro crimine læſæ maieſt. tempore
Regis Alfonſi Primi, tunc receditur ab illo ſtatuto, ſecun-
dùm Bal. in d. l. ſed reprobari. per tex. ibi, in verbo, ualde di
ſciplinatus. & hoc ſequitur Lud. & Alex. in l. cum quid. ff.
ſi cer. peta. & do. Iaſ. hoc approbat in l. iubemus. C. de iudi.
Et ſic iſta examinatio, & approbatio ceſſat, vt nō fiat io il-
lis, qui ſunt eminentis ſcientiæ & famoſi, ſed ſolum fit in
illis, qui ſunt mediocris ſcientiæ, ut probatur in l. ſciendū.
§. illud. ff. de ædil. edic. Secundò no. ex tex. ibi, carceri. ꝙ in
4 iſto caſu carcer† datur ad pœnam per vnum annum, vt in-
frà in conſtit. ſequenti, regulariter datur ad cuſtodiā. l. aut
facta. §. ſolent. ff. de pœ. De iure verò canonico carcer da-
tur ad pœnam. c. quamuis. de pęn. lib. 6. cętera de iſta ma-
teria dic, vt dixi in l. nemo carcerem. C. de exacto. li. x. Ter
tiò no. ex tex. ibi, bonis omnib. ſuis publicatis. ꝙ maior pœ
na imponitur medico medicanti ſine literis regis, vel abſq;
approbatione doctorum de collegio medicioꝝ, quàm im-
ponitur aduocato aduocanti ſine literis Regis, vel ſine do-
ctoratu, & ratio eſt ſecūdùm And. hic, quia maius pericu-
lum eſt in ſalute hominis, quàm in rebus, oportet.n. medi-
5 cum eſſe† inſtructum diſciplina, & experientia, & ꝙ adhi-
beat diligentiam in medicando, & inſinuet cauſam mor-
borum, vt dicit commentator Ethic. 9. ca. debent.n. medi-
cus pro diuiſione ætatum, temporum, & complexionum,
& regionum adhibere medicinam, vt dicit Augu. in epi. 5.
Et dicit Greg. debet medicus curare contraria contrarijs,
vt calida frigidis, & frigida calidis. Et medicinæ principiū
eſt cauſas languoris incidere, ne diutius ea, quæ nocent, ad
incrementum ægritudinis miniſtrentur, vt dicit Beat. Am
bro. in lib. de Noe & arca. c. 17. & herbarum poteſtates no
ſcere, ut dicit Ambr. in hexameron. cap. 13. in fi. In gloſ. ſe-
cunda, omiſſa prima, quia expoſitiua. Not. iſtam gl. iuncto
6 text. ꝙ imperitia† medicorum eſt ſatis periculoſa humano
generi, imperitia.n. medici culpæ imputatur, vt no. in l. im-
peritia. ff. de reg. iur. vbi gl. pro concordanti allegat. l. illici-
tas §. ſicuti. ff. de offi. præſid. & inſti. ad leg. Aqui. §. imperi-
tia. An autem medicus cognoſcens infirmitatem infirmi
eſſe mortalem, debeat dicere infirmo? Vide diſtinctionem,
quam ponit Arch. Flo. in 3. parte ſuæ ſummæ. tit. 7. c. 2. Ca
ueant etiam fideles Regis adhibere medicos alterius ſectę,
puta iudæum, vel ſaracenum, immo nec principi licet ha-
bere medicum iudæum, ut dicit Io. de Anan. in rub. de iu-
dæis, in 2. col. cui adde tex. in c. nullus. & ca. omnes. 28. q. 1.
Ego uidi literas Reginæ Ioannæ Secundæ, per quas dabat
licentiam iudæo practicandi inter fideles regni medicamē
ta ſecundùm artem medicinæ, & fuerūt illæ literæ regina-
les emanatę in primo anno ſui regiminis, ego non conſen-
7 tio, ꝙ †medicis iudęis debeat dari licentia medicandi chri-
ſtianos, tum quia ipſi ſunt omni die pro confuſione, & de-
ſtructione chriſtianorum, tum quia medicus, quando dat
medicinam infirmo, debet orare Deum, vt rebus ſumēdis
infundat virtutem ſcriptam in rebus, quę ponuntur in me
b dicina, vt patet in oratione Raynaldi de Villanoua. [b]

ANNOTATIONES.

a Emanauit conſuetudo.] Conſuetudo huius ciuitatis, qua cautum fuit quod doctorati extra regnum venientes in regnum debeant iterum, examinari in hac ciuitate. & antequam fiat talis examinatio practica ſit eiſdem interdicta, ceſſat, quando doctoratus extra regnum fuiſſet doctor ſcientię eminentis, quia tunc poterit practicare in regno abſque eo ꝙ approbetur, ita firmat Affl. hic & ponit exemplum in quodam Anto. Caſarello, qui venit in regnum pro patrocinio cuiuſdam marchionis, & fuit admiſſus abſque examine aliquo, alle. Bal. in l. ſed & reprobari. ff. de excuſat. tuto. qui dicit, quod propter excellentiam ſcientiæ poteſt recedi à iure communi & ſtatuto. & illud dictum Bal. ſequitur Alex. in l. cum quid. 2. col. ſi cert. peta. & And. Sicu. in tracta. de preſtantia Cardi. in 1. q. primæ partis 16. col. verſi. & ſi quiſpiam. & Fely. in c. 1. col. 18. verſi. fallit ſeptimo de conſti. & per hanc determinationem limitatur ſtatutum exiſtens in multis ciuitatibus Inſubriæ, volens ꝙ nullus admittatur in collegio doctorum, niſi ſit ciuis originarius. Nam ſtatutum illud ceſſat in homine ſcientiæ eminentis, qui poterit admitti abſque eo, quod non ſit ciuis originarius. quod nota pro collegio huius ciuitatis Neap. ita eleganter illud ſtatutum per dictum Bal. ſupra alleg. limitat Catell. Cotta in ſuis memora. in verbo, ſtatuto cauetur in multis ciuitatibus. & propter viros ſcientię eminentis tollitur interdum derogatur Paris in trac. de ſynd. in verbo, iuſtitia. & Luc. in l. ad ſplendorem in fi. de diuer. offi. lib. 12. quos refert & ſequitur Affl. in princ. harum conſti. in vlt. q. num. 4. & vide Socy. in trac. fallen. num. 284. lex generaliter loquens. ver. primò fallit. & doctor habens ſcientiam eminentem indubitanter præcedit militem, licet alias eſſet dubium. ita dixit Io. de Ana in ca. 1. in 5. col. de magiſtris. & laicus non promouetur in epiſcopum niſi propter eminentem eius ſanctitatem, text. eſt ſingu. in §. his omnibus 61. diſtinc. quem tex. ita intelligit Fely. in rubr. de magiſtris colum 2. ver. ad ſecundum de doctorib. in fi. & ſcholares ſcientię eminētis facilius aduocant, quàm doctores imperiti & inſufficientes, glo. in l. 1. C. de anno. ciuili. libro 11. & eam intellige & declara, vt per Fel. in rub. de maior. & obed. col. 2. in prin. ibi, ſcholares optimi. dum allega. tex. in d. l. ſed & reprobari. & doctores ſcientiæ eminentis ſunt immunes a collectis. Fel. in c. paſtoralis. & ibi ponit plura bona, de offi. dele. & ſi duo doctores legum, ſenex & iuuenis, ſi iuuenis eſt ſcientiæ eminentis & excellentior, præfertur illi ſeni. Ang. de Aret. in §. quædam col. pen. Inſtitu. de actio. quem refert & ſequitur per d. l. ſed & reprobari. Fely. in c. clerici. col. 2. ver. item doctor iunior de iudic. & Bononienſes doctores egregios, & ſcientiæ eminentis faciunt præcedere milites, l. ſed & reprobari. §. amplius. Alex. in l. centurio. colum. 1. nu. 10. ff. de vulg. & pup. & ſtatutum alicuius ciuitatis irrogans pœnam conducentibus ad legendum de mane doctorem forenſem, ceſſat in conducentibus doctorem excellentem. Roman. in l. ſi cum dies. per illum textum, ver. quid tamen ſi in eo loco. ff. de arbit. refert & ſequitur Alexan. in d. l. centurio. ſupra alleg. & tene menti, quia tale ſtatutum valet. Fely. in c. 1. col. 2. ver. item no. ꝙ facultas docendi, de magiſtris. & tale ſtatutum eſt Bononiæ, quia in ea lecturam de mane forenſis legere non poteſt. & Ioan. de Imo. doctor excellens dum legeret de ſero Bononiæ habuit licentiam ab Eugenio Papa legendi ordinariam de mane, & ſic fuit receſſum à tali ſtatuto ob ſuam excellentiam in ſcientia legali, qui vnam lectionem tantum legit & deceſſit. ita dicit Barth Veron. in l. 2. col. 2. num. 15. de vſucap. pro empt. & licet Chriſtiani peccent mortaliter, quando recipiunt medicinam a Iudæis medicis, doc. in c. nullus. 28. q. 1. hoc limitatur nō procedere, quando medici Chriſtiani defeciſſent in cura, & ille Iudæus eſſet ſcientiæ eminentis quia tunc licite & abſque timore peccati poſſumus vti doctrina & peritia illius medici Iudæi: quia propter ſcientiæ eminentiam relaxatur legum diſpoſitio. ita dixit ſingul. Fely in c. 1. verſ. ſecundo limita. de Iudęis. & faciunt multa, quæ dixi ſupra in princ. procin. ad Affl. nume. 15. Studeant ergo iuuenes addiſcere ſcientiam eminentē duce Spiritu ſancto, quia fruentur tot priuilegijs ſupra enarratis. Cōſuetudinem tamen, de qua hic per Afflic. tempore meo ſeruari non vidi, & hoc ſentit Nicol. de Neapo. in d. l. ſed & reprobari. dum dicit, & utinam ita hodie fieret. immo ſeruari cōtrarium, ſ. admitti quoſdam ad practicandum non examinatos.

b De Villanoua.] Quæratur à Valentinis quid euenit de quodam famoſiſſimo medico, qui vocabatur magiſter Alchaſius, qui erat hæreticus & antequam pro tali condemnaretur quam plures (vt confeſſus eſt) pluſquam 500. Chriſtianos interfecit.

SVMMARIVM.

1 *Medicina à Deo creata eſt ad hominum vtilitatem.*
2 *Medici examinari debent in ciuitate Salerni.*
3 *Medicus Salerni uel Neapoli approbatus non tenetur petere literas regias, vel licentiam practicandi.*
4 *Conſilium dare infirmo an liceat non medico.*

5 *Vicerex*

5 *Vicerex Rege abſente medicis practicandi licentiam poteſt dare.*
6 *Bonorum nomine veniunt omnia bona, tam mobilia, quam ſtabilia.*
7 *Medicus probare debet ſe fuiſſe approbatum in collegio medicorum.*

VTILITATI ſpeciali. Hæc conſtit. Imperatoris Federici eſt declaratoria præcedentis conſtitu. editæ per Regem Rogerium, & prouidet futuro diſpendio, & irrecuperabili damno, quod poteſt contingere fidelibus regijs propter imperitiam medicorum, ideo iubet, ut nullus medicus prętextu, quòd ipſe ſe ſcribit medicum audeat in regno practicare, niſi tribus concurrentibus. Primò, quòd ipſe intrauerit examen doctorum medicorum, in collegio ciuitatis Salerni, ubi tunc erat ſtudium medicorum, & collegiũ, & à dicto collegio fuerit approbatus, & literas approbationis ſecum habuerit. Secundò, quòd dictas literas approbationis collegij exhibeat officialibus regis ad hoc deputatis, & ab eis recipiant alias literas teſtimoniales, quòd eſt ſufficienter approbatur in medicina. Tertiò, cum iſtis duabus literis debet ſe præſentare conſpectui regię maieſtatis, ſi eſt præſens in regno, & ſi eſt abſens, ſuo locumtenenti, & uiceregi, & ab eo recipere licentiam medicandi in regno, quod ſi medicus ſecus fecerit, punietur pœna publicationis omnium bonorum, & detrudetur in carcere
1 ibi per annum permanendo. h. d. No. primò † ex tex. ibi, quòd poſsit contingere, bonum regimen, quod facit Rex in regno, quia prouidet futuro diſpendio, & irrecuperabili damno, quod poſſet ſuis fidelibus contingere pro eorum utilitate, ut hic. Ad idem in authen. de fideiuſ. §. fin. ſciebat enim compoſitor huius libri, quòd glorioſus Deus creauit medicinalia, ut patet Eccle. capitu. 38. Altiſsimus de terra creauit medicinam, & uir prudens non abhorrebit eam, & medici doc. ſunt neceſſarij ad bonum regimen ciuitatis. Sic etiam debet facere bonus officialis prouidere ante factum, ne fiat delictum, ut euitetur diſpendium, & damnum fidelium Regis. Pro hoc tex. in authent. de hær. & ſal. §. non autem. Hæc enim prouidentia futurorum non fit, niſi ex amore, quem habet ad ſubditos, ut in l. ſi putator. ff. ad leg. aquil. ideo bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, ut in Euangelio Io. 10. capi. Et propterea congruit prę̨ſidi pro euitandis futuris delictis purgare prouinciam malis hominibus, ut in l. congruit. ff. de offic. pręſi. Et ideo officialis uidens duos notabiles inimicos potentes poteſt prouidere, ut ceſſet futurum ſcandalum, ꝙ unus non tranſeat ante domum, uel plateam alterius ſub pęna, ut dicit Bart. in l. quod iuſsit. ff. de re iudic. cum ſim. allegatis per Parid. de Put. in tracta. ſynd. in uer. officialis. uerſic. ſi ſunt duo. Secundò no. ex tex. ibi, niſi Salerni. ꝙ me
2 dici debent † examinari & approbari in ciuitate Salerni, quia tunc fortè non erat ſtudium medicinę, niſi in ciuitate Salerni, poſtea fuit reſuſcitatum ſtudium in ciuitate Neapoli, quia ſemper ante Chriſti aduentum fuit publicum ſtudium in ciuitate Neapoli: ſed interpolatis temporibus propter guerras, & mortalitates ceſſauit, & reſuſcitatis ingenijs, reſuſcitatum ſemper fuit ſtudium in ciuitate Neapoli, ut teſtantur noſtra regiſtra. & ideo cõſtitu. infra ſub eo. tit. quę incipit, in terra qualibet regni. dicit, niſi apud Salernum, uel Neapolim &c. Hodie. n. Neapoli eſt collegium medicorum ualẽtiſsimorum in logica, philoſophia, & medicina. & ibi approbantur ſufficiẽtes medici, & inſufficiẽtes, et imperiti reprobantur, licet rarò contingat reprobari prout ego uidi. Ex quibus patet, ꝙ gymnalium, ſiue ſtudiũ in medicina nõ poteſt eſſe, niſi ĩ ciuitate, & nõ in uilla, uel caſtro ad effectu, ut ibi fiat approbatiu ſcholaris, ut dicit Barto. in proœ. fforum. §. fin. & hoc ex priuilegio, uel uetuſtiſsima conſuetudine, ſecundum Bart. ibi, & probat Abb. Sic. in c. tuæ. de cler. non reſid. in eccl. Et eſt ſciendum, ꝙ à
3 tanto tempore, in † cuius contrarium memoria hominum non exiſtit, nunquam fuit ſeruatum, quòd magiſtri medicinæ approbati in collegio medicorum Salerni, vel Neapolis habeat quærere litaras officialium Regis, vel licentiam à Rege, vel Vicerege medicandi in rego, ſed ſolum, quod eſt doctoratus in medicina per collegium Neapolitanum, vel Salernitanum ſine alia licentia poteſt practicare, & medicare in regno. Et ſi lege cauetur, conſuetudine non habetur, vt dicit Barto. in l. 2. ff. de ſal. & iſto caſu illa lex in hoc ſublata eſt per vetuſtiſsimam conſuetudinem ei contrariam, quæ operatur eius correctionem, vt dicit Iaco. de Belu. in authen. de hær. & ſal. poſt princ. & patet in authen. de iudi. poſt prin. & de hoc dixi in conſtitut. ſancimus. §. fin. de iure protomiſeos. & per Bart. in proœ. ffo-rum. §. & antea. Alb. de Roſ. in rub. C. quæ ſit longo conſuet. Et quia gloſſ. Marini dicit, quòd hoc non vidit ſeruari. ideo non requiritur probatio, quòd in hoc iſta conſtit. non ſeruatur, quia ſtatur dicto gloſſatoris, quando deponit de non obſeruantia conſtitutionis, vt dicit Bald. in l. de quibus. ff. de legi. ſunt enim ducenti anni & vltra, quod fuit dictus gloſſator, qui dixit, quòd hæc conſtitu. malè ſeruatur. & idem dicit hic Andr. qui fuit vltra annos ducentos retro. An autem ille, qui non eſt medicus, nec va-
4 dit † practicãdo poſsit dare conſilium pauperi infirmo propter aliquam experientiam, quam habeat? Dicunt glo. & Andr. hic ꝙ lic. nam conſanguineus, vel amicus poteſt ſuo conſanguineo, vel amico conſulere de aliqua medicina, quam ipſe ſcit, vt hodie, vt plurimum faciunt mulieres, quia prohibitus aduocare, non eſt prohibitus dare conſilium in camera, vt dicit Bart. in l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extraord. cogn. Quid de eo, qui per experientiam, & nõ per artem, quia non nouit literas, an poſsit ei dari licentia practicandi? iſta conſtit. probat ꝙ non, tamẽ ego vidi in regiſtris literas practicandi datas mulieri. Et dicit Barth. de Cap. in quadam apoſtilla hic, ꝙ ſicut qui habet experientiam & non ſcientiam poteſt aduocare, vt not. in l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extraord. cogn. ita poterit dari licentia huic practico, qui non habet artem medicinæ, & ego vidi literas Regis Ladislai, in quibus dabat licentiam Margaretæ practicandi in chirurgia in medicandis vulneribus, vlceribus & apoſtematibus, eo quia reperta fuit ſufficiẽs. Tertiò no. ex tex. ibi, qui vice noſtra in regno remanſerit,
5 quòd hic † datur poteſtas Viceregi, Rege abſente à regno, dandi licentiam medicis practicandi poſt approbationem eorum, et ſupra in conſtit. conſtitutionem diuæ memorię ſub 5. rub. huius vltimi libri prohibetur alienatio feudalis niſi de ſpeciali noſtrę celſitudinis licentia confirmetur, & nihil dicitur ibi de Vicerege, quaſi Vicerex poſsit licentiã dare medicis medicandi in regno, ſed licentiam alienandi feuda non poſſet, niſi ſpecialiter ei committatur: & ſic iſta ponderatio facit contra illud, quod tenet Andr. in l. imperialem. in princ. de prohib feud. alien. per Fede. ꝙ vicarius Regis ſimpliciter conſtitutus poteſt dare licentiam ſuper alienatione feudi. de quo tamen dic, vt ibi dixi poſt eum. & vide, quę ſupra dixi in conſtit. obſeruent. in 3. nota. Et pondera tex. ibi, nobis in regno abſentibus. ꝙ non conſtituitur Vicerex in regno, quando Rex eſt præſens in regno, quod vidi in obſeruantia, quando in anno 1507. 10. indi. Rex noſter catholicus fuit in regno per quatuor menſes, illuſtris don Conſaluus Ferrandus Vicerex, & magnus capitaneus non exercuit officium vicariatus, vnde ſi Rex in regno eſt in exercitu contra ſuum rebellem, non conſtituet vicarium, ſed ſufficiunt magiſter iuſtitiarius & iuſtitiarij in regno. interdum in hoc uidi bis fuiſſe ſeruatum contrarium tempore Regis Ferdinandi Primi, dum in regno eſſet præſens ad expugnãdum ſuum hoſtem ducem Ioannẽ de Andegauia, ipſe cõſtituit reginam Iſabellam ſuam vxorem vicariam generalem, & tempore Regis Ferdinãdi Secundi ipſe fecit Reginam Ioannam de Aragonia ſororem carnalem Regis noſtri catholici vicariam in regno, ipſo rege exiſtente in regno ad expellendum Gallos ſuos inimicos exiſtẽtes in regno. Nõ. n. dicitur abſens Rex exiſtentes in quacũque parte regni, quia totum regnum habetur pro una prouincia, ut ſupra in conſtitu. conſuetudinem. & no.

in l.

in l.cum longi.C.de præſcri.longi temp.Et ſic vbi preſens eſt dominus,ceſſat poteſtas inferioris,arg.l.1.in fi.ff.de offic. proconſ. & leg. ſed de conſuetudine aliud vidi eſſe ſeruatum,vt ſupra dixi. Quartò no.ex tex.ibi, bonorũ.quòd
6 † iſta dictio indefinita, bonorum,operatur vniuerſitatem, ideſt omnium bonorum mobilium & ſtabilium,quia indefinita poſita in ſtatuto circa res æquipollet vniuerſali,niſi ratio diuerſitatis aſsignari poſsit, ſecundum Bart. in l. ſi pluribus.ff.de leg.2.cum concord.ſuis. In gl.vnica, in ver. titulum.no. iſtam gloſſ. iuncto tex.quòd non ſufficit medico eſſe veſtitum vt medicum veſte longa de ſerico, & cũ anulis in manu, & iumento deaurato,quia habitus non facit monacum.capit.porrecta.de regul.capit.conſuluit.qui cler. vel vouen. licet vir bene veſtitus à mille creditur eſſe
7 peritus &c. vt in Spec.de aduocatis §.1. Nec ſufficit † medico allegare ſe medicum,niſi probet ſe approbatum fuiſſe in collegio medicorum. Sic eſt regula,quòd non ſufficit allegare, ſed probare. hoc expreſsè voluit Bald. in capitu. 1. §. ſi inſtrumentum. de notis feud. quem ad hoc allegat Franc. de Aret. in capitu. propoſuiſti.in 3.colum. de probat. Bene facit l.doce ancillam.C. de rei vendic.l.magis puto.§.illud.ſupra de reb.cor.no.in l.prætor ait.ff.vi bon.rap. l.ei qui.ff.de probat. bene faciunt ſcripta per Bart.cum concor.ſuis in l.quòd ſi fortà.ff.da conſtit.pecu.

SVMMARIVM.

1 *Scholaris quanto tempore debeat ſtuduiſſe, vt magiſtrari poſſit.*
2 *Doctorari volens in medicina, qualiter probare debeat ſe congruè ſtuduiſſe.*
Medicus quæ iurare debeat.
3 *Medicus gratis tenetur pauperem infirmum curare.*
4 *Medicis magis fauendum eſt circa ſalarium, quàm aduocatis.*
5 *Medicus vadens extra ciuitatem ad curandum infirmum, debet etiam expenſas habere.*
6 *Medicus in quibus cum aromatorio ſocietatem contrahere poſſit.*
7 *Medicus qua ratione infirmum recipere non poſſit in domo ad curandum eum.*
8 *Argumentum à contrario ſenſu non valet, ſi reſultet ab ſonus intellectus.*
9 *Scholaris completo medicinæ ſtudio,an poſſit ſine literis Regis conſulere infirmo.*
10 *Anatomia ſi legatur, an debeat eſſe præſens corpus hominis mortui.*

QVIA nunquam. Tota iſta longa conſtitutio diuiditur in duodecim partes. In prima ſtatuit, quòd ſcholares volentes addiſcere ſcientiam medicinæ, oportet eos prius ſcire logicam: & ideo nullus debet admitti ad ſtudendum in medicina, niſi prius ſtuduerit in logica ad minus per tres annos.quibus completis,intret ſtudium medicinæ & ſtudeat in medicina per quinque annos, & durat vſque ibi,ita quòd chirurgia. Hic eſt ſecunda pars,in qua declarat,quòd chirurgia eſt pars medicinæ. & volentes practicare in chirurgia, debent per tres annos ſtuduere in chirurgia, & poſtquam per dictum tempus ſtuduerint in chirurgia, & non ante, datur eis licentia practicandi per deputatos præuia examinatione, iuxta formam curię, & durat vſque ibi, eo addito. Hic eſt tertia pars,quæ ſtatuit, quòd poſtquam medicus obtinuerit literas ab officialib. deputatis,ꝙ poſsit practicare, officialis deputatus debet ſibi dare iuramentũ iuxta formam regiæ curiæ,& ipſe iurabit, ꝙ ſi aliquis confectionarius, qui dicitur ſpeciarius, minus bene confecerit confectiones, ꝙ denunciabit regię curię.i.officialibus deputatis à regia curia. Item iurabit, ꝙ pauperi infirmo prę-ſtabit conſilium gratis, & durat vſq; ibi, iſte medicus. Hic eſt quarta pars, in qua per Regem præcipitur medicis approbatis,ꝙ ad minus bis in die viſitent infirmum,& ad requiſitionem infirmi ſemel in nocte,vſq; ibi,à quo. Hic eſt quinta pars,in qua ſtatuitur ſalarium medico viſitanti infirmum bis in die in ciuitate,vt ſalariũ quolibet die ſit granorum x.Si verò infirmus ſit extra ciuitatem,ſalarium medici erit tarenorum trium pro qualibet die, & expenſas habebit,aut tarenorum quatuor pro qualibet die ſine expenſis,vſque ibi,non cõtrahat ſocietatem. Hic eſt ſexta pars, in qua ſtatuit,ꝙ nullus medicus cõtrahat ſocietatem cum confectionariis ſiue ſpeciarijs,& durat vſque ibi,nec recipiat. Hic eſt ſeptima pars,ĩ qua iubet,ꝙ nullus medicus recipiat infirmum ad curandũ eum in domo ſua ad expẽſas pro certa pretij quantitate,etiã ꝙ infirmus nõ habeat propriam ſtationem,non intelligas,ꝙ medici non poſſunt habere domum propriam in ciuitate, quia in contrarium eſt veritas,vt docet experiẽtia,quæ eſt rerum magiſtra, & ab ſonus intellectus ſemper eſt fugiendus,& durat vſque ibi, confectionarij. Hic eſt octaua pars,in qua prouidet circa confectionarios,et aromatorios,et iubet,ꝙ iſti aromatorij debeant facere cõfectiones ſuis expenſis, & ſine fraude, & ꝙ iſti aromatarij ſiot approbati teſtimonio medicorũ, & prius quàm admittantur ad faciendum apothecas, debent iurare in manib. officialis deputati,qui hodie eſt protomedicus, ꝙ omnes cõfectiones faciet ſine fraude,& durat vſque ibi,lucrabitur aũt. Hic eſt nona pars,in qua prouidet, ne aromatorij prædicti lucrentur vltra debitum in diſpendium ſubditorũ Regis,et ideò ſtatuit,vt aromatarij de confectionibus,& rebus ſimplicib. medicinę, quę non conſueuerunt teneri vltra annum à tempore emptionis, ſubaudi, ſalubriter pro qualibet vnc.videlicet ſex ducatorum, non lucrentur vltra tres per annũ.de alijs verò rebus,quæ poſſunt teneri in apotheca etiam vltra annum, & ſunt bonæ etiam vltra annum,pro qualibet vnc.quam expendit in dictis rebus, poterit lucrari per annũ tarenos ſex pro ſingulis ſex ducatis, & durat vſq; ibi, nec ſtationes huiuſmodi. Hic eſt decima pars, in qua declarat, ꝙ iſti aromatorij nõ poſſunt tenere apothecas,niſi in certis ciuitatibus deputatis inferius in conſtit.ſequenti.& ſubdit,ꝙ poſtquam ſcholaris ſtuduerit in medicina per quinquennium,caueat practicare, niſi primò per annum integrum cum conſilio medici practicauerit,& durat uſq; ibi,magiſtri verò. Hic eſt vndecima pars,in qua declarat,ꝙ illi, qui volunt eſſe medici,debeant prius per tres annos ſtudere in logica,& poſtea per quinque annos in medicina, & ſignanter addiſcere libros authenticos, videlicet Hippocratis & Galeni, tam in theorica, quàm in practica & tene menti iſtum tex.qui approbat ſcripta iſtorum magnorum doctorũ Hippocratis & Galeni,& iſtos medicos debent ſequi in curandis infirmis, & non opiniones nouorum doctorum non approbatorum,& durat vſque ibi,ſalubri etiam conſtitutione.Hic eſt duodecima & vltima pars,in qua ſtatuit, ꝙ nullus chirurgus ad practicandum admittatur ſine literis magiſtrorum in medicina, & regentium, & antequam ſibi concedãtur literæ de practica, deputati debeant inquirere, ſi ad minus per annum in ſcholis publicis audiuerint legere anatomiam,ſine qua nõ poterit inciſiones ſalubriter facere, nec faciendas bene curare. Hoc dicit uſq; in finem.Sicut ſunt hic duodecim dicta, ſic ſunt hic 12.not.tamen hic nõ procedam per notabilia,ſed per quæſtiones. Et primò quæro
1 per quantum †tempus ſcholaris debeat ſtuduiſſe in logica, & medicina,ut poſsit magiſtrari in medicina? Iſta conſtit. dicit,ꝙ per 8.annos uidelicet tres annos in logica,& quinque in medicina.Sic etiam per quinque annos eſt perfectũ ſtudium legale, & poteſt admitti per collegium ad doctorandum in iure ciuili,ut in proœ.ſtorum.§.quibus.ſed ſtudium iuris canonici perficitur per ſeptem annos,ut not.in c.cum ex eo.de ele.lib.6.ſed ſtudium theologiæ perficitur in quinque annis, ut in c.fin.de magiſtris.Secundò quęro, quia tex. hic dicit,ꝙ chirurgia eſt pars medicinæ,per quantum tempus ille, qui deſiderat eſſe medicus chirurgus debeat ſtudere in ſcientia chirurgiæ, vt poſsit per deputatos à Rege examinari & concedit licentia practicandi in ſcriptis. Nam iſte tex. videtur dicere per tres annos, quia dicit,

infra

infrà prædictum tempus addiſcat. poſtea in fine huius cō-
ſtitutionis dicitur, ꝙ per annum ſaltem in ea parte medici
ne ſtuduerit, ſed hoc intelligitur. ſ. ꝙ per duos annos ſtu-
deat in chirurgia, & per vnum addiſcat in ſcolis publicis
2 anatomiam. † Tertiò quæro, quia tex. iſte dicit, teſtimonio
ſtudij, quæro, ille, qui vult doctorari in medicina, vel magi
ſtrari in chirurgia, debet facere fidem, ꝙ ſupradictis tem-
poribus ſtuduerit, quomodo de his faciet fidem? Reſpon-
deo per ſuos condiſcipulos, qui examinabuntur per depu-
tatos, quot annis ſtuduit in medicina. vel etiam per alios te
ſtes idoneos, & iſti teſtes debent deponere de loco, in quo
ſtuduit, & de tempore, vt in c. ex tenore. & in ca. cum cau-
ſam. de teſtib. quia tempus hic eſt de ſubſtantia probatio-
nis, ideo probari debet per teſtes. & ſi dicunt teſtes in iſto
caſu non recordari de tempore, dic ſecundùm Hoſ. & alios
in d. c. ex tenore. ꝙ teſtes efficiuntur ſuſpecti. Quartò quæ-
ro, quia tex. iſte dicit, ꝙ poſtquam data eſt licētia medico
practicādi, medicus debet iurare, quæ ſunt iſta, quę debet
iurare medicus? Dic, ꝙ debet primò iurare fidelitatem do-
mino Regi. Secundò iurabit, ꝙ iuxta ordinationes ipſius
ſcientiæ fideliter curabit corpora hominum. hęc haben-
tur in regiſtris, quando conceditur per Regem licentia pra
cticandi medicis poſt examinationem. Tertiò iurabit ꝙ ſi
ad eius notitiam peruenerit, ꝙ aliquis confectionarius. i.
ſpeciarius minus bene conficiat confectiones, ꝙ curiæ re-
giæ denunciabit. Quartò iurabit, ꝙ pauperibus perſonis
dabit conſilium gratis. de iure communi tale iuramentum
non reperitur, ſed bene facit gl. in c. prouidendum. 83. di-
3 ſtinc. quæ dicit, † ꝙ medicus gratis tenetur curare pauperē
infirmum, quia plus debet valere apud eum uita illius, quā
propria pecunia. Aduerte, quia iſtud iuramentum non da-
tur per vicecancellarium hodie, quando doctoratur in col
legio medicus, neque per medicos collegij, ſed datur quan
do recipit literas à regia curia, ꝙ poſſit practicare, ſic etiā
hodie receſſit ab aula iuramentum, quod olim dabatur ad-
uocatis poſt litem conteſtatam, ut dicit tex. in l. rem nō no-
uam. §. fina. C. de iudic. vbi dicit gl. lege cauetur, conſuetu-
dine non habetur. Quintò quæro, ecce, ꝙ hic in die medi-
cus infirmum in ciuitate tenetur viſitare pro granis decem
in die, utrum poterit petere maius ſalarium à diuitibus in-
firmis? Gl. in c. qui ſtudet. in ver. ſanitatis. 1. q. 1. dicit, ꝙ li-
cet medico petere pretium ſui laboris, ſed non dicit quan-
tum, iſta conſti. ponit metam, quando duabus uicibus viſi-
tat infirmum exiſtentem intus ciuitatem, & quando vadit
ad infirmum extra ciuitatem. glo. in d. c. prouidendum. di-
cit, ꝙ medicus poteſt petere pretium ſui laboris, ſed non di
cit quantum, etiam dicit Bald. in l. 1. in a. colū. C. mand. ꝙ
4 magis fauendum † eſt medicis circa ſalarium, quàm aduo-
catis propter curam ſalutis humanæ. Et ſi non fuiſſet per
iſtam conſtit. taxatum, præſes prouintiæ, vbi eſſet differen
tia, haberet taxare, ut in l. 1. in princ. ff. de uar. & extraordi.
cogn. bene reperio Bal. in auth. ad hæc. C. de uſuris. in 9. co
lum. ꝙ ſi medicus, uel aduocatus extorſit nimis magna ſala
ria, medicus uel eius hæres non tenetur reſtituere, quia ac-
quiſitio nimij pretij habet in ſe conſenſum alterius partis,
ideo non eſt peccatum de iure naturali, allegat Inn. in ca.
quia plerique. de immun. eccleſ. Ego intrepidè hanc q. de-
termino, prout determinaui in aduocato recipiente ſalariū
ultra illud, quod eſt taxatum per conſtit. regni, ut non pec-
cet, ſi laborauit, ut dixi hoc in conſtit. hac edictali. in 1. lib.
rubri. 8 a. in 1. not. & quę ibi dixi hic non repetam. Caueat
tamen medicus, ne infirmitatem in longum ducat propter
lucrum, quia totum ſalarium. quod recipit ab ægrotis, qui
de facili curari poſſunt, malè recipit. & ex hoc eis paratus
eſt infernus, ut patet ex dictis Arch. 1. q. 1. c. non eſt ex illi-
citis. & ſi hoc poſſet probari, puniretur de periurio. Sextò
5 quęro, hic dicitur, ꝙ † medicus uadit ad curandum infir-
mum extra ciuitatem ultra ſalarium tarenorum trium de-
bet habere expenſas. ſic etiam dicit Bar. in l. ſuo uictu. ff. de
ope. liber. & in l. quoniam liberi. C. de teſtib. quęro, utrum
iſtę expenſę erunt delicatę, ſicut unus medicus dicebat, ꝙ
non uolebat comedere carnes niſi cum duobus pedibus, &
confectiones de ſaccaro. Reſpon. dic, ꝙ intelliguntur ex-
penſæ taliter, ꝙ non excedant tarenum vnum pro ſingulo
die, vt hic. quas ergo expenſas habēt epiſcopus, vel eius cō
miſſarius, quando vult viſitare diœceſim? Dic vt in c. ſi epi
ſcopus. de offi. ord. lib. 6. Septimò quæro, an liceat medico
recipere promiſſionem ab infirmo, qui promittit ſibi tan-
tum, poſtquam eum liberauit ab infirmitate? Bart. dicit, ꝙ
non valet talis promiſſio. in l. archiatri. C. de profeſ. & me-
di. lib. 10. allegat l. medicus. ff. de var. & extraord. cogn. ſed
tu dic, vt dixi in deciſionibus meis, deciſ. 123. quid autem
ſi medicus fecit expenſas infirmo durante infirmitate, &
poſtea infirmus eſt mortuus, an poſſit recuperare illas ex
penſas ab hæredibus infirmi, ſicut poſſet recuperare ab in-
firmo, ſi vixiſſet? Reſpondeo, ꝙ ſic, gl. eſt. 83. diſt. c. 1. quod
incipit, prouidendum. Octauò quæro, quid ſi medicus cō-
6 trahat † ſocietatem cum aromatario non in rebus ſpectan-
tibus ad medicinas, ſed in pannis, vel in fructibus, vt in ca-
ſtaneis, vel in auellanis, vel amigdalis, & in alijs rebus non
medicinalibus, vtrum hæc ſocietas ſit prohibita? Videtur
propter generalitatem literę, quæ dicit, nec contrahat ſo-
cietatem cum confectionarijs, prohibere omnem ſocieta-
tem. vt not. in l. de pretio. ff. de publi. eſt. n. hoc verbum, ſo-
cietas, generale, & ſic omnem ſocietatem comprehendit,
quia verbum gnerale ad omnes refertur, vt in l. ſi ita. per
Barto. ff. de leg. 3. niſi ſit iuſta ratio excipiendi, ſecundùm
Iac. But. in l. 1. ff. de ſenato. Bart. in l. 2. ff. ſi cert. peta. item
ſub verbo generali, omnis eius ſpecies ex propria natura ge
neris ineſt ei ſecundùm veritatem, vt inquit Bald. in l. fina.
C. de iure anu. aureor. Nonò quæro, quæ eſt ratio, ꝙ modi
co non licet recipere infirmum in domo ad eum curandū
expenſis ipſius medici, maximè ſi infirmus ſit externus, &
non habet ſtationem propriam, cum recipere infirmum in
domo medici ſit actus charitatis, & vbi charitas exercetē,
ibi nullum malum poteſt eſſe, vt in c. radicata. de pœn. diſt.
2. & text. in clem. ad noſtram. de hær. dicit, habet charitatē
7 & fac quicquid vis. Reſpon. ratio huius † prohibitionis eſt,
non charitas medici in infirmum, ſed ratio lucri tempora
lis, & pecuniarij, propter quod lucrum, quia infirmus eſt
in domo ſua pro eius ſanitate, poſſe pro ſalute corporali
perſuadere aliquid in periculum animę, puta coitum illi-
citum pro ſua ſanitate, vt liberet eū ab infirmitate propter
lucrum temporale. vt in c. cum infirmitas. §. fin. de pęn. &
remiſſ. Imperator hic prouidet iſtis periculis, & lucris in-
debitis, non autem pohibet exercitum charitatis, non. n.
licet medicu prius de ſalario cōponere cum infirmo, quia
mercatus eſt contra legem, vt dicit Ant. de Bu. in d. c. cum
infirmitas. ver. 2. ad declarationem. & quia lex malum præ
ſumit contra occultè agentes, vt dicit And. in c. 1. §. prę ter-
quam. ſi de inueſt. inter dom. & vaſ. Decimò quæro inquā-
tum dicitur hic, ꝙ aromatarij iurant ſine fraude facere cō-
fectiones ſuis expenſis. quid ſi ſpeciarius non fuit expēſis,
ſed de pecunia aliena facit confectiones non perfectas ſe-
cundùm qualitatem & quantitatem rerum ſecundùm re-
gulas medicinę propter lucrum: vtrum puniatur de frau-
de, ſicut quando ſuis expenſis in iſtis confectionibus com
miſit fraudem? Reſpon. licèt iſta conſti. loquatur, quando
confectionarius ſuis expenſis iurat ſine fraude facere cōfe
ctiones, non propterea uidetur permiſiſſe ꝙ cum aliena pe
8 cunia in confectionibus poſſit fraudem adhibere. † Pri-
mò, quia iſtud argumentum à contrario ſenſu non valet,
quando reſultat abſonus intellectus, ſecundùm Bald. in l.
ſi plures. de condi. inſer. & remotio me in hoc ad domi-
num Iaſo. in l. 2. §. huius rei. ff. de offi. eius cui man. eſt iu-
iriſ. Secundò, quia in omni diſpoſitione intelligit omnis
fraus excepta, ut inquit Bal. in l. cum ita. ff. de leg. 2. & An-
ge. in l. ſi pater. ff. de his quæ in frau. credi. per legem, cre-
ditor. §. Lucius. ff. man. cum concor. ſuis. ſed quid ſi confe-
ctiones & ſciruppos nō fecerit bene, ſed fraudulenter, qua
pœna puniatur? Conſtitu. ſequens dicit, quòd punietur pę
na publicationis omnium bonorum ſuorum. Vndecimò
quæro, ecce quòd hic taxatur lucrum aromatarij in rebus,
quas tenet in apotheca, quid ſi iſte aromatarius ultra de
iſtis

iſtis rebus lucratur,qua pœna puniatur, cum iſta conſt.ni
hil dicat? Reſpondetur,ꝙ ſi de hoc exceſſu poſſet cõſtare,
a punietur arbitrio iudicis, [a] quia non ſeruauit legem, quã
ſeruare debebat,vt in l.non dubium. C. de legi. vbi dicunt
Iac.de Belu.& Bal.ibi,ꝙ vbi lex prohibet, & non imponit
pœnam,pœna erit arbitraria,per l.hodie.de pœn. l.1.§.ex-
pilatores.ff.de effrac.& expil.idẽ dicit Ant.de Bu.in c.2.de
mai.& obe.& Abb.in c.nam concupiſcentiã. de conſti. Fal
lit,niſi probaretur, ꝙ vetuſtiſſima conſuetudo eſt in con-
trariũ, vt dicit Beat.Ant.Arch.Flo.in 3.par.ſuę ſummę.ti.
7.c.2.Caueant ergo ſpeciarij lucrari exceſſiuè,quia niſi ali
ter oſtenderent ſe lucratos fuiſſe,poſſet fieri contra eos in-
quiſitio per procuratorẽ fiſcalẽ, ſi eſſet diffamatus de illo
9 exceſſu,& nõ aliter. Duodecimò quęro, vtrum liceat†ſcho
lari, poſtquam compleuit ſtudiũ medicinę, ſi eſt vocatus
ab aliquo infirmo,cum conſilio medici pro practico medi
care impunè ſine literis Regis ẽt poſt annum, ſimiliter cũ
conſilio medici eſſe practicum in cura infirmi? Vr̃ ꝙ non,
quia conſti.pcedens,& iſta vult,ꝙ medicus debet prius eſ-
ſe approbatus,ſed iſte non approbatus, ergo &c. In cõtra-
rium eſt veritas,quia ſi iſta conſtl. permittit illũ, qui com-
pleuit ſtudium medicinę practicare cum conſilio medici
per vnum annũ, antequã approbetur, ergo multò fortius
permiſſum eſt ſibi,ꝙ poſſit eſſe practicus cum conſilio me
dici in cura infirmi, quia tanto plus eſt doctior in practi-
ca,& theorica. Nec ob.in contrariũ allegata, quia iſtud eſt
verum, qñ ſine conſilio medici vellet eſſe practicus, ſecus
ſi cum conſilio medici. Caueat ergo ſcholaris, antequã do-
ctoretur, vel antequã habeat literas à Rege,ꝙ poſſit practi
care,ꝙ non practicet in cura infirmorum ſine medico ap-
probato,quia poſſet puniri arbitrio iudicis. Decimotertiò
10 & vlti.quia hic dicitur,ꝙ non †debet chirurgo concedi lite
ra,vt poſſit practicare in chirurgia, niſi primò audierit in
ſcholis publicis legere anatomiã, quæro,an qñ legitur ana-
tomia,corpus hominis mortui debet eſſe præſens,ut oſtẽ-
datur ſcholaribus, vel ſufficiat legere ſine exhibitione cor-
poris mortui? Remitto me ad expertos.ſed hoc bene ſcio,
ꝙ tempore quo florebat ſtudium in medicina tẽpore Re-
gis Ferdinandi Primi, medicis legentibus medicinã, & ana
tomiam,traditus fuit quidã condẽnatus ad mortẽ poſt ſu-
ſpenſionẽ barbitonſoribus,& chirurgis, & medicis, ut eũ
aperiant ſecundùm artẽ,& poſtea oſtendatur medicis habẽ-
tibus legere anatomiam, & ipſis ſcholaribus.nam ea, quæ
intellectu percipiuntur,magis imprimunt in mente, ſi ocu
lo corporali cernuntur, quia præſentia includit ſenſum cũ
intellectu,vt ff.de verb.ſign.l.coram. & l.diem.§.coram.ff.
de arbi.hic poſſent poni omnes illæ quæſtiones, quas po-
nit Archiepiſcopus Flo.in 3.par.ſummæ, in titu.7.c.1.vbi
ſcribit de honore medicis adhibendo, & in 2.c.de diuerſis
officiis medicorum,& ſalariis eorum, quæ omitto breui-
tatis cauſa,cum hic nihil ſcribitur per gl.nec per And.

ANNOTATIO.

a Arbitrio iudicis.] Adde,quæ dicta ſunt in addi. ad eundem Affl. in
conſtit.diſputare.num.2.

SVMMARIVM.

1 *Aromatariorum numerus debet eſſe taxatus.*
Aromatarii quid iurare debeant.
2 *Nomina aromatariorum in qualibet terra regni debent mitti regia
curia in ſcriptis.*
3 *Aromatarius fraudem adhibens in arte,qualiter punitur.*

IN terra qualibet. Hæc conſti.eſt repeti-
tiua in aliquibus pręcedentium conſti-
tutionũ, & ſignanter inquantũ dicit, ꝙ
nullus in medicina, vel in chirurgia aſſu
mat nomen medici,niſi prius diligenter
examinatus fuerit in præſentia phyſico-
rum & magiſtrorũ Salerni, vel Neapoli. Et ſic ille tex.ppo
nit medicos Salernitanos medicis Neapolitanis. vnde hoc
eſt, cum iſta ciuitas Neapolitana ſemper fuit imperialis,
vel regia. Reſp. medici Salernitani occupauerunt ſibi ma-
gnam famam, quia ipſi multa ſcripſerunt in medicina di-
uerſis partibus mundi, ut patet in libro de regimine ſanita
tis per medicos Salernitanos ad Regem Anglię, quem li-
brum commentauit Raynaldus de Villanoua. & ut dicit
Io.And.in addi.Spec.in tit.de crim.ſal.in rub.iſte Raynal-
dus fuit ſummus medicus,& theologus tẽpore ſuo. & idẽ
dicit in c.conſilium de obſer. ieiu.& incipit ille libellus edi
tus per medicos Salernit.ſic.

Anglorum Regi ſcripſit ſchola tota Salerni.
Si vis incolumem, ſi vis te reddere ſanum,
Curas tolle graues, iraſci crede profanum.
Parce mero, cœnato parum, non ſit tibi vanum
Surgere poſt epulas, ſomnum fuge meridianum.
Non mictum retine, nec comprime fortiter anum.
Hæc bene ſi ſerues, tu longo tempore viues.

& non ſic ſcripſerunt medici Neapolitani. Hoc pręmiſſo
ſtatuitur ẽt hęc conſti.pro conſeruatione vitę hominũ, vt
in qualibet terra huius regni ordinẽtur duo uiri circumſpe
cti, & fide digni,quibus detur iuramentũ per deputatos,ꝙ
iſti confectionarij, ſiue aromatarij conficient electuaria,
& ſciruppa legaliter iuxta artes in pſentia iuratorũ, & ſic
facta vendant, & nomina iſtorũ cũ teſtificatione medico-
rũ approbatorũ Salerni & Neapolis mittantur ad regiã cu-
riã. Qui ſi contrafecerint, puniantur pœna publicationis
omnium bonorũ mobiliũ:iurati autẽ,ſi fraudẽ in commiſ-
ſo officio committent, ſi fuerit probatũ, vltimo ſupplicio
1 condemnabuntur.h.d.No.1.ex tex.ꝙ†taxatus eſt numerus
aromatariorũ in qualibet terra regni, ita ꝙ tres aromatarij
non põt ſtare in una terra regni per iſtã conſti. Secũdò no.
ꝙ aromatarij debent iurare,ꝙ facient electuaria,& ſcirup-
2 pa legaliter, & ſic facta vendant. Tertiò no.ꝙ†nomina aro
matariorũ in qualibet terra regni debent in ſcriptis mitti
regiæ curiæ. hoc non uidi fuiſſe ſeruatũ. bene credo ꝙ hoc
ſpectet ad officiũ protomedici, ꝙ habeat nomina omniũ
aromatariorum regni, & ad eius officium pertinet uidere,
ſi artẽ ſpeciariæ legitimè iuxta artes conficit. Quartò not.
ex tex.ibi,in pſentia iuratorũ.ꝙ bonũ eſſet, ꝙ hoc ſeruare-
tur, vt eſſent duo pvidi uiri in qualibet terra, qui haberẽt
uidere,ſi electuaria, & ſciruppa,quæ conficiunt ſpeciarij,
& alia,quæ ſunt in apotheca ad medicinã infirmorũ homi
nũ,ſint ſecundùm artem confecta,& ſi ſunt bona pro infir
mo,ſed non uidi fuiſſe ſeruatũ,ſed totũ hoc cõmittitur p-
3 tomedico,& cui ipſe committit. Quintò & vlti.no.hic†pę-
nã,quæ imponitur ſpeciario adhibẽti fraudem in arte ſpe-
ciariæ, quia punitur pœna publicationis omniũ bonorum
ſuorũ mobilium,ſed ſi officialis iuratus, & ſic protomedi-
cus cõmiſiſſet ipſe fraudẽ, vel conſenſiſſet fraudi cõmiſſæ
per ſpeciariũ. ipſe puniretur pœna mortis, quia maius eſt
delictum ſuum q̃ delictũ ſpeciarij. Et tene menti iſtũ text.
ꝙ licet ſoleat dici, ꝙ agens & conſentiens & pari pœna pu
niuntur,ut extra de ſen.exc.c.quæ pſumptionis. tñ iſte iu-
ratus rõne officij punitur in plus conſentiens delicto com
miſſo per ſpeciarium, q̃ ipſe ſpeciarius. bene facit ad hoc
tex.in l.1.in fi.ff.de extra.crim.tñ tam ſpeciarius q̃ iuratus,
facto ordinario proceſſu ſuper dicta pœna, debet proferri
ſententia diffinitiua, ut probat tex.ibi,ſententialiter condẽ
nenter. bene facit,quod dicit Bal.in l.ſi quis decurio. C. de
falſ.& in Spec.de accu.§.1.uer. ſed nunquid in criminali-
bus cauſis &c.& dixi in c.1.de feu.ſine culp. & non amitt.
hic non ſunt gl.nec And.aliquid ſcripſit.

De conſeruatione aeris. Rub. XXXIIII.

MAGNA fuit prudentia huius Impera-
toris in regimine ſubditorum iſtorum
regnorum in prouidendo eis de medicis
ſufficientiſſimis in ſcientia & practica,
& chirurgis,& confectionarijs, & aro-
matarijs idoneis,qui habeant res aroma
ticas facere fideliter ſecundùm artem, & eas uendere iuſto
pretio

SVMMARIVM.

1 *Artifices quas poſſint facere fraudes.*
Princeps fraudibus obuiare debet.
2 *Sciens & conſentiens non videtur fraudari.*
3 *Bauli aſſiſiam in mercede operariorum ponunt tempore meſſium & vindemiarum.*
Fraus prima artificum qualiter puniatur, & qualiter ſecunda & tertia.
4 *Conſuetudo delinquendi pœnam aggrauat.*
5 *Officialis electus ad denunciandas artificum fraudes, ſi corruptus tacuerit, qualiter puniatur.*

MAGISTROS. Bene prouidet hæc
conſt. Imperatoris Federici quòd quili-
bet arteſex faciat artem ſuam legaliter,
& fideliter & etiam fraudes artificũ ſpe-
cificando, in quibus ſit fraus, & cõſtituit
officiales ad denuntiandum fraudes ar-
tificum, & imponit pœnas. Sed pro maiori declaratione di
uiditur iſta prolixa conſtitutio in 7. partes. In prima parte
oſtendit voluntatem ipſius Imperatoris, quæ eſt, vt om-
nes artifices, & ſignanter infraſcripti debeant fideliter, & le
galiter exercere artem ſuam, videlicet aurifices, argenta-
rij, ſellarij, ſcuteri ſerrarij, lamerij, candelarij, fabeiæris,
& ſeeri, baliſtarij, arcarij, & durat vſque ibi, ſpecialiter
autem. Hic eſt 2. pars, in qua ſpecialiter iniungitur & man
datur ſcutarijs, & ſellarijs, vt quando vendunt ſellas forni-
tas & ſcutos fornitos debeát certiorare emptorem, ſi guar-
nimenta exiſtentia in ſellis, vel ſcutis ſint fortia, & recepti-
bilia, & durat vſque ibi, buzerios aũt. Hic eſt 3. pars, in qua
in ſpecie declarat Imperator voluntatem ſuam buzerijs, &
piſcium venditoribus, ꝙ ſint fideles, & nullam adhibeant
fraudem, videlicet buzerij non vendant carnes ſcrofinas
pro porcinis, vel carnes mortitias, aut carnes reſeruatas de
vno die in alium pro carnibus recentibus, ſeu carnes cor-
ruptas, ſeu infectas, tabernarij autem cibos pridie prępara
tos in die altera caleſactos nõ vendant emptori ſine denun-
tiatione dicti vitij. Item piſcium venditoris non vendant
piſces corruptos de vno die in alium, & ſi fortè contigerit,
ꝙ habeant carnes, vel piſces non recentes, & ipſaa velint vẽ
dere, non aliter vendant, niſi prius emptoribus denuntient
vitium ipſarum rerum. Item venditores candelarum non
faciant candelas cum mixtura adipis, ſed ſolùm de bono ſe
uo, vel bona cera, & cum lichino, ideſt licigno de bono bõ
bice ſine alia mixtura, & ſi ſecus faciãt, debeant notificare
emptori. Item tabernarij non vendant vinum limphatum
pro puro. Item illi aurifices, & argentarij, qui laborant au-
rum vel argentum, caueant ne in vna libra auri ponant tã-
tam ligaturam, vt non remaneant octo vnciæ auri puri, ſi-
militer caueant, ne in vna libra argenti ponant tantam li-
gaturã, ꝙ non remaneant 11. vnciæ de argen. puro. Et hoc
habet locum, ſiue aurifaber argentarius faciat vaſa aurea,
vel argentea de ſuo, vel ſit data ſibi materia auri, vel argen-
ti ad faciendum paroplides, vel auulos, vel alias res aureas,
vel argenteas. Et durat uſque ibi, vt omnes. Hic eſt 4. pars,
in qua ſtatuit, vt ceſſet in futurum fraus in dictis artifici-
bus, quòd in qualibet terra regni eligantur p baiulos duo
probi viri, quorum officium erit habere curam, ꝙ dicti ar-
tifices non committant fraudes, & ſi fraudem in eis repe-
tient nuncient regiæ curiæ, vel iuſtitiario prouinciæ. Et
nomina iſtorum proborum virorum mittentur regiæ cu-
riæ, & ſcribentur in quaternionibus regiæ curiæ, ſi curia
ipſos confirmet, vel repellet. Et illi iurabunt, quòd fideli-
ter, & diligenter excercebunt officium prædictum. Et du-
rat uſque ibi, ſtatuimus etiam. Hic eſt quinta pars in qua
ſtatuit, ut baiuli locorum tempore meſſium, uel vinde-
miarum, & etiam alijs temporibus ponant metam, quan-
tum debeat dari operarijs dietem pro ſua mercede, & hoc
facto non licet operarijs tranſgredi ſub pœna amiſſionis
mercedis, & quadruplo regio fiſco applicando, & durat
vſque ibi, & vt fraudes Hic eſt 6. pars, in qua ponit pœnã
artificibus repertis in fraude, vt pro prima vice puniatur
pœna vnius libræ auri puriſſimi, quam ſi non habet, fuſti-
gabitur, pro ſecunda vice, puniatur truncatione manus, ꝑ
tertia vice, ſuſpendetur in furca, ut ibi, moriatur, & durat
uſq; ibi, eadem pœna. Hic eſt 7. pars, & ult. in qua imponi-
tur illis duobus probis uiris electis ad denuntiandum frau
des artificum limdis pęna, ſi prece, pretio, amore, uel timo
re ipſorum artificum delinquentium corrupti fuerint, ne
fraudes regiæ curiæ, uel iuſtitiario prouincię enuntient. &
1 durat uſque in fin. & iſta diuiſio ſit loco ſummarii. † Not.
iſtam conſt. ad ſciendum fraudes, quas poſſunt facere arti
fices. Ego credo, ꝙ poſſunt facere alias fraudes, quæ hic nõ
exprimuntur, ſed poteris multas fraudes uidere, quas po-
ſuit Bald. in l. non dubium. in 5. col. cum ſeq. C. de legi. Se-
cundò not. ex text. ꝙ princeps per ſtatutum debet obuiare
fraudibus, ut hic. concurd. ſunt in l. fraudem. ff. de iure fi-
2 ſci. † Tertio not. ꝙ nemo uidetur fraudare eos, qui ſciunt,
& conſentiunt, ut hic, & ff. de reg. iur. l. nemo uidetur no.
in c. a. de renun. lib. 6. ideo ſtatuit in iſta conſt. ꝙ artifices
debeant rerum uitia pateſacere, licet Cicero in 3. de offic.
c. 12. diſputet, an vir honeſtus debeat pateſacere rerum ui-
tia in uenditione, de quo per Doct. in l. ſi quis cum aliter.
ff. de verbo. oblig Bene facit l. in vendendo. 2. reſpon. ff. de
contrahen. emp. in gl. in uerb. ob. dolum. & ibi concor. &
quę dixi in conſt. aſperitatem, in 1. lib. ſub rub. 11. in 3. no.
imò dico tibi unum, quod eſt fortius, quòd ſi ego uendo ti
bi aliquid, & addo, quòd ſi uitioſum eſt, uel lęſum uolo te
neri, cũ ego ſciam illud uitioſum, uel læſum, nihil teneor
de illo uiuo, ut in l. prima, §. uenditor. ff. de actio. emptio.
3 † Quartò not. quòd baiuli ponunt aſſiſiam in mercede ope
riorum tempore meſſium, & uindemiarum, & etiam alijs
temporibus, ſed peſſimè hoc ſeruatur, ſed ſeruari debet. Et
tene menti iſtum text. ad hoc, quòd baiuli ponunt aſſi-
ſiam, ſed in alijs rebus ponunt aſſiſiam magiſtri camera-
rij cum baiulis locorum, ut ſuprà in 1. libr. in conſtitutio.
magiſtros camerarios, ſub rubrica 58. Quintò not. quòd
prima fraus commiſſa per ſuprà dictos artifices, & proba-
ta, puniatur pecuniariter, & ſi quis non poteſt ſoluere pœ-
nam, debet luere in corpore l. quicunque. C. de ſer. fu. l. ſi
quis id quod. ff. de iur. om. iud. Inn. in c. Odoardus. de ſolu.
Secunda fraus commiſſa per eum, qui commiſit primam,
punitur truncatione manus. Tertia fraus commiſſa per eũ
qui cõmiſit primam & ſecũdam fraudem, interpolatis tẽ-
4 poribus, punitur pœna mortis. † Et ſic conſuetudo delin-
quendi aggrauat pęnã. ad idem tex. infrà in conſt. ad legiti
ma pondera, in fi. & in conſt. ſi quia cauſet, faciunt ad hoc
ea quæ diximus in conſt. cum uniuerſis, in pęſenti. 3. libr.
in rub. 7. in 10. not. ſic etiam conſuetudo peccandi peccatũ
auget ut in c. ſi. de conſue. & in c. ſciſma. 24. q. 1. ibi, magia
verò auget, ꝙ eos diu reſtituiſſe dixiſtis &c. & in c. non ſa-
tis. in fi. de ſimo. glo. 11. diſt. c. hæc ueſtræ. 15. q. 8. c. hi qui.
& ibi gl. ubi delictum iteratum auget pęnam, & ibi cõcor.
5 alia glo. eſt in c. ita nos. 25. q. 2. & ibi concor. † Vltimò not.
iſtam conſtitu. in fi. ꝙ electus in officio ſi corrumpitur, ut
taceat fraudes artificem. Pro prima taciturnitate fraudis
punitur pœna unius libræ auri puriſſimi, & ſi non habet,
fuſtigabitur. Pro ſecunda taciturnitate inciditur manus,
concor. tex. infrà in conſti. ſi quis campſor. Pro tertia taci-
turnitate punitur pœna mortis. concordat tex. infrà in cõ-
ſti. ad legitima põdera, & ſuprà in conſt. in terra qualibet,
ubi in plus punitur conſentiens delicto, quàm illud com-
mittens, & uide hic tres gloſſellas expoſitiuas.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores non debent vendere, vel emere ſub diuerſis ponderibus, ſtateris, vel menſuris.*
2 *Mercatores pannorũ debẽt recipere cannas mercatas à curia regis.*
3 *Mercatores abſq; fraude & machinatione debent pannos vendere.*
4 *Mercator vix, uel nunquam Deo placere poteſt.*
5 *Peccatum nullum coram Deo erit impunitum.*

X MERCA-

MERCATORES. Omnes mercato-
res regni tam in rebus magnis, quàm in
rebus minimis debent negotiari ſub eiſ-
dem ponderibus, & menſuris, & ſub eiſ-
dē cannis, & iſta pōdera, & cannas debēt
recipere à regia curia, ſcilicet mercatas
merco regiæ curiæ: & ſic non præiudicabitur in aliquo
ſubditis domini regis, & pro receptione cannæ, vel ponde-
rum à regia curia non ſoluatur vltra id quòd fuit conſue-
tum, & caueant mercatores, ne tirent pannos, quos ven-
dunt, niſi inquantum canna protenditur, nec aliquam frau
1 dem committant in d. pannis vendendis, hoc dicit. †No. 1.
ex tex. ꝙ mercatores non debent vendere, vel emere ſub di
uerſis ponderibus, vel ſtateris, vel diuerſis menſuris, & pro
hoc eſt c. vt menſuræ. extra de emp. & vendi. & c. non affe-
ramus. 24. q. 1. quem alleg. gl. ibi cum aliis concord. & non
ſolùm falſa pondera, & ſtateras falſas, & menſuras falſas
prohibet iſta conſtitu. ſequens, quæ imponit pœnam: ſed
hoc prohibitum eſt lege diuina: vt patet in Prou. cap. 11. &
20. c. & in Leuitico ca. 19. & per ll. digeſtorum, vt patet in
l. annonam. in fi. cum ſuis concor. ff. de ext. cri. & vide gloſ.
magiſtram, ad quam ſemper habetur recurſus ad vidēdū,
quando venditor cum falſis ponderibus, vel menſuris pu-
niatur, vt in l. arbitrio. §. de eo. in ver. traderetur. ff. de dolo.
Et ſcias, quòd peccata facilius committuntur in mercatu-
ra, militia, & adminiſtratione ſpontanea ſecularium pote-
2 ſtatum, de pœni. diſt. 5. c. conſideret. verſ. in omnibus. †Se-
cundò no. ꝙ omnes mercatores pannorum debent recipe-
re cannas mercatas à regia curia, & cum illis, & non aliis
debent vendere pannos ad menſuram, & curia non dabit
gratis, ſed ſoluitur illud quod prius ſoluebatur, & ſic vide-
tur, ꝙ iſtud eſt ius antiquum, quod competit hodie magi-
ſtris rationalibus ſiclæ: ſed iſtud eſt diuerſum ius à iure
menſuraturæ, & ponderaturæ, ſeu ſtateræ: vt in ritibus
regiæ cameræ ſummariæ, de iure ponderaturæ, & menſu-
raturæ, ſeu ſtateræ. Tertiò no. ex tex. ꝙ mercatores panno-
rum, quando menſurant pannos venditos, non debent tira
re ipſos pannos, & in tabula plana cum canna ſine tiratio-
ne debent vendere pannos; quia non ſolùm per regni con-
ſtit. non licet mercatoribus facere fraudē, ſed etiam de iu.
communi dicitur. n. facere fraudem legi, ēt ſi ſeruat verba
legis, ſed mentē eius circumuenit: vt dicit glo. in c. pleriq;.
14. q. 3. & in l. fraus. ff. de leg. Quæ autem veniant appella-
tione pannorum, vide Bar. in l. diuus. ff. de bon. dam. Quid
3 antē de pannis lini, vide Bal. in l. legatis C. de leg. †Quartò,
& vlti. not. ꝙ mercatores abſque alia fraude vel machina-
tione debent vendere pannos: ſed pauci ſunt iſti: quia om-
nes volunt vili pretio emere & carè vendere: vt inquit Au-
gu. de ciui. Dei. c. 3. & ideo faciunt in mercantijs eorū frau
dulentias, vel in occultando defectus, & vitia rerū, oſtentā-
do apparentias, quę non ſunt in eis, vel menſuras diminuē
do, vel inutilia commiſcendo, & ideo dicit Proph. Michee.
6. c. qui talibus fraudulentijs, vicino ſeducūt, theſaurizant
ſibi theſauros iniquitatis, & nō ſolum in illis mercationi-
bus regnant fraudulentiæ, ſed mendacia, periuria, falſa te-
ſtimonia, impia hortamenta, nulla bona fides, quia petūt,
quod ſolutum eſt, vt accidit paucis retro diebus in quodā
mercatore, qui petijt debitum, quod iam fuerat ſolutū, &
fuit extraordinariè punitus, ſed ſecundū iſtas ſacras regni
conſti. debebat pro iſta fraude prima puniri pœna vnius li
brę auri puriſſimi, vt in ſeq. conſti. iſti mercatores panno-
rum ſunt in maximo periculo: quia dicit tex. in c. qualitas.
de pę. diſt. 5. difficile eſt inter ementis, & vendentis com-
mercium, non interuenire peccatum, & Io. Chry. translati-
4 uè. 88. diſt. c. eiiciens, dicit ꝙ mercator nunquam Deo pla
cere poteſt, & ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator
aut ſi voluerit eſſe, proiiciatur ab eccleſia. ſed iſtud intelli-
gitur, prout dicit B. Tho. de Aquino in 2. 2. q. 76. & prout
dicit Arch. Flo. in 3. par. ſummæ. tit. 8. c. 1. vlt col. ſ. de illis,
qui ponunt ſuum vltimum finem in acquiſitione lucri vel
de exercentibus illicitas negotiationes: tamen pauci ſunt
iſti, vt dicitur in d. loco ſummæ prædictæ, licet ſecundùm
ius ciuile, quod ſolùm conſiderat terrena, dicat, mercato-
res multum eſſe vtiles in ciuitate, vt in l. 2. ff. de nundi. &
in l. 1. C. de commer. & mer. Qui mercatores vix ſine men
dacio poſſunt vendere, & lucrari, & ideo tenentur ad re-
ſtitutionem ſecundùm Hoſten. in ſum. de pœni. & remiſſ. c
§. cui confitendum, ver. an mercator. & in ſumma Archid.
Flo. in 3. parte. tit. 8. & de iſta reſtitutione hodie verbū nul-
5 lum, & ideo eius anima eſt in magno periculo. †Quia nul-
lum peccatum apud Deum eſt impunitum, vt in ca. ſi pec-
catum. de pęn. diſt. 1. hic non ſunt glo. nec And. aliquid re-
ſetendum ſcribit.

SVMMARIVM.

1 *Mercator, ſeu artifex fraudem faciens bis, cui princeps pepercit, ſi tertiam commiſerit, an debeat ſuſpendi.*
2 *Inimicus capitalis poſt pacem factam non eſt idoneus teſtis.*
3 *Clericum priuilegio clericatus ſpoliatum occidens grauius punitur, quàm ſi purum laicum occidiſſet.*
4 *Condemnatus ad libram auri pro fraude commiſſa, cogitur vendere bona ſtabilia pro ea ſoluenda.*
Pœna libræ auri illata pro fraude commiſſa cui ſit applicanda.
5 *Inquirere quis debeat de falſitate rotulorum, ponderum cannarum & aliarum menſurarum.*

AD legitima pondera. Omnes vendito-
res merciū debent ipſas vendere ad pon-
dus, & menſuras legitimas, ut ſuprà in
præceden. conſtitut. Qui autem falſita-
tem aut fraudem aliam in menſuris, aut
ponderibus, aut cannis commiſerit, vel
pannos tirauerit, per ſententiam punietur pœna vnius li-
brę auri, quam ſi ſoluere non poterit, per ciuitatem uel ter
ram publicè fuſtigetur, & ad eius collum appēdatur in ſuā
pœnam, & aliorum exemplum, illud pondus, uel menſu-
ra: cum quo, uel qua fraudem commiſit. & ſi ſecundò in
ſimili delicto fuerit apprehenſus, amputetur ei manus. &
ſi tertiò iterauerit, ſuſpendatur, ita ut eius anima ſeparetur
à corpore, hoc dicit. Not. quæ dicta ſunt in ſummario. Et
quod hic dicitur in pœna, concordat cum conſtitu. ſuprà,
1 quæ incipit, magiſtros, in fi. † Iuxta iſtas pœnas quæro,
quid ſi huic uenditori pro prima frande dominus rex pe-
percit, deinde commiſit ſecundam fraudem, & rex ſimili-
ter pepercit, faciendo mentionem de prima, ſecundùm
Bal. in l. 2. C. de peti. bon. ſub. lib. 10. & eſt glo. in l. fina. C. ſi
contra ius, Alexan. in 1. uol. conſi. 101. in 4. colum. Bald. in
l. 3. C. de epiſco. audi. demum commiſit tertiam fraudem:
utrum debeat ſuſpendi? Videtur ꝙ nō, quia iſtud tertium
delictum debet dici primum, quia duo præcedentia fue-
runt remiſſa, & extincta, unde non reuiuiſcunt, ut no. in l.
qui res. §. aream. & ibi glo. quæ allegat multas concor. ff. de
ſol. & in l. ſi pro parte. §. pe. ff. de in rem uer. In contrarium
facit, quia licèt præcedentes fraudes ſint remiſſæ: tamen
remanent in corde reliquiæ fraudis, i. conſuetudo præteri-
2 ta committendi fraudes. †Sicut dicimus, quando inimicus
facit pacem cum inimico capitali, non eſt idoneus teſtis
propter reliquias prioris uoluntatis, ut dicit Archi. 3. q. 5.
c. accuſatore. & ꝓ hoc facit. c. maiores. in fi. de bap. ibi, per
reliquias prioris uoluntatis. bene facit ad hoc id, quod di-
cit Bal. in c. ex parte M. de appell. ubi dicit, ꝙ mulieri tran-
ſeunti ad ſecundas nuptias remanent reliquiæ ſuæ tutelæ.
Et ibi declarat, quæ dicantur reliquiæ, dicens, ꝙ reliquiæ
ſunt, qn̄ ex præcedenti natura remanet aliqua diſpoſitio in
ſubiacenti ſubſtantia, ſicut qn̄ in ęgritudine remanent reli
quiæ ipſius morbi, ut quoddam impedimentum ad ope-
randum, ut ff. loca. l. maritus. Item reliquię patris dicunt fi
lij, reliquiæ ſanctorum dicuntur oſſa, ſecūdùm Bal. ibi. Sic
etiam conſiderantur reliquię pręcedentis dominij ſecun-
3 dùm Bal. in c. Imperator Lotharius. †Item quanquam cle-
ricus perderet priuilegium clericatus, tamen pp reliquias
clericatus eum occidens grauius punitur, quàm ſi laicum
occideret, ut in ca. cum non ab homine, & ibi dixi, de ſen.
excom.

excommunic. Hanc vltimam partem puto veriorem. Nec
obſtant in contrarium allegata, quia licèt rex duas fraudes
diuerſis temporibus commiſſas remiſiſſet, tamen remitti
non potuit, quin dictæ duæ fraudes non ſint commiſſæ. l.
in bello. §. fact æ. ff. de captiuis & poſtlimi. reuerſ. Ideo di-
cebat Baldus in capitu. primo, extrà quod metus cauſa. re-
manet factum, quod nõ durat factum. Fallit, niſi in remiſ-
ſione fraudum fuiſſet dictum, quòd talis remiſſio opere-
tur, ꝙ nõ poſſit dici, nec allegari, ꝙ fuerũt commiſſę frau-
des in preteritum, vt in ſimil. dicit And. in c. 1. §. præterea
in 5. columna, quæ ſit prima cau. bene. amit. tunc iſta ter-
tia fraus commiſſa haberetur pro prima, & puniretur pœ-
4 na vnius libræ auri. † Sed pone, quòd quis pro fraude eſt
condemnatus ad pœnam vnius libræ auri, & iſte non ha-
bet pecuniam, nec mobilia, habet tamen bona ſtabilia, &
illa non vult vendere? Dic, ꝙ iudex debet eum cogere, vt
vendat illa ſtabilia pro ſoluenda dicta libra auri puriſſimi
regio fiſco, ſecũdùm Bal. & Ang. in l. quicunque. C. de ſer.
fugi. firmat Fel. in c. paſtoralis. §. quia verò. de offic. deleg.
in princ. & dicit Bal. in l. data opera. in 7. col. C. qui accuſ.
non poſ. ꝙ iſte non eſt relaxandus fideiuſſoribus. Sed pro
intelligentia quæro, vtrum iſta pœna vnius libræ auri ap-
plicabitur baiulo, vel regio fiſco? And. hic dicit, ꝙ iſtæ pœ-
næ pecuniariæ applicantur baiulis, per conſtit. ſuprà in 1.
li. quę incipit, ad officium baiulorum, ſub rubric. 64. Sed
profectò dicta conſtit. ſolùm dicit, ꝙ pœna vendentiũ vl-
tra aſſiſiam ſpectat ad baiulum, non dicit ꝙ pęna fraudan
tium ſpectat ad baiulum, & tantò magis, ꝙ ob impoten-
tiam ſoluendi pœnam vnius libræ auri debet publicè fuſti
gari, quod non pertinet ad baiulũ, & ideo non videtur be-
ne dictũ id, quod dicit hic And. Et ſi vis intelligere, ꝙ pœ-
næ fraudãtium emptores ſint baiulorum, hoc procedebat
ſecundùm tempus illius conſtit. ſ. regis Rogerij non ſecun-
5 dùm tempus illius conſt. Imperatoris Fede. † Rurſus quæ-
rit hic Andr. ad cuius officium ſpectat inquirere de falſita
te rotulorum, ponderum, cannarum, & menſurarum, & tu-
mulorum, & dicit, quòd per c. regis Caroli Primi, quod in-
cipit, item prædicti ſecreti. char. 18. in 2. col. ſpectat ad of-
ficium ſecreti, & non dicit, cuius erit pœna. & dicit And.
ꝙ erit baiuli, ſed tu dic, vt ſuprà dixi, ſed credo, prout à plu
ribus audiui, ꝙ de iſtis fraudibus hodie cognoſcunt magi-
ſtri rationales regiæ curiæ Sicilię, & ad eos ſpectat punire,
quia habent priuilegia meri & mixti imperij, quę ego vidi
& legi An autem propter pœnam contentam in iſta conſt.
ſit ſublata pœna contenta in d. l. annonam. §. fi. ff. de extra.
crimi. vide Bald. in l. eũ. C. de fur. & Sal. in l. qui ſepulchri.
C. de ſepul. viol. & And. ſuprà in conſtitu. intentionis, in 5.
colum & glo in conſti. ſi quis in poſterum, & Bal. in l. ſan
ctio. ff. de pœn. per Pet. de Anch. in c. filius. in 3. colum. de
pœnis. lib. 6. Hic non ſunt glo.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinos in rebus, quas emunt, fraudare, crimen eſt non par-*
uum.
2 *Deportati non veniunt peregrinorum nomine.*
Imperator peregrinos in ſuam recipit defenſionem.
3 *Securitas data peregrinis qualiter intelligatur.*

POENAS. Si quis vendens mercan-
tias, id eſt, merces peregrinantibus vẽ-
diderit cum fraude, vel corruptas &
fœtidas, debet puniri pœna duplica-
ta, qua puniretur fraudans aliã per-
ſonam, non peregrinantem, & eſt ra
tio, quia Imperator eos recipit in ſuã
1 defenſionem, hoc dicit. † Not. quòd
magnum crimen eſt decipere, vel fraudare peregrinos in
rebus, quas ipſi emunt. & hoc cognoſcitur propter magni
tudinem pœnarum: quia ſi quis fraudauerit vnum pere-
grinum in rebus emptis per eum, pro prima vice punitur
in duabus libris auri puriſſimi. Si alium peregrinum ſecun
dò fraudauerit, vel eundem, ambæ manus inciduntur, pro
tertia fraude ſuſpenditur, quia ſemel mortuus non poteſt
iterum mori. Et intellige peregrinos, non ſolùm illos, qui
uadũt ad limina Apoſtolorum, & aliorum ſanctorum, &
ad ſanctum ſepulchrum, ut in ca. ſi quis romipetas, & c. il-
li qui. 24 q. 3 & illi poſſunt hęredes inſtitui, ut dicit glo. in
§. fin. inſtitu. de hære. inſtitu. ſed etiam omnes extranei, ut
in l. ciues. C. de incolis. lib. 10. & in authen. omnes peregri-
ni. C. commu. de ſucceſ. & in auth de non elig. ſecun. nub.
2 §. 1. † an autem deportati dicantur peregrini? Dic ꝙ non,
ut not. in l. prima. C. de hæred. inſtitu. Secundò not. quòd
Imperator recipit peregrinos in ſuam defenſionem, ſic
etiam eccleſia recipit peregrinos in tuitionem, ut in d. ca.
ſi quis romipetas. & Specu. in titu. de competen. iud. adit.
§ 1. uerſicu. 58. dicit, quòd ſunt de foro eccleſiæ, & uide in
3 ſummis extrà de cleri. pereg † Tertiò not. quòd poſtquam
data eſt ſecuritas peregrinis intrandi regna, & ſtandi, &
hoſpitandi, uidetur etiam data ſecuritas recedendi ſiue re-
deundi. hoc etiam uoluit Barto. in l. fina. C. de nauicu. lib.
11. & firmat Fely. in c. innouamus. extra de treuga & pace.
hic non ſunt glo.

SVMMARIVM.

1 *Sutor quid habere debeat pro factione veſtis aut tunicæ.*
2 *Pretium ſeu aſſiſiam quis ponere debeat victualibus.*
Penſiones pro locatione domorum quales eſſe debeant, &
quantæ.

PER Vniuerſas. Hic Imperator dicit,
quòd cum conſilio ſunt ordinandę aſſi-
ſiæ in rebus ad uſum hominum, & ideo
mandat camerariis regionum taxari aſſi
ſias, & credo, quòd Andr. de Iſern. ha-
buit in libro ſuo aſſiſiam, quantum
1 † debeat ſolui ſutori pro ueſte, & dicit, quòd aſſiſia eſt
tarenum unum: tamen ueſtibus utendum eſt ſecundùm
conſuetudinem regionis trigeſima diſtinct. capi. ſi quis ui-
rorum, & etiam ſecundùm qualitates perſonarum, ut di-
cit Lucas de Penna. in l. tertia, C. de mili. ueſte. libro duo-
decimo. & ibi dicitur, quantum debet ſolui ſutori pro ue-
ſte militari in iſta ciuitate nobili Neapolitana: ſemper ua-
riantur ueſtes, cum reges alterius nationis dominantur
ad effectum, ut ſicut ſe reddunt conformes in ueſtibus,
ſe reddant conformes in fide, & amore regio. Et hoc con-
ſtellationes cœlorum in cordibus Neapolitanorum indu-
xerunt: gaudeant ergo reges huius regni tales habere ſub-
iectos, qui eorum uoluntati ſunt conformes. ideo præ cæ-
teris Neapolitanos debent pręmiis & honoribus afficere:
& ex hoc infero, ꝙ poſſent legitimè puniri iſti magiſtri ſu-
tores, qui recipiunt exceſſiuam mercedem pro ueſtimen-
tis, & ſic ultra aſſiſiam conſtitutam poſſent puniri pœna
quadrupli: ut ſuprà in conſtitu. magiſtros. uerſicu. ſtatui-
mus etiam. Item ponit iſta conſtitutio ſecundùm librum
And. aſſiſiam carzolariis, magiſtris lignamiuum, opera-
rijs, & fabris, quantum debent lucrari de operibus ferreis.
2 In † uictualibus autem camerarius cum baiulis imponit
aſſiſiam: ut in conſtitutione quæ incipit, ad officium ba-
iulorum, in primo libro, rubrica decimaquarta, & de iſta
aſſiſia loquitur tex. in capitulo primo. § poſt natale. de pa-
ce tenenda. & conſtitutio. magiſtros camerarios. ſuprà in
primo libro, & hoc operatur fauor publicus, ut in rebus
alienis uendendis pro uſu hominis taxet pretium. Bene fa-
cit ad hoc, quod not. Bald. in l. prima, C. de epiſcopa. aud.
& in lege prima, §. cura. ff. de offic. pręfect. urba. Sic etiam
in iſto regno merces pro penſionibus domorũ locatarum
ſcholaribus taxata eſt in duabus unciis, & non ultra, ut
in capitulo Regis Caroli Primi. incipit, circa reformatio-
nem, in prima charta. Cætera de iſta materia aſſiſię, dic,
ut in dicto §. poſt natale.

De furtis & latrociniis. Rub. XXXVI.

CONTINVATVR iſta rubri. ſic di-
ctum eſt ſuprà pręcedenti rubri. de cura
quam habuit ille Imperator Federic. in
regimine ſuorum ſubditorum, tam cir-
ca eorum perſonas, ne ex imperitia, &
culpa medicorum, vel fraudibus aroma
tariorum patiantur diſpendium in bonis, & euitent pericu
la mortis ante tempus: quàm circa venditionem rerum,
quæ ſunt ad vſum hominum, vt non committatur fraus in
ſubditorum præiudicium. Verùm quia erat ſimiliter pro-
uidendum circa aliud diſpendium, quod patiebantur ſub-
diti dicti Imperatoris circa eorum animalia, quę ſumebãt
paſcua, & per alios capiebautur, & furabautur, & ſe excu
ſabaut dicentes, ꝙ illa animalia acceperunt de manibus la-
tronum, quos non potuerunt capere; & ſic ſe excuſabant
à pœna, & quod pęius eſt, exigebant à domino animalium
certum quid pro recuperatione animalium, vel dicebant,
ꝙ illa animalia interceperunt in poſſeſſionibus ſuis dam-
num inferentia, & volebant, ꝙ ſtetur eorum iuramẽto, &
exigebant certum quid à dominis animalium, & quia hoc
ſatis tendebat iu grauamen ſubditorum, ideo poſt proui-
ſiones factas circa perſonas, & circa res vęnales ad victum
ſubditorum neceſſarias: ponit iuſtas prouiſiones ſuper fur
tis animalium ſubditorum regis, videlicet hanc rubricam,
de furtis, & latrociniis animalium.

SVMMARIVM.

1 *Animalia aliena detinens, quando teneatur furti pœna.*
Excuſatio quando velata dicatur à pœna furti.
2 *Conſuetudo detinendi animalia aliena cum lucro eſt caſſata.*
3 *Diſiunctiua quo caſu capiatur pro coniuncta.*
4 *Latronem animalium capere licet vnicuique.*
5 *Capiens animalia aliena in ſolo ſuo, qualiter petat ſibi damnum refici.*
6 *Socius recipiens rem communem, non tenetur actione furti.*
7 *Furtum ſine dolo eſſe nequit.*
8 *Actio furti non datur, niſi ei, cuius intereſt.*
9 *Officialis curare debet, ne animalia ſin præſentata fame pereant.*
10 *Labor mercede non debet carere.*

PERVENIT. Sic ſummat And. iſtam
conſti. non licet alicui capere, & detine-
re animal alienum, niſi illud capiat cum
latrone, vel fure: & tunc debet vtrun-
que, ſcilicet latronem & animal iuſtitia
rio prouinciæ aſſignare, & hoc facien-
do dabitur ſibi præmium, i. decima pars valoris animalis
ſubtracti, & ſi in ſolo ſuo quis inueniat animal dans dam-
num, poteſt illud capere, & ducere ad iuſtitiarium prouin
ciæ, vt ſibi ſatisfiat de damno, aliàs tenetur pęna furti, h. d,
ſed inquantum hic dicitur, quòd debet animal ducere ad
iuſtitiarium prouinciæ, hoc corrigitur, quia ſufficit, quòd
animal portetur, & aſſignetur baiulo loci, vt infrà in con-
ſtit. animalia in vineis, ſed pro clariori intelligentia diuido
iſtam conſtitu. in ſex partes. In j. ponitur cauſa impulſiua,
ſiue ratio, propter quam Imperator fecit iſtam conſtitut.
quam ſuccinctam narraui ſuprà in continuatione rubricę
præſentis conſtitu. & durat vſque ibi, præſenti itaque. Hic
eſt ſecunda pars. in qua ponitur lex generalis in toto re-
gno, quę talis eſt, vt nulli liceat aliena animalia, etiam ſi in
ſuo ſolo inuenerit, capere, & apud ſe quomodolibet detine
re, & durat vſq; ibi, niſi ea fortè. Hic eſt tertia pars, in qua
dicitur, ꝙ d. l. generalis fallit, niſi animalia aliena vnà cum
fure capiantur, & præſententur iuſtitiario prouinciæ, & ſi
furem non præſentet iuſtitiario, ſed ſolùm animalia pro fu
re, vel barone iudicabitur, & durat vſque ibi, ſatis enim.
Hic eſt quarta pars, in qua ponitur ratio ſupradictæ ſal-
lẽtiæ, videlicet quia ſi probaretur, quòd quis receperit ani
malia aliena in ſuo ſolo inuito domino, dicitur furtum
commiſiſſe, nam ſi animalia domini fugitiua non caperen
tur, dominus ea non perderet, & durat vſque ibi, quòd ſi
quis in laboribus. Hic eſt 5. pars, in qua ſtatuit aliam legẽ
generalem, videlicet ſi quis in laboribus ſuis, vel in vineis,
vel poſſeſſionibus interceperit aliena animalia damnum
inferentia, licet illa capere, ſed non detinere, & ſtatim iuſti
tiario prouinciæ aſſignet, vt delato & probato damno iu-
ſtitiarius faciat damnum reſarcire ſecundum iuſtitiam, ſed
ſi dicta animalia intercepta in ſuo apud ſe detinuerit, &
non ſtatim iuſtitiario aſſignauerit, tanquam fur punietur:
& durat vſq; ibi, illos autem. Hic eſt ſexta & vltima pars,
in qua ſtatuitur, quòd ſi quis à manibus latronis furantis
animalia aliena cœperit ipſa animalia vnà cum latrone, &
coram iuſtitiario prouinciæ aſſignauerit, pro eius labore,
& ſtudio, quod appoſuit in capiendo latronem cum ani-
malibus, dabitur ſibi præmium in decima parte ipſorum
animalium præſtandum à domino ipſorum animalium,
1 & durat vſque in fi. †No. primò ex tex. ibi, in Apulia, ꝙ iſta
fuit cauſa impulſiua. nã ſi in alio loco, quàm in Apulia ca-
piantur, & detineantur aliena animalia oberrantia in alie-
no territorio capiens & detinens punit pœna furti. & pro
hoc bene facit. l. 1. ff. de poſtu. Secundò no. ex tex. ibi, vela-
ta excuſatione, ꝙ dicitur velata excuſatio à pœna furti, quã
accuſatus de furto dicit, ꝙ habuit per vim à manibus furis,
ſed ille fuit fortior eo, & aufugit, & res furatæ remanſerũt
penes eum. Quod eſt verum, ſi hoc probaret per teſtes, qui
hoc viderunt, vt dicit glo. fi. in l. in ciuile. C. de furt. Tertiò
no. ex tex. ibi, cum lucro pœnam, & maculam euadebunt.
2 ꝙ ante iſtam conſti. erat quædam praua, & iniqua con-
ſuetudo, ꝙ ille, qui intercipiebat aliena animalia oberran-
tia, & retinebat, non ſolum contra eũ non erat ſuſpicio fur
ti, ſed ẽt poterat à dño animalium petere præmium, quia
recepit, & retinuit eius animalia, quæ conſuetudo hic caſ-
ſatur, & annullatur tanquam corruptela, & continens in
ſe fraudulentam nequitiam, tum quia ex delicto pręmium
conſequebatur, contra l. relegatorum. ff. de inte. & releg. &
contra l. ſiue hæreditaria. ff. de neg. geſt. vbi ex delicto quis
non debet pręmium conſequi. Bene facit l. ſed ſi hac. §. at ſi
venditor. ff. de in ius voc. & l. 1. cũ ibi no. C. ſi man. ita fuer.
alien. ne proſt. vbi ſi pp delictum dñi competit ſeruo liber
tas, dño non competit ius patronatus, nec aliquis honor.
Caueant ergo hodie priuatę perſonę cuſtodientes territo-
ria, animalia intrantia eorum territoria ne capiant, & reti-
neant pro fida, vel diffida, quia nec fidam, nec diffidã pete
re poterunt. Niſi ſtatim cum cęperint d. animalia aſſigna-
uerint baiulo loci, ut inf. in conſti. animalia, per quam cor
rigitur iſta conſti. inquantum voluit, ꝙ aſſignatio anima-
lium captorum conſignetur ſtatim iuſtitiario prouinciæ.
3 †Quartò no. ex tex. ibi, capere, vel apud ſe modo quolibet
detinere, ꝙ iſta dictio, vel, capitur hic pro coniuncta, quia
capere licet animal in meo repertum, ſed non licet detine-
re, ut hic, ibi, dũ dicit, interceperit. Et pro hoc facit, quod
dicit Bal. in l. 2. in 2. col. C. de ſer. fu. vbi dicit, ꝙ poſſum ani
mal repertum in meo capere, & detinere, donec ſciam do-
minum, arg. l. ca. 5. ff. de adul. ſed per iſtam conſti. debet ba
iulo aſſignare, & non includere, & pro hoc c. ſi lex erit. ex-
trà de imur. Ex quibus infero, ꝙ ſi licet capere, non licet
detinere, ſed ſi liceret detinere, liceret capere, ar. l. qõnem.
& l. hoc amplius. ff. rem rat. hab. vide ad hoc tex. in l. quin-
tus Mutius. ff. ad l. aqui. & Roff. Beneuen. in tit. de act. in fa-
ctum de pauperie. & quę dicam inf. in conſti. ſeq. in 3. not.
Sic etiam in multis legibus dictio, vel, capitur pro coniun-
cta, &: vt ff. de rei vend. l. ſi autem. §. ſi per filium. & in l. le-
ges ſacratiſſimæ. C. de leg. cum ſi. alleg. per Alb. in dictiona
4 rio ſuo in litera, vel. †Quintò no. ex tex. ibi, niſi cum latro-
ne, ꝙ licet vnicuiq; latronem animalium capere, & duce-
re ad iudicẽ cum animalibus furto ſubtractis, & tunc non
ſolum euitat ſuſpicionem furti. Sed ẽt debet habere præ-
mium

mium pro ſuo labore, & ſtudio in capiendo latronem ani-
malium, vt dicitur hic in fi. Sexto no. ex tex. ibi, ꝙ ſi non ſe
cerit, ꝙ pro latrone iudicabitur ille, penes quem reperiun-
tur animalia aliena, niſi aliter ſe iuſtè defendat euitando
crimen furti. Et eſt ſciendum, ꝙ tale furtum non punitur
pœna mortis, iuxta c. 1. §. ſi quis quinque ſolidos. de pac. te
nan. vel ſecundùm c. Regis Caroli Primi, quòd incipit, ad
hæc, ſed punitur pœna quadrupli, vt infrà in conſti. vt de-
licti fines. Et ſic non habebit locum tortura, vbi eſſent indi
cia ſufficientia ad torturam in hoc delicto, quia non venit
imponenda pœna vltra relegationem, vt in c. regni, tormē-
ta. Iuxta hoc quæro. Pone, ꝙ aliquis eſt inuētus cum equo
alieno dominus equi citari facit poſſeſſorem equi de furto:
comparet iſte poſſeſſor equi, & dicit, quòd equum iſtum
emit à quodam tranſeunte, & probat per multos teſtes,
quomodo emit, an euitabit crimen furti? An recuperabit
pretium à domino equi, qui probauit equum eſſe ſuum?
Dicit Barth. de Cap. hic in quadam apoſtilla, quòd iſte eui
tabit ſuſpicionem furti, niſi contra eum probetur, ꝙ mul-
toties fuit inuentus cum rebus furatis, pretium autem nō
recuperabit, per tex. in l. mater, & in l. ſi mancipium. C. de
5 rei ven. †Septimò not. ex tex. ibi, delato damno, quòd pro-
bare poterit, quòd capiens aliena animalia in ſuo ſolo ſi il
la duxit ad baiulum petendo damnum ſibi refici à domino
animalium: non aliter baiulus quàm præſtita ſatiſdatio-
ne da reſarciendo damnum, prout fuerit iudicatum reſti-
tuet animalia domino, & dominus probabit damnum da-
tum per animalia: tunc baiulus condemnabit ſecundum
probata dominum animalium de reſarciendo damnum.
Sed quæro, ecce ꝙ datum eſt damnum per animalia in ſe-
getibus, puta in frumento, vel ordeo, vel milio, vel aliis le-
guminibus, quæ erant in herba, an debeat, æſtimari, ſicut
ſi eſſet in fructu? Cy. ponit iſtam q. in l. fi. C. ad leg. Aqui. &
Flor. de S. Petro de Bono. in l. ex hac leg. ff. ſi quadr. paupe.
fec. dicatur. qui concludunt poſt argumenta pro & contra
ex authoritate Iac. de Are. dominum animalium teneri in-
quantum vendi potuiſſet tempore dati damni iſte dubius
euentus perceptionis iſtius frumēti, ar. ff. fa. erci. l. propter
ſpem. ſed iuxta hoc quæro, quid ſi baiulus incluſit iſta ani-
malia capta, & reperta damnum facientia, & dominus ani
malium auctoritate propria ſine vi, & palam recepit, vt pa
6 ſceret, ea an teneatur actione furti? †Dicit tex. in l. meritò.
ff. pro ſoc. ꝙ vbi datur ſocietas, ſocius recipiens rem com-
munem non tenetur actione furti: quia in dubio non præ
ſumitur furtum facere, vtendo re ad vſum deſtinatum, ſe-
cus ſi aliter vteretur, vt in l. ſi ſocius. ff. de furt. Tota vis hu-
ius dubij conſiſtit in hoc, vtrum pro damno dato ſint taci-
tè obligata animalia? Si enim eſſent tacitè obligata, non po
tuiſſet dominus ſine vitio furti capere à loco vniuerſali ſi
auctoritate iudicis, ſ. baiuli fuiſſent clauſa per text. in l. ſi
quis. §. ſi bona. ff. de fur. cum concor. ſuis. illa enim incluſio
animalium per baiulum ſolum fit, vt ſciatur dominus ani-
malium, vt dicebat Bal. in d. l. 2. C. de ſer. fug. nec competit
ius pignoris in animalibus, vt dicam infrà in conſtit. ſeq. in
7. no. ſed tantùm actio perſonalis cōtra dominum, & ideo
dominus recipiens ſua animalia incluſa non tenetur pœ-
na furti, licet ipſe actione perſonali teneatur ad emenda-
tionem damni, quia illa incluſio animalium non potuit fie
ri, poſtquam baiulus ſciuit dominum animalium, & ideo
dominus potuit ſua animalia capere, & gubernare, & præ
ſumit lex iſtum debitorem reſpectu refectionis damnorū
velle ſoluere damnum datum à ſuis animalibus, ne incur-
rat in moram, quæ eſt delictum, vt dicit Alex. in 1. volum.
7 conſi. 92. incip. perſpectis his &c. in 7. col. †item furtū non
poteſt eſſe ſine dolo, vt in l. 1. ff. de fur. cum ſi. ſed quælibet
iuſta, imò iniuſta cauſa excuſat à dolo, glo. in d. l. 1. in fi. ff.
de abig. l. plagij. l. a 2. C. ad l. flauiam de plag. l. licet. §. pen. ff.
de lib. cau. ſed iſte erat dominus animalium, & credidit, ꝙ
iniuſtè fuerunt incluſa, quia baiulus ante incluſionem ſcie
bat dominum, hoc habet ipſum excuſare à dolo, etiā ſi erat
vt dicit Alex. in d. conſi. in 6. col. in ver. & dicit ibi glo. & in
3. vol. conſ. 73. in fi. vbi alleg. etiam Bar. in l. 1. §. non autem.
ff. ſi quis teſt. libe. eſſe iuſſus fuerit. non. n. dominus recepit
animalia incluſa, ut faceret alteri damnum, ſed vt ſibi pro-
deſſet, ideo non videtur in dolo, per no. in l. fluminum. §. itē
videamus. ff. de dam. infe. ſecundùm Alex. in 3. uol. conſil.
159. incip. pro deciſione, in 2. col. fallit, niſi dominus ani-
malium incluſorum eſſet ſuſpectus de fuga, & animalia
ipſa incluſa cœpit, ut fugeret emendationem damni dati
per ſua animalia, & tunc non tenetur pœna furti, ſed pu-
nietur tāquam nō obtemperans iudici, qui clauſit ſua ani
malia, ut liquidato damno, emendaret illud, & ſolueret pę
nam banni, in qua erat prohibitio, per titulum ſi quis ius
dic. non obtemp. nihilominus cogita. ſed iuxta hoc quęro,
utrum baiulus poſſit accuſare de furto dominum iſtorum
animalium, quæ ipſe interceperit in nemore prope quer-
cum alicuius priuatæ perſonę, ſi illa priuata perſona non
facit querelam contra dominum animalium, & baiulus
clauſit ipſa animalia, & dominus ipſa recepit ſine ui, & pa
8 làm, tāquam ſua, & ſic ſcitur dominus animalium. † dico,
ꝙ non quia actio furti non datur niſi ei, cuius intereſt, ut
ff. de fur. l. eū qui. circa princ. & l. manifeſtiſſimi. C. eo. ſed
an pro pęna appoſita in prohibitione, uel banno, poſſit di-
ci, ꝙ intereſt baiulo, & ſic agere actione furti? Dic ꝙ non:
quia iſta pœna eſt extra rem, & prætendit baiulus cauſam
lucratiuam & lex magis conſulit illi, qui certat de damno
uitando, quàm illi qui certat de lucro captando, ut in l. fin.
§. licentia. C. de iure delib. facit l. apud Celſum. §. de aucto
ris. iuncta gl. in uerbo, dedit. ff. de doli excep. habetur in l. 3.
9 C. de pœnis fiſca. lib. 10. †Octauò not. ex tex. ibi, iuſtitiariis
noſtris aſſignauerit, ꝙ quando officiali animalia oberran-
tia, uel damnum dantia præſentantur, officialis debet ha-
bere curam, ne animalia ipſa fame pereant, donec proui-
uidetur de iuſtitia. ſic debet intelligi iſte text. per l. quem-
admodum. §. magiſtratus. ff. ad l. aquil. & poſtea dominus
animalium tenetur illas expenſas ſoluere, gl. in auth. ci quis
10 iurat. C. de bon. auct. iud. poſſ. †Nonò no. ex tex. ibi, pro la-
bore, & ſtudio, ꝙ labor non debet eſſe uacuus à mercede,
ut in auth. de iud. §. ne autem. de pręb. ca. cum ſecundùm.
cum ſim. allegatis per Spe. in proę. pen. col. hic non ſunt gl.

De animalibus in paſcuis affidandis. Rubrica XXXVII.

CONTINVATIO patet ex ipſa: quia
ſup. facta eſt mentio de animalibus ob-
errantibus in territoriis dominorū, quæ
intercipiebantur per dominos, uel cuſto
des eorum, an & quando eis erat licitum
& quando non, & quando incidebant in
pœnam furti. Verum quia non domini territorium, ſcili-
cet foreſterij, ideſt, deputati per baiulos ad cuſtodiam ter-
ritorij, capiunt animalia ſumentia paſcua tranſeuntia per
territoria cuſtoditi per modici temporis ſpatium in graue
præiudiciū ſubditorū regis, ſuper quibus non erat proui-
ſum, ideo ponitur hæc rub. & conſtit. ſequens, quæ ſuper
prędictis prouidet, ut infrà patebit. Et ſub iſta conſtitu. ſe-
quuntur quatuor aliæ conſt. quæ loquuntur de eadem ma
teria. Prima incipit, cum per partes Apulię. Secunda inci-
pit animalia. Tertia incipit, ut delicti. Quarta incipit, ſi
quando neceſſitate cogente.

SVMMARIVM.

1 *Apulia eſt terra fertilis & plena paſcuis.*
2 *Damnum modicum non facit à iure communi recedere.*
3 *Pœnam euitare, & lucrum conſequi non debet quis ex eodem fa-
cto.*
4 *Dominus ſoli quando poſſit aliena animalia capere intrantia in ſo-
lum ſuum.*
5 *Pœna banniti pro animalibus quando poſſit exigi.*
6 *Animalia in territorio alieno non debent capi incontinenti.*

7 *Remotus punitur durius damnum faciens quàm vicinus.*
Dominus animalium damnum datum quando reſarcire teneatur.
8 *Dominus territorii poteſt cui vult ſuum territorium affidare, et aliis denegare.*
9 *Princeps ſecularis an poſſit ſtatuere animalia clericorum à ſuis paſcuis arcenda.*
10 *Communio inter duo caſtra an expiret, ſi alterum efficiatur inhabitatum.*
11 *Damnum dans in fructibus alterius caſtri cum quo communitatem habet, coram quo iudice poſſit conueniri.*
12 *Communio quæ uniuerſitati debetur, ſingulari debita non cenſetur.*
13 *Ius fidæ ſolui debet ſolus ſolitum eſt à vicinis.*
14 *Ius fidæ pro animalibus paſcendis, an ſit reale vel perſonale.*
15 *Cuſtodis animalium ſacramento ſtatur de tempore quo animalia in paſcuis ſint de paſta.*
16 *Officiali creditur in his quę ſuum concernunt officium.*
Iuramento proprio ſtatur in his quæ à conſcientia dependent.
17 *Vicinus vicinum nullo pacto fraudare debet.*
Vicini qui propriè ſint dicendi.
18 *Baiuli ſeu territoriorum cuſtodes nil debent exigere à tranſeuntibus cum animalibus per territorium.*

CVM per partes Apuliæ. Iſta conſt. fuit facta per regem Guliel. vt patet infrà in conſtit. vt delicti fines. & pro intelligentia diuido eam in quinque partes. In 1. ponit cauſam impulſiuam huius conſt. quæ talis eſt, cum dictus rex fęliciter tranſiſſet per partes Apuliæ, coram eo prępoſitæ fuerunt vndecunque & communiter querelę, quòd certi officiales, qui dicuntur foreſterij, intolerabiles moleſtias inferebant, & diuerſas iniuſtas exactiones à fidelibus regis exigebant, ipſos intollerabiliter opprimēdo, quibus auditis dominus rex diſpoſuit dicta maleficia corrigere, & paci & tranquilitati miſericorditer prouidere, & militiam, & iniquitatem dictorum officialium coercere, & ſic ſtatuit hanc legem generalem in toto regno, & durat vſque ibi, ſtatuimus. Hic eſt ſecunda pars, quæ diuiditur in quatuor partes. In prima taxat numerum officialium foreſteriorum, quorū, officium eſt recolligere affidaturas pro animalibus paſculantibus in territorijs eorum ab ipſis foreſterijs. Et quòd vult, quòd in quolibet territorio, ſiue ſit de dema. regis, ſiue comitis, vel baronis non poſſint eſſe niſi quatuor tantum foreſterij, quibus non liceat in poſterū animalia exterorū inuenta in territorio alieno iniuſtè capere, vel tractare, cōtra quos laborat præſumptio, quòd alienigenas grauent, vt dicit Cardin. in clementina 2. de pœnis, & durat vſque ibi, ſed ſi oues. Hic eſt ſecundę pars ſecundę partis, in qua pręcipitur dictis officialibus, quòd non intercipiant animalia inuenta in territorio, quę ipſi cuſtodiunt, quę non fuerunt per eos affidata, ſi tantùm per vnam diem, vel per unam noctem ibidem ſteterint, nec aliquid à dominis animalium exigatur, ſed dimittantur abſque aliqua ſolutione tranſire, & durat vſque ibi, Si verò animalia. Hic eſt 3. pars ſecundę partis, in qua ponitur quędam diſtinctio in hoc caſu, uidelicet quando animalia foreſteriorum hominum uenerunt à longe vltra vnā dietam, vel vltra duas dietas ad paſculandum in alieno territorio cum paſtore, quomodo dicti officiales habeant ſe regere in hoc caſu, & dicit iſta conſtitutio ſic diſtinguendo. Quod aut iſta animalia extraneorum per dictas dietas dederunt damnum in laboratis, & fructibus, & tunc dominus animalium, vel paſtor ipſorum iuxta æſtimationem proborum virorum debet ſoluere damnum, & nihil aliud. Aut nullum damnum dederunt, ſed ſolùm paſcebant territorium alienum & dominus territorij non vult conuenire de affidatura cū domino, vel cuſtode animalium, tunc dicti officiales non poterunt pro pręterito exigere à cuſtodibus animalium prędictorum, niſi ius affidaturę ſolitę ab alijs pro vno anno pro rata temporis, & debet ſtari iuramento cuſtodis ipſorum animalium ſuper tempore, quo ſteterunt pro pręterita animalia in ipſo alieno territorio ad paſcua ſumendum, & ſine impedimento permittere abire, & durat vſque ibi, ſi verò ſine paſtore. Hic eſt quarta pars ſecundę partis, in qua ſtatuitur, quòd ſi animalia extraneorum ſint inuenta in alieno territorio ſine cuſtode, uel paſtore, & ibi ſteterint ad paſculandum per 10. dies, uel infrà, & dominus ipſorū animalium, uel cuſtos, uel paſtor iſtorum iurauerit, ꝙ ipſi non duxerunt d. animalia in dicto loco, nec habuerūt ſcientiam, nec conſcientiam, quòd d. animalia ibi fuerint inducta, tunc ſine aliqua ſolutione permittant dicti officiales, & dñs loci liberè abire, ſin autem d. animalia ultra 10. dies in territorio alieno paſcua ſumpſerint, tunc dominus animalium ſoluat ius fidę, ſicut ſolitum eſt domino loci affidare pro uno anno pro rata temporis, & ſtetur iuramento cuſtodis animalium, quot diebus ſumpſerint paſcua in territorio alieno, & nihil aliud exigatur, & ſic dimittant abire in pace, & durat uſque ibi, intra cōuicino. Hic eſt 3. pars principalis, in qua ſtatuitur, quid dicendum, qñ animalia vicinorum de una contrata tranſeunt, & paſculantur territorium uicinum de alia contrata in fraudem domini vicinalis contratę de die, vel de nocte & dominus ſibi oſtendit. ꝙ paſculauerunt eius territorium, uel ꝙ requiſiuit paſtorem, vel dominum animalium, ꝙ ſoluant debitum affidaturæ ſecundùm ꝙ à uicinia ſoluitur pro rata temporis, & ille non emendauit, dicitur hic, quòd dominus animalium debet ſoluere affidaturam pro rata temporis, prout de tempore iurabit cuſtos habito reſpectu ad fidam, quam ſoluunt uicini pro toto uno anno, & durat uſque ibi, huius conſtitutionis. Hic eſt 4. pars principalis, in qua imponitur pœna tam dictis officialibus, quàm dominis territoriorum non obſeruantibus hanc legem, quæ pœnę erat nimia exceſſiua pro eo, quia imponebatur pœna amiſſionis perſonæ, & omnium bonorum, hoc eſt correctum per conſtitu. Imperatoris Fede. qui fuit poſt regem Guliel. ut patet infrà in conſt. quæ incipit, ut delicti fines. ubi imponitur pœna quadrupli eius, qđ eſt exactū, & durat uſque ibi, ſi ſumerarij. Hic eſt 5. & ulti. pars, in qua ſtatuit, ꝙ ſi ſumerarij, uel bordonarij, vel alij cuſtodes aliquorum animalium tranſirent cum animalibus, quę habent in cuſtodia per nemus, uel territorium alienum, & non fecerint damnum, ſed ſolùm fortè tortam aliquam, uel uirgam inciderint, dominus nemoris, uel territorij nihil ab eo debet exigere, nec eum moleſtare, ſed ſine impedimento dimittat eum tranſire, &
1 durat uſque in fi. †Not. 1. ex text. ibi, per partes Apuliæ, ꝙ aliqui inſipientes dicunt per iſtud uerbum, ꝙ illa conſtitu. eſt localis in Apulia, ubi eſt abundantia paſcuorum, ut dicit Seneca, prout refert hic Andręas de Iſern. & ideo non eſt in conſideratione, ſi animalia exterorum ſine fida ſumant paſcua in terris Apulię per vnam noctem nō eſt ſic in prouincia Principatus, vel in terra Laboris, ſed iſti inſipidè loquuntur qa Apuliæ territoria dederunt cauſam impulſiuam, vt dixi, huic legi. & ideo dixit hic And. qđ uerius eſt, ꝙ iſta conſti. debet ſeruari per totū regnū, tum quia dicit, cū animalia de vna contrata in aliā ducta ſunt &c. tum quia Apulia dedit cauſam impulſiuam huic leg. ſicut dicitur in l. 1. ff. de pollu. & fuit multū iuſta iſta conſti. ne pro mora animalium vnius diei, uel vnius noctis in territorio alieno, quicquam ſoluatur, vbi non eſt aliud damnū datū, niſi quia comederunt herbas ſylueſtres, quod paſcere non infert damnū conſiderabile, ideo Imperator non curauit ꝓuidere de iſte modico. Et pro hoc multa iura, q̄ dicūt, ꝙ de modico non eſt curandum, ut ff. commo. l. in reb. §. poſſunt. & in §. gallinarum. inſt. de re. diui. & in l. omnino. ff. de impen. & ideo dominus ſoli dēt ſuſtinere, qđ extraneis prodeſt, & ſibi non nocet, ut ff. de euic. in l. creditore. & di-
2 cit Bal. in l. 1. C. ſi aduer. uendi. pig. † ꝙ propter modicum damnum non receditur à iure communi, & ꝙ de modicis non eſt curandū, uide Bal. in l. ſi prædiū. C. de ędi. actio. & Andr. Barba. in conſilijs ſuis, & in rub. de re. eccle. nō alie. & propter modicum partis intereſſe non pręſumitur contra eum ſallitas c. accedens. de crimi. falſ. Et ꝙ modicum pro nihilo reputatur, uide concor. in decreto. 7. diſti. cap.

Moſes.

Moſes. ibi, per Præpoſitum. & Andrę. in prælu. in 1 t. col.
dicit, ꝙ rex de modico præiudicio partis non curat. hic
eſt bonus text. & no. in l. fin. C. ſi contra ius. & Bal. in l. 1. 2.
col. ff. de conſtit. prin. & nedum rex hoc poteſt, ſed etiam
iudex per ſuam interlocutoriam poteſt, in modico lædere
partem, vt dicit Iaſ. in l. ſi opus. ff. de ope. no. nun. cui ad-
do id, quod dicit Bald. in l. 1. in 3. col. C. quomodo & qñ
iud. non arctatur ad momentum, vel ad inſtans, & iõ non
arctatur ad diem, & in mora modici temporis non eſt pe-
riculum. l. ſi debitori. ff. de iudi. Secundò no. ex text. ibi, cũ
lucro pœnam. quòd ex eodem facto non debet quis conſe
qui lucrum, & euitare pœnam, facit 22. q. 2. c. ſi quilibet.
3 † Tertiò no. ex tex. ibi, iniuſtè capere, vel tractare, ꝙ officia
les deputati ad cuſtodiam territorij pro animalibus ſu-
mentibus paſcua affidata non poſſunt capere animalia,
quæ non ſunt affidata paſcentia in dicto alieno territorio
pro diffidatis, ſi per vnam diem, vel vnam noctem paſcua
ſumpſerint, ſed liberè animalia abire pmittant ſine aliqua
ſolutione, vt hic, & eſt ratio, quia ex retentione animaliũ
de facili poſſent deteriorari, vel mori, vt dicit Ioã. de Imo.
in l. prætor. §. vnde quæritur. ff. de dam. inſe. & ideo non li-
cet animalia reperta in ſuo capere, & claudere, per l. quin-
tus. ff. ad leg. Aquil. idem Spec. in tit. de iniu. verſi. ſed pone
inuenio pecudem. dixi ſup. in conſt. pacis cultum, in 2. no.
verſic. 11. Nec ob. conſuetudo in contrarium, quia eſt re-
probata per iſtam conſt. iuncto. §. fi. ſup. in ꝓœ. & conſetu
do reprobata nullo tempore præſcribitur. ita dicit Bald. in
c. 1. in 1. col. ver. ſed an præſcribatur. qualiter. olim feudũ
alie. pote. quia contra auth. ſuperioris præſcribi non põt,
ergo multò minus de nouo induci non poteſt, ꝙ recipian-
tur animalia & tradantur, vbi foreſterij, & baiuli ſciũt do-
minum, vel cuſtodẽ animaliũ, ſed ſi neſciunt, dominũ ani-
malium, tunc poterit capere & portare baiulo, vt ſciatur
dominus eorum, & ab eo exigatur emendatio damni, vt di
xi in conſti. præced. & licèt dicatur, ꝙ cõſuetudo eſt, ꝙ poſ
ſint claudi, donec emendetur damnũ, ut dicunt Ioan. And.
& Ant. de But. in c. ſi læſerit. de iniuriis. & ita dicit tenere
Gandi. in ti. de furibus. & Azo. & Aug. ſuper Ang. de Are.
in tract. maleficiorum. in verbo, & veſtem. tamen de iſta
conſue. quatenus eſt contra iſtam conſti. nulla debet habe
ri ratio, vt ſuprà dixi. Et hoc procedit, niſi dominus ſoli,
antequam intraſſent animalia exteri in ſuo prohibuiſſet
eum in ſpecie, ꝙ nõ debuiſſet intrare cum animalibus ſuũ
territorium, tũc intrans poſt prohibitionem teneretur in-
iuriarum actione, ſecundùm And. hic per text. in l. diuus.
ff. de ſerui. ruſti. prædi. ibi, non eſt rationabile volentibus
dominis in alienis agris ancupari. & in §. planè. inſt. de re.
di. Idem ſi nõ in ſpecie prohibuit, ſed in genere prohibuit
omnes, ne intrent cũ animalibus eorum ſuum territoriũ
puta, per banni emiſſionem, arg. l. ſi pupillus. §. proſcribe-
re. ff. de inſt. cum ſi. Et tunc illud bannum ſolum afficit ꝑ-
ſentes in loco, non aũt abſentes & ignorantes: quia vox ꝑ-
conis paucis innoteſcit, vt no. in auth. qui ſemel. C. qũo &
quando iud. Sed cautius eſſet facere prohibitionem auth.
magnæ curiæ vica. ſub moderata pœna, ꝙ nullus cum ani-
malibus intret tale territorium confinatum talis domini,
& affigere in loco iudicij per certum tẽpus, tunc licèt po-
ſtea tollatur hæc prohibitio, inducit notorium, vt dicit
Bald. in d. auth. qui ſemel. & idem dixit in l. conſentaneũ.
eo. tit. & in l. mandatum. circa fi. C. manda. & domini de
Rota deciſio 223. & tunc poterit, ſi non paruit prohibitio-
ni, accuſari pœna moderata poſita in prohibitione iudicia
4 li, vt bene firmat hic And. in finalibus verbis ſuis. † Et ideo
malè faciunt domini territoriorũ, quãdo animalia, nõ affi-
data intrant territorium eorum per vnam diem, vel vnam
noctem ea interficiendo, & capiendo pro diffidatis, qa in-
iuſtè hoc faciunt, & ſi quid exigunt à cuſtode, vel domino,
tenentur ad quadruplum regio fiſco, ut in conſti. ut delicti
fines. niſi fuiſſet facta dicta prohibitio in ſpecie, vel ꝑ ban-
num, de quo veriſimiliter non potuiſſet habere notitiam,
vel per edictum affixum in loco iudicij, & tunc tenetur ſo
lùm ad pœnã moderatè impoſitam in banno, vel in edicto,

& ſic non poſſunt exigere diffidam, neque fidam pro paſcu
5 latione tam modici temporis. † Sed an pœnam banni poſ-
ſit exigere? Videtur, quòd non potuit, quia dominus Rex
ſubditos in modico grauare poteſt, quia parum eſt nocu-
mentum de herbis viridibus naſcentibus in terra per vnã
diem, vel vnã noctem grauare, ſed ſi in fructibus, & in glan
dibus daret damnum, dominus tenetur ſolùm ad emendã
damni, & tunc capiet animalia, & non claudat, ſed ſtatim
debet probare baiulo, vt ſuprà conſt. præced. in 4. not. baiu
lus autem claudet & gubernabit ipſa animalia, donec ſciat
dominus animalium, vt ibi dictum fuit, ſed hoc proce-
dit, quando nulla facta eſt prohibitio, ſecus ſi facta eſt
prohibitio, quam ſcire veriſimiliter potuit, quia tunc non 3
licuit. nam de iure communi dominus ſoli põt prohibere
ne aliquis eius ſolum ingrediatur. l. 3. §. planè. ff. de acquir.
rer. do. cum ſim. ſuprà allegatis. & ſi inuito domino quis
ingrediatur eius ſolum, teneturactione iniuriarum, vt io
l. iniuriarum. §. fina. ff. de iniurijs, & l. diuus. & dico plus,
quòd ille, qui vult exigere diffidam à cuſtodibus, vel do-
mino animalium, quia intrauerunt ad paſculandum her-
bas ſui territorij vltra diem & noctem, niſi probet, ꝙ facta
fuit prohibitio, quòd nullus intret territorium ſuum cum
animalibus, & ſi intrabit, quòd ſoluat tãtũ pro diffida, aliàs
6 ſi hoc non probet, non poterit exigere diffidam. † Et mi-
ror profecto, quomodo hodie fiunt iſtæ capturæ anima-
lium per baiulos, vel cuſtodes territoriorum incontinen-
ti, ꝙ intrant territorium eorum intercipiunt ipſa anima-
lia, & claudunt, & petunt diffidam, & non reſtituũtur ani-
malia, niſi præſtita cautione de ſoluendo, quod fuerit iudi
catum, & poſtea nulla fit fides de ſupradicta prohibitione
cum pęna, cum diffida certæ quantitatis, cũ totum hoc eſt
contra ius, & iuſtitiam. An aũt barones & inferiores domi
ni poſſint facere ſtatutum, vel capitula contra iſtam con-
ſti. dic, prout dictum fuit in 6. q. in fi. in præludijs. ſed be-
ne poſſunt facere prohibitionem in genere, vel in ſpecie,
quia iſta prohibitio eſt permiſſa de iure communi, vt ſu-
prà dixi. item permiſſum eſt illis, qui poſſunt facere ſtatu-
tum pœnale, ꝙ nullus cum animali intret territorium alte
rius, quia ſtatutum poteſt addere pœnam his, quæ ſtatuta
ſunt de iure communi, vt dicunt doctor. Moder. in c. qđ
ſuper his. de maiori. & obedien. & conſuluit Deci. doctor
facundus in conſilio ſuo 199. incip. viſis, & diligenter. &
vide in proprijs terminis noſtrũ Luc. de Pen. in l. 2. C. de
paſcu. pub. lib. 10. vbi dicit, ꝙ propter iniquitatem baronũ
hæc conſtitu. quę eſt ęqua, & iuſta, minus per eos ſeruatur
ſed tunc per eos non ſeruatur, intellige quando apparet
prohibitio facta, vel ſtatutum pœnale, aliàs ſi non appare-
ret de dicta prohibitione, vel ſtatuto eorum pœnali, tunc
diſpoſitio huius conſt. eſt per eos ſeruanda. & ideo iudices
ſuper hoc debent animaduertere, ut uideant, ſi ex proceſſu
apparet de dicta prohibitione, vel ſtatuto ſuprà dicto pœ-
nali. Sed quid ſi homines vniuerſitatis, & vniuerſitas ſit in
poſſeſſione paſculandi, & aquandi in territorio caſtri, in
quo habitauerunt ipſi, & ſui prædeceſſores, & rex conce-
dit nobili illud caſtrum cum iuribus ſuis & herbagijs, &
aquis, an poſſit prohibere eius uaſallis. ne vtantur dictis pa
ſcuis? Videtur quòd ſic, quia Rex ſibi conceſſit, qui potuit
concedere. In contrarium eſt ueritas, quia intelligitur con-
ceſſio, ſaluo iure alterius, per l. 1. §. ſi quis à principe. ff. ne
quid in loco publico. cum concordantij ſuis, & ita cum
alijs iudicibus magnæ coriæ vicar. iudicaui præſenti anno
7 MDXIII. † Quartò no. ex textu ibi, in terra alterius lon-
gè. quòd durius agitur cum remoto, quàm cum vicino. nã
hic pro dua, uel duabus uicibus animalia vicini ſine fida
dimittuntur, ſed animalia remota dimittuntur ſoluta fida
ſolita. & dicit hic Andreas, quòd regia curia conſueuit
facere mandata pœnalia, quod ratione paſcuorum, &
herbagiorum non recipiant domini ultra ſolitum, & ſic
ſi contrarium fiat, pœna poterit exigi. Quintò not. ex
textu. ibi, damnum intulerit, quod ſi animalia aliena
damnum dederint in fructibus, uel in laboratis in territo-
rio, dominus animalium tenetur reſarcire damnũ, vt hic,

Idem eſt de iore communi, vt dicuot Io.Fab.& Are.inſti.
ſi quad.pau.feciſſe dicatur. in prin.& gl.ff. de pręſcri. ver-
bis.l.qui ſeruandarum . & tunc dominus ſoli poterit ani-
malia ipſa capere,& aſsignare baiulo loci,vt dictũ fuit ſu-
prà,io conſti.pręce & idem dicendum eſt,ſi in defenſa dn
mini baronis datom eſſet damnum per animalia aliena, vt
domious animalium non teneatur ad aliud, niſi ad reſtitu
tionem damni iuxta ęſtimationem proborũ virorom,vt di
cit iſta conſti.prout eã intelligit And. & in defenſis domi-
norum,ꝙ male ſeruant barones : quia vltra damnum exi-
gunt pœnam,quod non eſt iuſtom, oeque licitum per iſtã
cooſti. Et ſcias,ꝙ Rex Ferdinandus primus fecit pragma-
8 ticam, ne barones faciunt nouas defenſas ſub pœoa †Sex-
tò no.ex tex.ibi,noluerit ei paſcua in antea concedere.ꝙ li
cet domino territorij affidare, cui uult territorium ſuum,
& alteri denegare affidaturam & pro hoc facit l. j. ff. nau.
caup.ſtab.& ff.de inſtit.l.ſi pupillus. §.ſi denuntiauit.cum
concor.ſuis,quia de re ſua quilibet eſt moderator,& arbi-
ter,vt in l.in re mandata.C.mand. Sed iuxta hoe quæritur
de 7.q. Et primò,quid ſi dominus caſtri omni anoo ſolitus
eſt affidare in ſuo territorio animalia hominum alterius
caſtri vicini,& iſtud ſolitum durauit per 30.vel 40.an.cõ-
tinuatis tẽporibus, poſtea dominus caſtri, qui ſolitus fuit
affidare dicit,quòd non vult vlterius ipſos affidare,illi di-
cunt,ꝙ de ioſtitia debet ipſos affidare,quia promiſit ſem-
per,& omni tẽpore affidare,& probant de affidatiooe per
30.ann.licèt non probent promiſſionem,præſomitur, per
l.cum de in rẽ verſo.ff.de vſu.& l.ſi certis annis.C.de pac.
Item pro eis facit l.venditor.§.ſi conſtat.ff.commu. præd.
vbi valet conſuetudo, vt quis oblato pretio poſſit incidere
ligna,vel quid ſimile in fundo alterius , quæritur quid iu-
ris? Dicit hic Andr. quòd ſi dominus caſtri,qui ſolitus eſt
affidare,diceret cum veritate , ꝙ paſcua ſui caſtri vult pro
ſe,& ſuis vaſal.qui habẽt multa animalia nunc, pluſquam
in tẽporibus ꝓteritis, poteſt iuſtè dicere,oolo amplius vos
affidare,quia prima charitas incipit à ſeipſo.l.præſes.C.de
ſerui.& aqua.& ideo quia territorium caſtri nõ ſufficit no
bis,& vobis, ite ad vendentes & emite vobis, vt dicitur in
Euange.Matth.22.c.ſecundũm And. hic.Idem dixit Abb.
Sicu.in c.dilecti filij.de arbi.dicẽs,vbi ligna, ſeu paſcua nõ
poſſunt ſoſſicere domino,& conſuetudinem prætendenti,
quòd tunc dominus præferendus eſt,argumen.cap.ſugge-
9 ſtum,de deci.& c.quid per nooale.de verbor.ſign.†Secun
dò quæro,an princeps ſecularis poſſit ſtatuere,quòd ani-
malia clericorum,& eccleſiarum à ſuis paſcuis arceantor,
vel etiam à paſcuis priuatorum , ne ſumant illa , dominis
inuitis,& quòd ſi inueniantur io illis paſcua ſumentia ſol-
uant pęoam,vel impunè poſſint offendi? Luc.de Pen. in l.
2.C.de naui.non excuſan.lib. 11. tangit iſtam q. & arguit
pro & contra, & uidetur tenere , ꝙ clerici nullo iore poſ-
ſunt inuitis dominis vti rebus eorum, nam ſi laicis hoc nõ
conceditur, multò fortius denegatur clericis. Tertiò quę-
ro,pone,quòd factum fuit banoum, ſeu edictum prohibi-
torium ſub pœna moderatã, quòd oullus intret territoriũ
cum animalibus , & in territorio prędicto non ſunt ap-
poſiti fines , animalia vicinorum intrauerunt territorium
prędictum,& accuſatur pœna contra eos,ipſi dicũt, quòd
non inciderunt in pœnam , quia eis licet habere uſum di-
cti territorij à medietate uerſus eorom caſtrum , dominus,
qoi fecit prohibitionem, dicit, quòd vult probare, ꝙ ani-
malia paſculauerunt in illa parte,quam confitentur accu-
ſati,qđ eſt accuſatoris.ex aduerſo dr̃.ꝙ in territorio pędi
cto non fuerunt appoſiti confines, & ideo quia nõ ſunt ap
poſiti confines , non teneiur ad pęnam. & pro hoc allega-
tur Bart.in l.non ſolum.§ ſed vt ꝓbari. ff.de oper.no. nun.
ꝗritur qđ iuris? Dico,ꝙ iſta exceptio nõ impedit litis igreſ
ſum,per nota.in l. nam & poſtea.ff.de iureiur.cum cõcor.
ſuis.& ſic confecto proceſſu,ſi non apparet, ꝙ in loco pro
hibito animalia ſuppreſſerunt paſcua,debet fieri abſolutio
per ea quę alleg.Alex. in 3.uol. conſi. 81.in 3.col.incip.le-
cto, & diſcuſſo laborioſo proceſſu. & uide in tract. de ſer-
10 ui.ruſti,rubrica,de ſeruitute iuris paſcendi. †Quartò quę
ro, ecce ꝙ inter duo caſtra eſt communitas antiquiſſima
herbarum, & aquarom, & lignaminum , modo vnum ca-
ſtrum effectum eſt inhabitatum, & illi de alio caſtro habi-
tato volunt vti communiooe ſolita, dominos caſtri inhabi
tati denegat pręſtare communionem,& dicit,ꝙ propter in
habitationem ſui caſtri commuoitas eſt reſoluta, quęritur
quid iuris? Videtur prima facie,ꝙ caſtrum habitatum poſ-
ſit vti communione à prinipio conſtituta cum caſtro ex
poſt facto inhabitato,quia hoc ius commuoionis conceſ-
ſum caſtro habitato eſt in perpetuum conceſſum quia ca-
ſtro fuit conceſſum licet ergo perſoοæ alterius caſtri defe-
cerunt,tamen caſtrom remaoet,& ad poſteros traoſire po
terit, & ſemper erit idem populus , vt in l. forma.§. quan- c
quam.ff.de cenſi.nam non amittitur vſusfructus ex eo, qa
non vtitur habens vſumfructum.l. ſi vſusfructus alterius.
ff quemadm. vſoſfru.amitta.item ille uſus, quem habebãt
homines caſtri nunc inhabitati in territorio alterius caſtri
non erat ius priuatorum, ſed vniuerſitatis publicum,vt in
l. 2. §.viarum.ff.ne quid in loco publi.vnde ſi iſtud ius fuit
caſtro quęſitum , nõ extinguitur per extinctionem partis,
ideſt,propter deficientiam hominum caſtri,quia dicit.l.1.
§.pe.ff.de aqua quo.& æſti.qđ pręedijs datur,extincta per-
ſona non extinguitur,ſecus ſi datur perſonis. de hoc eſt bo
nus text.in l.ætatem,in fi.ff.de cenſi.In contrariũ tamen fa
cit rõ inæqualitatis,ſuper qua foodata eſt deciſio regionalis
regioæ Ioannę ſecundæ, quæ iocipit, pondus eqoum, vbi
mandat , ꝙ ſi communio legitimè fuit facta ioter duo ca-
ſtra , & vnũ dictorum caſtrorum effectũ eſt inhabitatum,
ad inſtantiã caſtri inhabitati mãdat caſtro habitato, vt ceſ-
ſet a dicta coiõne,quę nunc reducta eſt ad inęqualitatẽ, &
11 ꝓ hoc bene facit c.ſuggeſtũ. de deci. †Quintò quæro, duo
caſtra habẽt cõitatem adinuicem , modo illi de vno caſtro
dãt damoum in fructibus, & ſegetibus alterius caſtri, vtrũ
iſte, qui dedit damnum in ſegetibus, ſi coouenitur coram
domino caſtri, in cuius territorio datum eſt damnũ, poſſit
declioare forum , & petere,ꝙ remittatur ad dominum ca-
ſtri, in quo habet domiciliũ, ſi ille dominus habet primas
cauſas? Reſpondeo,non habet locũ remiſſio,quia eſt in ele
ctione actoris, an velit cooueoire coram iudice domicilij,
vel corã iudice loci, vbi factum eſt damnũ,per tex. in l.hę-
res abſens.in fi.cum l.ſeq. ff. de iud. Sextò quęro, inter duo
b caſtra b eſt comunio territoriorũ, vnus de vno caſtro habet
multa animalia , & uult uti cõmunione, alterum caſtrum
noo permittit eum uti communione,ille diues in animali-
bus recurrit ad ſuperiorem,& citatur vniuerſitas dicti ca-
ſtri denegãtis illi homini particulari ius cõionis dicẽdo, ꝙ
ei non competit ius,ſed toti vnioerſitati, & illa uniuerſitas
tacet , quia in ſecreto diſplicet ſibi, quòd ille , cuius habet
tut aoimalia,& utitur toto tenimento, utrum huic ſingula-
12 ri competat ius agendi, ut ſeruetor commuoio.† Videtur,
ꝙ non poſſit agere , vt ſibi ſeruetur communio, quia cõio
debita vniuerſitati nõ eſt debita ſingulis,ut.ff.quod cuiuſ-
que uniuerſi.nomi.l.ſicut. §. 1. & ibi de hoc eſt booa gloſſ.
quę incipit , ſed ſi diſſoluatur & c. licèt in conſequentiam
ſinguli ſentiant commodum, vt in l.ciuitatibus. ff. de lega.
1. item ſicut delictum vnius de uniuerſitate non nocet vni
uerſitati.l. de pupillo. §.ſi plurium.ff. de oper.no. nunc.ita
vnus de uniuerſitate noo agit pro uniuerſitate.item facit l.
nulli.ff.quod cuiuſq; vniuer.no.ubi nulli permittitur age-
re nom.uniuerſitatis,niſi ei, cui ex lege permittitur, aut cũ
duæ partes adeſſent . In contrarium facit,quia in populari
bus actionibus is,cuius intereſt,pręfertur,ut in l.3.ff.de po
pu.acti.item id, quod eſt cõitatis,eſt etiam ſingulorum , ut
dicit glo.oot.in l.1.in ver.competit.ff.de colleg.illi.c. cum
concor. quę ibi alleganter. nam ius uniuerſitatis etiam in
vno ſolo conſeruari,& reſidere poteſt.l. ſicut.§.fin.ff.quod
cuiuſque uni.oo. Solutio, dicit Bar. in d.l.1.§.fi.ꝙ id,quod
eſt uoiuerſitatis, noo eſt ſingulorum, quooiam vniuerſitas
eſt perſona repręſentata per ſe, ut l.mortuo. ff. de fideiuſſ.
Nec obſt. ille text. quia fatetur Barto.quòd quando diſſol-
uitur uniuerſitas quoad omnes , vel quoad vnum tantùm
res,quę erant uniuerſitatis, efficiuntur ſingulorum,ut ibi.

An

An autem huic domino tantorum animalium compe-
tat aliquod interdictum poſſeſſorium, ſi ſuit in quaſi poſ-
ſeſsione paſculandi, & nũc eijcitur, vel turbatur in iſto vſu
paſculandi? Dic, vt in l.quoties.la 2.ff.de ſerui.& per Abb.
13 Sicu.in c.querelã.de election. †Septimò & vltimò quæro,
pone,ꝙ duo, vel tres homines vnius caſtri habentes anima
lia longiſsimis temporibus paſculauerunt territorium alte
rius caſtri vicini, vtrum vniuerſitas huius caſtri vicini poſ
ſit dicere, quòd habet ius paſculãdi in dicto territorio? Re
mitto me ad ſcripta per d. Barth. Vero. in ſuo eleganti trac.
de ſerui.ruſti.ſub rub.de ſerui.iuris paſcendi.ſub 6.q. prin
cipali, ver. ſed ſi aliquæ ſingulares perſonæ, char.98. quia
nihil eius dictis pro nunc adderẽ. Septimò no.ex text.ibi,
iuxta affidaturam, quam recipiũt alij vicini. quòd ius fidæ
debet ſolui, prout ſolitum eſt ſolui à vicinis, & ſi aliter ſol-
uatur in plus, quàm ſit ſolitum ſolui à vicinis, dicitur iniu
ſtè eſſe ſolutum. & pro hoc facit id, quod dicit Bald.in l. 2.
C.quomodo & quand iud. in 2.colũ.vbi dicit, ꝙ id quod
ſolet fieri, debet fieri, & ſi non fit, iniuſtè fit, vt no.in l.quid
ergo. §. pœna grauior. ff. de infami. & no.in l. hodie. ff. de
pœnis. Bene facit id, quod dicit And.in l.imperialem.§.ꝓ-
terea duca.in addi.de ꝓhi.feu.alie.ꝑ Fed.ubi dicit, ꝙ ſi cõ-
ſtaret, quòd uiueret iure Fran. ſed in modo uiuẽdi eſſet ma
ior diuerſitas in vno loco, quàm in alio, tunc recurritur ad
uicinos. de cenſ. c.ſuper eo.& c.ex parte. vbi ſi illæ præſta-
tiones ſunt de iure, nec apparebat de quantitate præſtatio
num, ſtabitur in quantitate uicinis prouinciis. Et pondera
iſtam conſti. quis non vult iſta cõſti. ꝙ poſsit exigi diſfida
à non affidatis in aliquo caſu, ſed ꝙ tantum poſsit exigi fi-
da, quam recipiunt alij vicini pro reſta temporis unius an
ni, niſi quando facta fuiſſet prohibitio, uel bannum ſub pę
na moderata, tunc exigetur pœna à non affidatis, ut ſuprà
dictum eſt, & iſta pœna non dicitur diffida. Et neſcio, ubi
ſit fundata iſta diffida, quæ ſic uulgariter dicitur in toto re
gno per unũ abuſum. Et in iſtis paſcuis, & herbis, & uſib.
eorum ſtãdum eſt antiquitati, ut hic, & in c.1.in uer.ſicut
14 ab antiquo. per Bald.6.col. de pace Conſtantię. † Sed iux-
ta hoc quæro, an iſtud ius fidæ pro animalibus, quę ſumũt
paſcua in territorijs paſcuorũ, ſit ius reale, uel perſonale?
Videtur, ꝙ ſit perſonale, quia iſta non eſt perpetua, ſed ad
tempus, ergo non inducit ſeruitutem realem, ut in l.4.ff.de
ſeruitu. Seruitus enim perſonalis conſtituitur ad tempus
circa perceptionem herbarum, non circa proprietatem, ut
in l.4.ff.de uſufruc. quia per ipſam non imprimitur cara-
cter in ipſa proprietate rei, ut dicit Pau.de Caſt.in d. l.4.ff.
de ſerui.& uide eum in l.ut pomum.ff.de ſeru.ubi uidetur
dicere, quòd iſtud ſit ius perſonale, quod debetur perſonę
in illa re, non autem debetur alteri rei. Et pro hoc facit,
quod uoluit Barto.in l.Mela.§.fi.ff.de alimen.& ciba.lega.
ubi tenet, quòd conceſsio huiuſmodi uſus nõ eſt ſeruitus,
ſed tantum competit actio perſonalis cõtra tertium. & in
hac opin. uidetur reſidere Cyn.in rubrica. C.de uſufruc.&
Alexand.de Imol.in 5.uolum.conſi.18.incip. attentis nar-
ratis in themate. & D.Pe.Philippus Corneus in quarto uo
lumi.conſil.87.incipiente, quia petitio. in uerſicu. his ta-
men non obſtantibus. Et ideo ſi eccleſia habeat caſtrum in
feudum à rege cum territorio amplo, & affidauerit anima
lis ſubditorum regis per annum, & intra annum contraue
nit ſubditus regis, non poterit prelatum illius eccleſiæ cõ-
uenire coram iudice laico domini regis, quia ius fidæ eſt
perſonale, & non reale, ſcilicet ipſius caſtri. ſecus quando
illud caſtrum eccleſiæ deberet preſtare patientiam alteri
caſtro conuicino in herbis, & aquis, tunc quia debetur ius
huius uſus, ſeu ſeruitutis anomalæ alteri caſtro, diceretur
iſte uſus paſcui ius reale, ut in l.1.ff.commn.prædi. & in di
cta.l.ut pomum.& tũc clericus pro iure feudali conuenie-
tur coram iudice laico domino feudi, ut in c.verum.de fo-
15 ro competen.cum ſi.†Octauò no.ex text.ibi, ad ſacramen-
tum illius, qui animalia cuſtodiet. quòd ſtatur ſacramẽto
cuſtodis animalium quot diebus animalia, quæ cuſtodit,
ſumpſerunt paſcua in territorio alieno ſine, fida, ut hic, &
infra ibi, ad ſacramentum illius, qui animalia cuſtodiet, ſi-
de tot diebus. Item ſtatur iuramento cuſtodis in alio, uide,
licet quòd ipſa animalia, quæ ſunt reperta ſine paſtore in
territorio alieno paſcentis ſine affidatione, ipſe cuſtos, nec
dominus eius non duxit, nec duci fecit in dicto territorio,
nec de hoc habuit aliquam ſcientiam, uel conſcientiam. Et
tunc non tenetur cuſtos, uel dominus, niſi ad ſolutionem
fidæ pro illis diebus, quibus iuratum ſuit, quòd animalia
ibi ſumpſerunt paſcua pro rata ſolutionis fide unius anni
prout ſoluitur fida per uicinos, & in hoc illa cõſti. eſt mitiga
16 tum ęqua. †Sic etiam dicimus, ꝙ creditur oſficiali circa ea,
quæ cõcernunt ſuum officium circa ea, quæ uidit, ut in l.
ſi quis decurio. C.de ſal.& in l.magis puto §.nõ tamen. ff.
de reb.eorum. Barto.in l.diuus.ff.de cuſto.reo. Nonò not.
ex text.ibi, ſine paſtore. quòd ſi animalia aliena oberrantia
ſteterint in alieno territorio, etiam per 10.dies ſine paſtore
uel domino, dominus territorij nullam affidaturam, nul-
lamque exactionem à domino, uel paſtore poterit exigere,
ſed debet permittere liberè abire, ſi dominus uel paſtor iu-
rauerit, quòd ſine eorũ ſaputa, & conſcientia dicta anima
lia illuc uenerunt, quia in his, quæ dependent a conſcien-
tia, ſtatur proprio iuramento, ut hic. & eſt glo. quę ſemper
allegatur ad hoc in §. ſed iſtæ. Inſti.de act. iuncta gl.in l.at
qui natura.§.cum me abſente.in uer.committat.ff. de neg.
ge.& glo.in ca.ſignificaſti.in uerſi. ſi eſt ita.de homi. Sed ſi
probaretur contrarium, tenetur ſoluere fidam ſolitam pro
rata temporis, per argumentum à contrario ſenſu huius li
teræ, quod eſt ualidum l. 1. §. huius rei. ff.de of.eius, cui
mand.eſt iur. Secus ſi ultra 10.dies ſteterunt, quia tũc ſol-
uitur affidatura pro rata temporis iuxta iuramẽtum cuſto
17 dis, ut hic dicitur. †Decimò not.ex text.ibi, in fraudem ui-
cini. quòd uicinus debet abſtinere, ne quoquo modo fraudet ſuum uicinum, & ſic ex uicinitate quis patitur dam-
num, interdum commodum, ut not.ff.de ſerui.ruſt.pręd.
l.quod autem. Et dicuntur uicini illi, quorum uoces hinc-
inde audiuntur, ſicut eſt uidere exemplum inter ciuitatem
Schalarum, & ciuitatem Rauelli, ut dicit Barto.in l.ſi ter-
tius.ff.de aqua plu.arc. fraudibus enim ſemper eſt obuian-
dum. capit. 2. de renun.lib.6. nec fraudi locus relinquen-
dus eſt, dicit text.in cap.cum in multis. de reſcr.lib.6.nec
debet alicui patrocinari, ut not.in cap. ſedes. de reſcr. Vn-
decimò not.ex tex.ibi, oſtendat, uel uicino ſuo. quòd ęqui
parãtur iſta duo, uidelicet probare, quòd animalia tua de
nocte ueniunt in prædium meum, uel probare, quòd per
duas uices te requiſiui, quòd emendes damnum, quod de-
derunt tua animalia in prædium meum, quod alibi non
memini me legiſſe. bene credo, ꝙ ſi iſtę requiſitiones ca-
lumnioſè fierẽt, quòd iſte deberet arbitrio iudicis puniri,
ad hoc allego glo.fin.in capit.cum inhibitio, de clande.de-
ſpon. Duodecimò not.ex tex.ibi, amiſsionem perſonæ &c.
quòd in hoc corrigitur iſta cõſtitut. per conſtit. Imperato-
18 ris Federi. infrà, ut delicti fines. †Decimotertiò no.ex text.
ibi, tortam aliquam, uel uirgam. quòd malè & peſsimè fa-
ciunt baiuli, & cuſtodes territoriorum exigentes pęnam à
tranſeuntibus cum animalibus per territorium, quod cu-
ſtodiũt, pro eo quòd cuſtos animalium unam tortam, uel
uirgam incidit, in nemore, nam poſſent puniri tanquam
tranſgreſſores huius conſtit. pęna arbitraria, ſecũdum Bal.
in l.non dubium.in 1.colum. C.de legi.& Anto.de But. ex
tra, de maio.& obe.capit. 2.& Abb.Sic.in cap.nam concu-
piſcentiam.de conſtit. In gl. unica, uide iſtam glo. quia ſum
mat iſtam conſti. cum tribus ſequentibus.

ANNOTATIONES.

a De iudi.] adde multa ſimilia, in quibus de modicis non eſt curandam, per Corſettum in tract. de minimis.

b Duo caſtra] Firmat Afflic. hic, vt vides, quòd homini particulari de aliqua vniuerſitate, quæ habet communionem paſcendi cum alia vni uerſitate, non competit ius, ſeu facultas agendi contra illam vniuerſi tatem, non permittentem paſcere animalia ſua, & ſic communionẽ denegãtem, quia ius cõmunionis competit nõ particularibus, ſed to ti vniuerſitati, & illud quod eſt vniuerſitatis, non eſt ſingulorum, allc. Barto.in l.1.§.ſi.ff.de colleg.illic. & ſic nouam hanc difficultatem vni ca ratione decidit. Pro qua deciſione facit optima deciſio, nã accidit

aliquam

aliquando de bonis monaſterij ſiunt portiones inter ſingulos monacos de illo monaſterio.c.inſinuaſte.qui cleri. vel vo.c.dilecto.de preb. & tamen quilibet monacus particularis ex illo monaſterio nō habet facultatem, ſed ius agendi ad portionem ſibi competentem . ita firmat Barth. Veronen.in tract. de ſerui.ruſti.præd.in titu.de ſerui iu. paſcendi.colū.3.nume 11.alleg.quædam. de quibus ibi per eum. Secundò pro hac determinatione Affl. c.facit, nam ſi alicui vniuerſitati vel collegio ſit relictum, ſeu legatum aliquod, homines illius vniuerſitatis vel collegij poſſūt eſſe teſtes, quia legati & relicti titulus acquirit vniuerſitati ſoli, & non ſingulis.l ſi C.de ſacroſan.eccle. nec alicui de vniuerſitate & collegio competit ius agendi, ſeu petēdi legatū illud, niſi habeat mandatum ad illud petendum ab illo collegio vel vniuerſitate, ita ſingu Bald.in capitu.inſuper.2.not.de teſtib. & eum ibi ſequitur Fel.colum.1 num.12. Ex quibus poteſt inferri ad quæſt. not vt dicamus, quòd quemadmodum non competit ius agendi alicui de vniuerſitate ad legatum petendum, & monaco ad petendum portionem ſibi competentem, ita ius agendi pro communione non debet competere alicui particulari de vniuerſitate abſque mandato vniuerſitatis. Hinc dicimus, quòd illud, quod eſt commune in vniuerſitate, nemo poteſt dicere ſignanter meum eſt. Bald. in not. quæſt. in c.tertio loco colum. 11.de proba & ſequitur Fel.in d.c inſuper. col. 2. facit etiam pro hac opin. Affl. quod vulgò dici ſolet, quòd aliud ſunt ſinguli & aliud vniuerſitas, de quo vide Decium conſ.61. colū. 2.nume.3.& in l.1.nume.24 ff. quod quiſque iur. & per hanc regulam Fel.in cap eam te.colum.18. de reſcri.ponit notem ſingu. deciſ. & in cap.dilectus.colum 2.verſic.in eadem glo.in fi de ſimo & in cap. cauſam quę.nume.7. de re iudi. Non omitto tamen quod hæc opin. Affl. aliquando apud me fuit dubitabilis, quia communio, quam præſupponit hic Affl. concernebat proprium intereſſe particulariū, poterant enim homines vtriuſque villæ paſcere eorum animalia in paſcuis communibus, quo ſtante videbatur poſſe dici iſti particulari, cui per vniuerſitatem denegabatur ius communionis, competere ius & facultatem ad agendum ſaltem ratione proprij intereſſe, reſpectu cuius hæc lis propria dici poteſt, per ea quæ no. Bart.in l.in tantum. ff.de rerum diuiſ.vbi dicit, quod ſi donatio facta fratribus minoribus alicuius monaſterij pro emenda veſte cuiuslibet, reuocatur in dubiū non poterunt fratres eſſe teſtes, quia tractatur de proprio intereſſe, & dicitur cauſa eorum propria. Io.And.& Pau.de Leaz.in cap.cum nuntius.de teſtib.& ſequitur Fel. in dicto cap.inſuper. de teſtib. col. 2 nume. 6. & proprie in q. Affl. ſi eſſet quæſtio inter duo caſtra in communione.particularis non poſſet eſſe teſtis, quia ſentit illud commodum paſcendi ſua animalia ex hac communione, propter quod poteſt dici cauſa propria. l. 1. §. in propria. quando appellan.ſit. ita Bald.in l.parentes. in fi. in verſi. quæro hic. C. de teſtib. ſi ergo huic particulari eſt interdictum teſtimonium tanquam in cauſa propria ratione intereſſe, vt ſuprà, non video cur eidem nō ſit permiſſum poſſe agere contra vniuerſitatem prohibentem animalia ſua paſcere ratione communionis tanquam in cauſa propria, facit text in l.tertia. §.fi.ff.de popul.actio. quem allegat pro hac parte Affl. hic, & non reſpondet, & procedit hæc opi.contra Affl. cōcurrentibus duobus primo quando vniuerſitas, quæ habet ius paſcendi in territorio alterius, non habebat animalia, ſed ſinguli de vniuerſitate mittunt ſua propria ad paſcendum, quo caſu cōmunione tangit ſingulos, vt ſingulos, & dicitur cauſa propria, argu.eorum quæ not. Affl. in deciſio. 400.colum.3.nume.5. Secundo quando vniuerſitas, quæ habet communionem nollet adiuuare hūc particularem, ſed taceret, quia fraus & dolus ipſius vniuerſitatis non debet obeſſe huic particulari per iura vulgaria.& tenendo hanc partem non obſt.deci. Veron.quia ibi illi monaci erant incapaces, vt ipſemet firmat in loco præal.ſecus in q. noſtra, quia hic particularis iam erat capax. Non obſt deciſio. Bald. in cap.inſuper.quia loquitur, quando legatum fuit factum vniuerſitati ſimpliciter, quo caſu legatum illud ponitur in burſa cōmuni, & ſinguli non ſentiunt commodum, ſecus ſi legatum illud eſſet factum illi vniuerſitati pro emenda veſte, vel qualibet alia re ſingulis de vniuerſitate illa, quia tunc poſſet quilibet agere per prædicta. & ꝙ hæc fuerit intentio Bald. patet. quia in eo.met loco, vt ſup. retuli, dixit, ꝙ illi de dicto collegio poſſunt eſſe teſtes in illo legato, quod nō eſſet, ſi ſinguli in illo legato haberent portionem, per not.per Bartol.in d.l. in tantum. dum loquitur de donatione facta monacis pro emenda veſte. & ita videtur Bald. intelligere Fel. ibi in prin.qui vtitur illo dicto Bald. quando loquitur de eo, quod eſt vniuerſitatis & ſinguli nō percipiunt commodum. & hæc reſponſio poteſt adaptari ad l. nulli. ff. quod cuiuſ. vni.nomi. & ad Barto.in l.1 §.ſi. de colle.illici. vt procedant in iis, in quibus ſinguli de vniuerſitate non habent commodum principaliter, vt in caſu noſtro, ſed cauſa eſt mere vniuerſitatis, quia tunc, quod eſt vniuerſitatis ſolius, non poteſt dici quod ſit ſingulorū, quia bona vniuerſi. videntur ſeparata à bonis ſingulorum. declarat Barto.in d.l.ſi parentes.in fi. & ſi diceretur, quòd ſit ſingu. eſſet cōtra dictio, quia hęc inter ſe ſunt contraria. Bald in dicto cap. tertio loco, & refert Fel.in dicto cap inſuper. colum.1.in caſu autem noſtro poteſt dici proprie, quòd ſit cauſa ſingulorum principaliter, quia vniuerſitas, quæ animalia non habet, nullum percipit commodum, communio hæc licet ſit facta ſub nomine collectiuo, ſcilicet vniuerſitatis tamen quia ius conceſſum concernit ſingulorum vtilitatem, dicitur facta ſingulis. Anto.de But. in cap.ſi diligenti.colum. 1.de foro compe. & ſequitur Fel.in cap.cum omnes.colum. 10. in princ.de conſt. & hęc concluſio contra Affl. erit neceſſaria, quando communio hæc eſſet facta de recenti, quo caſu huic particulari non eſſet conſultum aliquo remedio, quia non poſſeſſorio aliquo interdicto, ex quo nunquam fuit in poſſeſſione, ſeu quaſi paſcendi, quod videtur hic Affl. in fi.dum alleg. Abba. nec competeret ius agendi contra vniuerſitatē ratione dictæ communionis, ſecundum Affl. hic, & ſic eſſet deſtitutus omni auxilio legum, quod abſit à ſeculo leges quem deſtituere in totum. Non poſſum negare tamen, quod ex hac concluſione limitaretur l.nulli.ſuprà alle.cap.doceri de reſcrip.& cauſam quæ.el 1.de iudic.cogitet igitur lector pro veritate huius articuli.

SVMMARIVM.

1 *Iudices non debent permittere partes expendere in litibus vltra debitum.*
2 *Commiſſio facta de recipiendo teſtes ſuper principali, non extenditur ad receptionem teſtium ad repulſam.*
3 *Iudex prouidere debet litigantium diſpendiis.*
4 *Diſpendium multis modis capi poteſt.*

ANIMALIA. Dictum fuerat ſuprà, in conſtit.peruenit. de furtis & latrocinijs, ꝙ ſi animalia aliena dederint damnum in vineis, vel ſegetibus, vel in fructibus, vel in poſſeſſionibus, licitum erit domino illius ſoli capere animalia, & non retinere, ſed debet aſsignare iuſtitiario prouinciæ, vt ſibi faciat damnum datum emendare à domino animalium. Hic dicitur, ꝙ hoc eſt diſpendium domini ſoli qui paſſus eſt damnum, quia interdū iuſtitiarius eſt in remotis partibus ſuæ prouincię, & propter modicum fortè damnum habet dominus ſoli circuire prouinciam, et inuenire iuſtitiarium, & expendere per hoſpitia. Et propterea ordinat, ꝙ ſufficit ipſa animalia capta aſsignare baiulo loci vt per eum fiat emēda de damnis datis per dicta animalia h.d.& quæ dixi in ſupradicta conſtitut.peruenit.hic repete.
1 †No.iſtam conſtit.ad inſtructionem iudicum, vt nō permittant partes expendere in litibus vltra debitum, de quo litigantur, ſicut facit hic Imperator, prouidendo diſpēdijs ſubditorum, remouendo cauſam à vero iudice ad inferiorem, vt euitet partis diſpendium. bene hoc probat text. in l.cum poſt ſententiam.C.de appellat.& no.in c.finem liti.de do.& contum. ſicut etiam facit Imperator in l.mediterraneę. C.de anno. & tribu.lib.19.Faciunt ad hoc multa ſimilia, quæ allegat ad hoc Ange.& poſt eum Ioan.de Platea in d. l. mediteraneę . quibus addo gloſſ. & ibi Philipp. in capit.de appellatio.extrà, de appellatio. ubi pro hac al-
2 legat tex. in l. ſi ſeruo.ff.de pigno.actio. † Et ex his infero, quod licèt is, cui committitur, quòd recipiat teſtes ſuper principali, nō poteſt recipere teſtes ad repulſam, quia hoc non videtur ſibi commiſſum, ex quo non eſt de appendicijs primæ commiſsionis, vt dicit Specu.in titu.de teſte.§. qualiter.verſ.ſed quare, & firmat Iaſon in l.2.ff.de iuriſdi. om.iud. Pet.de Ancha.in c.pręſentium.§.teſtes.de teſti. li. 6.tamen iudex, ſi vult, poteſt committere receptionem teſtium in cauſa repulſę illi, cui fuit commiſſa receptio teſtium in cauſa principali, per text. & ibi Doct.in ca.licèt. lo 3.de teſti. Et hoc procedit de iure communi, ſed in hoc regno nunquam committitur audientia teſtiū in cauſa repulſæ, vt dicit glo. ſuprà in conſtitut. in pecuniariis.bene tamen credo, quòd ſi cauſa nō ſit ardua, iudex, vt parcatur expenſis, ſi videt, quòd facilius & commodius fieret dicta repulſa in loco, vbi commiſſa fuit receptio teſtium in principali, eidem commiſſario debet committere receptionem teſtium in cauſa repulſæ per iſtam conſtitut. quæ dicit,
3 †quòd iudex debet prouidere diſpendijs litigantium. facit id, quod dicebat Franc.de Are.in ca.de teſtib.in 2. colum. de teſtib. quòd in diſpoſitione hominis vno conceſſo veniunt non ſolum ea, ſine quibus reparari non poteſt. Sed etiam ea, cum quibus facilius, & commodius expeditur, allegat duos text.videlicet l.pe.ff. de vſufru.& l.1.§.ſi ei quē, in ti.ff.de inſtitoria. ſed cōtra hoc dictum domi.Fran.multum obſtat id, quod dicit Pet.de Ancha. in dicto cap.præſentiū.§.teſtes.vbi dicit, ꝙ licèt delegatus poſsit illa, ſine ꝗbus negotiū expediri non pōt tñ non pōt illa, per quę facilius

lius expediretur, ex quo non includitur in mandato. ideo
cogita ſuper hoc vltimo, & gloſſ. in dicta conſtitut. in pe-
cuniarijs. Secundò no.ex text.ibi,cum diſpendium,illud,
quod not. gloſſ. fin. in capitu. quod nonnullis. de priuile.
quòd occaſione iuris ad iniquum diſpendium quis trahi
4 non deberet,concor.ſunt ibi in gloſſ. † Et poteſt capi hic di
ſpendium non ſolum pro damno expenſarum, ſed etiam
pro longo & inutili circuitu,vt hic dicitur,circuire. Idem
dicit gloſſ. in capitu. diſpendia. de reſcr. lib. 6. & ibi vide
Arch.qui multis modis hoc exponit. & vide in cle.diſpen-
dioſam.de iudi.& Lucam de Penna in l.fin.in ver. diſpen-
dium.de bo.vacan.lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ſecundum culpæ qualitatem eſt imponenda.*
2 *Succeſſor in regno pœnam per prædeceſſorem impoſitam moderari poteſt.*
3 *Simplum ſemper in duplo,triplo vel quadruplo computatur.*

V T DELICTI FINES. Secundum
qualitatem culpę eſt imponenda pœna.
Rex Rogerius in conſtitu.cum per par-
tes Apuliæ. impoſuit nimis exceſsiuam
pœnam,videlicet mortis, & publicatio-
nis omnium bonorum dominis territo-
riorum ſuorum capientibus, & detinentibus animalia
aliena in eorum territorijs, & exigentibus in caſu non per
miſſo a cuſtodibus, uel dominis animalium, & vltra ſidam
non debitam, vt dicitur in ſupradicta conſtitu. cum per
partes Apuliæ. Et ideo hic Imperator Fede. tollit dictam
pœnam, & loco eius ſubrogat pœnam quadrupli regio fi-
ſco ſoluendam vnà cum reſtitutione domino animalium
1 eius,quod indebitè exactum eſt ab eo.h.d. † No. 1.ex text.
quòd ſecundum qualitatem culpæ debet pœna imponi,
& ſic pœna non debet excedere delictum, vt hic.Idem no.
in capitu.latores.de cle.exc.mi. & in cap.cum inhibitio. §.
ſi de clande.deſpon.cum ſim. alleg. per Fel.1.diſtin. ca. ius
naturale in 4.colum.In contrarium facit,quia pęna debet
illa imponi,quæ magis timetur,vt in cap quoniam frequē
ter.in ſi.extra,vt lite non conte.Solutio.dicta pœna mortis
cum publicatione bonorum ideo fuit ſublata propter mul
titudinem delinquentium,vt not.in dicto capit.latores. &
Barto.in l.ſi in rixa.ff.de ſica.& in l.ſi plures.ff.arb.ſur.cæ-
ſa.Inde dicimus.

Ob populum multum,crimen pertranſit inultum.

Vt no.in capit. 2.de temp.ord.Saly.in l.1.C.de ſediti.Ioan.
Andr. in cap.grauem.de ſent.exc.Alb.de Roſ.in l. metum.
§.animaduertendum. ff.quod metus cauſa. Ioan.de Platea
in l.tam collatores.§.vt autem. C. de re mili.li.12. vel ideo
fuit ſublata,quia non erat conueniens delicto tranſgreſsio
nis dictæ conſtitut.quia pœna debet proportionari culpę,
vt l.ſancimus.C.de pœn.ſecundum And.hic. & bene facit
Deuterono. ca.25.vbi ſecundum quantitatem peccati erit
& plagarum modus.Idem dicit And.ſuprà in 1.lib. in con
ſtitut.nihil veterum, & ſuprà in conſtitut. pęnam eorum.
vlti.colum.Et propterea dicebat Bald.in authentic.omnes
peregrini.vlti.colum.C. com.de ſucce:quòd qualitas pœ-
2 nę debet eſſe ſecundum qualitatem culpæ. † Secundò not.
ex text. quòd ſucceſſor in regno poteſt moderari pœnam
poſitam in conſtitu.ſui prædeceſſoris.faciunt no. ad hoc l.
digna uox.cum cõcordan.ſuis.C.de legi. Tertiò no.ex tex.
quod ubi conſtitut. imponit pœnam mortis cum publica
tione bonorum, illa pœna mortis poteſt commutari in pę
nam pecuniariam per ſtatutū ſuperioris.de hoc dic,vt di-
xi in pręludijs.in 7.q.Quarto not.quòd conſtitu. cum per
partes Apuliæ,imponebat pœnam amiſsionis perſonę,hic
dicit,quòd pœna amiſsionis perſonæ dicitur capitalis pę-
na.alibi dicit text. vitam amittere.in authenti. de armis.§.
3 hoc enim facto. † Quintò not. ex text.ibi, ita videlicet, vt
dominus ſic iniuſtè exacta reſtituat, & ſolidum quadru-
plum curiæ noſtræ componat.quòd licet regulariter, vbi
lex,vel ſtatutum facit mētionem de pœna dupli,tripli, vel
quadrupli,ſemper in illo computatur ſimplum, & ſic non
totū eſt pœna,tamen quando lex,uel ſtatutum expreſsè vl
tra duplum,uel vltra triplum,uel vltra quadruplum dicit,
quòd ſoluatur parti ſimplum,& quadruplum curiæ,tunc
non habet locum dicta regula,text.eſt not.in l.ex hoc edi-
cto.§.ſi.ff.de pub.& ibi per Barto.& Pau.de Caſt.qui alle-
gat ad hoc C. de ſponſa.l. fina.facit l.2. C.pœ.fiſca.lib. 10.
& ibi per Barto.& in l.ſanctio legum,& ibi vide apoſt. Ale
xand. ff. de pœnis. Ioan. de Imo. in rub. ff.de pub.iudi. &
Bald.in cap.1.§.ſi duo,de pa.te.penulti. colum. Ange. in l.
cum exceptio.§.quadruplatur.ff. quod met. cauſa. & vide
Specul.in titu.de empt.& uendit.§.ſciendum.ver.ſatis er-
go.& ver.ſed quid ecce.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſitas multa illicita facit licita cenſeri.*
2 *Rex conſuetudinem localem extendere poteſt, & de ea legem generalem in regno facere.*
3 *Viandantes intrans alicuius comedere poteſt de fructibus, ſed nil deferat ad hoſpitium ſuum.*

S I QVANDO. Iſta conſtitut.addit ad
conſtitut.ſuprà,cum per partes Apuliæ.
vbi dicebatur, quòd per vnam diem, vel
vnam noctem poſſunt animalia tranſeun
tia de vna contrata in aliam paſcua ſua
ſumere, in terris alienis, ſi non dederint
damnum in frugibus. Hic dicitur.quòd quando tranſiens
per viam cum equis, vel alijs animalibus oneratis fatiga-
tis ex itinere, & non habet unde poſsit confortare anima-
lia prædicta, ut non pereant, neceſsitate cogente, poteſt
immittere in ſegetem alienam animal, vt pedes anteriores
tantum teneat in loco ſegetis, vt ſumat paſcua, poſterio-
res pedes teneat in uia, uel in loco non laborato, non ta-
men aliquid de illo agro aſportet.h.d. Bene tamen tex. iſte
corrigit text.in capitu. 1.§. fin.de pa.te.ubi dicit, quòd po-
teſt quis equum ſuum,quo equitat, paſcere in ſepe prope
viam, vel ad arborem pendentem ſupra uiam, & frondes
& fraſcas arborum prope uiam incidere pro confortandis
animalibus,dummodo non faciat damnum, hic datur ma
ior licentia,vt ſuprà dictum eſt.Et ſic patet,quòd in modi
co rex grauat ſubditos propter neceſsitatem. idem ſuprà,
in conſtitut. cum per partes Apuliæ. & ibi dictum fuit.
1 †No.1.ex tex.ibi,neceſsitate cogente. quòd multa permit-
tuntur propter neceſsitatem, quæ alias denegarentur, ut
hic.tempore enim neceſsitatis omnia ſunt communia, nā
& diſcipuli Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei et hominis
omnipotentis cõmedebant propter neceſsitatem famis de
ſpicis frumenti alieni,ut patet de conſecra.diſt.5.ca.diſci-
pulos.concordat ca.ſi quis.extrà,de fur.ubi dicit glo.quòd
tempore neceſsitatis omnia ſunt communia.et ad hoc alle
gat multa iura, nam propter neceſsitatem famis pater po-
teſt uendere filium,ut in l.2.C.de pat.qui fil.diſtr. Bald.in
l. qui filios.C.quę res pi.obli poſ.niſi filius eſſet ſacerdos,
ut dicunt Hoſt.et alij in ca.indecorum.de æta.et quali. Et
quòd in multis neceſsitatibus iura deferunt,uide per Alb.
de Ro.in l.1.in fi.ff. de ol.conſu.et Spe.in opere aureo, in
rub.de excuſa.et ſuprà in conſtit.aſcriptitios.And.in con-
ſtitut.ſancimus.in 1.colum. ſub rub. 19. huius tertij libri
et in conſtit.uſurariorum.in 15.no.Pręposi.in ca. non de-
bet.de conſan.et affi.Bar.in l. 1. C.de naufra. lib.11. et ali-
bi dixit Bald.in l. apud eloquentiſsimum. C. de fi. inſtru.
quòd neceſsitas facit probabile, quod alias nõ eſt probabi
le,allegat tria iura.Idem Bald.in l.3.C.unde ui.Iaſ.in l.1. in
5.cliar.in 5.no.ff.de offi.eius cui mand.eſt iur.Feli. in cap.
cum acceſsiſſent.colum.8.uerſic.3.reſtringitur dictum.de
conſtitut.et cap.querelam.colum.5.uerſi.in glo.in uerbo,
2 neceſsitate.de iureiur.†Secundò no.ex tex.ibi,ut in aliqui-
bus.q

bus. quòd rex poteſt conſuetudinem ſpecialem vnius loci extendere, & de ea legem generalem in ſuo regno concedere, & ſic dicta conſuetudo ſpecialis in certo loco in toto regno ſeruabitur ex diſpoſitione regia, qui poteſt in ſuo regno leges condere, vt dictum fuit ſup. in præludijs. & Andr. in 1. lib. in fi. in conſti. quæ incipit, priuilegia. per l. digna vox. C. de leg. Tertiò no. ex tex. ibi, nihil ad hoſpi-
3 tium ſuum afferat. † quòd intrans viridarium alicuius poteſt comedere de fructibus, dummodo nihil de eis ad hoſpitium ſuum deferat ſine voluntate domini, alias committit furtum, vt dicit Ioan. de Ana. in d. capit. ſi quis. de fur. Si enim fructus maturi furentur à viridario, vel à territorio domini, competit act. in furti. ſi verò furentur fructus non maturi, tunc competit actio legis aquiliæ, vt emendetur damnum. ita dicit Io. de Platea. in inſti. de obliga. quæ ex deli. naſ. §. furtorum. Et tene menti iſtum tex. quòd animalia, quæ onerantur, ſunt confortanda in itinere, ſicut homines. Quidam infirmus ditiſsimus iam deſperatus à medicis, dum ſibi dicebatur, quòd vellet confiteri, & recipere viaticum, alta voce clamauit, confortetis me confortiis, quia viaticum potero poſtea ſumere.

De noua militia. Rubrica. XXXVIII.

POTERIT ſic continuari. dictum fuit in tit. præcedenti, quòd ille, qui paſſus eſt damnum in poſſeſsionibus ſuis ab animalibus alienis poteſt animalia capere & aſsignare baiulo loci, vt ſibi damnum emendetur ſecundum iuſtitiam, verum quia baiuli, qui ſunt iudices, qui habent iudicare, & notarij interdum eligebantur ad eorum officium viles perſonæ, ſicut ſunt ſpurij, villani, aut angarij, quod non erat benefactum, vt illi, qui habent dignitatem, ſint vilis conditionis. Ideo ſuper hoc primò prouidit Roge. per conſtit. diuinæ iuſtitiæ. poſtea prouidit Imperator Fed. per cōſtit. conſtitutione præſenti. in quibus prouiſionibus etiam ſtatuerunt, quòd milites de militari genere conſtituantur, vel de licentia, & mandato regio fiat miles, cum hoc, quòd viuat militari more. ideo ponitur hęc rubri. Et adde ad hāc materiam ea, quæ ſcripſi ſuprà in 2. lib. in conſtitu. quę incipit proſequentes. ſub rub. 31. Et ibi dixi etiam, quæ dicatur vtilis, & humilis perſona.

SVMMARIVM.

1 *Boni non debent exaſperari, ſi obedientes ſint.*
2 *Doctores nouelli ſicut & milites reſpuendi.*
3 *Beatitudo pacis quæ ſit, & in quo conſiſtat.*
4 *Filius præſumitur bonus de bono patre natus.*
5 *Perſona vilis nec iudex, nec notarius eſſe debet.*
6 *Miles nullus effici poteſt ſine ſpeciali principis authoritate.*
7 *Filius natus ex patre vili & matre nobili an debeat à dignitate repelli.*
8 *Filius in duobus caſibus matris ſequitur conditionem.*

DIVINAE IVSTITIAE. Non poteſt quis militare, quando non eſt de genere militum ex parte patris. Item homines vilis conditionis prohibentur, ne ſint iudices, vel notarij. h. d. ſecundum Andr. de Iſer hic. Vel ſic, quod bonum eſt, approbandum eſt, & quod malum eſt, reſpuendum eſt. Item boni non ſunt exaſperandi, & mali non ſunt beneficio ſouendi, quòd hoc ad iuſtitiam pertinet. Et poſtea ponitur edictum, vt nullus arripiat nouam militiam, niſi ſit de genere militum, & homines vilis conditionis non aſſuman-
1 tur ad officia publica. hoc dicit. † Not. 1. ex text. quòd boni non ſunt exaſperandi, quando ſunt obedientes præceptis dominicis, vt dicitur Thren. 3. capit. bonum eſt viro, cum portauerit iugum domini ab adoleſcentia ſua. Et quia facit opus pietatis, vt dicitur in Euangelio Matth. 12. capitu. bonus homo profert de theſauro ſuo noua & vetera. & in Prouerb. 11. capitu. benefacit animæ ſuæ vir miſericors. & Prophe. Michæas 6. cap. indicabo tibi, homo, quid ſit bonum, & quid dominus requirat à te, vtroque facere miſericordiam. Illi ſunt, qui abundauerunt diuitijs, in bonitate tua magna, dicit Propheta Michæas 9. capitu. Si ergo mali non ſunt beneficio fouendi, ergo à cōtrario ſenſu boni non ſolum non ſunt exaſperandi, ſed ſunt beneficio fouendi. & ideo dicitur in Eccle. 12. capit. ſi benefeceris, ſcito tibi bene, & erit gratia in bonis tuis multa. & ibidem.
2 benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam. † No. 2. ex text. ibi, nouam militiam. quòd ſicut nouelli milites, qui non ſunt de progenie militum ex linea paterna ſecundum glo. & Andr. hic ſunt reſpuendi à militari exercitio, ita nouelli docto. qui non ſunt filij doctorum non ſunt aſſumendi ad officia publica magna, vt puta, ad iudicandum in magna curia vicariæ, vbi aguntur cauſæ meri & miſti imperij, feudalium quaternatorum. In iſtis nanque officijs ſeniores, & non iuuenes ſunt eligendi, quia dicitur in Ecclesi. 36. capitu. quàm ſpecioſum canitiæ iudicium. Ideo Dominus pręcepit Moysi Exo. 3. capitu. voca ſeniores ad conſilium. & Nu. 10. capit. congrega de ſenioribus. & Ambro. i Hexameron, prima Homilia, ſenectus eſt in conſilijs melior, nam legitur 3. lib. Regum. capitu. 12. quòd Roboam, qui dereliqui conſilium ſenum, adhærens conſilio iuuenum, à populo derelictus fuit. legimus enim de Alexandro, ꝙ cum ad periculoſum bellum exercitum deligeret, non iuuenes robuſtos, nec primum florem ætatis, ſed ueteranos milites pleroſque emeritos militiæ, qui cum patre, patruoque militauerant, elegit, vt non tam milites quàm magiſtros militiæ putaret. Et vide ad hoc Archi. in capit. Domino ſancto. l. diſtinctio. vbi ponit in ſpecie, in quibus antiqui præferuntur nouis. vide quæ dixi in prælud. in 26. quæſtio. Et dicit Nicol. de Lyra ſuper Iſai. capit. 8. quòd ciuitas Hieroſalem propter malum regimen peſsimè fuit gubernata, quia principes, qui remanſerant, erant iuuenes ætate, & iuniores moribus, ex quo inſurrexerunt diuiſiones, & contentiones multæ, & miſeriæ magnæ in populo. in negotiis militaribus debet ſtari iudicio militum, in negotio iuris iudicio doctorum.
3 Alber. in l. in ciuilibus. C. de offic. vicarii. † Tertiò not. ex tex. ibi, beatitudinem pacis, quòd pacis beatitudo non conſiſtit, quando pax acquiſita eſt ſolicita prouidentia Imperatoris, aut manu militari quæſita, quia in ea pace nulla noſtra uirtus eſt, ſed euentus eſt. & pro hoc facit id, quod dixit Andr. ſuprà, in conſtitut. ſæpe contingit. ubi allegat Machabeo. 3. capit. non eſt uictoria in multitudine exercitus. & allego etiam Vegetium lib. 3. ad hoc, ſed illa eſt pax beata, quando non turbatur cor noſtrum, neque exagitatur animus. Inde Apoſtolus ad Philip. 3. capitu. & pax Dei, quæ exuberat omnem ſenſum, cuſtodiat corda ueſtra, & intelligentias ueſtras, in Chriſto Ieſu. fructus enim pacis eſt, non turbari in pectore, denique uita iuſti quieta eſt, iniuſtus autē plenus eſt inquietudinis & perturbationis &c. hæc ſunt uerba diui Ambroſij in libro de
4 uita beata. Iacob. capitu. ſexto. † Quartò not. ex text. ibi, militari genere. quòd præſumitur filius bonus, ſi de bono patre ſit natus, & ſic ecōtra, præſumitur uitioſus filius, ſi de uitioſis parentibus natus ſit. pro hoc facit l. quiſquis. C. ad l. Iuliam maie. bonus eſt text. & ibi gloſ. in l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edic. ubi dicit gloſſ. quòd ſæpe ſolet filius eſſe ſimilis patri, & illud Euange. Matth. 7. capit. non poteſt mala arbor bonum fructum facere. Idem Hoſt. in ſum. de elec. §. qui eligi. & §. & eſt ſciendum. Filiis enim exempla maiorum ſuorum nocent, ut not. in l. ſi cohortalis. C. de coborta. lib. 12. nocet enim filio incontinentia patris, quia dicitur ſpurius, de quo per Lucam de Penna in l. fi. in uerſic. ſucceſſores C. de his qui ſponte mune. ſuſci. lib. 10. Sed illud Euangelii intelligitur ſic ſecundum

dùm beatum Ambro. in ſermo.9.ſuper verſi.illius Pſalm.
bonus es tu Domine, quòd Deus eſt arbor bona, quæ facit
bonos fructus, qui ſunt Angeli, & homines ſancti, qui
naſcuntur in terris, fructus eius ſunt virtutes hominum
5 &c. † Quintò & vltimò not. ex fin. huius text. quòd viles
perſonæ non debent eſſe nec iudices, nec notarij. concor-
dat text. infrà, in conſtitut. ſequenti, ubi dicitur, qui dican-
tur humiles, & viles perſonæ, dixi ſuprà, in conſtitut. proſe
quentes. non enim quis debet egredi terminos ſuos, & al-
tiue aſpirare, quàm conditio ſua patiatur, ſed intra ſuam de
bet manere fortunam. multo plures concordantias ad hoc
allegat Ioan. de Platea in dicta l. ſi cohortalis. quam allegat
glo. pen. in conſtitut. ſequens. ne honor dignitatis & mili-
tiæ eorum contagione polluatur, & ſic ratione vtilitatis of-
ficij prohibentur, vt dicit ibi text. quod facit contra cer-
tos Doct. nouos ex partibus cerdonibus, & artificibus, qui
ſe vileſcunt, & accedunt in domibus clientulorum, & ſic
ſubtrahunt famolis & nobilibus Docto. aduocationem, cõ
tra quos multum facit dicta l. cohortalis, ſecùdùm Ioan. de
6 Platea ibi. In gloſſ. 1. not. iſtam glo. quòd † nullus poteſt
fieri miles ſine ſpeciali principis auctoritate, gloſſ. allegat
C. de re mili. lib. 12. & non allegat legem, tu dic, quod eſt
l. neminem. & pro hoc eſt text. expreſſus ſuprà in conſtitu.
proxima ſequenti. ibi, ſine manſuetudinis noſtræ licentia,
& mandato. Et princeps non debet facere aliquem mili-
tem, qui ſit de genere vilium perſonarum, ut in authen. de
man. prin. §. fin. bene tamen poteſt diſpenſare, ſi vult, quia
hoc eſt de iure poſitiuo. milites enim proni ſunt ad op-
preſſionem pauperis, ad falſi criminis impoſitionem, &
non contentantur proprijs diſpendijs, dicit Nic. de Lira ſu
per Euangelio Lucæ 3. capitu. deinde gloſſ. quærit de ratio-
ne, quare prohibentur viles perſonæ habere dignitatem?
Dicit, quòd ratio eſt illa, quæ eſt poſita in dicta l. cohorta-
lis. quam dixi ſuprà in 5. not. In gloſſ. 2. quæ eſt fin. ibi, ex
7 parte patris. † Quæro, quid ſi filius natus eſt ex linea pa-
terna uili & humili, mater verò eſt nobilis, & ex genere no
bilium, vtrum filius repellatur à dignitate? Gloſ. & And.
hic videntur dicere, quòd repellitur à dignitate, quia ſe-
quitur conditionem patris, vt in l. liberorum. ff. de ſena. l.
2. C. de digni. lib. 12. & pro hoc facit capit. 2. de conuer. in
fide & l. eos. & l. ullus. C. de decur. lib. 10. & l. cum legiti-
mè. ff. de ſtatu ho. bene facit id, quod dixit Bart. in l. exem-
plo. C. de decur. lib. 10. quòd reſcriptum principis ſpecia-
liter conceſſum, vt quis ſequatur conditionem matris, non
valet. ſed contra d. capit. Raynutius. de teſta. vbi filius ibi
denominatur a matre. dicit Bald. ibi, quòd in partibus il-
lis fuit conſuetudo, quòd filij matris nobilis denominaren
tur à matre, & non à patre ignobili. Sed contra Bald. fa-
cit text. in dicta l. exemplo. ubi reprobetur talis conſuetu-
do, vt dicit Andr. Barba. in dicto capitu. Raynutius. in 4.
8 colum. & eum ibi vide, † vbi ponit duos caſus, in quibus
filius ſequitur conditionem matris. Et inquantum dixi,
quòd reſcriptum ſpeciale non ualet, quòd filius ſequatur
conditionem matris. Fallit, niſi ſit appoſita clauſula ex
certa ſcientia ſecundùm And. ſuprà in conſtitu. dignum. in
præſenti 3. lib. & vide quæ ibi dixi de iſta clauſula. Vltimò
glo. dicit, quæ requirantur in milite, vt gaudeat priuilegio
militari, & remittit ſe ad glo. ex quibus cau. ma. l. pen. vi-
de quæ dixi in dicta conſtitu. proſequentes.

SVMMARIVM.

1 *Militia ſimplex eſt dignitas in genere ſumpta.*
2 *Miles effici nemo poteſt abſque regis licentia.*
Iudex aut notarius eſſe non debet homo vilis conditionis.
3 *Spurius vel naturalis an poſſit doctorari.*
4 *Doctoratus an ſit dignitas.*
5 *Notarius eſſe non poteſt, qui illegitimè natus eſt.*
6 *Plebeii non debent honore nobilium decurionum fungi.*
7 *Iudicatura quare vilibus perſonis non ſit committenda.*

CONSTITVTIONE Præſenti.
Nullus debet aſpirare ad honorem mi-
litarem, niſi duobus concurrentibus, vi-
delicet quod ſit de genere militum, &
cum licentia, & mandato regio hoc edi-
ctum non trahitur milites præteritos
factos, qui non fuerunt de genere militum, nec facti fue-
runt milites de mandato regio, dummodo dicti milites
præteriti viuant more militari, prout in conſtitutio. pro-
ſequentes dictum fuit. item præſenti edicto ſtatuimus, vt
nullus admittatur ad iudicatus, vel notoriatus officium,
qui ſit uilis conditionis, puta villanus, aut angarius, aut
1 filij clericorum, aut ſpurij. hoc dicit. † Not. 1. ex text. ibi
militarem honorem. & infrà dicit, dignitatem. quòd ſim-
plex militia eſt dignitas in genere ſumpta ad idem text. ſu-
prà in conſtitut. vt dignitatem gradus. ibi, militiæ dignita-
tis. licet gloſſ. in l. vnica. C. de equeſt. dignit. libro 12. di-
cat, quod ſimplex militia non ſit dignitas numerata inter
gradus dignitatis, de quibus in l. fina. C. de decur. tamen
eſt dignitas in genere ſumpta, vt dicit Io. de Pla. in dicta l.
unica. & in l. 1. C. de digni. lib. 12. ſed militia cum præpoſi-
tura, ut ſunt capitanei, ſiue caporales equeſtres, vel pede-
ſtres habentes ſub ſe viros militantes, bene eſt dignitas, vt
probat text. in dicta l. unica. Qui autem ſint militares vi-
ri, uide Andr. ſuprà, in conſtitut. vt vniuerſis. & illi milites
qui habent milites ſub ſe, illi dicuntur equeſtres milites
cum dignitate, vt infrà in conſtitu. milites diſſolutè viuen-
tium. Et ideo dicendum eſt, quòd ſi miles habeat ſub ſe
grandem exercitium militum, iſte dicitur habere maiorem
dignitatem, quia gloria regis eſt in lata gente, & in di-
minutione plebis contriſtatio principis. prouerbiorum ca.
26. 1. quæſtio. 4. item petitio. §. item Dauid. & ſic illuſtris
dominus Ferdinan. Conſaluus de Corduba vicerex in hoc
regno propter magnitudinem militum exercitus, in quo
erat præpoſitus per catholicum regem, & propter acu-
mẽ ſui intellectus aſſumpſit nomen magis capitanei regis,
cuius geſta magnifica ſcripſit elegantiſſimo ſtylo dom. Pet.
de Granina canonicus Neap. maximus poeta & orator no-
2 ſtra tempeſtate. Not. † 2. text. ibi, noſtri licentia. quòd nul-
lus poteſt effici miles ſine licentia regis, tamen filius regis
poteſt facere militem. ſed qui militiam à rege ſuſcepit, ma-
gis eſt honorandus, quàm ille, qui recipit ab inferiore,
vt dicit Lucas de Penna in dicta l. unica ar. ff. de albo ſcrib.
l. fina. & de conſe. diſt. 2. capitu. vlti. de maio. & obe. capitu.
per tuas. quia alia eſt claritas ſolis, alia lunę, ut per Lucam
in dicta l. unica. in fin. Tertiò not. ex tex ibi, uilis conditio
nis, quòd non debet dari officium iudicatus, uel notariatus
homini uilis conditionis. Qui autem ſint iſti homines ui-
lis conditionis, dixi ſuprà in conſtitut. quę incipit, in locis
demanij. & etiam in conſtitut. proſequentes. & plenè per
Lucam de Penna in l. ſi qua. in uerbo, uilam. C. de ſpecta. li
bro 11. Hic numerantur quatuor ſpecies hominum uilis
conditionis, uidelicet uillani, angarij, filij clericorum, &
ſpurij, & modo quilibet naturalis. Et not. iſtum text. quòd
filii ſpurii, ſeu etiam ſimplices filii naturales nati ex ſoluto
3 & ſoluta non poſſunt eſſe iudices, nec notarii. An † autem
ſpurius uel naturalis poſſit doctorari? Card. Flo. in cle. 2.
in 2. q. in fi. dicit, quòd illegitimè natus non poteſt doctora
ri, ſed de facto non ſeruatur, ſed non quod fit, ſed quod fie-
ri debet, attenditur, ar. l. ſed licet. ff. de offic. præſi. & in l. fin.
ff. de iuſti. & iure. bene tamen in defectum aliorum poteſt
doctorari, vt in l. generaliter. §. ſpurios. ff. de decur. & ff. de
muner. & hono. l. honor. & Car. in proœ. cle. in 2. q. Ideo
dicit Bar. in l. conſt. C. & in l. omnes. C. de decur. lib. 10. quòd
ex quo doctoratus eſt dignitas, & quis efficitur nobilis, vt
in l. indices. & ibi per Bar. C. de digni. hoc firmat Ale. in 1.
uol. conſi. 15. in 8. col. & in conſi. 94. & in 2. uol. conſil. 24.
in 6. colum. quòd infames non poſſunt doctorari, nec iudæi,
nec ſpurii. ſpurii enim ſunt infames, ut dicit Azo in ſum.
C. de infami. & Alexan. in 1. uol. conſi. 66. in 6. col. & dici-
tur turpis perſona, ita quòd eſt inſtituto, competit quere-
la inofficioſi teſtamenti, ut in l. fratris. C. de inof. teſt. Alex.
in 4.

in 4.vol.conſi. 47.2.colũ. & infamibus non datur dignitas.
4 † Quòd autem doctoratus ſit dignitas, patet in ſupradictis iuribus, & in l. 1.C. de preſe. qui in urb. conſtant. lib. 10. & Bald.in 1. conſti.C.§.ideòque. vbi dicit, quòd infamis non poteſt doctorari, tamen in fi. dicit, quòd doctoratus non eſt dignitas, intellige vt ſuprà dixi in 1.not.ſ.quòd non eſt dignitas inter quatuor gradus dignitatis, ſed in genere eſt dignitas, ſicut ſimplex militia, & ſic intellige, quod dicit Barto.in l.ex eo tempore.ff.de teſt.mili. Si tamen de facto iſte illegitimus doctoratur, vbi eſt copia doctorum, minus honoratur, quia omne doct. legitimi & naturales ei præferuntur, quia ſunt de meliori progenie nati, ſecũdùm Bal.in l.nemini. C.de adun.diuer.iud.ſatis ergo vtile eſt filios, cum ſit illegitimę natus, & hoc eſt ex vitio parentum, quod iſto caſu tranſit in filium, ſicut alia vtilitas parentum tranſit in filios. Et filij doctorum legitimi & naturales doctores præferuntur alijs doctoribus. C.de adun. diuer.iud.l. iubemus per Bal. An autem notarius factus doctor teneatur reaſſumere inſtrumenta confecta ante doctoratum, remitto me ad Alex.in 5.vol.conſi. 32. †Quartò no. ex text. quòd viceprotonotarius, ad quem ſpectat inquirere de idoneitate illius, qui petit ſe aſſumi ad officium notariatus, debet inquirere, an ille ſit de legitimo matrimonio natus, quia ſi conſtat, quòd ſit illegitimus, debet dicere, vade, quia iura prohibent, quòd non potes eſſe notarius, vt hic. & multò fortius repellere debet enim, qui eſſet filius clerici, vel ſacerdotis, vt hic. Sic etiam debet repellere clericum, qui peteret ſe admitti ad officium notariatus, ut dicit hic And. per text. ſuprà in conſtitu.inſtrumentorum robur.in fi. An autem clericus factus notarius perdat priuilegium clericatus ſicut clericus, qui contrahit matrimonium, hanc q. tangit Abb.Sic. in c.ſicut.ne cleri.vel mona.ubi plenè de hoc, per cuius dicta poſſem hic dilatare fimbrias, ſed non expedit.
6 †In gloſſ. 2. no. iſtam glo. quòd plebei non debẽt fungi honore nobilium decurionum, allegat. l. honores.§. his qui.ff. de decur. facit ad hoc, quod dixi ſuprà in conſti. præcedenti in 5.no. In glo. 2. dic, vt dixi ſuprà in 1.no. In eadem ibi, & & no. quòd huiuſmodi honor, quòd honor ſimplicis militiæ, quæ venit per accidens, non tranſit niſi uſque ad pronepotem. ad idem gl.in l. 1.C. de digni. per l.diuu Marco. C.de quæſtio. ſecus ſi honor eſt reale, quia tranſit in infinitum, ſicut eſt dignitas reſpectu feudi, comitatus & c. quia tunc in infinitum tranſit in deſcendentes, vt in 1.rũb. feudo.§.cũ verò. cum concor. uoluit Iac.de Aluaro. dum loquitur de nobilitate in c.1.§.1. quis dicatur dux. hodie de conſuetudine nobilitas trãſit in infinitũ in deſcẽdentes. An nobilitas tranſeat ad tranuerſales? Vide Bal.in l.petitionem.C.de aduo. diuer.iud.& limita vt per Fel.io.c.quàm ſit, de iude. Et ſciat quòd Luc.de Pen. in l.ſi cohortalis. ult.col.de cohor.li. 12. dicit, quòd Scalenſes & Rauellenſes libentius de nobilitate contendunt, & nimium extolluntur. & bene dicit, quia deſcenderunt ex patricijs Romanorum, quando erat domina vniuerſorum, vt dicunt chronica. An autem priuilegium ciuitatis cõceſſum fratri meo trãſeat ad me? Vide Ang.in auth.
7 vt liceat matr. & auiæ.§.1.in fi. †In gl. 3.l. iſtam gl. quia dat optimam rationem, quare officium iudicatus nõ debet dari vilibus perſonis, & inter alias rationes ponit iſtam, quia iudices viles de facili timent nobiles & potentes perſonas, quod vitium non eſt in nobili perſona, quę exercet adminiſtrationem officij, & qui nõ reſpicit perſonas, ſed verum & iuſtum iudicium. In gl. pen. ibi l. cohortalis. dic, vt dixi ſuprà, in conſtitu. proxima, in 3.notabili.

De falſarijs. Rubri. XXXIX.

DICTUM eſt ſuprà titu. præcedenti de nouis militibus, qui non ſunt de genere militum, nec facti auctoritate regia, & ſic ſunt falſi milites, ſumpta hac occaſione erit tractandum de alijs falſitatibus, & primò de falſificante literas regias, ideo ponitur hęc rub. de falſarijs.

SVMMARIVM.

1 *Literas regis in aliquo mutans aut falſificans qualiter puniatur.*
2 *Falſificans manum ſecretarii & aliorum regiæ cancellariæ qua feriatur pœna.*
Mutare quid dicatur propriè.
3 *Pronunciatio ſit prius ſuper falſitate allegata, quàm ſuper lite prius inchoata.*
Tortura facilius adhibetur in crimine falſi, quàm in cęteris criminibus.
4 *Suſpicio falſi pro veritate habetur.*
Falſum ex eo coniecturis probatur, vt ad torturam deueniatur.
5 *Literas regis incipiens falſificare an puniatur licet non perfecerit.*
6 *Locus an ſit apponendus in accuſatione falſi priuilegii vel literarum regis.*
Mors naturalis non venit appellatione pœnæ capitalis.
7 *Falſificans literas regis an puniatur morte de iure communi.*

QVI LITERAS. Si quis literas regis mutauerit, aut nouum ſigillum regis falſificauerit, illud apponendo in literis regis capitaliter debet puniri. h. d. vel ſic ſecundum Andr. punitur capite, qui falſificat literas, & ſigillum regis. Quid autẽ ſi raſerit in inſtrumento publico. dicetur in conſtitutio. te-
1 ſtamẽtorum. †Not. generalitatẽ huius literæ. nam dicit, qui literas regis mutat, & ſic radit, & aliud ſcribit in eis, & ſic iſta raſura & ſcriptura fuit facta, poſtquàm literę ſigillatę exierunt de cancellaria, & per conſequẽs literę regię erant perfectę. Et pro hoc bene facit text. in l. Paulus. ff. ad l.cor. de fal. ibi, in ſcripturis publicis deleuerit, eadem pęna affici ſolet, quia non dicuntur literę regię, niſi ſint pfectę & ſic ſigillatę. Sigillum enim eſt illud, quod eſt ſubſtantiale in literis regis, ſecundum. Andræ. in capitulo 1.§.quoniam interdum. de prohi. feu. alie. per Loth. tam in lectura quàm in addi. per l. 2. C. de re. alie. non alie. Et propter generalitatem huius conſtitutio. quæ indiſtinctè loquitur, indiſtinctè & generaliter debet intelligi. l.1. §. generaliter. ff. de leg. pręſtã. l. de pretio. ff. de pub. Et ſic non eſt diſtinguẽdũ, an regię literę falſificatę continebant iuſtitiã, uel gratiam, vt diſtinguũtur doc. in c. ex literis. de fi. inſtru. & in ca. accedens. & in c. fi. de cri. fal. Nec diſtinguitur, an fiat per notarios cancellarię, uel per partem, ut diſtinguit glo. & ibi per doct. in c. licet. de cri. fal. Nec diſtinguitur, an talis falſitas, id eſt, raſio, & mutatio ſit alicui nociua, uel non, prout diſtinguit gl. & Bar. & Sal. i l. damus. C. ad l. cor. de fal. de quo per Alex. in 1. volu. conſi. 70. 6. colum. & conſi. 73. in 3. colum. & per Cy. in l. 1. C. de ſepul. vio. & Alexan. in 3. volum. conſi. 50. in 2. colum. Pau. de Ca. in conſi. 152. & gl. in l. fundum. in fi. ff. de euic. quam allegat Pau. in d. conſi. 152. inci. videtur dicendum. Bartho. Soci. in conſil. 62. inc. in pręſenti conſultatione. Nec diſtinguitur, an modica ſit raſura, vel magna, vel in loco ſubſtantiali, vel non, ut diſtinguit Goffr. de Trano in ſumma, in titu. de cri. fal. & Fely. in c. 2. de reſcrip. & Maria. de Se. in c. fi. de cri. fal. & Io. de Ana. in d. c. accedens. eo. tit. Nec diſtinguitur, an ille, qui fabricauit falſas literas regis, eis vſus fuerit, vel non uſus fuerit, quia fabricando tunc dicitur, quòd uſus eſt l. qui falſos. C. ad legem cor. de fal. hoc declarat Albe. de Ro. in l. quicunque. C. de ſer. fugi. Nec diſtinguitur, an illæ literę falſificatę ſint iuſtę vel iniuſtę, prout diſtinguit Abb. Sic. in c. nſim. de reſcrip.
2 ſubdens, quòd pœna in hoc eſſet moderanda. † Iuxta iſtam conſti. fuit aliàs dubitatum, utrum ille, qui literas regis non mutat, ſed totas ipſe falſificat, quia illas ſcripſit, & manus ſecretarij & aliorum ſecundum ſtylum regiæ cancellarię falſificauit, ſed non fuerunt ſigillatę, ſed non remanſit per eum, utrũ hoc caſu habeat locum pœna huius conſt. Iſtud dubium fuit bene examinatum in deciſionibus meis, deciſ.

21.ideo

c.1.ideo remitto me, ad quę ibi ſcripſi, ne dicam bis idem.
Secũdò quæro, an iſta conſt. habeat locum in mãdante fie
ri raſurã, ſicut in faciẽte, & ſicut in eo, qui mutat, mutare
enim nil aliud eſt, niſi vnam rem in aliam transferre. l. qua-
lem. §. de pluribus. ff. de arb. & in cle. ne romani. in prin. de
elec. Hunc paſſum tangit Bal. in l. tranſigere. in fi. C. de tran
ſac. & Bar. in conſ. 199. quod incipit, Tudertinus. & Bal. in
l. 1. 5. col. C. de ſer. fug. & in l. 1. §. ne autẽ. C. de cad. tollen.
Bar. l. ſi mulier. §. ſi ſeruus. ff. rerũ amo. Albe. de Ro. tangit
iſtud dubium in tertia parte ſtatu. q. 55. & etiam Aret. in
tractatu de maleficijs, in ver. Sempronium mandatorem,
& tetigit hoc ſuprà in conſtit. ſi quis aliquem. ſub rub. 12.
in 1. lib. circa fin. 1. no. Alexan. in 4. volum. conſi. 65. & Ia-
8 ſon in l. ſi quis id quod. ff. de iur. omnium iudi. † Tertiò
quæro: pone, quòd litigatur in iudicio de aliqua re, & pro-
ducitur regium priuilegium, dicitur per alterã partem, ꝙ
ibi eſt facta raſura, & ſic mutatio, verũ ſuper hac falſitate
incidenter allegata debeat prius pronunciari, quàm in
lite primitus inchoata? Reſpondeo, debet pronuntiari
prius ſuper falſitate: vt in l. vbi. C. ad legem Corne. de fal.
regulariter contra, vt in l. 1. C. de ordi. iudic. vide ad hoc
quæ ſcripſi in conſti. ſi ciuiliter agens. & ſcriben. in l. 1. in
fi. C. qui accuſare non poſ. Quartò quæro, quæ ſunt ſpecia
lia in crimine falſi? Domi. de ſancto Gemi. 19. diſtin. ca. in
memoriam. ponit multa ſpecialia. de quibus ibi per eum.
& vide ibi vnam bonam gl. in materia falſitatis, & per Ioa.
de Ana. in rub. de crimi. fal. in 3. colum. vbi ponit quatuor
ſpecialia. Et ſcias, quòd in delicto falſitatis, quod eſt deli-
ctum, quòd occultè committitur, iudex habet eſſe facilior,
& pronior ad torturam, ſecundum Bal. in l. 3. C. de epiſco.
audien. conſiderata tamẽ qualitate perſonarum, vt infrà in
cõſti. qualitas, & in eo debet fieri acerrima indagatio, vt in
4 l. vbi. C. ad legem Cor. de fal. † Item ſuſcipio falſi pro veri-
tate habetur. niſi ille, qui eſt ſuſpectus de falſitate, probet
veritatem, ſecundum Domi. in dicto c. in memoriam. alle-
gat. l. iubemus. C. de proba. Idem Alexã. in 3. vol. conſi. 62.
incipiente, in cauſa accuſationis. in 3. col. & Lucas de Pen.
in l. fi. C. de bo. vacã. li. 10. quod intellige quò ad capturam
prout dicit tex. in l. iubemus. C. de proba. & firmat Philip.
Decius in conſil. 175. incipiente, in cauſa falſitatis, non
autem quantum ad condemnationem, quia tunc requiri-
tur concludens probatio, vt dicit Bald. in l. iuriſgentium. §.
quod ferè. & ibi gloſſ. ff. de pac. & in l. imperator. 4. colũ. ff.
de ſta. ho. Archi. & Domi. 19. diſtin. cap. in memoriam, &
Alex. in 1. vol. conſi. 70. incipien. viſo proceſſu inquiſitio-
nis. in 2. colũ. Falſum enim probatur ex coniecturis, vt poſ
ſit ad torturam deueniri, vt in l. ſatis apertè. C. ad legẽ Cor
ne. de fal. & in §. quod ſæpe. in authen. de trien. & ſemiſ.
Docto. in cap. inter dilectos. de fi. inſtru. & Bald. in leg. con
tractus. C. eod. tit. Et tunc poterit ſuſpectum incarcerare,
ſecũdum Andre. hic, & poterit ad regem mittere, vt in c. 2.
5 in fin. de reſcrip. † Quintò quæro, quidam incœpit facere
falſas literas regis, ſed nõ perficit, an puniatur lege Cor. de
falſis? Lucas de Penna in l. prima. C. vt nemo ad ſuum pa-
tro. ſuſcip. & c. lib. 11. tangit. q. de notario, qui incœpit face
re falſum inſtrumentũ ſyndicatus, & nõ perfecit, an puni-
ri debeat l. Cornelia, vel pęna extraordinaria, & ibi allegat
pro & contra, & ea, quæ ipſe allegat, faciunt pro deciſione
huius quęſtionis, ideo dic vt ibi per eum, ubi per 4. colum
nas multa dicit ſuper hac materia falſitatis, & vide Pau. de
Caſtr. in d. conſi. 151. incipiente, videtur dicendum, quòd
dictus presbyter. Cui addo, quòd ille, qui commiſit fal-
ſum, neceſſe eſt, quòd ſemper erubeſcat, vt dicit beatus
Ambro. ſuper epiſtolis Pau. ad Corinthios. cap. 13. & ideo
iudex ſuper eum colligat indicia, quo tremore, quo pallo-
re, qua conſtantia reſpondet interrogationibus, quas ei fa
cit. & dicit Alberic. de Roſa. in l. tranſigere. penulti. co-
lum. C. de tranſac. quòd crimen falſi. deducit hominem ad
nihilum, quia ſunt homines ſine fide, & qui committunt
falſum, poſtea eis nõ creditur verũ. & ſi eſt nobilis ob falſi
tatem commiſſam perdit nobilitatem, vt dicit Luc. de Pen.
in l. milites. 3. col. C. de digni. li. 12. An autem pęna capita-
lis, quam imponit iſta conſtitu. falſificanti literas regis ha-
beat locum, ſi falſitas non fuit perfecta, dixi in d. deciſi. 21.
ideo hic non dico quæ ibi dixi. bene facit id, quod dicit
glo. & poſt eam Andr. infrà in conſti. ſequenti: vbi dicit, ꝙ
pœna illius conſtit. vt habeat locum, requiritur, quòd de-
lictum ſit perfectum, & conſumatum: ſecus ſi non eſt per-
6 fectum. † Sextò quæro, an in iſta accuſatione falſi priuile-
gij, vel literarum regis debeat apponi locus, iuxta l. libello
rum. ff. de accuſa. dic quòd non, quia clãdeſtinè committi
tur hoc delictum, vt inſtit. de pub. iudi. in prin. in glo. hoc
expreſsè voluit Bal. in c. 1. in princ. circa fin. quib. mod. feu.
amit. vbi dicit, quòd illa glo. non reperitur alibi. Septimò
quæro, quid ſi perfecti literis regiis priuatus, in cuius fa-
uorem loquuntur literæ, aliquid interlineet in eis, an ha-
beat locum pręſens cõſtit. Dic ꝙ ſic, quia iſta interlineatu
ra eſt mutatio veritatis, vt in c. cum venerabilis. de relig. do
mi. & in l. ſi vnus. in fi. C. de teſta. Pau. de Caſt. in d. conſil.
151. Secundò no. ex tex. ibi, capitaliter puniatur. ꝙ quan-
do ſtatutum dicit, capitaliter puniatur, non eſt pœna mor
tis naturalis, ſed ciuilis, ſcilicet deportationis, vt dicit gloſ.
ſing. in l. 1. C. ne ind. mancip. chriſti. ſecus ſi diceret ſtatu-
tum, caput amputetur. & hoc verum, quando ius commu
ne imponeret aliam pœnam, quàm pœnam mortis natura
lis in illo caſu, ita dicit Ioan. de Imo. in l. 1. 3. colum. ff. de iu
di. allegat Io. And. in ca. quartò. de iureiuran. & alia, vt ibi
per eum. Cui adde ea, quæ dixi in c. 1. in princ. de pa. te. &
7 Alex. in 1. vol. cõſi. 104. inci. ſtatutum loquens. † Sed an de
iure communi ſi pœna mortis naturalis in eo, qui falſifi-
cauit literas regis, vel ſit pœna mortis ciuilis? Dixi in d.
deciſ. mea 21. ſed profectò per capitu. regis Caroli primi.
quod incipit, vt quæ ab excellentia noſtra procedunt &c.
char. 25. prouiſum fuit, & additum huic conſt. contra fal-
ſificantes ſigillum regis, tam in priuilegijs, quàm in lite-
ris clauſis, vel patentibus imponitur pœna vltimi ſuppli-
cij cum publicatione omnium bonorum. Et ſic ceſſat di-
cta interpretatio in hoc caſu per diſpoſitionem dicti ca-
pituli. Et ibi dicitur, quòd maius delictum eſt facere fal-
ſum ſigillum regis, quam falſam monetam cudere. Hic
ſunt duæ gloſſ. 1. gloſſ. continuat omnes infraſcriptas con-
ſtitutio. pœnales. In glo. 2. vide eam: quia remittit ſe ad ca-
pitu. licet. de crimi. fal. ſed ſciendum, ꝙ multis modis com
mittuntur falſitates in bulla ſummi Pontificis, de quibus
ibi per Ioannem Andream.

De condentibus falſam monetam. Rubrica XL.

DICTVM eſt ſuprà, de falſificantibus
priuilegia uel literas regis. Erat viden-
dum de falſificantibus monetam. ideo
poſt titu. de falſarijs literarum regis, po-
nitur hic de falſificantibus monetam.
poſtea ponit de campſoribus tenentibus
vitioſum aurum, vel argentum, vel falſam monetam, &
de illis, qui tondent & radunt monetam, & de illis, qui utũ
tur falſo inſtrumento, & de illis, qui producunt falſos te-
ſtes, & de illis, qui cęlant teſtamenta, & de filijs, qui teſta-
menta patris delent, vt nihil de eis appareat, & in pœnis
qualitas perſonæ grauat, vel lenit pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Moneta adulterina dicitur, quæ à perſona priuata cuditur.*
2 *Falſificans monetam reprobatam qua efficiatur pœna.*
3 *Falſificans monetam alterius domini an ſit puniendus.*
4 *Monetam æneam falſificans an puniatur, ac ſi eſſet argentea vel aurea.*
5 *Moneta quot modis dicatur adulterina.*
6 *Inquiſitus de falſa moneta non punitur, ſi probet ſibi ab alio datam.*
7 *Monetam falſam ſcienter expendens, ita punitur vt falſificans.*

8 Conſen-

8 *Conſentiens cudenti falſam monetam, pariter puniuntur.*
Al. himiam facere licet abſque peccato.

ADVLTERINAM. Litera eſt
clara. facientes falſam monetam, &
conſentientes, vel illam accipien-
tes ſcienter: puniuntur pœna capi-
tis, & publicatione bonorum. h. d.
1 † No. 1. ex tex. ibi, adulterinam. ꝙ
ſicut ille, qui vadit ad vxorem alie-
nam committit adulterium, ita pri
uata perſona, quæ non habet regiam authoritatem, ſi facit
monetam, illa moneta dicitur adulterata, & falſa moneta:
vt multum egregiè declarat hic 1. glo. Et ſic patet, quòd ſo
lum ad regem ſpectat monetã facere in hoc regno, vt hic,
& in capitu. primo. quæ ſint regalia. in ver. monetę. & in l.
prima. C. de falſa mone. & gloſſ. in rubri. C. de veteris nu-
miſ. pote. lib. 11. Et ſic in regno nullus comes, vel baro po-
teſt cudi facere monetam impunè: niſi ex priuilegio regis,
de hoc per Lucam de Penna in rubri. C. de vete. numiſ. po-
teſt. lib. 11. & per Innocen. in c. quanto. de iureiur. hic cade
rent illæ 25. q. quas poſui in materia monetarum in dicto
capitu. primo. in ver. monetæ. ideo dic, vt ibi dixi. Et hic
dicam alia, quæ ibi non fuerunt dicta, & vide 13. alias quę
ſtiones in materia monetæ, quas poſuit do. Franciſ. Cur. in
l. cum quid. ff. ſi cer. pet. & impreſſores fecerunt tractatum
2 de per ſe, & de illis quæſtionibus hic nihil dicam. † Et pri-
mò quæro an ille, qui falſificauit monetã reprobatam pu-
niatur eadem pęna, qua punitur ille, qui falſificauit mone
tam regiam bonam? Alexand. de Imo. tangit hoc dubium
in 5. volum. conſi. 104. incipiente, ſtatutum loquens &c.
dicens, quòd ſtatutum loquens de moneta intelligitur
de vſuali moneta, & non de ea, quę non eſt in vſu, per l. ele
ganter. §. qui reprobos. in glo. ff. de pig. acti. & per id, quod
dicit Spec. in tit. de ſolu. §. nunc aliqua. ver. pone, cum mul
tis alijs concord. ibi per eum allegatis, vnde cum moneta,
quæ fuit falſificata, non erat in vſu: non poteſt dici, ꝙ ha-
beat locum pœna falſificantis monetam, quia falſus dena-
rius non eſt denarius, vt in d. §. qui reprobos. & no. gl. in l.
3 j. C. de hęreti. Secundò quęro, vtrum pœna, † de qua in iſta
conſtitut. habeat locum, ſi falſificantur ducati, vel carlini
alterius domini, quàm regis huius regni? Concludit Alex.
in ſupradicto conſilio, quod ſi illa moneta alterius domini
vtitur & expenditur in regno, quia iſta conſtitu. non dicit,
adulterinam monetam regis cudentibus, ſed dicit ſimplici
ter adulterinam monetam cudentibus, ſcilicet quæ in vſu
eſt, & expenditur in regno, ca. maiores. & baptiſ. capit. ad
audientiã. de deci. l. 1. ff. ſi men. fal. mo. dix. l. 1. §. ne autem.
C. de cadu. tollen. licet in regno multum conueniat, ꝙ ex-
pẽderetur ſolum moneta cum impreſſione imaginis regis
regnãtis propter duas cauſas, vt dicit beatus Tho. de Aqui
no in lib. de regi. princip. li. 2. c. 13. primam accipimus
ex parte regis: quia vbi eſt in moneta figura regnantis, eſt
ornamentum regis, quia in ea repręſentantur imago regis,
quia in nulla re poteſt eſſe claritas memorię eius, eo quod
nihil ſic per manus hominum frequentatur, quantum ip-
ſum numiſma, & ideo per eam relucet maieſtas regis. Secũ
dã accipimus ex parte populi, quia certior eſt moneta, mul
ti enim ſunt, qui alias monetas ignorant. vnde tẽpore Chri
ſti vnum erat numiſma in toto mundo, & ſic non oportet
recurrere ad campſores, vt latius ibi per beatũ Tho. Et re-
perio, quòd rex Carolus primus ſic ſtatuit, vt in regno nõ
expendatur niſi moneta regis ſub pœna, vt in c. quod inci
4 pit, cum ex diuerſis monetis. char. 24. † Tertio quęro, quid
ſi falſificata ſit moneta ænea minutiſsima, q̃ valet ſea pro
vno tornienſe, an habeat locum pœna huius conſtit. Dicit
Alex. in d. conſil. ꝙ ſtatutum non comprehendit viliſsima,
& minima, vt notant doct. in l. ſenatus. §. Marcellus. ff. de
leg. 1. Et pro hoc faciunt omnia illa iura, quę dicunt, ꝙ de
modicis nõ eſt faciẽda vis, vt per Bal. in l. ſi. C. de ędi. actio.
& dictum fuit ſupra in conſti. cum per partes Apulię, in 2.
no. Sed Azo in ſum. C. de falſa mone. dicit, quòd non puni
tur pœna mortis naturalis, ſed pœna deportationis. hoc vi
detur approbare Iac. de Aret. & Cy. in d. l. 2. C. de fal. mo. &
dicit Io. de Plat. in l. ſi. C. de veter. nu. pot. li. 11. ꝙ ſi in mo-
neta adulterina non eſt impreſſa faciens principis, tunc eſt
pœna deportationis, ſed in dicta minuta pecunia de ære
non eſt impreſſa facies principis, ergo &c. Sed Sali. non fa-
cit differentiam inter adulterinam monetam auream, vel
5 æneam quò ad pœnã, in l. 2. C. de fal. mone. † Quartò, quæ-
ro, quot modis dicitur adulterina moneta? Dicit Ang. in l.
1. C. de fal. mon. ꝙ duobus modis, vel ratione materiæ, vel
ratione formę. ratione materię, quãdo eſt contaminata, &
ſic nõ eſt pura, & ſimplex, vt debet eſſe, vt ſi moneta aurea
eſt contaminata argẽto, vel argentea eſt contaminata ære,
debet eſſe tota aurea. vel argentea, vel ſi totaliter eſt falſa in
ſubſtantia, ſed in colore & apparentia apparet bona, eò
quòd eſt fucata, vt in l. quicunque nummos. ff. ad l. Corne.
de fal. & glo. in l. 2. C. de fal. mo. Cui addo, quòd debet eſſe
legitimi ponderis, ideſt ꝙ tantum valeat in forma, quantũ
in materia deducta impenſa in cudendo, ſecundùm Inn. in
d. c. quantò. alij contra, ſcilicet ꝙ non deducatur impenſa,
de quo per glo. & Io. de Pla. in l. 1. C. de vete. numiſ. pote.
lib. 11. & l. quoties. C. de ponde. lib. 10. Item dicit And. de
Barulo in d. l. 1. C. de veter. nu. po. quòd ſi pecunia eſt mi-
noris valoris, vel ponderis, quàm debeat eſſe, dicitur falſa,
& ea vtẽs punitur extraordinariè ratione formę, quia falſi-
ficata eſt forma cõdita à ſuperiore habente poteſtatem cu-
dendi, & faciendi monetam, vnde licet ſit bona in materia,
tamen quia imprimit formam ſuperioris abſque eius li-
cẽtia, iſta moneta dicitur adulterina. Idem ſi forma non
adulteratur, ſed cuditur per non habentem poteſtatem, vt
ſuprà dictum eſt. Quintò quæro, quę ſunt ſpecialia in hoc
crimine? Dic vt per Azo. in ſum. de fal. mon. vbi ponit mul
ta ſpecialia in hoc crimine Odofre. in l. lege. ponit ſex ſpe-
6 cialia. † Sexto quæro, quidam inquiritur de falſa mone. ſi
reperta eſt moneta falſa in dorſo, dicit ipſe, quòd ipſam
non fabricauit, ſed quidam dedit ſibi, vt expenderet, ſed
non expendit niſi vnum, & deſtitit, & is poteſt probare,
quòd ille dedit ſibi, an puniatur pœna huius conſtit. Cy. in
l. maiorem. C. ad l. Corn. de fal. dicit, quòd ſi poteſt proba-
re, ꝙ alius dedit ſibi, excuſatur, aliàs ſecus. Idem Saly. ibi Se
ptimò & vltimò quęro, aliqui reperti ſunt cum cuneis ap-
ſis ad faciendam falſam monetam, & cum materia mixta
pro faciendo adulterinam monetam, ſunt capti per cu-
riam. dicunt, ꝙ verum eſt, ꝙ volebant facere falſam mo-
netam, & omnia fuerunt præparata, ſed poſtea pœnitue-
runt, & noluerunt perficere. & ſic cõſtat, quòd eſt verum,
an habeat locum pœna huius conſt. vel pœna l. Cor. de fal.
Glo. hic tangit iſtam quæſtio. & dicit, ꝙ non habet locum
pœna huius conſtitu. imò parcitur pœnitenti, per l. qui fal
ſam. in prin. Idem firmat hic And. & Bar. ibi dicens. quod
ſecus ſi non perfecit, quia non potuit, de quo per Barto. in
l. qui ea mente. ff. de furt. & Inno. in capitu. ſignificauit. de
pœnis & doct. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco.
& cleri. & melius Bal. in l. 3. C. de nau. fœno. Feli. in tracta.
quando conatus puniatur. ver. 5. fallit. qui tract. eſt in fi. de
7 appella. per eum. † Secundò nota ea tex. ibi. vel ſcienter ex-
cipientibus, quòd expendens ſcienter monetam falſam de
bet puniri ut falſificans. pro hoc facit text. in c. ad falſario-
rum. & ibi Abb. Sic. de crim. fal. Sed de iure cõmuni expen
dens falſam monetam ſcienter punitur. pœna l. Cor. de fal-
ſis, ſi expendit nummos nominatos l. lege Corn. ff. de fal.
Secus ſi alios nummos, tunc punitur extraordinariè, ſecun
dùm Barto. in d. l. lege Cornelia. & in l. ſaccularij. ff. de ex-
tra. crimi. de quo per Abb. in d. c. quantò. de iureiur. & Sali
ca. in l. 2. C. de fal. mone. Et propterea dicebat hic Andræ.
quòd ſatis grauis pœna ponitur iſta conſtitu. accipienti-
bus adulterinam monetam ſcienter, & vtentibus falſa mo-
neta ſcienter, & ſic dolosè, quia imponitur pœna mortis,
& publicationis honorem, Et de iure communi expen-
dens ſciẽter monetam auream, vel argenteam, vel ſtanneã
vel plumbeam eſt etiam grauis pœna, quia punitur l. Cor.
de falſis. quæ eſt pœna deportationis, & omnium bono-
rum

rum publicatio: vt in l.fin.ff.de fal.& inſti. de pub. iudi.§.
lex Corne.nec ſunt liberati à debito, vt in l.eleganter.§.qui
reprobos.ff. de pigno.act.tamen grauior eſt pœna, quæ im
ponitur per iſtam conſtitu.quàm pœna falſi de iure com-
muni. Et ego vidi,ꝙ iudices magnæ curiæ extraordinariè
puniunt expendentes falſam monetam,vigore l.& ſi ſeue-
rior.C.de inſa. cum concor. ſuis. Neapolitani habent pri-
uilegium, quòd pro nullo crimine publicentur bona niſi
8 pro crimine læſæ maieſ.& eſt in viridi obſeruantia. †Ter-
tiò not.ex text.ibi,conſentientes.ꝙ illi, qui conſentiunt in
cudendo falſam monetam, tenentur pęna hic cõtenta. Idẽ
de illis,qui ſciunt, quòd aliquis facit falſam monetam, &
ſunt participes,ſecundùm Bart.in l.vtrum.ad l. Pompe. de
parri. Item ſi ſolùm ſunt conſcij, & non indicant regio fi-
ſco,tenentur eadem pœna,ſecundùm Bart.in d.l.lege Cor
ne. quia facere adulterinam monetam læditur principali-
ter reſpublica, & in iſtis atrocioribus criminibus conſcij
debent indicare, vt in crimine lęſę maieſt.in crimine par-
ricidij,& in falſa moneta,ſecundùm Bart.in d.l.lege Cor-
nel.In gloſſ.1.ibi,videlicet,quando aliquis priuatus.dic,vt
dixi ſuprà in 1.not.In eadem ibi,ſi autem. Nota iſtam glo.
quòd faceret alchimiam non eſt peccatum: quia licita eſt
ars.Idem firmat Andrę.in capitu.primo.in verſic.monetę,
quæ ſint regalia.& Oldra.in conſilio 74.incipien.an alchi-
miſta. Fallit, niſi per artem magicam faceret, ſecundùm
eos, vbi ſuprà.Qualiter autem conficiatur per artem argen
tum,& aurum bonum, & finum, vide ſingularem tracta-
tum Raynaldi de Villanoua, quod vocatur, roſarium Phi-
loſophorum,& alium tractatum,qui vocatur, flos florum
ad Regem Aragonum, & epiſtolam eiuſdem ſuper alchi-
mia ad regem Neapol.

SVMMARIVM.

1 *Campſores non debent penes ſe tenere aurum aut argentum vitio-
ſum.*
Campſores qui dicantur.
2 *Campſores habentes pecuniam non iuſti ponderis,tenentur illam uen
dere regia curiæ pro argumento rupto.*
3 *Monetam regiam refutans qualiter puniatur.*
Delicto iterato augetur pœna.

SI QVIS campſor. In libris pręmiſſis
non eſt iſta conſti.ſed And.de Iſer. iſtam
conſtitu.habet in libro ſuo, & eam legit:
& ſimiliter eam habeo in libro meo, quæ
ſic dicit. Si quis campſor inuentus fue-
rit apud ſe habere vitioſum aurum, vel
argentum,vel falſam cuiuslibet monetę figuram integram
retinere,quam curiæ noſtræ non reſignet. prima vice con
uictus vnius libræ auri pœna, & ſecunda vice manus mu-
tilatione damnetur, non expedit aliter ſummare iſtã con-
1 ſtitu. quia eſt clara,in text.† Not.1.ex text.ibi, campſor.ꝙ
campſoribus non licet habere vitioſum aurum, vel argen-
tum. Et dicitur uitioſum, quia non eſt de illa liga, prout
in ciuitate fit liga, vt dicit Bartol. in l.lege Cornel. ff.de fal.
& da liga auri & argenti huius regni loquitur conſtit. ſu-
prà, quæ incipit, magiſtros. verſic.ſic nullus in regno no-
ſtro.ſub rubrica xxxv.huius vltimi libri.Qui ſunt iſti cam
pſores? Dicit Alexand.de Imo.in l.ne quiſque.ff.de eden-
do. referendo ibi Rapha.Fulgo. quòd campſores ſunt illi,
qui exercent monetam auream, ſeu argenteam, ſeu ven-
dentes argentum, & ementes, & ſubdit, quòd non repe-
rit aliquem alium, qui aliter declaret, niſi gloſſ.in authen-
tico.de fideiuſſ.§.penult.in verſi.argentariorum.quę dicit,
quòd argentarij erant illi, qui publica authoritate præpo-
nebantur argento dando, & recipiendo, ad quorum fidẽ,
ſicut ad fidem tabellionis recurrebatur, & ſic pertranſit.
Alexan.pro hoc facit.l.2.ad fin.C.de conſtitu.pecu.vbi ap
2 pellat iſtos argentarios argenti diſtractores. †Secundò no
ta ex text.ibi, integram. contra iſtos campſores, qui reti-
nent pecuniam inciſam, & non iuſti ponderis, & ſic non
integram: nam debent illam uendere regiæ curiæ pro ar-
gento rupto; quia ex hoc incidunt in pœnam contẽtam.
Quid autem ſi pecunia non integra ueniat ad manus cam
pſoris, & campſor ſtatim ipſam incidit per medium, & re
ſeruat ſibi, an ex quo non portauit ad regiam curiam, inci-
dat in pœnam hic contentam? Dic quòd non: quia tunc
illa non eſt pecunia: quia deſtructa eſt forma, & remanet
ſolùm materia: per not.in l.ſi is qui quadringenta.§. quę-
dam.ff.ad legem Falcid.l. adeo.§.ꝙ ſi toto. ff. de acquiren.
rer.dom.quam retinere poteſt, niſi materia eſſet corrupta:
vt ſuprà dictum eſt. Aduerte tamen, quia aliter punietur
bancherius, qui emit paruam monetam non inciſam, quę
non expenditur, vt patet in capitulo Regis Roberti, quod
3 incipit,volenter pro parua moneta.char.50.† Qua pęna pu
niatur ille,qui refutauit monetam, in qua eſt impreſſa ima
go regis? Dic, quòd punitur extraordinariè, vt not.in l.
1.C.de vete.numiſma.pote.lib.11.Tertiò no.ex tex.ibi,ſe-
cunda vice, ꝙ augetur pœna reiterato delicto, de quo eſt
conuictus, ad idem ſuprà in conſtitu.mercatores, & ibi di
xi in 5.no.Et nota, ꝙ vbi pro primo delicto punitur in pe-
cunia, pro ſecundo punitur pœna amputationis manus,
concordat text. ſuprà, in conſtitut.magiſtros.& ibi dixi in
fi.Quid autem ſi haberet manum aridam,an illa,vel bona
abſcindatur? Vide Alexandr. in primo volumine, conſi-
lio 104. in ſecunda colum. & quæ dixi in conſtitu. ſi quis
aliquem.hic non ſunt glo.

SVMMARIVM.

1 *Monetam radens, vel alio modo minuens publicatis bonis ad mor
tem damnatur.*
2 *Monetam liquefaciens, ſeu fundens cauſa occultandi, punitur pœ-
na falſi.*
3 *Pecuniam minuere quando liceat.*

1 QVI NVMMOS.† Quicunque pecu-
niam auream, vel argenteam raſerit, vel
quocunque modo minuerit, condem-
netur ad mortem cum publicatione bo-
norum omnium, hoc dicit. De iure
Digeſtorum condemnatur ad beſtias,
ſi eſt liber, ſi eſt ſeruus, condemnatur ultimo ſupplicio,
vt in l.quicunque.ff. de fal.quam l.allegant hic glo. & An-
dre.& Salice.in l.ſecunda.C.de fal.mone.Et iſtum text.te-
ne menti contra iſtos,qui rotundant & minuunt carlinos,
vel ducatos aureos, nam ei imponitur grauiſſima pœna
per iſtam conſtitutio. Sic etiam de iure Codicis ſtatutum
eſt, quòd ſi quis ducatos aureos raſerit, & ſic fecerit vi-
liores in pretio, capitaliter puniendus eſt, vt in l.vniuer-
ſos.C.de uete.nu. pote. lib. 11. Quid ſi aliquis liquefaciat
bonos ducatos, uel carlinos argenteos animo occultandi
aurum, vel argentum, non autem ad faciendum uaſa, uel
ad deaurandum, an puniatur aliqua pœna? Dic,quòd ſic,
quòd punitur pęna falſi, ſecundùm Bartol. in dicta l. lege
Cornel.ff.de falſ. & firmat Ioannes de Plat. in dicta l.fina-
2 li. C. de ueter.numiſ.poteſta.† Quid ſi non raſit, ſed tin-
xit, puta denarius erat argenteus, & impoſuit aureum co
lorem, certè punitur pęna falſi, ut not.in dicta l.lege Cor-
ne.& eſt gloſſ.in dicto capit.quantò.de iureiurando. Et eſt
ſciendum ſecundùm Hoſtien. in dicto capitu. quantò. de
iureiurando.prout refert Ioann. Andr.ibi, quòd fraudatur
moneta per campſores ponderantes ſingulos denarios gra
uiores, conflantes alios tranſire permittentes, & tunc pu-
3 niuntur ſecundùm legem quicunque. præallegatam.† In
gloſ.prima.ſenitt iſta glo.à contrario ſenſu, quòd ſi pecu-
nia aurea, uel argentea non ſit tota de auro, uel argento,
quòd liceat illam diminuere, argu.l.quid tamen.ff.de con
trahen.empt.Sed tamen non eſt uerum, quia in ducatis de
auro, & in carlinis de argento ſemper aliquid eſt de liga,

& ſic ducati non ſunt de puro auro: nec carlini de vero argento. Sed pro ſaluanda glo. poſſumus dicere, quòd non ſumitur ar. à contrario ſenſu contra id, quod eſt verum: vt firmat Fely. in d. c. humanum genus 2. col. 1. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum falſum fabricans punitur, licet eo non vtatur.*
2 *Iudex poteſt dare terminum parti ad deliberandum, an velit vti inſtrumento, quod produxit.*
3 *Inſtrumentorum virtus in quo conſiſtere dicatur.*
4 *Falſitas quid operetur, quæ per errorem cauſatur.*
5 *Probatio falſi neceſſariò concludere debet.*

QVI FALSO inſtrumento. Qui in iudicio, vel extra vtitur inſtrumēto, quod ignorat eſſe falſum: non tenetur pœna falſi. ſubaudi, ſi deſiſtat ab vſu ipſius inſtrumenti, vt in l. ſi falſos. C. ad leg. Corneliam de falſis. Hoc dicit. † Iuxta hoc
1 quæro, quid ſi producens inſtrumentum falſum ipſe illud fabricauit: poſtea pœnitentia ductus deſiſtit ab vſu inſtrumenti: an euitet pœnam falſi? Dic quòd non: quia ille, qui fabricauit falſum inſtrumentum, etiam quòd illo non vtatur, punitur l. Cornelia de falſis: quia delictum iam fuit conſumatum: ſed quando ſolùm vtitur inſtrumento falſo, poteſt pœnitere ante ſententiam: quia delictum non eſt conſumatum: vt dicit Salyce. in dicta l. ſi falſos. Et ideo datur cautela illi, qui producit inſtrumentum in iudicio, vt in præſentatione ipſius ſcribatur, quòd illud producit, quatenus non apparet ipſum eſſe falſum, aliàs non vult haberi pro producto. Iſtam cautelam ponit Cyn. in d. l. ſi falſos. & And. de Iſern. hic, & Spec. in tit de inſtr. edi. §. videndum. verſic. quòd ſi velis. & Saly. in dicta l. ſi falſos. & Bald. in l. fi. C. ſi ex falſo inſtru. & in l. ſi aduerſarius, C. de fi inſtru. & Raph. Fulg. in conſi. 177. incip. publicato proceſſu. & Lapus alleg. 109. Alex. in tertio volu. conſi. 80. in fine. quòd intellige, ſi fuit dictum, quòd eſt falſum, aliàs non videtur fateri eſſe falſum, ſecundùm Salyc. in d. l. ſi falſos. & in l. maiorem. Sed quid ſi pars inſiſtat, quòd reſpondeat clarè, ſi vult eo vti pro vero: an poſsit iudex interloqui, quòd reſpondeat ſimpliciter, ſi vult eo vti pro uero?
2 Barto. in l. diuus. la ultima. ff. de falſis. dicit, † quòd iudex poteſt dare terminum ad deliberandum, an uelit uti pro uero, tunc poterit producens ſic dicere, ego non curo de dicto inſtrumento, & uſui cedo, ut dicit Bald. in dicta l. fi. & uide apoſtillam Alexand. in dicta l. diuus. Nam ſi diceret ſimpliciter, quòd non uult uti dicto inſtrumento, uidetur fateri illud eſſe falſum, ut in dicta l. ſi aduerſarios, & ibi Bald. & firmat Barthn. Veron. in cautelis ſuis, cautela 54. in 9. cha. Quid autem ſi ille, qui produxit inſtrumentum, neſciens illud eſſe falſum, deinde uidens aliqua, quæ ſunt contra inſtrumentum, renunciat ſuo inſtrumento, & ſic uidetur fateri, quòd ſit falſum, & illud non poteſt ulterius producere, poſtea produxit aliud inſtrumentum eiuſdem tenoris factum per manus alterius notarij, an poterit eo uti?
3 † Videtur quòd ſic, quia non eſt idem inſtrumentum, quia uirtus inſtrumenti non conſiſtit in charta, ſed in intellectuali diſpoſitione, ſecundùm Bald. in l. ſi conductionis. C. loca. In contrarium facit, quia non charta, ſed idem contentum eſt inſtrumentum, ſecundùm Bald. in rubri. C. de fide inſtrumen in principio. Solutio, diſtingue: ut per Bartol. in capit. ſi quis legatum. de falſ. Item not. ex text. ibi, neſcius quòd falſitas, ſcilicet reſpectu uſus falſi inſtrumenti cauſata per errorem, non eſt punibilis, quia quod per errorem geſtum eſt, dicitur eſſe ſine conſenſu factum, lege ſi per errorem, ff. de iuriſdictione omnium iudicum. ſubaudi, reuocato errore. Et ideo dicebat Alex. in quarto uolumine conſilio quinquageſimoquinto, incipiente, perſpectis. in undecima columna, quòd falſitas cauſata per errorem operatur quòd actus non ſortitur effectum, allegat Bartol. in lege demonſtratio falſa. §. primo. in quinta quæſtio. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus. cum concor. ſuis, & ibi, & in dicto conſilio. Et tantò magis, ſi illud inſtrumentum præſentatum cõcernebat factum alienum, in quo cadit præſumptio ignorantiæ, lege qui in alterius. ff. de regu. iu. cum concordan. ſecus ſi illud inſtrumentum præſentatum contineret factum proprium, tunc non cadit ignorantia, niſi factum fuiſſet antiquum, ut dicit Alex. in primo uolumi. conſilio 134. incipiente, præuiſo themate. in prima columna, & melius in ſexta colum. uerſic. nec obſtat tex. & c. ubi allegat multa iura ad hoc. & ſcias, quòd probatio falſi debet de neceſſitate concludere, quòd ſit falſum, ut dicit gloſſ. & ibi Bald. in l. iuriſgentium. §. quòd ferè. in gloſ. ulti. ff. de pactis. & de iſto dicto fuit memor Alexand. in 1. uolumi. conſilio 70. incipiente viſo proceſſu inquiſitionis. in 1. colum. uerſicu. accedit. gloſ. non ſunt, nec Andr. aliquid ſcribit.

SVMMARIVM.

1 *Conatus in crimine falſi punitur effectu non ſecuto.*
2 *Numerus pluralis continet in ſe ſingularem, licet non econuerſo.*
3 *Inſtruens teſtes ad falſum deponendum, qua ſit feriendus pœna.*
4 *Teſti ſuadens, quòd ferat falſum teſtimonium, eadem pœna plectitur, qua faciens falſum.*
5 *Teſtibus falſis vtens in cauſa, non ob id cauſam perdit.*

QVI FALSITATEM. Qui inſtruit teſtes ad deponendum falſum teſtimonium, condemnabitur pœna falſi. Hoc dicit. Concordat text. in l. prima, in principio. & §. primo. ff. ad legem Corneliam de falſ. Et loquitur generaliter iſta conſtitutio non diſtinguens, an teſtes inſtructi ad falſitatem depoſuerint falſum, uel non depoſuerint falſum: quia ille, qui inſtruxit, ut dicerent falſum, iam quò ad eum perfecit delictum. Aduerte, quia hoc uidetur tenere gloſ. in
1 capitu. primo. de crimi. fal. † ubi dicit, quòd in crimine falſi punitur conatus ſine effectu. ſed Ioann. de Anan. ibi nona columna. reprobat illam gloſ. quia nunquam quis incidit in pœnam falſi, niſi falſitas alicui præiudicet, ſecundùm gloſ. Bald. & Saly. in l. damnos. C. de falſ. ſequitur hoc Felyn. in capitu. primo. 2. colum. uerſic. fallit ſecundò. de præſcrip. & Fely. in tracta. quando conatus punitur, in prima colum. uerſi. fallit ſecundò. Et ideo ſi ille, qui fuit perſuaſus, non dixit falſum, ſed uerum teſtimonium, ille perſuadens debet puniri pœna extraordinaria, ut firmant Areti. & Augu. in tracta. maleficiorum, in uerſi. Sempronium
a mandatorem. uerſicu. quæro ſecundò [a]. Nec diſtinguit, an ſi inſtruxit ad deponendum falſum unum teſtem tantùm, uel plures teſtes, quia conſtitutio iſta loquens contra inſtruẽtem teſtes ad falſum, habet locum, etiam ſi unũ
2 teſtem inſtruat, † quia numerus pluralis continet in ſe ſingularem. gloſ. eſt in l. cum ſeruum. §. ait prætor. in uerſi. res. ff. de acquiren. hæreditate. & ſic econtra, ut ibi per glo. quæ allegat multas concordan. Numerus enim pluralis reſoluitur in ſuas ſingularitates, ut dicit Barto. in l. falſa. §. fina. ff. de conditionibus & demonſtrationibus. & Bald. in l. prima. in princip. 3. columna. C. de conditio. inſer. Bal. in l. cum quidam. C. de impube. & aliis ſubſtitutio. glo. fina. in capi. ut priuilegia. da priuileg. Alex. in primo uolumi. conſilio 117. incipiente, poſtquàm, Domi. Signorolus in conſilio 107. incipien. quidam nomine Marangonus. in 7. colum. Et pro intelligentia huius conſtit. quæro, hic dicitur,
3 † quòd ille, qui inſtruxit teſtes ad falſum deponendum, punitur pœna falſi, an intelligatur de pęna falſi ſecundùm conſtitu. eos. infrà, quæ eſt pęna manus, an de pęna falſi ſecundùm ius commune, id eſt ſecundùm leg. Corn. de falſis

ſit. Dico, quòd non poteſt intelligi hęc conſtitut. de pœna
manus ſecundum conſtitutio.eos: quia iſta conſtitu. habet
locum in eo, qui iurauit, & periurauit. Sed ille, qui inſtru-
xit teſtem ad falſum teſtimonium, non iurauit, & ſic in eo
non cadit periurium. Ideo intelligitur iſta conſtit. de pœna
falſi ſecundùm ius commune, quæ in libero homine eſt de
portatio cum publicatione bonorum, vt in l. 1. in fi. ff. de
fal. & inſtit. de pub. iudi. §. lex Cornelia. Iterum quęritur,
vtrum de iure communi ſit aliqua ſpecialis pœna perſua-
denti, vel inſtruenti, vel conſulenti alicui, quòd ferat fal-
ſum teſtimonium in aliqua cauſa? Salyce. in l. vnica. in 2.
4 quæſtione tangit iſtud dubium. C. de rapt. vir. † & dicit,
quòd eadem pœna punietur, qua faciens falſum. & hoc
procedit, quādo faciens non eſſet aliàs facturus. Fallit, quā
do propter aliquam qualitatem delictum cenſetur grauius
altero, vt in perſuadente furtum non manifeſtum à facien-
te furtum manifeſtum, ut ibi latius per eum. Et poſtea ſub
dit in duodecima columna, quòd pari pœna punitur fa-
ciens & conſulens, niſi detur exceſſus in qualitate delicti,
vt ſuprà dictum eſt. & pro hoc vide Andrę. in titulo de
ſtatu. contra liberta. eccleſ. editis. in §. gazaros. Barto. in l. is
qui opem. ff. de fur. & in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de in
iur. Cyn. in l. 1. C. de niſi agg. non rumpen. Bald in l. 1. 2.
colum. C. de ſer. fugi. Aret. in tract. malefi. in verſicu. An-
dream. circa fin. Angel. in conſil. 21. incipiente, pro deci-
5 ſione quæſtionis. In gloſſ. in ver. pœna. not. iſtam glo. † q
qui vtitur falſis teſtibus in cauſa, nō propterea ex hoc per-
dit cauſam, allegat glo. Caroli in Longobarda, de teſti. l. 1.
Cui adde, quòd idem dicit Barto. in l. in fraudem. §. quo-
ties de iure fiſci. Tamen dicit hic Andrę. quòd fallit in cau
ſa fiſcali, per l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fiſci. Et vide
apoſtillam Alexan. in dicto §. quoties. vbi tendit, quòd pro
ducens in cauſa falſum inſtrumentum, debet perdere cau-
ſam, allegat glo. in capi. cum venerabilis. de relig. domi. &
Bal. in l. teſtamenta. C. de teſtam. Aduerte, quia rex Fer-
dinan. primus fecit pragmaticam, per quam ſtatuit, quòd
producens falſum teſtem vel ſcripturas falſas ſcienter, &
eo vſus fuerit, ipſo iure cauſam perdit, niſi facta publicatio
ne intra octo dies renunciauerit coram iudice vſui dicti te
ſtis: & vltra amiſſionem cauſæ punitur de falſo. Fallit in
muliere, minore, & perſonis miſerabilibus.

ANNOTATIO.

6 Nec diſtinguit.] Adde Barto. in l. 2. §. ſed ſi vnus. ff. vi bon. rap. vbi loquens in ſtatuto eleganter dixit, quòd ſi ſtatuto cauetur, quod producens falſos teſtes puniatur aliqua pœna, habet locum ſtatutum etiam ſi quis unicum tantum teſtem produxit, alle. bona iura. & Bar. ſequitur Ange. de Are. in § 1. col. 3. in princ. inſtitu. de iure perſonarum. & in §. 2. col. 1. verſi. in glo. negotiorum. inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi contr. & Ioan. de Plat. in §. ſi plures inſt. de leg. agna. ſucceſ. & plura congerit Areti. in tract. de male. in uerbo, falſario. col. 6. verſ. quæro vt plurimum. & ibi Augu. Ariani. qui alleg. bonas quotas. & latiſſime Fel. in addi. ad Abb. in cap. omnes leg. 1. diſtin. col. 1. & vide Fel. in capi. impnecari. col. 1. verſi. ſexta declaratio. nume. 6. de fide inſtrum. & And. Corſe in ſuo ſingula. quod incipit, ſtatuta Italiæ diſponunt. ſuper verbo, ſtatutum eſt. Moder. regni huius in ſoliloquio 79. eſt oratio. Afflict. in conſti. inconſutilem. col. 13. nu. 49. bonam deciſio. ponit. Afflict. in conſt. multæ leges. colum. 3. nu. 7. verſi. tertiò nota. & bonam quæſt. ponit Affli. in conſti. blaſphemanti. col. 3. verſ. ſeptima dubitatio vbi infinita alleg. quę bene faciunt ad intentionē noſtram. & quotis ſuprà adductis poteris dicta per Afflict. hic bene ampliare & declarare.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum viui aperiens & recitans qualiter puniri debeat.*
2 *Radens nomen heredis in teſtamento, & ponens ſuum incidit in crimine falſi.*
Teſtamentum quod & quando dicatur eſſe publicum.
3 *Inſtrumentum manu teſtatoris ſcriptum non dicitur teſtamentum publicum.*
4 *Scriptura priuata infra libram auri probari poteſt per ſolam literarum comparationem.*
5 *Teſtamentum lacerari poteſt poſt mortem poſthumi.*
6 *Legata an conſeruentur præteritione poſthumi ſcienter facta.*

TESTAMENTORVM. Ille qui
eſt deletor, ideſt deductor, & conſumēs
publicorum teſtamentorū, dicitur per-
uerſor: ideſt homo, qui nimis verſatur
in malo, & ideo debet puniri pœna fal-
ſi. hoc dicit. Concordat text. in l. Pau-
lus. §. Paulus. ff. ad leg. Corn. de falſ. vbi dicit tex. ſed & cæ-
teros, qui rationibus, tabulis, literis publicis, aliaue qua re,
ſiue conſignatione falſum fecerint, vel vt verum non appa
reat, quid cęlauerint, ſurripuerint, deleuerint, ſubiecerint,
reſignauerint, eadem pœna affici ſolere, dubium non eſt.
bene facit text. in d. l. Paulus. in principio. ibi, niſi teſtamen
tum alicuius ſurreptum arguatur. ad idem tex. in l. 5. ibi, is
qui peruerterit viui teſtamentum legis Corneliæ pœna te-
netur. Quid ſi viui teſtamentum aperuerit, & recitauerit,
pœna l. Cornelię punietur, dicit text. in l. ſi quis aliquid. §.
qui viui. ff. de pœnis. Idem Barto. in l. qui teſtamentum. ff.
1 de fal. † vbi dicit, quòd ſecus eſt in eo, qui aperit literas
alienas ſigillatas, quia non tenetur lege Corne. de falſis, ſed
punitur extraordinariè. Et pondera illud verbum, publi-
corum: quia præſupponit, quòd teſtamentum, quod fuit
deſtructum, erat publicum, & ſic validum: aliàs ſi teſtamē
tum eſſet nullum, vel inualidum, non teneretur aliqua pę-
na, ut l. ſi quis legatum ff. de fal. & in d. l. ſi quis aliquid. §.
teſtamentum, quod nullo iure valet, impune ſupprimitur,
& firmat gloſſ. in l. qui teſtamentum. ff. de falſis l. 1. §. 1. ff.
2 quemadmodum teſtament. aperi. † Quid de eo, qui radit in
teſtamento, vel alio publico inſtrumento nomen hæredis
inſtituti, & ponit nomen ſuum? Dic, quod incidit in
crimen falſi, vt dicit Barto. in l. Titio. in ver. venio ad ter-
tiam. ff. ad muni. allegat text. in l. 1. §. qui in rationibus. ff.
de falſ. Et tenetur parti ad intereſſe, ſecundum Bartolum
in dicta l. Titio. per textum in l. qui in nomine. ff. de falſis.
Quæro, quod dicatur teſtamentum publicum, vtrum ſo-
lum teſtamentum factum per manus publici notarij cum
interuentu iudicis & teſtium, vel etiam quando teſtamen
tum eſt factum clauſum per manus priuatę perſonæ, &
cum ſubſcriptione teſtatoris, & ſeptem teſtium, iuxta l.
hac conſultiſſima. C. de teſtam. Reſpondeo, eo ipſo q teſta-
mentum eſt factum ſolenniter, & à perſona, quæ poteſt fa
cere teſtamentum, ita quòd ſit validum, illud dicitur eſſe
publicum quantùm ad effectum huius conſtitutio. per no.
3 in dicta l. qui teſtamentum. ff. de falſis. † Sed quid ſi quis la-
cerauit inſtrumentum quod eſt ſcriptum manu teſtatoris,
ſed non eſt aliquis teſtis qui viderit eum ſcribere. & hoc
eſt de ſubſtantia in teſtamento facto per patrem inter libe-
ros, vt teſtes dicant, quòd viderunt eum ſcribere, vt dicit
Alexand. in 5. volumine, conſilio 133. in 3. columna. ſed
ſolùm omnes teſtes dicunt. quòd eſt manu teſtatoris ſcrip
tum, quia cognoſcunt eius literam, & in omnibus aſſimi-
latur ſcripturæ teſtatoris, & fuit laceratum, an habeat lo-
cum pœna huius conſtitutionis? Dic, quòd non: quia non
eſt publicum teſtamentum. & pro hoc bene facit id, quod
dicit Bald. in l. finali C. de fideicommiſſ. penultima co-
lumna verſicu. quid de ſcriptura manu teſtatoris. Nec
obſtat depoſitio dictorum teſtium: quia illi teſtes non
probant, quòd ſcriptura fuit ſcripta manu teſtatoris, quia
non dicunt, quòd uiderunt eum illum ſcripturam ſcribe-
re, vt inquit Angelum in lege ſcripturas. & in authentica
ibi poſita. C. qui potiorib. in pignoris habeantur & vide
ad hoc not. conſilium Franciſc. de Areti. ſexageſimoquar-
to. incipiente, diligenter & maturè diſcuſſis. ff. de iureiu-
rando & Iaſon in l. admonendi. in 3. charta, verſiculo no-
4 ta, quòd priuata ſcriptura. † Fallit, niſi illa ſcriptura pri-
uata eſſet infrà libram auri, tunc poteſt probari per ſo-
lam comparationem literarum, vt dicit Angelus in au-
thentico de inſtrumentorum caute. & fide, & ibi dicit,
quòd tria requirūtur, vt poſſit deueniri ad iſtam compara-

tionem.

tionem. & pro hoc facit illud, quod dicit Alexan.de Imol.
in 4. volumi.conſilio 118. quod tanta poteſt eſſe vis com-
parationis, quòd per comparationem dicta ſcriptura face
ret fidem. Item in dicto teſtamento non interuenerunt te-
ſtes. Fallit, niſi dictum teſtamentum factum eſſet inter
liberos, quod valet, vt C. de teſtamentis.leg. hac conſultiſ-
ſima.§.ex imperfecto.& in authentic.de teſtament. imper
fect. Barto.in l.is qui ff. de teſtamen. & liberi & mater ac-
ceptaſſent, quod fuit ſcriptum manu patris ſui: vt dicit
Pau.de Caſt.in conſilio 353. incipien. viſis omnibus pun-
5 ctis.vel aliter probaretur, quòd teſtator illud ſcripſit.†Itē
quæro de quadam quæſtione: quidam fecit teſtamentum
publicum ſolenne, in quo facit quædam legata cuidam ec
cleſiæ, & quendam ſuum conſanguineum fecit hæredem.
poſtea duxit uxorem, & eā ingrauidauit, & uxore relicta
prægnāte mortuus fuit.deinde vxor peperit filium, qui vi-
xit per duos annos: eo mortuo mater ſucceſsit ei, & teſta-
mentum illud lacerauit præſentibus aliquibus, eccleſia ac
cuſat matrem circa pœnam ſanguinis de falſo: quæritur
quid iuris? Fuit dictum, quòd teſtamētum prædictum potuit
lacerari poſt mortem illius poſthumi defuncti poſt mortē
teſtatoris, quia teſtamentum natiuitate poſthumi fuit ru-
ptū, quod non poteſt pro parte valere, & pro parte non: vt
in regula, ius noſtrum ff.de regulis iuris. vt dicit Alexand.
in l. ſi poſthumus. in princip. ff. de liberis & poſthumis.
Ideo ex quo teſtamentum per rupturam dicitur nullum,
& ſic non fuit in pœna mater, illud lacerando, cum eccle-
ſiæ non debeatur illud legatum, & ſic nihil intereſt ipſius
6 eccleſiæ.†Sed aduerte, ne erres, quia videtur, quòd ſit com
munis ſententia, quòd conſeruantur legata præteritione
poſthumi ſcienter facta: vt per Iaſon. in authen. ex cauſa.
C.de liber.præter.ſecus quando ignoranter, licet de hoc ſit
magnum dubium. & ſic mater incideret in pœnam falſi
abolendo teſtamentum patris ſui filii defuncti propter in-
tereſſe dictæ eccleſiæ legatariæ. hic non ſunt glo.

SVMMARIVM.

1 *Filius patris abolens teſtamentum vt ei ſuccedat ab inteſtato hæredi tate paterna priuatur.*
Statutum in patre non habet locum in matre.
2 *Pœna in dubio eſt applicanda fiſco.*
3 *Nepos abolens aui teſtamentum vt ſuccedat ab inteſtato, qualiter puniatur.*

1 SI QVIS patris.†Si filij teſtamentum pa
tris aboleuerint ad effectum, vt ei ſucce-
dant ab inteſtato: debent priuari hæredi-
tate paterna. Hoc dicit. Et non dicit iſte
tex. cui debeat applicari dicta hæreditas:
ſed text.in l.2.in principio, & §.1.& l.re
ſcriptum.in fin. ff.de his quibus vt indig. dicit, quòd per-
tinebit ad fiſcum. Item text. iſte dicit, patris. Quid ſi filij
aboleuerint teſtamentum matris, an ſit idem? Dicit Bald.
in l.quicunque.in 3.colum. verſicu.item ſtatuto cauetur,
quòd ſi ſtatutum dicat, quòd pater teneatur filio in vita
ſua dare legitimam, tale ſtatutum non habet locum in ma
tre. ſed ſtari debet iuri communi, vt l.de quibus. à contra-
rio ſenſu.ff. de legi. In contrarium facit, quia vbi eſt eadem
ratio, ibi debet eſſe idem ius: ſed eadem ratio eſt in ma-
tre, ſicut in patre, ergo idem ius, vt dixit Andre.in conſti-
tutione. vt de ſucceſsionibus. in verſicu. communi patre.
& Bald in l.quiſquis. C.ad legem Iuliam maieſta.in 1. co-
lum. & hoc verius. Nec obſtant in contrarium allegata
quia illud verum, quando ſtatutum eſt contra ius commu
ne, ſed iſtud ſtatutum eſt ſecundum ius, vt puniatur in eo,
2 in quo deliquit. † Item pro hoc facit: quia in dubio pœna
applicatur fiſco, ut in capitu. 1. quæ ſint regalia. & in l.
multarum. C.de modo mul. Bar. in l. lex Corne.§. ex hoc
edicto. ff. ad ſilla. Quid ſi pater fecit duo teſtamenta pri-
mum & ſecundum? Vltimum teſtamentum rumpit pri-
mum, vt in §.poſteriore. inſtitu.qui.mod.teſta.infir. cum
concord. Alexand.in 1.volum.conſil.37.in princip.& vide
in conſil. 134. Filius per errorem credidit abolere pri-
mum, & aboleuit ſecundum, an habeat locum pœna hu-
ius conſtitutio. Videtur, quòd non, primò quia non fuit
facta hæc oblatio, vt ſuccedat filius ab inteſtato. Item
quia erroneè eſt factum, & ſic nō eſt conſenſus. Item quia
remanet primum teſtamentum, non apparente ſecundo.
3 † An autem conſtitutio, quæ loquitur de filiis, uendi-
cet ſibi locum in nepotibus? Barto.in l.liberorum.verſicu.
3. quæro. dicit, quòd quando verbum, filius, profertur à
lege, quæ principaliter eſt in odium filii, non porrigitur
ad nepotem. ſi verò continet odium filii in cōſequentiam
prout eſt in caſu, de quo agitur, & tunc extenditur ad ne-
potes, vt ibi latius per eum, & vide Alexand.in 1.volumi.
conſil.50. incipiente, circa primum dubium. & Bal.in 3.
vol.conſil. 2.incipiente, verba ſtatuti. Ludo.in conſil.438.
gloſſ. hic non ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas perſonarum in pœnis eſt per iudicem, conſideranda.*
2 *Qualitas perſonæ attenditur, vt fideiuſſor pro cauſa criminali admittatur.*
3 *Qualitas perſonæ debet attendi in pœna incendiarii.*
4 *Accuſatus de homicidio confitens illud feciſſe ad ſui tuitionem non condemnatur capitaliter, licet hoc non probet.*
6 *Donatio omnium bonorum mobilium facta vxori per maritum, intelligi debet ſecundum vxoris qualitatem.*
7 *Præſumptio contractuum variatur ex qualitate perſonarum.*
8 *Pœna augetur & minuitur ſecundum hominis bonitatem, aut malitiam.*
9 *Dignitas in perſona delinquentis aggrauat delictum.*

1 QVALITAS perſonæ. † Iudex in pœ-
nis infligendis multum debet conſidera-
re qualitatem perſonæ, quia qualitas
perſonæ interdum facit, quòd grauetur
pœna, interdum quòd alleuietur. Hoc
dicit. Facit l.1.C. ſi quis Imperator.ma-
ledi. & pro hoc facit id, quod dictum fuit ſuprà in con-
ſtitutio. obſeruent. in præſenti 3. libro. ſub rubrica 32. &
id, quod dicit Bald. in capitu. 1. in quibus cauſis feudum
amittatur. vbi datur iudici arbitrium augendi uel mi-
nuendi pœnam conſiderata qualitate perſonarum, ut in l.
quid ergo.§. pœna grauior. ff. de infami. & in l. & ſi ſeue-
rior. C. eodem titu. Vide multa, quæ cumulandi de qualita
te perſonarum conſideranda in multis per iudicem, in di-
cto capitu. 1. in quibus cauſis feudum amittatur, & per Fe
2 li.in cap.cauſam, in 11.colū.verſicu.5.de reſcriptis. †Qui-
bus addo, quòd in admittendis fideiuſſoribus pro cauſa
criminali cōſideratur qualitas perſonæ, vt ſi ſit carceratus
homo læuis vitæ, & conuerſationis, non admittitur obla-
tio fideiuſſorum, ſecus ſi non ſit leuis uitæ, & conuerſa-
tionis. ut ſuprà in conſtitutio. humanitatem. Item in pœna
portationis armorum diſtinguuntur qualitas perſona-
rum, vt in conſtitutio. intentionis. & in conſtitutio. aſpe-
ritatem. Item maleſactum in honeſto viro prima vice po-
tius præſumitur erroneum, quàm doloſum, ſecus in inho-
neſto, vt dicit Innocen. in capitu. primo. in gloſſ. fina. de
ſciſmati. & ſic ex qualitate perſonæ non præſumitur quis
erraſſe in facto notorio, vt ff. de iur. & fact. igno. l. in om-
ni. & l. nec ſupina. & l. regula. §. ſed iuris. Si ſunt certæ qua-
litates in principali delinquente, quæ aggrauant delictum,
quæ qualitates non ſunt in præſtante opem, tunc præſtans
opem non punitur eadem pœna, ſecundum Barto. in l. is
qui opem. ff. de furtis. alias ſic, ut in l. qui ſeruo. §. idem pla-
3 cuit. ff. eodem titu. per Barto. † Item diſtinguitur quali-
tas perſonæ in incendiariis, ut per Andre. infrà in conſtit.
qui doloſè. & in l. Pedius. ff. de incen. rui. naufr. Item ſi ali-
quid

quis conſueuit committere dolum in actibus ſuis, de faci-
li contra eum præſumitur dolus in actu, in quo non ſerua-
uit ſolennitatem requiſitam, vt egregiè hoc probat Andr.
Barba. in conſilio 70. in 3. columna. incipiente, illud in me-
dium, in 3. volumine. Item iudex debet conſiderare quali-
tatem perſonæ inſultantis, & inſultati, quando tractamus,
an homicidium ſit factum ad defenſionem, vt dixi ſuprà
in primo libro, in octaua rubrica. in conſtitut. pacis cul-
tum. in ſexto nota. verſicu. ad ſecundam quæſtionem. in-
tantum quòd ſi aggreſſus eſt debilior aggrediente, licet ſe
defendere etiam excedendo, & non punitur de exceſſu, vt
dicit Alexan. in 3. volu. conſilio 14. in fi. quod incipit, pon-
deratis narratis. & dico nũc vnum ſingulare dictum, vide-
4 licet, † quòd ſi accuſatus de homicidio confitetur à princi-
pio ſe illum occidiſſe ad ſui defenſionem, & non probat, ꝙ
ad ſe defenſionem occidit, quòd non poteſt capitaliter con
dénari, niſi probaretur, quòd ad offenſionem occidit. Ita
firmauit Abb. Sicu. in cap. auditis. in pen. char. de præſcri-
ptionibus. idem firmant ibi Fely. in cap. cum venerabilis. 4.
col. de exceptionibus. & Alexan. in l. non ſolùm. §. ſciendũ.
ff. de ope. no. nun. & Domi. Iaſon in l. vt vim. in 4. colum. ff.
de iuſt. & iure, & Dominus Thomas Ferractus de Brixia
in cautela 5. Item ex qualitate perſonarum præſumitur
quid honeſtum, & licitum, vel inhoneſtum, & illicitũ, ut
dicit Angel. in l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habit. & per
Alexand in 4. volu. conſil. 127. incip. viſa inquiſitione. in
4. colum. Item qualitas, quę eſt in perſona vnius, & non in
perſona alterius, facit, vt aliter videatur de vno quàm de
5 alio. Alexand. in 5. volum. conſilio 139. in fi. † item donatio
facta vxori per virum de omnibus bonis mobilibus, intelli
gitur ſecundùm qualitatem perſonæ eius, cui donatur, &
hoc per text. in capitulo paſtoralis. & ibi per Innocẽ. de do
na. & per gloſſ. in l. ſeruus vrbanus. ff. de legat. 3. & ſic non
videtur donata argentaria ipſius uiri, quia non conuenit vt
du æ argentaria. Item qualitas perſonę minantis debet con
ſiderari ad hoc, vt minæ inducant iuſtum metum, vt dicit
Abb. Sicu. in capitulo primo. de offic. delega. allegat Barto,
in l. ſi donationis. in fi. & in l. metum. C. quod metus cauſa.
idem Bald. in l. fina. ff. de hæred. inſtituen. cum concor. alle
gatis per Decium in d. cap. 1. Item qualitas dignitatis illũ-
ſtrium perſonarum facit, ꝙ in cauſa criminali poſſint ac-
cuſare, & defendere per procuratorem, ꝙ nõ eſt ſic in aliis
perſonis. l. ſi quando. C. de iniurijs. qui tex. eſt canonizatus
6 in decretis, vt refert Specu. in titu. de procurat. † Item ex
qualitate perſonarum præſumptio cõtractuum variatur,
dixit Bald. in c. j. in 2. col. de pac. Item debitor fiſci non eſt
idoneus ad tutelam, intelligitur ſi debitũ eſt magnũ, habi-
ta conſideratione perſonarũ, ſecundum Cy. & Ang. in au-
then. ſed iã neceſſe. C. de don. ante nup. Item ſecundũ qua-
litatem ſeruientiũ dari debet panis ad comedendũ, nam no
bilibus datur panis albus, ruſticis verò groſſus, vt eſt tex. &
ibi gl. in ſeruis vrbanis. ff. de legat. 3. Item qualitas perſonæ
prę̃ſtat intellectum diſpoſitioni circa eam prolatę. Fely. in
c. cauſam. 11. col. verſic. quinta declaratio. de reſcrip. Item
pactum. quod liceat habitare, intelligitur ſecundùm qua-
litatem perſonæ, Barto. in l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. ff. de ver
7 bo. obliga. † Item pœna augetur & minuitur ſecundùm bo
nitatem, & malitiam hominis. l. non omnis. §. a barbaris. ff.
de re milita. quia ſecundùm qualitatem perſonarum, im-
ponuntur pœnę. ff. de vulga. & pup. l. ex facto. §. Iulius Lon
gious, l. reſpiciendum. ff. de pœn. l. Pedius. ff. de incend. rui-
na naufragio, ſecundùm Albe. in l. auxilium. §. fi. ff. de min.
vt in conſil. Domini Francifci de Cur. conſilio 56. incipien
te, ſapienter optimus, in vltima char. verſic. capio alium ar
ticulum. Bene facit text. in l. ſed & ſi quis. §. 1. ff. de vſufru-
ctu, vbi ſi teneor veſtire aliquẽ, intelligitur ſecundùm qua-
litatem ſuę perſonę. Et ibi dicit Bald. quòd melius debet
eſſe veſtitus Abbas quàm monacus, & Doctor quàm ſcho
laris. Item an quid dicatur incontinenti factum, vel ex in-
teruallo iudicatur, habito reſpectu ad qualitatem perſona-
rum, ſecundùm Bartolum. in l. idem eſt. §. cum igitur. ff. de
8 vi & vi armata. † Item dignitas in perſona delinquentis
aggrauat delinquentem. Abbas Sicul. in cap. cùm quidam.
1 col. verſi. oppo. contra tex. de iureiuran. & ibi per Felyn.
Cardin. in clemen. 2. in 5. q. de vita & hone. cler. An autem
grauius peccet in foro poli in eodẽ peccato religioſus, vel
laicus? Vide plenè per Fely. in d. c. cum quidam. in 1. col.
hinc non ſunt gloſ.

De malis & noxiis medicamentis. Rubrica XLI.

CONTINVATVR ad proxima prę-
cedentia ſic. Dictum fuit ſuprà proxi-
mè de multis ſpeciebus falſitatis, uerùm
quia etiam committitur falſitas, quan-
do datur alicui homini toxicum ad co-
medendum, uel res uenenoſa, uel mala
medicamenta, interdum ad effectum, ut moriatur, inter-
dum datur poculum ad peruertendum animum ad aman
dum, uel ut odiat, quæ cibaria uenenoſa interdum cau-
ſant ſumenti mortem, interdum non lędunt. ideo prohi-
bentur talia noxia cibaria uendi, & emi ſub grauiſſima pę
na, & prohibetur in aquis proiici taxum piſcibus, ex quo
piſces redduntur infecti, de quibus piſcibus homines aſſu-
mum cibum eis nocuum, ideo condecenti ordine de his
hic dicit. Plus enim eſt hominem ueneno extinguere, q̃
occidere gladio, dicit tex. in l. 1. C. de maleficis & mathem.
& ſic ſub iſta rubr. continentur 5. conſtitu. prima incipit,
mala noxia. ſecunda incipit, poculum amatorium. tertia
incipit, eadem pœna. quarta incipit, quicunq; toxicum.
quinta incipit. amatoria pocula.

SVMMARIVM.

1 *Venenum quoddam bonum eſt, & quoddam malum.*
2 *Medicamenta quædam fiunt ad mentes alienandas.*
3 *Tortura de facili datur ei, qui per malum venenum voluit homi-*
nem occidere.
4 *Venenum cauſa necandi hominem nemini vendere licet.*
5 *Emptor veneni mali ad dandum alteri punitur, etiam ſi non de-*
derit.
6 *Venenans fontem, vel puteum, tenetur l. Corn. de ſica.*
7 *Coniunx coniugem venenans publicum crimen committit ab omni-*
bus accuſabile.

MALA Noxia. Qui ad alienandos ani-
mos, ſcilicet ad amorem, uel odium,
uel ad fatuitem cauſandam mala medi-
camenta homini dederit, aut uenenum,
ut moriatur, uel ſi aliquis habuerit pe-
nes ſe, uel in domo ſua uenenum, uel il
lud uendiderit, pœna capitali feriatur. hoc dicit. Idem no,
in cap. homicidas. 23. qõ. 5. & in l. 3. ff. ad leg. Corn. de ſica.
2 † Not. ex text. quòd reperitur uenenum bonum, & ue-
nenum malum, ut hic, ſed magis clarè hoc probatur in l,
quòd ſępe. §. ueneni. ff. de contrahen. empt. ſed melior text.
eſt in l. qui uenenum. ff. de uerbo. ſignifica. ubi appellatio-
ne ueneni intelligitur tam de malo ueneno, quàm de bo-
no. Sic appellatione medicamẽti intelligitur tam de medi-
camento, quod nocet, quàm quod prodeſt, ut dicit ibi tex,
ad idem tex. in l. eiuſdem. §. adiectio. ff. ad leg. Corn. de ſica.
ibi dum dicit, tam id, quod ad ſanandũ, quàm id, quod ad
occidendũ paratum eſt. Et propterea dicit Alexand. in 2.
uol. conſilio 202. incipien. ſuper themate. in prima colum.
quòd debet articulari, ꝙ dedit malum uenenum, & non
diceret, quòd dedit uenenũ, quod intelligitur in dubio de
bono ueneno, ut excludatur delictum. l. meritò. ff. pro ſoc.
Sic etiam dicimus, ꝙ reperitur bonus dolus, & dolus ma-
2 lus, ut inf. in glo. conſtit. quicunque toxicum. † Secundò
not. ex text. ibi, ad alienandos animos. quòd reperiun-

tur mala medicamenta ad alienandum mentes hominum,
licet Imperator hoc derideat infra in cōſtitutione, amato-
ria pocula. Tamen verum eſt, vt poſſit malis medicamen-
tis hoc fieri, vt probatur in l. eorum. C. de malefi. & mathe-
ma. & in l. ſi quis aliquid. §. abortionis. ff. de pœn. Et ego vi
di proceſſum, in quo quædam mulier inhoneſta philoca-
pta de vno iuuene pulchro rem veneream habuit cum eo
per plures menſes, in tantum, ꝙ eam amore heroico ama-
uit, & poſtea propter mala medicamenta, quę dedit illi iu-
ueni, alienauit mentem eius taliter, ꝙ induxit eum ad con-
trahendum matrimonium per verba de præſenti, & tunc
neſciebat, quid ageret, & multos dies ſtetit ſicut vna ſtatua
& poſtea ꝑpter bonas medicinas aſſumptas reuerſus fuit,
& dedit petitionem in curia eccleſiaſtica, quòd illud non
fuit matrimonium, quia non fuit eius conſenſus. Et de me
dicinis contra iſta maleficia, & mala medicamenta, vide
per Raynaldum de Villanoua, ſub rubrica incipiente, re-
media contra maleficia, cha. 250. Et eſt ſciendum, quòd ſu
3 per iſto crimine, ꝙ † aliquis voluit occidere hominem cū
malo veneno, iudex debet eſſe facilior & promptior ad tor
turam, præcedentibus indicijs, vel coniecturis, ſecundùm
Baldum in l. 3. C. de epiſcop. audiend. quia iſtud delictum,
ſcilicet occidere hominem veneno, atrocius eſt, quàm ſi
ferro doloſè hominem occidiſſet, vt dicunt Iacob. Butr. &
Angel. in l. 1. C. de malefi. & mathemat. & Ioann. de Ana.
in cap. 1. in quarta colum. de ſortilegiis. eſt enim hoc cri-
men venenare hominem occultum, ſicut crimen falſitatis.
& ideo promptior debet eſſe iudex ad torturam, ſecūdùm
Bald. in l. quicunque. de ſeruis fugit. in penult. colum. Ale-
xand. in 3. volum. conſilio 60. incipiente, in cauſa accuſa-
tionis. Et vbi veniret ex præſumptionibus condemnādus,
nunquam iudex debet condemnare ad pœnam mortis, ſe-
cundùm Ioann. Andr. & Anton. de Butr. in capi. afferte. de
præſump. & alios, quos refert Alexand. in 3. volu. conſilio
116. incipiente, in cauſa inquiſitionis. in fi. & illud conſi-
lium loquitur de quadam inquiſitione contra quandam
pauperculam ſuper venenatione contra maritum dicens,
quòd non debet inquiſitus interrogari, an maritus ſit mor
tuus ex veneno, ſed an dedit marito venenum, vt ibi latius
per eum. & pro hoc facit iſte text. ibi, dū dicit, qui dederit.
4 Tertiò nota ex textu ibi, vendiderit. ꝙ non † licet aromata-
rijs, nec cuiquam vendere malum venenum necandi cau-
ſa hominem, vt hic concord. text. in l. eiuſdem. ff. ad legat.
Corn. de ſica. vbi non licet vendere aconitum, quæ eſt her-
ba venenoſa, vt no. ſuprà in conſtitut. in conſulem. in ver-
ſicu. aconitum. & in d. l. eiuſdem. §. alio. Et idem de aliis ve-
nenis. Et ſi non licet venenum malum vendere, non licet
emptori emere, quia iſta ſunt correlatiua, & de hoc eſt in-
fra conſti. quæ incipit, eadem pœna. Quartò no. ex tex. ibi,
habuerit. ꝙ non licet habere venenum malum, ſubaudi, cā
occidendi hominem. ad idem tex. in l. eiuſdem. ff. ad legem
Corne. de ſica. nec etiam licet conficere malum venenum.
vt dicit tex. in l. 1. ff. ad legem Corne. de ſicar. ibi, venenum
confecerit, dederit &c. Quintò & vltimò nota. ex text. ibi,
capitali. quòd iſte text. probat opin. Barto. in l. 1. in fi. ff. de
parricid. vbi dixit, ꝙ ſi quis emerit venenum malum, vt da
5 ret † alteri, licet non dederit, punitur ac ſi dediſſet pœna ca
pitali, vt hic, & in l. 1. C. de malefic. & mathe. & in dicta l.
eiuſdem. in princip. idem dicit Ioan. Fab. Inſtit. de publ. iu-
dic. §. alia. Sed aduerte, quia de generali conſuetudine to-
tius mundi derogatum eſt dictis legibus, per quam patet,
ꝙ nemo debet decapitari, niſi propriè occiderit alterū, nec
propter malum animum, nec propter conatum tātùm de-
bet puniri pœna mortis naturalis, vt in Specul. de accuſat.
in 1. parte. §. 1. verſi. ſed pone. & ſequitur hoc Angel. in l. 1.
§. hæc verba. ff. quod quiſque iur. & in l. 1. §. ſit iniuria. ff. de
variis & extraord. crim. Bal. in l. 3. C. de ſeru. fugi. & Ludo.
Roma. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. & Felv. in d.
tractatu, an attentatum puniatur, ſicut conſumatum, Au-
guſt. ſuper Angel. de malefic. in verſicu. & ex interuallo. in
3. charta. Et pro hoc bene facit id, quod dicit Angel. in di-
6 cta l. 1. §. ſit iniuria. quòd qui venenaret † fontē, vel puteum
ſecuta morte, tenetur lege Cornelia de ſicariis. ergo ſe-
cus ſi non fuit ſecuta mors. Fallit in crimine læſæ maieſta
tis & in crimine aſſaſinij, ſecundùm Angel. in dicto ver-
ſicu. ex interuallo. in tertia char. allegat Bald. & Angel. in d.
§. hæc verba. Et quòd iſta conſtitut. debeat intelligi ſolùm,
quando ex veneno ſecuta eſt mors, reperio tenuiſſe in con
ſilio 81. incipien. viſa inquiſitione. Dominus Barth. Cepol-
la allegat pro iſta interpretatione Anton. de Butr. in cap. j.
a de reſcriptis. An autem [a] liceat de iure ciuili hoſtem vene
no occidere? Dicit Bald. in 1. uolu. conſilio 51. incipiente,
dicitur. in fi. quòd ſic. allegat Vege. de re milit. ſecus iure po
li. Sed aduerte, quia ſecundum iſtam deciſionem Bal. uide-
tur inferri, quòd licet foriudicatum veneno occidere, & ta
men hoc non eſt uerum per ea, quæ allegat Dominus Phi-
lippus Decius Doctor ſingulariſſimus noſtra tempeſtate
in capit. quæ in eccleſiarum. in 7. colum. uerſi. ſolùm addo
7 unum. de conſtitu. In gl. 1. not. iſtam gloſ. quòd † ſi maritus
dedit uxori uenenum, uel uxor uiro, tale crimen dicitur pu
blicum, allegat text. in authen. ut cum de appellatione co-
gnoſcitur. §. & hoc quidem. uerſi. ſi contigerit. Vide ad hoc
de inquiſitione contra uxorem, quæ uoluit uenenare uirū,
quæ indicia ſufficiant, uel non ſufficiant ad torturam. Pau
lum de Caſt. in ultimo conſilio primi uoluminis, quod in-
cipit, uiſa inquiſitione.

ANNOTATIO.

a An autem.] In quęſtione pręſenti dic. quòd idem tenet Franciſc. de Crema in ſing. ſuo 49. inci. defenſaui ſemel. ſed aduerte, quia contra tenet ſubtilis Deci. in l. non vult. de reg. iur. ff. vbi idē firmaui. & nunc teneo per ea, quæ ibi latiſſime adduxi.

SVMMARIVM.

1 *Amor an prouocari poſſit cibo, vel poculo.*
2 *Cibum nociuum propinans qualiter ſit puniendus.*
3 *Poculum amatorium quod ſit, & vnde dicatur.*
4 *Amor verus et heroicus in Deum carnales omnes ſuperat virtutes, ſeu voluptates.*

POCVLVM amatorium. Non erit im
punitus, qui poculum amatorium uel
quemlibet cibum noxium inſtruxerit,
1 etiam ſi neminem lęſerit, hoc dicit. † No
ta primò ex text. quòd reperiuntur res,
quæ inducunt hominem ad amandum,
ſi ſumatur in cibum. ad idem text. in l. ſi quis aliquid. §. qui
abortionis. ff. de pœnis. & in l. eorum. C. de maleficis & ma
thematicis. & hoc non licet: imò ultra peccatum morta-
le, quod incurrit, ut dicit Alber. de Roſa. in rubri. C. de hę-
reticis. in tertia columna. & refert Decius in capit. ad au-
dientiam. de reſcrip. poterit puniri pœna contenta infrà in
conſtitutione, amatoria pocula. etiam quòd talis cibus, uel
potus nullam fecerit lęſionem. Secus ſi daret res non in ci
bum, uel potum, ſed ut portet in dorſo. quia amabitur, ut
dicitur de coralio, uel de calamita, tunc nulla eſt pœna, &
de uirtutibus coralij, quādo portatur in dorſo, uide in pan
decta medicorum, in uerbo uaſal. c. 80. & de uirtute lapi-
2 dis magnetis, uide in pandecta, char. 126. † Secundò no. ex
tex. ibi, cibum nociuum. quòd uenit puniendus pœna con
tenta infrà in conſti. amatoria pocula. ille, qui inſtruxit ci
bum, uel potum nociuum, & homini dederit ad ei nocen-
dum, ēt ſi eū nō læſerit, quod notatur cōtra iſtas mulieres
dantes cibaria, uel pocula ſimplicibus hominibus, ut amēt
uel amentur, nam poſſunt puniri, etiam quòd nō lęſerint
aliquem pęna carceris per annum, & omnium bonorum,
3 ut dicitur in d. conſtitutio. amatoria pocula. † Quęrit hic
Andr. quod dicatur poculum amatorium, & dicit, quod
dicitur poculum amarum ab amaritudine, uel dicitur ab
amo, amas, ſicut mulieres malę, quę propter luxuriam in-
fatuantur, ut no. in l. 2. §. penu. ff. de ędil. edi. ſed hoc uenit ex
amore

amore heroico: vt dicit Raynald.de Villanoua, in libro al-
legato in præcedenti conſtitutio. in ſecundo no. iſte amor
heroicus poteſt eſſe exceſſiuus virtutum: vt fuit amor in
Deum Beatæ & glorioſiſſimæ Virginis ſemper Sanc. Ma-
3 riæ. Item fides ſanctorum martyrum, † & iſta virtus a-
mor in Deum ſuperat carnales virtutes, ſecundùm Philip.
ſeptimo Ethicorum. de quo latius in quodam egregio li-
bello, quem compoſuit egregius Doctor noſtris tempori-
bus Domin.Ioann.Lopes Valentinus, qui intitulatur, virt-
darium virtutum. rubrica de virtute heroica. Sed reperio,
quòd Nicolaus de Lyra in Amos prophetæ ſexto capitulo
dicit, quòd apud Iudeos fuit optimum unguentum ad
procurandum libidinem: iſte nimius amor libidinoſus eſt
potius vitium animi, quàm corporis: ſicut eſt vitium ani-
mi, eſſe nimium timidum, vt dicit Bald. in dicta l.prima.§.
penultimo.tamen poteſt procedere ex poculo, vel cibo in-
ſtructo de variis rebus ad hanc libidinem, vide in pande-
cta medicorum.

SVMMARIVM.

1 *Venditione prohibita, an cenſeatur emptio prohiberi.*
Emere & vendere ſunt correlatiua.
2 *Emere & accipere licet quandoque, quod non licet alienare.*

EADEM POENA. Iſta conſtitutio.
eſt declaratoria conſtitut. præcedentis,
quę incipit, mala noxia. vbi fuit dictum,
quòd non licèt mala medicamenta ven-
dere. Hic dicitur, quòd ſub eadem pœ-
na non licet mala medicamenta emere,
1 non fuit neceſſaria iudicio meo iſta conſtitutio. † Quia
prohibitus vendere, eſt etiam emptor prohibitus emere:
quia iſta ſunt correlatiua: vt in l.finali.C.de indic. viduit.
tollen.& diſpoſitum in vno ex correlatiuis cenſetur diſpo-
ſitum in alio: vt in dicta l.fina. & ibi Bartol. & Ange. in l.
fina.ff. de accep.& in l.1.C.de cupre.libro vndecimo.cum
multis ſimilib.allegatis per domin.Bapti. de Sancto Blaſio
de Padua in tractatu correlatiuorum, qui incipit, in hoc
opere. Sed poſſet dici, quòd licet emere, & vendere, ſint
correlatiua, vt in l.Labeo.§. contractum. ff. de verborum
ſignificat. tamen non ſequitur, quicunque poteſt emere,
2 poteſt etiam vendere, vt inſtitu.autho.tuto.in princi.† Imò
interdum quis poteſt emere, & accipere, & tamen non po
teſt alienare, vt in titu.ff.de rebus eo. & ideo poſita fuit hic
iſta conſtitu.

SVMMARIVM.

1 *Toxicum non neceſſarium ad ſanitatem hominum non poteſt tene-ri, aut vendi ſub pœna capitis.*
Taxum quid ſit, & quid operetur.
2 *Piſces taxo infecti ſunt hominibus ex eis comedentibus nociui.*
Piſcatores ponentes taxatum in aqua pro piſcibus capiendis pu-niuntur.
3 *Viſitatio Dei interdum in bonum eſt, & aliquando in malum.*

QVICVNQVE toxicum. Qui toxi-
cum, uel malum uenenum habuerit ad
nocendum, uel uendiderit, in furca ſu-
ſpendi debet; ita ut in illa moriatur. Et
qui cum taxo, uel aliis herbis piſces in
mari, uel in flumine exiſtentes in ipſis
aquis infecerit, per annum cum ferris operibus publicis
deputetur. Et eſt ratio, quia corrumpuntur aquæ. & pi-
ſces redduntur infecti: & homines comedentes de ipſis
piſcibus infirmantur, & beſtiæ, quæ bibunt de ipſis aquis,
1 noxiæ redduntur. hoc dicit.† Not.ex text.ibi, toxicum, aut
malum uenenum. quòd etiam toxicum & malum uene-
num, quod non eſt utile, nec neceſſariũ ad confectionem
& ad ſanitatem hominum: non poteſt teneri, nec uendi
ſub pœna capitis. Ergo reperitur res uenenoſa, quæ intrat
in confectione pro ſanitate hominum, ut eſt in theriaca, &
in aliis confectionibus. Omne enim quod nocet homini-
bus, dicitur uenenum, dicit Beatus Ambr.in libro de He-
lya & ieiunio.capi.14. Alias autem res uenenoſas ponit iu
riſconſultus in l.3.§.alio ſenatuſconſulto.ff.ad leg.Cornel.
de ſicar. Secundo no.ex tex.ibi, taxum. quòd taxum eſt ar-
bor, ex qua proiecta in aqua piſces mortificãtur, & eſt res
prohibita fieri ſub pœna hic cõtenta, de iſto taxo loquitur.
Plin.libro 26.capi.6. Tertiò not.ex tex.ibi, nociuæ reddun
2 tur.† quòd piſces infecti ex taxo nocent hominibus eos co-
medentibus. Et etiam aqua, ubi proiectum eſt taxum, no-
cet animalibus bibentibus dictam aquam. Quartò no.ex
text.ibi, cum ferris operibus publicis. quòd piſcatores, qui
ponunt taxum in aqua pro piſcibus capiendis puniuntur,
ut operibus publicis cum ferris laborent. Sed hanc pęnam
ego non darem nobili, quia cauſa ſolatij iret ad piſcandũ,
& iaceret taxum in aqua, quia eſſet pœna ignominioſa no-
bili, quæ non eſt ei inferenda, ut dicit Rapha.Fulg.in con-
ſilio 157. incipiente, ſuppoſito ſtatuto. in 3. colum. item
per conſtitut. ſuprà, qualitas. In gloſ.unica, ſigna, & tene
menti iſtam gloſ. quia enumerat ſeptem concordantias ad
hoc, quòd reperitur bonum, & malum uenenum. ſicut re-
peritur bonus & malus dolus, ut in l. prima. ff. de dolo. &
in ca.fi.in glo.de off.cuſtodis. & perſuaſio bona & mala, &
culpa fęlix & mala, & doctrina bona & peruerſa, & concu
3 piſcentia bona, & iuſta, & mala.† Quibus adde, quòd uiſita
tio Dei interdum eſt in bonum, interdum in malum, ut di-
cit ſuper Eſai.Nico.de Lyra in ca. 14.uel 24. Item uolun-
tas diuina eſt cauſa electorum & reproborum, ut dicit Ni-
co.de Lyra in Euang. Matth.9.c. Item ſimulatio pia, & ſi-
mulatio pernicioſa, gl.24.qõ.1.c.officij. item terra fertilis,
& terra ſterilis, ut dicit Beatus Ambr. in lib. de Iſaac & ani
ma c.7. Item tentatio importat tribulationem & proſperi-
tatem, ut dicit idem Ambr.in Sermo.82.

SVMMARIVM.

1 *Incantationes omni iure ſunt prohibitæ.*
2 *Pocula amatoria & alia nociua propinantes puniuntur ad arbitrium iudicis.*
3 *Animus nocendi in perſonam per cibos aut potus punitur omnium bonorum publicatione.*
4 *Poculum amatorium an poſſit peruertere intellectum.*

AMATORIA Pocula. Iam ſuprà, in
conſtitu. poculum amatorium, dictum
fuit, quòd puniuntur illi, qui dant po-
culum, uel cibos quoslibet ad amandũ,
uel aliud noxium. Sed non fuit ibi de-
clarata pœna: hic declaratur pœna cer-
ta, uidelicet mortis, quando ex tali poculo, uel cibo no-
xio ſecuta fuit mors, uel amiſſio ſenſus, ſed ſi in nullo læ-
datur ex dicto potu, uel cibo: tunc ſolummodo eius bona
publicantur & per annum ſit in carcere. Itẽ hic additur ſe-
cundò, quòd ſunt quidam, qui arte diabolica cum exor-
ciſmis & incantamentis ſenſum hominis peruertunt, uel
uitam adimunt, quòd iſti etiam eadem pœna puniuntur.
Item tertiò hic Imperator dicit eſſe ridiculum, & fabulo-
ſum, ut cibus, uel potus poſſit hominem inducere ad amo-
rem uel odium. Item hic quartò ponitur ratio, quare pu-
niuntur, quando ex potu, uel cibo noxio, aut exorciſmis
nulla lęſio in perſona ſumentis cõtingit, & ꝙ ideo eſt, quia
habuit animum nocendi. ideo iſte animus nocendi non ha
bet pertranſire impunitus, & hoc habeatur loco ſumma-
1 rij.† No.ex tex.ibi, exorciſmata. ꝙ illi incantus ſunt prohi-
biti, nõ ſolùm ſecundũ religionem Chriſtianam, ſed etiam
ſecundùm Philoſophos, & Iuriſcõ. qui non habuerunt no-
titiam de incarnatione D. Noſt. Ieſu Chriſti Dei omnipo-

tentis, vt patet in l. 1. §. medicos. ff. de var. & extra. cogni. Et imperator ſub grauiſſima pœna prohibet fieri iſta exorciſmata, ut in l. 2. & 3. C. de male. & mathe. Quid autem ſi per ſortiarias & artes maleficas aliquis ligat homines, ne valeant vxores cognoſcere, de quibus loquitur titulus, de frigidis & maleficiatis. in decretalibus. Dico, quòd habet locum ſecunda pœna huius conſtitut. non autem pœna mortis: nam tale maleficium fit operatione dęmonum ad impediendum actum matrimonij: ex permiſſione diuina datur poteſtas diabolo, vt propter aliquod peccatum ſic vexet homines, vt 23. queſtio. 1. cap. ſi per ſortiarias, & per beatum Thomam de Aquino in 4. ſentent. diſtinct. 23. articu. 3. Solent. n. dęmones, qui intendunt perditionem hominum, de ſuis reſponſis, etiam ſi aliquando vera dicant, eos aſſueſacere ad hęc, vt eis credatur, & ſic intendunt eos perducere ad aliquod, quod ſit naturę humanæ nociuum ſecundùm beatum Thom. ſecunda ſecundę quæſtio. 95. ar. 4. Et dicit Augu. li. 18. de ciuitate Dei. ca. 18. quòd permiſſione diuina dæmones poſſunt operari, vel videatur homini eſſe, quod non eſt ſolùm quoad animum, non quoad corpus, vt ibi latius per eum. Iſti homines, qui faciunt iſtas incantationes, faciunt contra primum præceptum diuinũ, vt 25. q. 5. c. non obſeruetis. & in cap. illud. & de iſta mate-
2 ria vide in c. accuſatus. §. ſunè. de hære. lib. 6. † Secundò no. ex tex. ibi, mortis periculo, quòd iſti, qui faciũt exorciſmata, vel dant pocula, vel cibum noxium, & contingit læſio hominis, vel quia amittit ſenſum, vel mors euenit, vel quòd ſunt in periculo mortis, iudex habet arbitrium condemnandi eum ad mortem. & ſic patet, quòd ex cauſa poteſt minuere pœnam mortis naturalis per dictam legẽ quid ergo, §. pœna grauior. ff. de infami. quid dicendum de illo, qui impregnauit ſuam amaſiam, & propter eius amorem dedit ſibi poculum, vt faceret abortum, & iſta fecit abortum, an teneatur de occiſo? Text. dicit quòd ſic, in lege ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis.
3 † Tertiò nota ex text. ibi, publicatis bonis, quòd punitur animus nocendi in perſonam per noxios cibos, vel potus, aut exorciſmos pœna publicationis omnium bonorum & carceris per annum, licèt nullum malũ ſit ſecutũ, ſecus ergo erit ſi non animo nocendi hæc facta ſunt, & nihil lędit, quia quod non fit malo animo, non meretur pœnam, ſecundùm Baldum in leg. ſuperuacuum. C. de his quæ pœn. nomi. Et ratio. quare pœna illa omnium bonorum, & carceris imponitur ex datione potus, vel cibi noxij, quia per eum non remanſit, quia ſequeretur læſio in corpore humano, & ſic proceſſit ad factum, ſecus ſi ad dationem potus noxij non proceſſiſſet, quia tunc ex ſolo animo nocendi non puniretur, vt dicit Andrę. in capitulo primo. §. ſi voluerit. de capitu. qui cur. vendi. Sed iuxta hoc quæro, quid ſi aliqua dedit mulieri poculum abortionis, & illa doloſè aſſumpſit illum, tamen abortum non fecit, qua pœna iſte punietur? Certè pœna mortis puniri non poteſt, text. in dicta lege ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. ſed punietur arbitrariè: vt conſoluit Andræ. Barb. in ſecundo volumi. conſil. 23. incipiente, ſapientiſſimus. in penulti. & vlti. colum. ergo puniretur pœna huius cõſtitutionis pręterquam in Neapoli, vbi eſt priuilegium quòd Neapolitani non puniuntur pœna publicationis bonorum pro quocunque delicto, niſi pro crimine hæreſis, & lęſæ maieſtatis. Sed quid de illo, uel illa, quæ dedit poculum mulieri ad eam ingrauidandam, & illa, eo ſumpto, mortua fuit, an ille, qui dedit, puniatur aliqua pœna, dic quòd ſic, nam debet relegari. text. eſt in lege tertia. §. ex ſenatusconſulto. ff. ad leg. Corne. de ſicar. & in leg. ſi mulierem. eodem titulo.
4 † Quartò nota ex textu ibi, friuolum, & fabuloſum, quòd Imperator reputat hoc friuolum, & fabuloſum, & ſic nõ verum, quòd poculum amatorium poſſit facere peruertere ſenſum ad amorem, vel odium, niſi concurrat amor heroicus, ſed ille, qui legit libros medicorum, poterit ſcire, ſi reperiuntur res noxię, ad peruertendum ſenſum, & intellectum, & ad amorem, & odium.

De adulterijs & lenocinijs.
Rub. XLII.

DICTVM fuit de multis falſitatibus & ultimo loco de falſitate cibi & potus, ſcilicet quãdo datur homini venenum, & res noxia. Erat videndum de falſitate, videlicet quam committunt muliere maritatæ, videlicet quando committunt adulterium, qualiter ſint puniendę per ſacras regni conſt. Cum de iure Codicis iam deciſum erat in l. caſtitati & l. quamuis. la ſecunda. in fi. C. ad l. Iul. de adul. ſecundùm gl. & Doct. ibi, quòd tam in viro, quàm in muliere erat pęna mortis poſtea per iura Authenticorum in muliere mitigata eſt pœna, quia non punitur pœna mortis, ſed verberata detruditur in monaſterio. Et ſi ſunt filij, duę partes ſuæ ſubſtantiæ ſunt filiorum, & tertia pars eſt monaſterij, ſi non ſunt filij, neq; parentes, tota ſubſtantia ſua applicatur monaſterio, vt dicit in auth. hodie. poſita ſuper d. l. quãuis.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium iure Codicis morte punitur,*
2 *Filii legitimi & naturales ſuccedunt mulieri adulteræ.*
3 *Adulter quare grauius puniatur, quàm adultera.*
4 *Confeſſio indefinitè prolata in omnibus præiudicat.*
5 *Mulier maritata non excuſatur à pœna adulterii, eo quòd ſe pluribus cognoſcendam præbuerit.*
6 *Adulter non cenſetur condemnatus adultera condemnata.*
7 *Maritus an poſſit vxorem ſuam adulteram occidere.*
8 *Mulier an ſit facta ad imaginem Dei.*
Adulterium non obſtante concordia partium non debet remanere impunitum.
9 *Iudex an poſſit ex officio ſine accuſatore procedere in adulterii crimine.*
10 *Adulterium committens in uno, tanquam ſodomita punitur.*
11 *Sodomitæ ſunt igne cremandi.*
12 *Pollutia extraordinaria qualiter ſit punienda.*
13 *Affectus ad delictum quando puniatur effectu non ſequuto.*

LEGVM aſperitate. Multi libri habent hanc conſtitution. incorrectam. Et etiam Andr. de Iſer. habebat ipſam incorrectam, poſtea in finalibus uerbis ſubdit, quòd tota iſta conſtitutio loquitur in adultera, & in adultero nihil innouauit iuri communi, & iſta eſt ueritas. Et in quodam libro antiquo ſic continetur tex. huius conſ. legum aſperitate lenita, non vt olim contra adulteratas per adulteros ad aliorum coniuges accedentes, gladio eſt agendum, & rerum ad eas pertinentium confiſcatio inducebatur, ſi filios legitimos ex eo matrimonio violato, vel alio nõ habuerit, periniquum eſt eos ſucceſſione fraudari, qui nati ſunt eo tempore cuius thori lex legaliter ſeruabatur: aut viro tradenda eſt mulier, nullatenus vitæ periculum ſubitura, ſed vltionem thori violati, naſi truncatione, quæ ſeuius & atrocius inducitur perſecutura, vltra. n. neque parentibus ſęuire licebit. quòd ſi vir eius in eam vindictam dare voluerit, nos huiuſmodi maleficium non ſinemus inultum, ſed ipſam in publicum præcipimus flagellandam. Nunc litera eſt clara. & ideo aliter ipſam non ſummabo.
1 † Nota primò ex text. ibi legum aſperitate lenita. quòd per iſtam conſt. ſatis eſt lenita aſperitas legum in muliere, quę committebat adulterium. nam de iure Codicis tam adulter quàm adultera, vt dixi ſuper rubrica, puniebatur pœna mortis. ut in d. l. quamuis. la ſecunda, ſecundum glo. & Doct. ibi, in adultero nihil eſt immutatum, neque per ius authenticorum, neque per iſtam conſtitu. ſed tantùm eſt immu-

immutatum in adultera, quæ non punitur pœna mortis,
vt in authenti.hodie.quæ eſt poſita ſuper d.l. quamuis. &
per iſtam conſtitutionem. & in hoc eſt lenita aſperitas le-
gum. Item eſt lenita aſperitas iuris authenticorum, nam
per d. authent. hodie mulier adultera, ſi non habet filios,
nec parentes, tota ſua ſubſtantia applicatur monaſterio,
vbi detruditur: & ſi habet filios, vel parentes, duæ partes
ſuæ ſubſtantię ſunt filiorum, vel parẽtum, & tertia eſt mo
naſterij. Idem dicitur in authent. vt nulli iudic.§.fin. quan-
do iſta pœna hic lenitur, & tollitur, quia ſi ſuperſunt filij
2 legitimi & † naturales huius adulteræ, ſuccedunt matri
adulteræ, & ſic non perdit tertiam partem ſuę ſubſtantię,
vt dicebatur in d.authent. hodie. ſed non eſt lenita pœna,
quòd detrudatur in monaſterio, vt dicit hic And. quia hęc
conſtitutio nihil dicit de hoc, & correctio legis non fit, ni-
ſi expreſsè corrigatur, vt in authent. quibus modis natura-
les efficiantur ſui. §. tribus. & in l. præcipimus. C. de appel-
latio. Et iſta pœna detruſionis adulteræ in monaſterio eſt
etiam de iure canonico, vt in cap. gaudemus. de conuerſio-
ne coniugatorum. vide Hoſtienſ. in ſumma de adulterijs.
§. qua pœna. An autem ſit etiam ſublata pęna verberatio-
nis ipſius mulieris, prout dicitur in dicta authent. hodie.
Andr. hic nihil dicit. Sed mihi videtur, quòd non ſit ver-
beranda, poſtquam hic ſtatuitur, quòd debeat tradi viro,
vt ſibi incidat naſum, & ſi naſum non vult incidere, ipſa
adultera publicè fuſtigabitur per curiam, & ſic non debet
bis verberari, ſed iſta pœna ſuccedit loco verberationis,
quæ imponitur per dictam authenticam, hodie. & in hoc
iſta conſtitutio nõ poteſt dici, quòd eſt lenitiua, immo eſt
aſpera, quia punitur naſi truncatione, ſi maritus velit, & ſi
non velit ſibi truncare naſum, tunc publicè verberabitur.
ſed in dicta authent. hodie. non dicitur, quòd publicè ver-
beretur, ſed tãtum, quòd verberetur, & mittatur in mona-
ſterio, quam liceat viro intra biennium recipere, ſi velit: &
ſic eſt aſpera pœna in adultera iſta conſtitutio. & hoc ex-
preſsè dicit iſta conſtitutio ibi, quòd ſæuius, & atrocius.
ſufficit ergo, quòd in duobus eſt lenitiua aſperitatis legũ
vt ſuprà dixi. Quærit hic Andr. quare magis hodie puni-
3 tur † adulter, ſcilicet pęna capitis, ideſt, mortis naturalis, ut
dicta l. quamuis. & l. caſtitati. quàm adultera quæ non pu-
nitur niſi ad truncationẽ naſi, ſi maritus uelit, alias fuſtiga
bitur publicè & detruditur in monaſterio? Dicit hic And.
quia plus deliquit regulariter maſculus, qui ſolicitat fœ-
minam coniugatam, quàm ipſa adultera propter fragilita-
tem ſexus, ſicut dicimus in uirgine, in l. 1. C. de raptu uir-
ginum. Secundò no. ex textu ibi, ad aliorum coniuges.
quòd ad hoc ut adulter, uel adultera puniantur pœnis ſta
tutis. oportet probari, quòd illa mulier erat in matrimo-
nio, quia non aliter dicitur coniux, niſi probetur, quòd ma
trimonium fuit contractum inter uirum & uxorem, alias
non diceretur adulter, nec adultera. hoc uoluit Bartol. in
l. ſi uxor. §. ſi quis uxorem. ff. de adulter. & melius in conſi-
lio ſuo 133. charta mihi 48. incipit, proceſſum eſt contra
Titium de adulterio. quid autem ſi accuſatus de adulterio
commiſſo cum Berta fatetur ſe carnaliter cognouiſſe Ber-
tam, an uideatur confeſſus adulterium? Albericus de Ro-
ſa. arguit pro & contra in l. ſi defenſor. §. qui interrogatus.
ff. de interrogat. actio. tandem tenet, quòd confeſſio inde-
4 finitè prolata † in omnibus præiudicat, tamen dicit, quòd
de hoc uidit multum dubitari, tamen glo. in cap. interro-
gatum. 2. quęſtio. 4. dicit, quòd confeſſio adulteri, uel adul
teræ non nocet alteri, niſi quò ad præſumptionem, ut in
cap. ſignificaſti. de adulter. idem firmat glo. 59. diſtinct. ca-
pit. ordinatos. allegat. 86. diſtinct. cap. tanta. ſed an ex tali
præſumptione poſſit torqueri? Cyn. poſt Petr. in l. fi. dicit
quòd ſic, in finalibus uerbis ſuis. C. de accuſatio. & uide ſu
per hoc Bartol. & Alexand. in l. adulterium. §. 1. ff. de adul-
ter. ubi quærit, an ſententia abſolutoria lata pro adulterio
proſit mulieri, & conſilium Pilei ſuper hoc. Et ſi adulter
dicit excipiendo, quòd illa non poterat eſſe uxor propter
aliquod canonicum impedimentum, an admitti debeat
hæc exceptio? Vide Bartol. in dicta l. ſi uxor. §. ſed ſi ea. &

melius per Bartol. in l. marito. §. illud. ff. eodem titu. in uer-
ſicu. quæro utrum. Sed an iudex eccleſiaſticus debeat de
hoc cognoſcere? Dic, ut not. in cap. tuam. de ordi. cognit.
& Bartol. in l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudi. cum concordan.
ſuis. Et an impediatur curſus cauſæ criminalis cõtra adul
terum, & adulteram, dicitur infra in conſtitutione, maie-
ſtati noſtræ. & uide ad hoc Angel. in l. ſi uxor. §. plane. ff. de
adulter. & Aret. & Auguſt. in tractatu malefic. in uer. che
a me hai adulterato la mia donna. Et ſcias ᵃunum nota. uer-
bum, quod dicit Angel. in l. 1. C. de raptu uirginum. quod
5 mulier maritata † etiam, quod habuit rem ueneream cum
multis, nõ excuſatur propterea à pœna adulterij, ſed bene
adulter non poteſt puniri de adulterio, quia uilitas uitæ
adulteræ excuſat eũ à pœna adulterij. Idem dicit Paulus
de Caſtro in conſil. 303. quem allegat Auguſtinus ad hoc
in loco præallegato, cui addo Bartol. in l. mater. §. mulier.
ff. de adulteriis. Tertiò nota ex textu ibi, perniquum eſt.
quòd iſta conſtitutio non in totum corrigit ſupradictam
authenticam hodie. ſed tantum in duobus ipſam corrigit,
uidelicet, ut adultera non uerberetur, ſed patiatur pœnam
truncationis naſi, uiro uolente, aut fuſtigationis publicæ,
ut ſi ſunt filij dictæ adulteræ nati ante adulterium, illi in
totum ſuccedant in ſubſtantia materna, in alijs contentis
in dicta authent. ſeruabitur, quod ibi continetur. Hæc
pœna nõ cadit in adultero, qui uxorem alterius adultera
uit, quia uxor uiro, cui conſuluit iniuriam, poteſt reconci
liari, ſed adulter non poteſt reconciliari uiro. Et ideo di-
6 co, ꝙ condemnata † adultera non uidetur condemnatus
adulter, ut dicit Bart. in l. qui uxori. §. quęritur. ff. de adul-
ter. ſuper hoc Pileus allegat pro & contra in conſilijs ſuis.
& idem concludit. uide apoſtill. Alexand. in dicto §. quæ-
ritur. & Bartol. in l. adulter. §. ſi eo tempore. eod. titu. & ibi
in apoſtill. Alexand. Abbas Sicul. & Ioan. de Anan. in cap.
ſignificaſti. in fi. de adulter. Et ideo adulter punietur pœ-
na gladii, ideſt, mortis naturalis, ut in dicta l. quamuis. &
ibi per Salycet. & uidi plures iudicatura, ſcilicet, ꝙ adul-
teri fuerunt condemnati ad mortem, & ſententiæ fuerunt
executę, quia ita eſt de iure, prout tenent omnes Doctores.
in cap. tuæ. de procurat. & in dicta l. quamuis. la ſeconda.
& Bartol. in l. inter liberas. in princip. ff. de adulter. Olim
ante dictam legẽ adulter pro ſecunda uice deportabatur,
ut ff. de quæſtio. l. ſi quis uidua. De iure ueteris teſtamenti
tam adulter, quàm adultera puniebantur pœna mortis, ut
patet in lib. Deuteronom. cap. 22. An autem iudæus pro
adulterio puniatur pęna mortis? Vide conſilium Andreæ
Barbat. in quarto uolum. conſil. 63. incipiente, licet in me
dium. 4. colum. qui tenet, ꝙ non. Et ſcias, ꝙ apud Chriſtia
nos committere adulterium die dominico eſt uiolatio du-
plicis pręcepti, ſcilicet mœchiæ, & diei, vt optimè declara
tur in glo. Nicol. de Lyra in libro Exodi capit. 28. Et toties
quoties committit adulterium, peccat, de quo per Abbat.
Sicul. & Felyn. in cap. ſicut. in 4. notab. de teſtibus. Aduer-
te, quia reperio Bald. in l. quicunque. in 2. colum. C. de ſer-
uis fugit. qui dixit, ꝙ ſi quis in eodem loco continuato ſæ-
pius quis cognoſcit uxorem alicuius uiri, reputatur unum
delictum, argum. l. uulgaris. in princip. ff. de actio. & oblig.
l. penult. in glo. quaſi enim continuum pro continuo repu
tatur, & cenſetur unum idem delictum, ut not. ff. de iure-
iuran. l. eum qui. §. in popularibus. idem uidetur tenere Io
ann. Fabr. inſtitu. de publ. iudi. §. item. l. Iulia. Tertiò nota
7 ex textu ibi nullatenus. ꝙ nullo † modo licet marito occi-
dere uxorem ſuam adulteram, ut hic. niſi ſolùm, quãdo in
actibus uenereis uxorem reperit cum adultero, tunc licet
occidere utrunque, ut in l. Gracchus. C. de adulter. & in cõ-
ſtitutione, ſi maritus uxorem. infra. Nec etiam parentibus
adulteræ licet in eam ſæuire, ut expreſsè dicit illa conſtitu
tio, ibi, neque parentibus. & ſic non licet etiam uerberibus
afficere. Et ſic patet, ꝙ iudex põt pręcipere ſub pęna ma-
rito, & parentibus, ne in uxorem adulteram ſęuiant, ut hic.
& in l. præſenti. §. 1. C. de his qui ad eccleſ. confug. Immo
iudex compellere poteſt maritum, ut pręſtet idoneam cau
tionem, ſi uxor timet de nou offendendo eam, ut dicit Ab-
bas

bas Sicul. in cap. ex tranſmiſſa. de reſtitut. ſpoliat. Aſtenſis
in ſum. lib. 8 titu. 32. artic. 6. & Bald. in quodam conſilio,
in 3. volum. Et propter ſœuitiam viri fit ſeparatio quod
ad thorum, de quo per Abbatem Sicul. in cap. literas. 1. co-
lum. & Alexand. in 5. volum. conſi. 28. 2. colum. & ſequen
ti, per Doctor. in l. ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſoluto matrimon.
Bartol. in l. 1. in fi. ff. de his qui ſunt ſui. Abbas in cap. 5. de
cleric. percuſ. Et tene menti iſtum textum permittentem
dari pœnam in faciem hominis per naſi truncationem,
quod eſt contra l. ſi quis in metallum. C. de pœnis. vbi fa-
cies eſt ad ſimilitudinem pulchritudinis faciei Dei, & ideo
nullus debet in facie puniri. vbi dicit gloſſ. neminem eſſe in
fronte bullandum. Sed poteſt dici, prout dicit textus in ca
8 pit. hæc imago. 33. quæſtio. 5. quod mulier ad imaginem † Dei
non eſt facta, licet text. Geneſis dicat, faciamus hominem
ad imaginem Dei, intellexit de viro, & non de muliere,
quia mulier non eſt imago Dei, nec Deus gloriatur per ip
ſam, ſicut de viro, & tantò magis ſi eſt adultera. Quartò &
vltimò nota ex tex. ibi, nõ ſinemus inultum. quòd crimen
adulterij deductum in iudicio legitimè, poſtquam de eo
conſtat, iudex non debet attendere concordiam partium,
ſed debet ad condemnationem iuxta legitima inſtituta
procedere. & pro hoc l. tranſigere. C. de tranſact. de quo di
ctum fuit ſupra in ſecundo libro, in conſtitutione, poſt ci-
tationem ſub rub. 15. Hic eſt vnica gloſſella, quæ eſt repro
bata, inquantum dicit, quod ſi vir non vult truncare naſum
vxori adulteræ, quod vir eius debet fuſtigari, iſta glo. commu-
niter ab omnibus Doctoribus fuit reprobata, quia non ha-
bet rationem in ſe, vt propter bonum opus vir patiatur pę
nam. & ideo glo. incidit in dictum errorem, quia habebat
etiam librum incorrectum. Vltimò quærit hic Andreas,
9 vtrum iudex † ex officio poſsit procedere in crimine adul-
terij ſine accuſatore? Et videtur dicere quod ſic, quia eſt cri-
men publicum, per l. 1. §. ſi publico. ff. de adulter. Aduer-
te, quia glo. in cap. 1. de offic. ordina. dicit, quod tunc poterit
iudex ex officio inquirere in crimine adulterij, quando fre
quens fama laborat cõtra adulterum, tunc illa fama ſuc-
cedit loca accuſatoris: ſed loquitur in epiſcopo, non in iu-
dice ſeculari, quod Angel. in l. fallaciter. C. de aboliti. dicit
ſimpliciter, quod licet recedere à accuſatione adulterij, an
tequam conſtet de crimine adulterij, ſecus quando con-
ſtat, ſed per hoc dictum Angel. non ſoluitur dubium. Ideo
dico, quòd viro non accipiente vxorem in adulterio, nemi
ni licet matrimonii connubia fœdare: vt in l. ſi conſtante.
ff. de adulte. & l. quamuis. la ſecunda. C. eod. titu. & l. mi-
les. §. voluit. & l. ſine meo. ff. de adulte. Sed ſi vir accuſauit
vxorem, & deſiſtit: tunc alii poſſunt accuſare, per d. l. ſi con
ſtante. ſed per dictam l. quamuis. ſi nihil conſtat de adulte-
rio, nõ poteſt extraneus accuſare: ſed ſi vir accuſauit adul
terium, & ei pepercit, tunc quilibet admittitur ad accuſan
dum, per l. vim paſſam. ff. de adulter. & ſi nullus accuſat,
iudex poterit procedere ex officio, ſed nemine à principio
accuſante adulterium, nõ puto, quòd poſsit ex officio per
viam inquiſitionis procedi, nec contra adulteram, nec cõ-
tra adulterum, ne fœdentur connubia, per dictam l. ſi con
ſtante. & dictam l. quamuis. Nec obſtat, quòd adulterium
eſt crimen publicum, & ſic poteſt ex officio procedi, quia
illud eſt verum, poſtquam nomẽ receptum eſt inter reos,
ſecundùm Bar. in d. §. ſi publico. Et Sali. in d. l. quamuis. di
cit, quod crimen adulterii eſt publicum, ſcilicet quantumcun
que in perſonis accuſatorum ſit receptum. intelliget tamẽ
10 vt ſupra dixi. † Sed quæro ab extra: quid dicendum, ſi quis
committeret adulterium cum maritata non in vulua, ſed
in anno, qualiter ille adulter puniatur: dic, quòd punietur
tanquam ſodomita: quia iſtud vitium ſodomiæ exercetur
non ſolùm cum maſculis, ſed etiam cum fœminis. 32. q. 7.
c. vſus. Et in iſto peccato deordinatur ordinatio Dei, & na
turę. 32. quæſt. 8. capi. adulterii. bene facit tex. in capi. flagi-
tia. eadem quæſt. & cauſa. Et ideo eſt peccatum deteſtabi-
lius apud gentiles, vt in d. c. flagitia. & dicit tex. in authen.
vt non luxurientur contra naturam, quòd propter hoc vi-
tium, & blaſphemiam veniunt fames, terremotus, & peſti
lentię, & hoc peccatum ſodomiæ grauius eſt adulterio; vt
in dicto capitu. vſus. & grauius quàm ſi matrem propriam
cognouiſſet. d. capitu. adulterii. nam & ſanctus Loth, vt euí
taret hoc peccatum ſodomiæ, obtulit in peccato proprias
11 filias, vt patet in capi. offerebat. ead. quæſtio. & cauſa. † Et
de conſuetudine iſti ſodomitæ igne cremantur, dicit Ang.
in leg. cum vir nubit in fœminam. C. de adulter. vide in ca-
pitu. clerici, de exceſ. prælato. vbi dicit text. quòd propter
hoc peccatum venit ira Dei in filios diſsidentiæ, ideſt, de
quorum ſalute diſſidendum eſt. Geneſis 19. capitu. dixit
Dominus, clamor Sodomorum, Gomorreorum multipli-
catus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis, ideſt,
vitium, quod agunt, clamat vindictam. & alibi. deſcendam
inquit Dominus, & videbo, vtrum clamorem opere com-
pleuerunt, an non eſt ita. quaſi dicat admirando, vix poſ-
ſum credere tantum nefas reperiri in homine: vnde volo
videre clarè hoc malum, ſi ita eſt, vt puniam. & ideo tota
cęleſtis curia habet illos ſceleratos in deteſtationem, &
abominationem: vt inquit beatus Antonius archiepiſco-
pus Floren. in ſecunda parte ſuę ſummę. titu quinto. verſi-
cu. quantum ad ſecundum. & dicit beatus Hieroni. ſuper
Iſa. & Iacob. à Voragine de natiu. Ieſu Chriſti, quòd no-
cte illa, qua natus fuit Chriſtus, omnes ſodomitæ mortui
fuerunt. & eſt vitium, quod non eſt nominandum, vt dicit
Paulus Apoſtolus 1. ad Roma. & in compendio theologiæ
dicitur, quòd diabulus tẽtans hominem de hoc vitio, poſt-
quam induxit eum ad hoc, fugit abominans ex nobilitate
ſuæ naturæ tantum ſcęlus. Iſti enim non ſolum digni ſunt
morte, vt ait Apoſtolus 1. ad Roma. ſed etiam illi, qui con-
ſentiunt facientibus, vel domum commodant, vel reci-
piunt pretium, vt eſt text. in leg. prima. §. qui pùero. ff. de
extraor. crimi. vbi imponitur pœna capitis iſtis auxilium,
12 vel opem præſtantibus. † Sed quid ſi fiat extraordinaria
pollutio cum puero, ita quòd priapus non intret in ano,
ſed ſolum fit extraordinaria pollutio, ſicut fit interdũ mu-
lieribus corpore virginibus, de qua per Innocen. in capit.
fraternitatis. de eo qui cognouit conſanguineam vxoris
ſuæ. & in capitu. iuuenis. de ſpon. & Archid. in capit. 1. de
ſpon. lib. 6. minus autem inter peccata contra naturam eſt
peccatum molliciei, quod conſiſtit in ſola commixtione
concubitus ad alterum. 32. quæſtio. 7. capitu. adulterii. vt
dicit Alberi. de Roſa. in ſuo dictionario. in uerbo, luxurio
ſa. iſti enim ſicut extraordinariè delinquunt, extraordina-
riè ſunt puniendi, & ita vidi fuiſſe determinatum per ma-
gnificos doc. ſed ſi vltra extraordinariam pollutionem po
ſuiſſent priapum in ano, iſti commiſerunt ſodomiam, &
punirentur tanquam ſodomitæ, & quia delictum iam po-
teſt dici conſumatum, licèt ſemen emiſſum fuit extra anũ.
Nec obſtat quoad primum caput de extraordinaria pollu-
tione, quod fuit deuentum ad actum proximum in iſto
grauiſsimo delicto, quo caſu attentatum habetur, ſicut ſi
perfeciſſet, ut dicit Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. de
epiſcop. & cleric. & Felin. in tracta. quando conatus pu-
niatur, quia ad hoc reſpondetur, quòd licet hoc ſit de iu-
13 re: † tamen de generali conſuetudine etiam in iſtis deli-
ctis grauiſsimis minus punitur ille, qui deuenit ad actum
proximum, & non perficit, quàm qui perficit tale deli-
ctum, vt dicit Specu. quam ad hoc allegat Angel. in l. 5. §.
hęc verba. ff. quod quiſque iuris, & in d. l. damni. §. Sabini.
ff. de damno infect. & Angel. de Aretio in tract. melefic. in
verbo, ex interuallo. circa fin. iſtæ qualitates non poſſunt
probari, niſi per confeſsiones delinquentium, quia ſuper
dictis qualitatibus non habentur teſtes, quia delictum eſt
occultum, & ſi non ſunt confeſsiones, ſed indicia, prout iu
dici uidebitur, adhibebit tormenta.

ANNOTATIO.

a Et ſcias] Vide Capi. in deciſ. 44.

SVMMARIVM.

1 *Maritus quando de lenocinio puniri poſſit.*

2 *Maritus*

2 *Maritus non poteſt vxorem de adulterio accuſare, cuius fuit in cauſa.*
3 *Maritus quibus caſibus non poſſit vxorem de adulterio accuſare.*

QVI coram ſe ſpectante. Si maritus permittit vxorem ſuam cum ganeis laſciuire, non poterit ipſam in iudicio accuſare de adulterio, quia videtur conſentire
1 adulteriis. Hoc dicit. †Sed an poſſit maritus de lœnocinio puniri. Dic, quòd non, quia aliud eſt permittere vxorem mœchari, aliud eſt lœnonem eſſe ſuæ vxoris, quæ excipit de lœnocinio contra virum eam accuſantem de adulterio, qui poteſt puniri ſine accuſatore, vt in dicta l. prima. in verſicu. lœnocinium igitur. ff. de adulter. Fortè enim maritus tolerauit adulteria vxoris, ut euitaret ſcandalum, ideſt mortem ſibi comminatam ab adultero, ſunt enim ſuſtinenda crimina ratione ſcandali, vt dicit glo. 3. diſtinct. capitu. denique. Dicitur. n. permitti illicitum, vt magis illicitum vitetur, dicit glo. 3. diſtinct. capitu. omnis autem lex. Et profectò maius eſt delictum homicidij, quàm adulterij, ut dicit gloſſ. in capit. quid in omnibus 32. quæſtio. ſeptima. & gloſſ. in capitu. ſi
2 quod uerius. 33. quæſtione ſecunda. †Et not. iſtum caſum, in quo non licet uiro accuſare ſuam uxorem de adulterio, quia ipſe uir fuit cauſa adulterij, ut hic, & not. gl. in cap. ſignificaſti. de diuor. Idem ſi fuit cauſa remota, puta quia eã reliquit ſine neceſſariis ad uitam, ut in dicto capitu. ſignificaſti. & ſequitur Abb. in ca. ex literis. de diuor. in fi. dummodo primò egerit contra uirum, ut prouideat de alimentis. Secundus caſus eſt, quando uir tradidit uxorem alteri adulterandam, ut dicit text. in capit. diſcretionem tuam de eo qui cog. conſang. uxo. ſuæ. Tertius caſus eſt, cum ipſa credidit uirum defunctum, & nupſit alteri, ut in capi. cum
3 per bellicam. 34. quæſtio. ſecunda. †Quartus caſus, ſi fuiſſet ui oppreſſa. capitu. propoſito. 32. quæſtio. 5. Quintus, ſi poſt adulterium reconciliauit eam, ut in l. ſi uxor non fuerit. §. finali. ff. de adulter. glo. in capitu. plerunque. de dona. inter uirum & uxorem. & in capitu gaudemus. de diuort. uide Goff. de Trano, eodem titu. qui hæc ponit. Et ſcias, ꝙ Ioan. And. in nouel. in c. intelleximus. de adul. & poſt eum Io. de Ana. in pen. col. ponit multa ſpecialia in hoc crimine adulterij, de quibus ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus retinens vxorem ſuſpectam de adulterio, an poſſit puniri de lenocinio.*
Damnari nemo debet ex ſuſpicione ſola.
2 *Suſpicio in quibus differat a præſumptione.*
3 *Maritus ſciens vxorem ſuam turpiter lucrari, infamis eſt, & ut leno puniendus.*

1 QVAMVIS Vxorem. †Si maritus habet uxorem ſuam ſuſpectam de adulterio, & eam retinet, non ex hoc poteſt de lęnocinio condemnari, ſed ſi patenter conſtat uirum tenere uxorem ad turpe lucrum, maritus efficitur infamis. Hoc dicit. An autem puniatur de lenocinio? Dicit hic Andr. quòd ſic, per tex in l. 1. §. lenocinium. §. de adulte. nam qui tenet uxorem ad turpe lucrum, leno eſt, ut in l. mercalem. C. de condit. ob turpem cauſam. & ibi gloſſ. quæ allegat, quid ſit leno. Et not. iſtum tex. quòd ex ſola ſuſpicione nemo damnatur. l. abſentem. ff. de pœn. cum concordant. ibi allegatis in gloſ. ſecus ſi eſt pręſumptio contra eum, tunc ex præſumptione legitima damnatur, ut in l. ſi qui adulterij. & in
2 authen. ſi quis. C. de adulte. †Eſt enim maxima differentia inter ſuſpicionem, & præſumptionem. Nam primò quis ſuſpicatur, poſtea præſumit, ut dicit Saly. in dicta l. quamuis. in tertia columna. uerſicu. op. 1. quòd marito non liceat. Præſumptio autem diuiditur, quia aut eſt iuris, aut hominis, quod proſequere, ut per Abba. Sicu. in capitu. is qui. de ſponſa. quia non eſt materia hic pertinens. ſola autem ſuſpicio nunquam ſufficit, gloſſ. eſt not. in l. ſi genere. ff. de his quibus ut indig. quam ad hoc allegat Bald. in rubrica de controuer. inueſti. circa finem. ſuſpicio enim non remouet dubietatem, ut dicit Barto. in l. admonendi.
3 in quarta columna. ff. de iureiurando. †Item no. ex tex. ibi, quæſtuoſam. quòd ſunt quidam mariti, qui uident uxores ſuas turpiter lucrari, iſti ſunt infames, & talis maritus puniri poteſt ut leno, text. eſt de hoc in l. mariti. §. qui quęſtum ex adulterio. ff. ad legem Iul. de adulter. Et iſti adulteri, non poſſunt repetere id, quod dederunt adulteræ, ut in l. cum te. & l. mercalem. C. de cond. ob turpem cauſam. Vbicunque enim uerſatur turpitudo ex parte utriuſque, ſcilicet dantis, & accipientis, ceſſat repetitio eius, quod datum eſt, ut not. in l. 1. & in l. ſi ob turpem. ff. eodem tit. hic non ſunt glo.

De prohibita habitatione meretricis inter bonas mulieres. Rub. XLIII.

CONTINVATIO patet quia dictum fuit ſuprà in conſtitutione præcedenti, quòd maritus, qui tenet uxorem ſuam ad quæſtum ex adulterio, quòd efficiatur infamis. Erat uidendum, quid de fœmina quę paſſim uenale corpus ſuum exhibet, an ipſa poſſit habitare inter honeſtas mulieres, & an liceat eis inferre uiolentiam, ideo de ais hic dicit.

SVMMARIVM.

1 *Meretrices à conuicinio honeſtarum mulierum ſunt expellendæ.*
Lenones de ciuitatibus ſunt expellendi.
2 *Meretrix etiam dici poteſt, ad quem vnus ſolus accedere ſolet.*
Meretrix emendata adhuc dicitur meretrix.
3 *Meretrices quare tolerentur in ciuitate.*
Violentia nulla eſt meretricibus facienda.

1 QVAE paſſim. †Hęc conſtit. expreſsè prohibet meretrices habitare in conuicinio, ubi habitãt honeſtę mulieres, & prohibet ne eis fiat uiolentia. Hoc dicit. Hęc conſtitutio eſt in uiridi obſeruantia in ciuitate Neapol. ubi expelluntur à conuicinio mulieres inhoneſtę, ſicut ſunt meretrices, concordat tex. in l. cum ſuprà. C. de re milit. lib. 12. quem tex. ad hoc allegat Bald. in l. 2. in fi. C. de iure emphy. ubi dicit Ioan. de Platea, quòd lenones ſunt de ciuitatibus expellendi. bene facit tex. & ibi Pau. de Caſt. in l. nullus. C. de ſum. trin. ubi dicit, quòd ſi aliqua inhoneſta mulier uenerit ad habitandum inter honeſtas mulieres, poſſunt uicini facere eam expellere, facit authen. de lenoci. in fi. quia alios inficiunt. ideo dicitur, morbida facta pecus totum corrumpit ouile. l. Iulianus. in princ. ff. de act. empt. & pro hoc 23. quęſt. 3. cap. reſecandę. capitu. illud. 45. diſtin. Hoc idem, quòd meretrix, uel inhoneſta mulier non debet habitare in conuicinio honeſtarum mulierum, probat Lucas de Penna per multas alias autho. in l. ſi qua. in princip. 2. colum. C. de ſpecta. & ſceni. libro undecimo. Et ibi etiam ponit, quę dicatur meretrix, ubi inter alia dicit,
2 †quòd meretrix etiam dicitur illa, etiam ſi unus acceſſit ad eam, & mercedem proinde recepit. per text. in d. l. mariti. §. qui quęſtum. ibi, ſiue enim ſępius, ſiue ſemel. ff. de adul.

adult & vide ad hoc Paul. de Caſt. in l. 4. §. ſed quod meretrici. ff. de condi. ob turp. cauſ. & Abb. Sicul. in aapit. cum decorem. de vita & honeſt. clericor. Quid autem ſi meretrix eſſet emendata, an poſsit inter honeſtas habitare? Dicit Franciſc. de Are. in capitu. veniens. iu 3. colum. de teſtibus, quod adhuc dicitur meretrix, per text. in l. palam, §. non ſolum. ff. de ritu nuptiarum. vide ad hoc in regu la, ſemel malus. lib. 6. Quid ſi maritata de conſenſu viri habitat in domo alterius non ſibi coniuncti, an poſsit expelli vt meretrix? Dic quòd ſic, ut not. in capitu. cum io tua. & capitu. fin. de cohabitat. clericor. Tertiò no. ex tex. quòd
3 Reges tolerant meretrices in † ciuitate: & hoc vt euitentur maiora crimina. ad idem not. in capitu. inter opera. de ſponſa. Alexand. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. 1. ff. de adulter. Quartò nota ex tex. ibi, violentiam. quòd uullus debet facere violentiam meretricibus. etiam pro actibus venereis, vt hic. ad idem ſupra in primo libro, in conſtitutione, omnes noſtri. ſub rubrica 20. & ſi contra fieret, puuitur pœna vltimi ſupplicij, vt ibi dicitur, & quæ ibi dixi, hic non repetam.

De repudijs. Rubrica. XLIIII.

DICTVM eſt ſupra de mulieribus coniugatis committetibus adulterium, ignorantibus maritis, & interdum ſcientibus, & permittentibus. Erat videndum, vtrum liceat marito repudiare vxorem propter adulterium, de quo non erar dictum. ideo ſequitur hæc rubrica, de repudijs. De iure ciuili indiſtinctè propter adulterium vxoris licet repudiare vxorem, vt in l. conſenſu. C. de repud. ſed de iure canonico, cui ſtandum eſt iu hoc caſu, non ſit ſeparatio matrimooij propter adulterinm, niſi ſolum quo ad thorum, vt in capitu. quæſiuit. & ibi gloſſ. de diuort. Quia vinculum coniugij ſemel habitum nunquam amittitur viuentibus coniugibus, etiam ſeparatis. 32. quæſt. 7. cap. 2. & 3. & idem dicunt Docto. in cap. tuæ. de procur. & in cap. gaudemus. de diuort. Et licet de iure ciuili vxor non poſsit accuſare maritum de adulterio, vt in l. 1. C. de adulte. tamen poteſt ipſum accuſare corã iudice eccleſiaſtico de adulterio, vt fiat ſeparato quò ad thorum, & lucratur donationem propter nuptias ſibi factam à marito, vt in cap. 1. ut lite non conteſtata. & in cap. plerunque. de donat. inter virum & vxor. ita Abb. Sicul. iu d. cap. tuæ. in fine. quia vir & vxor quò ad hoc ad paria iudicantur, ut in l. iubemus. C. de repudijs.

SVMMARIVM.

1 *Repudium quibus caſibus ſit permiſſum.*
Matrimonium ob duas tantùm cauſas ſeparari poteſt.
2 *Sententia iudicis requiritur ſuper fornicatione ad thori ſeparationem.*
3 *Matrimonium an poſſit quò ad thorum diſſolui, ſi maritus vxorem trahere velit ad ſodomiam.*

REPVDIVM. Iu caſibus, in quibus de iure repudium eſt permiſſum, uon poteſt coniux compelli ad retinendum coniugem, nec poteſt coniux violentari, vt non fiat repudium. Hoc dicit. Quæro, qui ſunt caſus, in † quibus repu-
1 dium eſt permiſſum de iure canonico, poſtquam cauſæ politæ in l. conſenſu. C. de repudijs. & in authent. de nupt. §. per occaſionem. & in authent. vt lic. mat. & auiæ. §. qui verò. non militant hodie. Quia cauſæ matrimoniales uon iure fori, ſed iure poli regulantur. 2. quæſtio. 3. §. hinc diſtinguendum. Reſpondeo, duæ ſunt tantũ cauſæ, per quas ſit ſeparatio matrimonij ſemel contracti. Prima, quando contracto matrimonio per uerba de præſenti, non ſecuta copula carnali, alter coniugum repudiat coniugem, quia intrat religionem, ut in cap. ex publico. de conuerſ. coniug. Secunda, quando alter coniugum fornicatur, vt plenè not. in cap. ex literis. & in cap. ſignifi-
2 caſti. de diuortijs. Et ſuper hac fornicatione † ad ſeparationem thori requiritur ſententia iudicis eccleſiaſtici, vt in cap. porrò de diuort. & cap. laudabilem. ut lite penden. 8. quæſt. quarta, cap. nonne. Fallit, niſi ambo fuiſſent adulterati, ut dicit Abb. Sicul. in cap. fin. de adulter. Addo tertiam cauſam, uidelicet quando uxor iuſidiatur uitę mariti, nec poteſt compeſci, maritus poteſt eam quò ad thorum repudiare iudicio eccleſiæ, per text. in cap. literas. de reſtitut. ſpol. hanc firmant Hoſtienſ. & Prępoſit. in cap. 1. in fi. de diuort. Item addo quartam cauſam, quando alter coniux etiam conſumato matrimonio conatur coniugem trahere ad infidelitatem, cap. gaudemus. & Abb. in c. quantò. de diuort. Item addo quintam cauſam, uidelicet ſi maritus exerceret ſodomiam cum maſculis, nam ſi propter fornicationem ſecundùm naturam ſit ſeparatio quo ad thorum, multò ſortius propter uitium ſodomiticum, ut dicit glo. in cap. omnes. 32. quæſ. ſeptima. hoc expreſsè firmauerunt Ioann. Calder. & Anton. de Butr. & Abb. Sicul. in cap. matris. de adulter. & Archidiacon. iu dicto cap. omnes. 32. quęſt. ſeptima. licet Innoceut. in cap. 1. de adulter.
3 aliud ſentiat. Quid autem † ſi maritus uult trahere uxorem ſuã ad uitium ſodomiticum, utrum poſſit fieri ex hoc ſeparatio quò ad thorum? Reſpondeo, ſi poſſet probari, ſine dubio poſſet fieri ſeparatio quò ad thorum, ut in cap. idololatria. 28. quæſt. prima. ſed quia non poteſt probari, eccleſia non iudicat de ocultis, ut 32. diſtinc. cap. erubeſcant. 6. quæſt. prima. capit. ſi omnia ſecundùm gloſſam in cap. omnes. hic non ſunt gloſſæ.

De matribus earum filias proſtituentibus. Rub. XLV.

DICTVM fuit de maritis proſtituentibus eorum uxores, erat uidendum de matribus proſtituentibus earũ filias uirgines, quomodo puniantur, ideo de his dicit. An autem lęnocinium ſit maius crimen adulterio? Bart. in l. is qui reus. ff. de publicis iudic. tenet, quòd lęnocinium ſit maius adulterio. Doctores contra, in l. 1. C. qui accuſ. non poſſunt. Ioan. de Imo. in d. l. is qui reus. octaua colum. diſtinguit, ut quòad pęnam infamię ſit maius crimen lęnocinij, ſed quò ad pęnam quò ad mulierem eſt par delictum in matre lęna, ſicut in muliere adultera, quia utraque pęna niſi puuitur, ut hic, & ſuprà in conſtitutione, legum aſperitate. in alijs antem lęnonibus quò ad pœuam eſt ſimiliter par delictum, adulterium, & lænocinium, quia utrunque punitur pęna mortis, ut in authent. de læno. ibi, ſuſtinent ſupplicia, ideſt, quòd occidatur ſecundùm gloſſam ibi, & iu l. quamuis. la ſeconda. C. de adulter. ſed in lænis pęna mortis per conſtitutionem, lęnas ſolicitantes. eſt mitigata, ut ibi patet.

SVMMARIVM

1 *Mater filiam uirginem vendens qua feriri debeat pœna.*
2 *Vidua caſtè uiuens æquiparatur virgini.*
Pater filiam inuitam proſtituens deportatur in metallum.
3 *Mater conſentiens filiæ proſtituenti ſe ſponte, qualiter puniatur.*
4 *Mater lænocinium filiæ exercens grauius peccat, quàm extraneus læno.*

MA-

MATRES. Satis inhumanum & crude
le eſt hoc peccatum, cum mater filiam
virginem, pretio mediante, alteri tradidit
ad ipſam ſtuprandam, & fornicandam.
Et ideo debet puniri conſtito de dicto
peccato pęna truncationis naſi. ſi autem
ipſam non vendidit, ſed conſenſit, quòd filia ſua carnem
ſuam proſtituerit, tunc mater extraordinariè debet puni-
ri. Hoc dicit. & iſta conſtitutio eſt Regis Rogerij, poſtea
Imperator Federicus fecit aliam conſtitutionem infrà, quę
incipit, matres. quæ ibi confirmat iſtam conſtitutinnem
& eam limitat, vt ceſſet pœna arbitraria in matre, quando
conſentit filiæ proſtituenti propter ſuſtentationẽ ſuæ vitę,
cum non habet alium modum viuendi, ſecus ergo ſi con-
ſentiret propter augmentum diuitiarum. Not. primò ex
1 tex. ibi, virgines. quòd ad hoc vt habeat † locum pœna hu-
ius conſtitut. in matre, requiritur quòd vendiderit filiam
virginem, nec diſtinguo, an ſit legitima, & naturalis, vel
ſpuria. quid autem ſi fuiſſet vidua, & illam vendidiſſet, an
habeat locum pęna huius conſtit. in ea ego dicerem, idem,
quia eadem eſt ratio. & pro hoc facit text. in Leuitico 19.
capitulo vbi dicitur, ne proſtituas filiam tuam, ne conta-
minetur terra, & impleatur piaculo, ideo text. loquitur
de filia virgine, quia vt plurimùm virgines venduntur per
matres, & lex adaptatur ad id, quod frequentius accidit.
2 † Item quia virgo & vidua caſtè viuens æquiparantur, de
æta. & qualit. capit. à multis. ibi, aut virgo, aut probatæ ca-
ſtitatis. Quid in patre proſtituente filiam inuitam? Dic,
quòd pater punitur, quia deportatur in metallum, vt in l.
finali. C. de ſpect. lib. 11. & ſic text. iſte, qui loquitur in ma
tre, non habet locum quantum ad truncationem naſi in pa
tre, de quo non loquitur conſtitutio iſta, ſed d. l. fin. quę ei
imponit maiorem pœnam, videlicet damnationis in me-
tallum, quæ eſt mors ciuilis, & pęna naſi non conuenit vi-
ro, qui eſt creatus ad imaginem Dei, vt dixi ſuprà in con-
ſtitutio. legum aſperitate. Secundò not. ex text. ibi, arbi-
3 trio. quòd † mater, quę conſentit filiæ ſponte proſtituenti
ſe ad fornicandum, vt dicit gloſ. in l. ſed ſi hac. §. proſtitu-
ta. ff. de in ius vocan. & C. ſi mancip. ita fuer. alien. ne pro-
ſti. non punitur pœna truncationis naſi, ſicut quando ipſa
vendidit filiam ad luxuriandum, ſed punietur iudicis ar-
bitrio, vt hic. & pro hoc l. hodie. ff. de pœnis. & ſic minus
eſt conſentire fornicationi filiæ, quàm recipere pecuniam
pro tradenda filia ad luxuriandum, & tunc dicitur lœna,
vt in l. palàm. §. lœnocinium. ff. de ritu nupti. dicuntur læ-
nones fures, vt dicit text. in authent. de lœno. & miror cur
matres lœnę non puniantur pœna mortis, ſicut alij lœno-
nes, ſed tantùm minori pœna, ſcilicet naſi truncatione per
4 iſtam conſti. cum † plus delinquat mater exercendo lœno-
cinium filiæ, quàm extraneus lęno aliarum filiarum, ſed
per conſtit. regni pęna mortis eſt lenita in lęnonibus, ut pa
tet infrà in conſtitut. pœna ſolicitantes.

De pœna vxoris in adulterio deprehenſa. Rubrica XLVI.

ISTA conſtitu. cum ſequ. quatuor con-
ſtitutio. debebant ſequi poſt conſtitut.
pręcedentem, legum aſperitate. quę fuit
poſita ſub rubrica 42. de adulterijs & lę
nocinijs, & ad illum titulum ſit conti-
nuatio, nec obſtat, quòd non fieret ad
proxima quia ſatis dicitur ad proxima fieri, ex quo in
proximo titulo tractatur de violatione caſtitatis per ma-
trem. hic tractatur de uiolatione caſtitatis per adulte-
rum & adulteram, quos repertos in flagranti maritus im-
punè poteſt occidere: & hoc ſit loco continuationis ad
proxima.

SVMMARIVM.

1 *Maritus reperiens uxorem in actu adulterii poteſt ambos incon-
tinenti occidere.*
Dolor iuſtus quando excuſet à pęna.
2 *Pęna temperari debet, ſi quis iuſto dolore motus delictum commi-
ſerit.*
3 *Maritus an & quando poſſit uxorem ſuam cum adultera per aliũ
occidi facere.*
4 *Statutum loquens de delinquente, an comprehendat mandantem.*
5 *Maritus uxorem adulteram in omni loco occidere poteſt.*
6 *Vxor dotem perdere poteſt ob oſculum luxurioſum.*
7 *Maritus non poteſt licitè adulteram vxorem occidere, & poſt inter
uallum occidere adulterum.*

1 SI MARITVS. Si in † ipſo actu adul-
terij maritus reperit vxorem cum adulte
ro, ambos, ſine mora protracta, poteſt
impunè occidere. Hoc dicit. concord.
text. de iure communi. in l. Graccus. C.
de adult. facit bonus text. in l. ſi adul-
terium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. de adulter. vbi di-
cit, quòd hoc caſu pœna vltimi ſupplicij debet marito re-
mitti, quia non potuit iuſtum dolorem temperare. Et ſic
not. quòd iuſtus dolor excuſat à pęna, quando concurrunt
ea, quæ hic dicuntur, ſed ſi non concurrunt omnia, quæ
hic dicuntur, dicitur, iſte transgreſſor conſtitutus, & pu-
nietur pœna legali, uel conſtitut. ſed propter illum dolo-
rem iudex poteſt ante ſententiam minorare pęnam per ea,
quę not. Luc. de Penna in l. 1. in uerbo, diſtulerit. C. de diſ-
cuſſoribus. libro duodecimo. & tunc iſte iuſtus dolor excu
ſat à tanto, & non à toto. facit l. ſi quis in graui. §. maritus.
ff. ad Syllanianum. & d. §. Imperatores. per quem textum
dicit Abb. Sicul. in capi. olim ex literis. de reſcriptis. quòd
2 ubicunque † quis iuſto dolore motus committt delictum,
pęna debet aliquantulum temperari, per illum textum val
de not. ad idem. §. ſi uerò. el primo. in ca. nec ille. de ſentent.
excommun. & ideo ille, qui iuſto dolore motus deliquit,
mitius debet puniri, ut dicit idem Abb. in cap. dilecti filij.
de exceptio. in ulti. colum. idem dicit Luc. de Penna in l.
errat. C. de caſtren. pecul. mil. lib. 12. idem Felyn. in d. cap.
dilecti. in 6. colum. verſicu. ſecunda declaratio. & uidi ſæ-
pius ita fuiſſe practicatum tempore Regis Feruinandi Pri-
mi. An autem poſſit occidere adulterum, præcedentibus
proteſtationibus, de quibus, in authen. ſi quis ei. C. de adul-
ter. & quid operantur in iudicio, & extra iudicium dictæ
proteſtationes? Dic, ut dixi ſuprà in rubica. 21. primi libri,
in conſtitutio. queſtionibus. in 8. not. in prima quæſt. Dici
tur hic, quòd maritus poteſt utrunque occidere. Quæro,
3 utrum † poſſit [a] utrunque occidi facere per alium, maxi-
a mè ſi maritus erat impotens, puta debilis, uel ſenex, vel in-
firmus, uidi ſatis fuiſſe de hoc dubitatũ in curia Regis Fer
dinandi Primi, dicebant aliqui, quòd non erat licitum
marito per alios occidi facere uxorem repertam in actibus
venereis cum adultero, & ipſum adulterum, quia hęc con
ſtitutio permittit marito tantum, & d. l. Graccus. permit-
tit ſolùm marito, & per filium mariti. & idem tenet ibi
Angel. item quia qui facit per alium, dicitur fictè facere
per ſe, & ſtatutum non comprehendit caſum fictum, vt
dixi in primo lib. in conſtitutio. ſi quis aliquem. tandem
fuit deciſum in contingentia facti, quando dominus Sal-
uator ſanctæ Fe. medicus dicti Regis per alios interfici fe-
cit uxorem, & adulterum repertos inſimul de nocte in ca-
mera domus mariti, quòd illud, quod eſt licitum in perſo-
na mandantis, eſt licitum in perſona mandatarij, ſecun-
dùm Bald. in d. l. Graccus. & ſic maritus & mandatarius
impunè tranſiuerunt, ſecundùm Bal. in d. l. Graccus. ita ẽt
obtinuit in facto dom. Bart. Veron. ut ipſe dicit in tract. de
ſeruitutibus urbanis. in c. 23. circa fi. & pro hoc bonus tex.
in l. cum fundum. ibi, ipſum, an alium ex uoluntate eius
miſſum,

miſſum, &c. ff. de ui & ui arma. hoc etiam firmat Paul. de
Caſtro. in l. refectionis, in princip. commun. prędiorum. &
Bal. in d. l. Graccus. & Arc. in tract. maleſ. in verbo, che me
hai adulterato la mia donna. & dicit Abb. in cap. mulieres.
de ſenten. excommu. vbi dicit per illum text. quòd ſtatu-
4 tum † loquens in faciente delictum comprehendit mandan
tem, & tanto magis in actu permiſſiuo ipſi mandanti, ut
hic. Item allegabatur Bald. in tit. de pace Conſtan. in ver-
ſicu. aliquam. vbi dicit, quòd qui per alium facit, dicitur
ipſe facere. & uide ad hoc Iaſ. in l. ſi quis id quod. in 10. co-
lum. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & ſic iſta conſtitutio ha
bet locum, ſiue maritus propriis manibus occidat, ſiue per
alium. & pro hac ſententia bene faciunt ſcripta per Barto.
in l. ſed ſi vnus. §. 1. ff. de iniuriis. & ibi vide Alexan. in apo-
ſtillis. Item propter generalitatem huius literæ habet lo-
cum, ſiue dicta occiſio facta ſit de nocte, ſiue de die. Ita
etiam determinat Saly. in d. l. Graccus. Item propter gene-
ralitatem huius cõſtitutionis non eſt facienda vis, vtrum
in domo, vel in orto, vel in alio loco proprio mariti, vel cõ
ducto, ſecus ſi in domo aliena, ut dicitur in d. l. Graccus.
niſi quando præceſſerunt proteſtationes, de quibus in au-
then. ſi quis ei. C. de adulter. ſed glo. hic tenet, quòd in om-
5 ni loco † poteſt occidere propter generalitatem huius lite-
ræ. ſicut licet patri occidere filiam in adulterio repertam
in quocunque loco per iura allegata hic in glo. Et pondera
text. ibi, in ipſo actu. vt non reſtringas illum text. quòd
habet maritus inuenire vxorem, & adulterum tenentem
virgam in vulua: ſed ſufficit, quòd inueniat eos in actibus
venereis, puta tenere manus ad pectus, vt dicit And. in c. 1.
quib. mod. feud. amitt. vel quòd ſe oſculabantur, vel alios
actus inhoneſtos facientes, ut dicit tex. in l. quod ait lex. ff.
de adulte. & firmat Barto. in l. capite quinto. eodem titu. &
Salyce. in d. l. Graccus, in ſecunda columna. & pro hoc fa-
cit, id quod dicit Bald. in capit. tuæ. de procura. ver. quid ſi
abſque carnali copula. ꝙ ſicut mulier propter adulterium
debet priuari dote, de quo in cap. plerunque. de donat. in-
6 ter vir. & vxo. ita etiam † debet perdere propter oſculum lu
xurioſum, vel propter manus poſitas ad mamillas. Quid ſi
probaretur, quòd licet vxor fuit oſculata, & reperta in iſtis
actibus inhoneſtis, tamen non fuit adulterium ſecutum,
& maritus occidiſſet eum, an eſſet in pœna homicidij? De-
cius in rubr. de iudicijs. tangit hunc paſſetum, ſed loquitur
quantùm ad effectum perditionis dotis, non quantùm ad
homicidium. Ego dixi ſuprà, quòd iuſtus dolor minuit
pœnam. Item quia adulterium probatur, quia inuenit eũ
in camera oſculantem, vel tangentem. dicit Bartol. quòd
iſta ſufficiunt ad probationem adulterij, in dicta l. capite
quinto. allegat can. in ca. pręterea. de teſtib. & de pręſump.
cap. literis & capit. tertio loco. difficilis enim eſſet proba-
tio ſtantibus iſtis actibus proximis venereis probare in cõ
trarium, quòd non ſuit ſecutum adulterium. Item ponde-
ra text. ibi, adulterium. quia requiritur, quòd maritus po-
tuiſſet accuſare de adulterio adulterum. ad hoc ut impu-
nè repertum cum uxore in actibus venereis poſſit occide-
re, aliàs ſi ipſe adulter non potuiſſet accuſari de adulterio,
non liceret ipſum occidere repertum cum vxore. Caſus
autem, in quibus non licet accuſare de adulterio, dixi ſu-
pra in conſtitutione, qui coram ſe ſpectante. & pro hoc l.
3. ff. de adulter. & Salyc. in dicta l. Graccus. in ſecunda co-
lum. Item pondera text. ibi, mora protracta. quòd non li-
7 cet marito ex † interuallo occidere vnum, & poſtea alium,
ſed incontinenti vtrunque. Qualiter autem intelligatur
iſtud incontinenti, & ſine mora, & non ex interuallo? Di-
cit Barto. in l. quod ait. §. quòd ait. ff. de adulter. quòd dici-
tur incontinenti, etiam quòd duret rixa per horas. Idem
Bald. in l. prima. C. vnde vi. totum hoc remittitur iudicis
arbitrio, conſideratis circunſtantiis. Abbas Sicu. in capitu.
primo. de mutu. peti. in gloſ. in verſi. incontinenti. & idem
Abb. in c. ueniens lo 2. de teſtib. in verſi. vlterius quæritur.
In gl. unica, dicit iſta gl. ꝙ iſta conſtitutio corrigit l. Grac
cus. in multis, primò, quia ibi mitius punitur maritus oc-
cidens vxorem repertam in adulterio, & adulterum. hæc
conſtitutio permittit impunè tranſire maritum de iſtis ho
micidijs. Item ibi permittitur occidere vilem perſonam
tantùm, hic quomodocunque ſit, quod intellige, vt ſuprà
dixi in verſi. adulterum.

ANNOTATIO.

a Quæro, vtrum poſſit.] Adde ea, quæ ponit Pariſ. in verbo, familiaris.
colum. 1. dum loquitur de incolis, qui vocantur à familia poteſtatis,
& glo. in l. tertia §. cum igitur. ſuper verbo, incontinenti. ff. de vi ar-
ma. quæ dicit, quòd incontinenti dicitur fieri, ſi pro expellenda vi
deiectus a uilla iuit ad ciuitatem, & cõuocauit amicos: & ſic tam de-
iectus quàm eius amici erunt excuſati. Et pro opin. Afflict. hic facit
tex. not. in l veteres. ff de itin. actuque priua. & cauſam illius tex. di-
xit Barthol. Veronenſ. in tracta de ſeruitu. vrba. cap. 73. de armatu-
ra. per totum. & bonas quotas ponit Hippol. de Marſi. ſing. 175. con-
ceſſo vno, per totum. & faciunt ea, quæ ponit idem Hippol ſing. 283.
ſatis notum eſt in iure. in fine. Vide tamen Felyn. in cap. ad noſtram.
columna ſecunda, de probatio. & in capitu. quæ in eccleſiarum. co-
lumna tertia. verſic. cæterùm. de conſtitu. & in c ſi vero. el primo. col.
1. de ſentent excommun. & pro eadem opin. Affli. facit, quia conceſ-
ſo vno videntur cõcedi omnia, ſine quibus illud, quod eſt conceſſum
explicari non poteſt: vel etiam videntur conceſſa ea, ſine quibus li-
cet illud, quod eſt conceſſum, fieri poteſt: tamen cum eis facilius fit.
l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi Deci. col. 1 & faciunt, quæ dixi ſuprà
in conſtitu. quicunque mulierem.

De pœna mariti, vbi adulter aufugit. Rubrica XLVII.

CONTINVATIO patet, quia ſu-
prà dictum eſt, quòd licet marito vxo-
rem, & adulterum repertos in actibus
venereis occidere, hic dicit, quid ſi ſo-
lùm vxorem occidit, & adulterum di-
miſit, an ſit in aliqua pœna. ideo ſequi-
tur hæc rubrica:

SVMMARIVM

1 *Maritus vxorem in adulterio deprehenſam detinens & adulterum*
abire permittens pœna lenocinii punitur.
2 *Pœna lenocinii mors eſt, & non truncatio naſi.*

MARITVM lęnocinij. Si maritus vxo-
1 rem † repertam in adulterio detinuit, &
adulterum liberè dimiſit ipſe maritus
pœna lęnocinij punietur, ſed ſi adulter
ſine culpa mariti euaſit fugiendo, tunc
maritus in nullo punitur. Hoc dicit. Et
pondera illud verbum, detinere. quia importat, quòd il-
licitè maritus vxorem repertam in adulterio non occidit,
ſed detinuit, cum debebat illam occidere, non occidendo
pepercit ſibi, & ſic ei reconciliatus eſt. & pro hoc text. in
capit. Imperatorum. de iuramen. calum. ibi, illicitè detine-
re, vel ipſam detinuit, ſubandi, inuitam, vt in capitu. 2. de
procu. libro 6. quia reperit eam in adulterio, & adulterum
dimiſit, ſine dubio lęno iudicatur, ut hic, & in l. auxilium.
§ fin. ff. de minor. iuncto tex. in l. prima. §. lęnocinium. ff. de
2 adulter. lęnocinij † pœna eſt mors, & non truncatio naſi,
quæ non habet locum, niſi in lęna, ut in conſtitu. lęnas. nec
poteſt dicta vxor petere cautionem à uiro, quia ipſa fuit
in culpa, ut dicit Bald. in 3. uolum. conſilio 161. incipien.
Cecilia receſſit. ſubdens, quòd totum hoc remittitur iudi-
cis arbitrio ex qualitatibus perſonarum, & cauſarum, &
ibi latius per eum. Item pondera illud uerbum, adulte-
rumque dimiſit. & ſic præſupponit, quòd habuit in ma-
nibus ſuis adulterum, & dimiſit eum. & pro hoc text. in
capit. admonet. de renunc. & in capit. ſi beneficia. de præb.
lib. 6. ſecus ſi non habuit eum in ſuis manibus, quia aufu-
git, vt ſubdit iſte text.

De adulterijs coercendis per eccleſiam. Rubrica. XLVIII.

DICTVM eſt in ſuperioribus titulis de adulterijs, & lænocinijs, verum quia iuſtitiarij & baiuli locorum non permittebant prælatis eccleſiarum cognoſcere, & determinare cauſas adulterij quò ad ſeparationem thori, quò ad imponendam pœnitentiam pro peccato mortali commiſſo in tam magno ſacramento, ſcilicet, matrimonij, & prælati de hoc querelam ſecerunt Imperatori: ideo Imperator hanc iuſtam conſtitutionem fecit, prouidendo querelis prælatorum, & inſeruit, poſtquam tractauit de adulteris, & adultera. nam non inconuenit, quòd punitus de adulterio per iudicem eccleſiaſticum pœnis canonicis, puniatur poſtea per iudicem ſecularem pœnis ciuilibus, vt dicit Bald. in l. 1. in nona colum. C. de ſumma Trinit. & fide cathol. idem Bald. in authenti. clericus. C. de epiſco. & cleri. Eſt enim adulterium crimen miſtum ſcilicet eccleſiaſticum quantum ad pœnas canonicas, vt in capitu. 1. de offic. ordin. & in capitu. tuæ. de procurat. & in capitu. nos inter. de purgat. canon. & eſt crimen ciuile quantum ad pœnas ciuiles, vt in l. quamuis. C. de adulter. idem dixit Andr. in capitu. 1. in ver. bona contrahentium inceſtaa nuptias. quæ ſint regalia. Abb. Sicul. in capitu. cum ſit generale. 9. colum. de foro competen. quod tamen intellige, prout dicit Bald. in l. quoties. vlti. colum. C. de iudic. & Bartol. in l. Titia. & ibi Alexand. ff. ſolu. matri. & prout dicam infra in tex.

SVMMARIVM.

1 *Prælati patientes aliquid contra ius ab officialibus Regis, ipſum Regem adire debent.*
2 *Iudices ſeculares an poſſint iudicare & carcerare perſonas clericorum.*
3 *Grauamina eccleſiæ illata debent Regi diſplicere.*
4 *Cauſa adulterii eſt de foro iudicis eccleſiaſtici.*
Pœna per vnam legem impoſita non tollit pœnam per legem aliam impoſitam.
6 *Iudex ſecularis an poſſit cognoſcere de matrimonio.*
7 *Iudex ſecularis quando cauſam matrimonii remittere debeat ad iudicem eccleſiaſticum.*
8 *Iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de legitimo matrimonii impedimento.*
9 *Concubina clerici an ſit de fora iudicis laici.*
10 *Iudex ſecularis debet opem præſtare iudici eccleſiaſtico adulteros & adulteras coercenti.*
11 *Clerici ad iudicem ſecularem non poſſunt trahi.*

MAIESTATI noſtræ. Primò Imperator audit querimoniam prælatorum. In ſecunda ibi, quare. prohibet dictas querelas. in tertia ibi, præterea. mandat præſtari auxilium prælatis. hoc dicit in effectu. Ea quæ ſunt iudicanda per eccleſiam, non decet, quòd iudicentur per iudices ſeculares, ſed cauſa adulterij iudicanda eſt iudicio eccleſiæ, ergo nõ per iuſtitiarios, & baiulos, niſi adulterium ſit factum per violentiam, & ſic per inſultum: tunc iudex laicus cognoſcat, & puniat violentiam, & inſultum, & mandat officialibus Regis, vt præſtant auxilium prælatis eorum iuriſdictione exercenda. Nota primò ex tex. quòd prælati,
1 quando † ab officialibus Regis patiuntur aliquid contra ius, debent adire Regem, & exponere ei querelam contra eos, & non primitus accedere ad Papam, vel procedere ad excommunicationem contra Regis officiales. hoc bene probat iſte textus, & textus in cap. cum ſit generale. ibi, remiſſiones. de foro competen. bene facit cap. ſi clericus laicum. eod. titu. Principes enim mundi ideo acceperunt gladium, vt vindicent delicta. 24. quæſt. 6. cap. ſunt quædam. & quando eis de iuſtitia ſupplicatur, debent precibus moueri, quia quando ſubditi grauantur, & non releuantur, quando vadunt ad principem, deſiderant mutationem ſtatus, vt in l. officium. & ibi Alberic. de Roſ. C. de offic. procõſ. & lega. Tamen in contrarium facit text. in authent. vt different. iudi. §. ſi quis verò. vbi non debent ire ſubditi de directo ad principem pro iuſtitia, ſed debent primo accedere ad iudices ordinarios pro iuſtitia, alias debent puniri, ſed non obſtat, vt ibi per Angel. Secundò no. ibi, & incarcerantur per antiquam querelam quòd iudices ſeculares iudicant, & carcerant perſonas clericorum contra capi. ſi diligenti. de foro competen. & licet hic contra dictam querelam nihil ſit prouiſum, tamen remanent prouiſiones iuris canonici, vt in d. c. ſi diligenti. Et vltra prouiſiones iuris canonici prouiſum eſt per Regem Carolum primum in cap. quod incipit, item ſtatuimus, quòd officiales. vbi iudices laici de cauſis ſpiritualibus, & beneficialibus nihil debent ſe immiſcere. Et in inueſtitura regni expreſsè cautum eſt per iſta verba formalia: promittis etiam, quòd nullus clericus, vel perſona eccleſiaſtica regni, & terræ in ciuili, vel criminali cauſa conueniatur coram iudice ſeculari, niſi ſuper feudis iudicio petitorio conueniantur ciuiliter, ſed omnes eccleſiæ erunt liberæ, & in nullo Regi, vel principi ſubiacebunt. bene ad hoc facit, quod voluit Andre. in conſtitut. prædeceſſorum noſtrorum. & in l. imperialem. §. præterea ſi inter duns. Tertiò no. ex tex. ibi, diſplicet, &
3 non decet. & graue videtur, quòd † bono Regi debent diſplicere grauamina illata per laicos eccleſiæ, & perſonis eccleſiaſticis, & illa omni conatu tollere, & non facere, vt olim fecit Rex Angliæ, qui oppreſsit eccleſiam uigore cõſuetudinum, ut legitur in legenda beati Thomæ epiſcopi, & martyris. Quartò nota ex tex. ibi, quæ ab eccleſia iudicari. quòd non ſolum ſit iniuria eccleſiæ, quando patitur damnum in bonis corporalibus à laicis, ſed etiam quando in iuribus incorporalibus, & iuriſdictionalibus, unde ſi cauſa pertinet ad forum eccleſiæ, & iudex laicus uult de illa cognoſcere, iure reſiſtente, facit iniuriam eccleſię, & perſonis eccleſiaſticis, immo iſta eſt maior iniuria, quia concernit uſurpationem iuris eccleſiaſtici. l. iniuriarum. §. fin. ff. de iniurijs. cuius pęna eſt, prout dixi in præludiis, in 12. quæſt. uer. ſcata concluſio. Quinto no. ex tex. ibi, de adul-
4 teriis iudicandis. quod cauſa † adulterii ſecundum iſtam conſtitutionem eſt de foro iudicis eccleſiaſtici, concordat text. in authent. matri & auiæ §. ſancimus ſi quando. niſi ſit commiſſum adulterium cum uiolentia, tunc iudex ſecularis cognoſcit de uiolentia. Aduerte, quia uerum eſt, quòd iudex eccleſiaſticus cognoſcit de crimine adulterii quãtum ad ſeparationem thori, & ut maritus lucretur dotem, ut in capitu. plerunque. de dote poſt diuort. reſtitu. & firmat Andreas in cap. 1. in uer. bona committentium inceſtas nuptias. quæ ſint regal. & ibi dixi. & uide, quæ dixi ſupra in rubrica præſentis conſtitutionis. & idem Andre. hic, dum alleg. d. capi. tuæ. de procurat. Item quò ad pœnitentiam ſalutarem iniungendam, ut in cap. de his. de accuſat. Et hęc uera, ſi iudex laicus criminalem pœnam impoſuit, non poteſt iudex eccleſiaſticus iterum punire. l. licet. ff. nau. caupo. ſtabul. quia condemnatio ad pœnam criminalem tendit ad uindictam publicam, per l. prętor edixit. §. primo. ff. de iniuriis. Sed quid ſi iudex laicus non impoſuit adultero, uel adulterę pœnam legalem, ſed expectauit, quòd iudex eccleſiaſticus ſententiaret, & in ſententia impoſuit pęnam canonicam? An iudex ſecularis poſſit condemnare adulteram ad pœnam contentam in conſtitutione, legum aſperitate. & adulterum ad pęnam mortis, iuxta l. quamuis. la ſeconda. C. de adulteriis. Abbas Sicul. in dicto capit. tuæ. de procurator. dicit, quòd ſic, per textum in cap. fęlicis. de pęnis. libro ſexto. vbi pęna impo-
5 ſita per unam legem, non tollit † pęnam impoſitam per aliam legem. bene facit l. qui ſepulchri. C. de ſepulch. uiola. & ibi per Salycetum. & idem uidetur dicere in ca. de cauſis.

ſis vltima colum. de offic. delega.ſi ambæ léges & diuerſæ
concernunt commodum priuatum,dum alleg.d.capit.fę-
licis. Sed reperio Lapum allegatio.30. incipien. conſilium
fuit.in tertia columna.verſicu. nunquid, qui punitur. te-
nentem, quòd ille, qui eſt punitus vna pœna, non poteſt
puniri alia pœna ex diuerſis legibus,per legem,ſenatus.ff.
de accuſationi.& quia tantum operatur abſolutoria,quan
tum condemnatoria cum ſolutione. ff. de exceptio.rei iu-
dicatæ.l. ſi quis cum totum. §. ſi ancillam. etiam ſi ſecun-
dus iudex in plus poteſt condemnare, quia vnum eſt cri-
mē, & vna cauſa criminis, & vnum factum,alleg.diſputa.
Iacobi de Beluiſ.de qua per Cyn. in l.prima.C. vbi de cri-
mi.agi oport. Sed ego veriorem puto opinionem Abb. per
text.in dicto cap.fœlicis.& per ea,quæ dixi ſupra in rubri
ca præſentis conſtitutionis. Quibus addo id, quod dicit
Abbas Sicul.in cap.gaudemus.de conuerſ.coniuga. vbi di
cit,quòd eccleſia poteſt punire crimen adulterii etiam vl-
tra ſeparationem thori. Sed io contrarium tenet Ioannes
Andreas in cap.fin.de foro competenti.libro ſexto.& An-
gelus in authent ſed hodie. C.de adulteriis.ſecundum Fe-
lynum in cap.cum ſit generale.de foro competen.in ſexta
a colum.ver.reſpectu adulterij [a]. Quid autem ſi coram iu-
6 dice ſeculari† procedatur contra adulterium,& conſtat de
concubitu, ſed negatur matrimonium, an iudex ſecularis
cognoſcet de iſto matrimonio, certè poteſt cognoſcere,
quia quæſtio eſt facti. Sed quid ſi eſſet quæſtio iuris,quia
diceret, quòd matrimonium non tenuit propter aliquod
iuſtum impedimentum. Petr.de Anchar.in regula ea quæ.
libro ſexto.col.3 t.verſico.quartò quæro. dicit, quòd co-
gnoſcit etiam iudex ſecularis,quia diſcuſsio tali, inciden-
ter cauſaret periculum irregularitatis,ſi remitteret ad epi-
ſcopum. & cum iſto dicto Petri tranſit Felyn. in dicto ca.
cum ſit. in loco pręallega. ſed non allegat Felyn. Bartol.&
Bald. in l.quoties.C.de iudic.& Bald. in l.filium eum diſ-
finimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. tenent, quòd
vbi eſt quęſtio iuris,an matrimonium teneat coram iudi-
ce ſeculari,debet remittere cauſam ad epiſcopum,per l.Ti
tia.ff.ſolu.matrimon. & Anton. de Butr.in capit.tuam.&
ibi Abb.Sicul.de ordin.cognit.& Bartol.in l.ſecunda.ff.de
iuriſdictio.omn.iudic.& Federic.de Senis in duobus con-
ſilijs allegatis per Alexand. in dicta l. Titia. Sed ad diffu-
7 giendum iſtas diuerſas opiniones iudices† ſeculares docti,
quando vident,quòd per calumniam hoc allegatur,ſolent
ſic facere: nam quando uident, quòd contra inculpatum
de adulterio conſtat de coitu, & ille allegat in termino da-
to ad ſe defendendum, quod nullum fuit matrimonium,
quia ille vir ſuus erat ſuus conſanguineus, cum quo non
poterat eſſe matrimonium, uel erat compater, vel allegat
aliud canonicum impedimentum, quod impedit matri-
monium contrahi,& contractum diſſolui,& petit cauſam
iſtam remitti ad iudicem eccleſiaſticum: tunc iudex ſecu-
laris dicit opponenti, quod producat coram eo, quæ vult
probare coram epiſcopo,& dat ſibi terminum ad proban-
dum, & videns ea non obſtare, procedit ad vlteriora. ita
Bald.in l.prima,in fi.C.de ſentent.quæ ſine cer.quantit.&
ſequitur hoc Felyn. in dicto capit.cum ſit.in tertia colum.
ver.quarta declaratio & optima. ubi allegat pro hoc quod
dam conſilium Salyce.vbi dicit,ꝙ ſic conſuluit Ioann.Cal
derin.& Ioann. de Ligna.ſed Felyn. non allegauit Alexan.
de Imo.in dicta l. Titia.in quarta colum.ver.vnum tamen
perpetuò no. obi hoc refert & ſequitur. Cætera dic, vt
per Alexand.in dicta l.Titia.& Iaſ.in dicta l.quoties.& in
remiſsionibus allegatis per eos, & per Felyn.in dicto cap.
cum ſit. ſed ſi viderit,ꝙ eſt uerum, ꝙ illud non eſt matri-
monium, liberè remittet cauſam ad epiſcopum, quia iſta
eſt communis ſententia doctorum, limitata tamen,prout
limitant Alexand.& Iaſo.ubi ſupra.Et ſcias,quòd iudex ſe
8 cularis, coram † quo vertitur cauſa petitionis hæreditatis,
ſi opponatur, ꝙ agens non poteſt agere, quia eſt ſpurius,
quia natus ex matrimonio, ubi erat canonicum impedi-
mentum, quod dirimit matrimonium etiam iam contra-
ctum,iudex ſecularis non poteſt de hoc cognoſcere,ſed co
gnoſcit iudex eccleſiaſticus,vt in cap.lator.qui filij ſint le-
gitimi. & in capi.tuam.de ordine cognitionum.& Bartol.
in dicta l. ſecunda. de iuriſdictione omnium iudicum. ſe-
cunda colum. verſic. poteſt eſſe etiam quæſtio. Idem dicit
Andreas in cap. primo,in verbo, bona contrahentium in-
ceſtas nuptias. quæ ſint regalia. Item ſcias, quòd ſi coram
iudice ſeculari conuenitur laicus,vt reſtituat decem, quæ
habuit pro vſura, & ille negat recepiſſe, tunc cognoſcit iu-
dex laicus. Sed ſi conuentus diceret, ꝙ de iure licèt rece-
pit,tunc iudex eccleſiaſticus cognoſcit,& nō ſecularis, vt
dicit Baldus in capitulo,ſacroſancta.de electione. & habe
tur in clement.prima,de vſuris.& Bartol.in dicta l.ſecun-
da.& ibi dixi, quando legi ordinariè dictam legem. fallit,
niſi in contractu eſſet iuramentum, tunc tenetur ſoluere,
& poſtea repetere, vt in cap.debitores de iureiurando.Vl-
timò habeo hic quandam apoſtillam, quæ dicitur, quòd
fuit domini Bartholo.de Cap.quę dicit,ꝙ per iſtam conſti
tutionem derogatur iuri communi, per quod iudex ſecu-
laris poteſt procedere,& iudex eccleſiaſticus, quia eſt cri-
men miſtum, ſed per iſtam conſtitutionem iudex eccleſia
ſticus ſolus cognoſcit, ſi tamen iudex eccleſiaſticus non
ſufficit,tunc itur ad iudicem ſecularem,vt ibi poteſtas ec-
cleſiaſtica deficit, ſecularis ſuppleat. 33. quæſtio. quinta.
princeps &c. adminiſtratores.ſed ego credo,ꝙ iſta non ſit
apoſtilla Bartholom de Cap.propter doctrinas prællega-
tas. & ideo tene, prout ſupra dixi. An autem concubina
9 clerici ſit † de foro iudicis laici, vel de foro eccleſiæ? Vide
gloſ.in cap.clericum.vndecima quæſt.prima, quæ dicit,ꝙ
familia clerici gaudet eorum priuilegio, quo ipſe clericus,
vt ibi,& in l.ſecunda.C.de epiſcop.& cleric.& Ioann. An-
dre.in fine,in ver.familiæ. de offic.archidiac. ſed illa, quæ
non eſt legitima vxor,non ſortitur forum clerici,ergo con
cubina clerici non ſortitur forum clerici,ſed laici.gloſſ.te-
net contrarium in capitu.eos qui.trigeſima ſecunda diſtin
ctio.ſcilicet,ꝙ ſit de foro eccleſiæ tanquam de familia cle-
rici.& iſtam gloſſam allegat Ludouic. Roman.in ſingular.
ſuis,in ver.concubina.& Iaſo.in l. cum quædam puella.ff.
de iuriſdictione omnium iudicum. vbi allegat bonam ra-
tionem pro iſta parte. Idem firmat Abbas Sicul.in capitu.
cum ſit generale. in decimatertia colum.de foro compet.
& in cap.ſi concubinæ.de ſentent. excommunicat. Ioann.
de Anan. in rubrica de adulter. vlti. colum.quibus addo
Petrum de Anchara. in regula ea quæ. in ſexto. charta 19.
vbi tenet,ꝙ contra notorias concubinas clericorum poteſt
procedere, ſed non contra occultas, vt ibi latius per eum.
Sextò nota ex textu ibi, vt de adulteriis coercendis. ꝙ iu-
10 dices † laici domini Regis debent pręſtare auxilium quan-
do iudex eccleſiaſticus vult coercere, & punire adolteros,
& adulteras, quia iudex ſecularis debet requiſitus pręſta-
re auxilium, & brachium ſeculare iudici eccleſiaſtico, vt
hic,& in l.epiſcopale.C. de epiſcop.audient.& ibi per Al-
beric.de Roſa.de quo in cap.primo. de offic. ordin.& dixi
de hoc in proœmio iſtarum conſtitutionum ſuper glo. in
verſic.gladii. an autem epiſcopus poſsit propriis manibus
percutere? Dic ꝙ non, per textum in authent. de ſanctiſ.
epiſcop. §. neque. & in Euangelio Deus dixit Petro. con-
uerte gladium in vaginam. bene tamē pro iniuria facta ſi-
bi poteſt excommunicare.trigeſima quęſtio.tertia.capitu.
inter querelas.& l.ſi quis in hoc genus. ver. non obtempe-
ret.C.de epiſcop.& cleric. An autem iudex laicus ad man
datum iudicis eccleſiaſtici poſsit clericum torquere? Vide
Abbat.Sicul.in cap.vniuerſitatis.de ſentent.excommunic.
& in cap.vt famę, & in cap.ſi clericus. de ſentent.excom-
munic.libro ſexto.Archidiacon.46. diſtinctio. in ſumma.
In glo.vnica ibi,authent.ſtatuimus.dic ꝙ iſta authent.ſta-
tuimus,eſt in ſi.vſuum feudorum.ſub rubri.de ſtatu. con-
tra libert.eccleſ.edi.& incorporata in authent. ſtatuimus.
11 C.de epiſco & cleric. vbi clerici non † poſſunt trahi coram
iudice ſeculari ſub pœna amiſsionis ſui iuris, prout dici-
tur in cap.ſi diligenti.de foro competen. ad idem text. ſu-
pra in primo libro, in conſtitut. quę incipit, de perſonis.
ſub rubrica quadrageſimatertia.

ANNO-

ANNOTATIO.

a Adulterij.] Tu adde, quod opi. abb. videtur verior, videlicet quòd ibi pœnę ſunt imponendę per diuerſos iudices diuerſi fori, vt puta vna per eccleſiaſticum, & altera per iudicem ſecularem, tunc accuſatus & condemnatus vna poſſit nihilominus accuſari & condemnari altera, per text. in dicto cap. fęlicis. §. per hoc quoque. & per text. in l. placet. C. de ſacroſanc. eccle. & ratio eſt, quia iudex eccleſiaſticus & ſecularis non debet alter alterius iuriſdictionem impedire, capitu. nouit. de iudi. ſed potius ſe iuuare. decima diſtinct. capitu. quoniam & 96. diſtinct. cum ad verum. not. gloſſ. in capitu. 2. de maleſi. qui text. bene facit pro iſta conſtitutione. licet ex diſtinctione Docto. in dicto cap. fęlicis. & in cap. de his. videatur colligi contrarium, ſed tu vide ibi Henricum expreſſe approbantem opi. abb. per ſupra dicta iura, quæ opponuntur, vt dixi, verior mihi videtur, & ita dum legerem capit. de his firmaui hanc opin. motus tam rationibus Henrici, quam alijs, ideo nunc me remitto ad ea quę ibi dixi. & adde iſtud infra, in conſtit. blaſphemantibus, fin. quæſtio.

De lænonibus. Rubrica. XLIX.

DIXERAT ſuprà, de matribus vendentibus filias virgines ad fornicandum, vt puniantut pœna truncationis naſi, hic ampliat, vt matres eandem pœnam ſuſtineant, ſi iſta mulier ſit lœna non ſolum filiarum ſuarum, ſed etiam ſi ſit lœna alicuius mulieris coniugatæ, vel ſororis ſuæ. ſi antem ſit lœna alterius honeſtæ mulieris, vt pro prima vice fuſtigetur, pro ſecunda vice naſum amittat, & hoc ſit loco continuationis. Profectò iſta conſtitutio & ſequens debuerunt collocari poſt conſtitutionem, matres virgines. ſuprà, ſub rubrica 44.

SVMMARIVM.

1 *Lænæ virgines & ſimplices mulieres ſolicitantes magis eis nocere poſſunt, quàm violenti raptores.*
2 *Lœna mulieris ſibi extraneæ qua pœna feriri debeat.*
3 *Delictum reiteratum durius eſt vindicandum.*

POENAS. Si aliqua mulier fuerit lœna alicuius mulieris coniugatæ, vel alicuins filiæ ſuæ, vel ſororis ad fornicandum, patitur pœnam truncationes naſi, ſi autem alicuins mulieris honeſtæ fuerit lœna, & illa propter lœnocinium prædictum peccatum fornicationis commiſit, pro lœnocinio prædicto, legitima probatione conuicta, pro prima uice fuſtigabitur, in libris impreſsis eſt, & ipſas in cognitione ſemel attentati facinoris in fronte ſignati. ſed in
conſtitut. antiqua, ad pœnam, non ſunt iſta uerba. pro ſe-
1 cundo uice detruncabitur ſibi naſus. Hoc dicit. † Not.
primò ex text. ibi, ſolicitantes. quòd magis nocent mulieribus uirginibus, & aliis ſimplicibus mulieribus alliciamenta, & ſollicitationes ipſarum mediarum, quæ faciunt officium lœnarum ad inclinandum eas ad fornicationem, quàm uiolentia, nt probatur ſatis apertè in l. prima, C. de rap. nirg. Et propterea bene fuit prouiſum, quòd iſtæ medianæ mulieres puniatur, ſemper iſiæ tales lœnæ decipiunt iſtas iuuenculas ſub ſpecie boni, ſicot facit diabolus, ut in capitu. ſæpe. 41. diſtinct. Et pondera iſtam conſtitut. quòd pro prima uice grauiori pœna punitur lœna filiæ, uel coniugatæ, uel ſororis, quàm lœna alterius hone-
2 ſtæ mulieris à nemine cuſtoditæ, ut fornicetur. † Secundò not. ex text. quòd lœna extraneæ mulieris honeſtæ, ſecuta copula carnali inter eam, & aliquem uirum, punitur pro prima uicę fuſtigatione pro ſecunda truncatione naſi. Et ſic iſta conſtitut. mitigat in lœna fœmina pęnam iuris communis, quæ eſt mortis, us in authen. de lœnonibus. in princip. ſed in maſculo nihil eſt immutatum per iſtam conſtitut. iuri communi. An autem iſta fuſtigatio debet fieri publicè? Reſpondeo, text. iſte non dicit publicè, ſed quia ſubditur, & ipſas in cognitione ſemel attentati facinoris in fronte ſignati. ſentit, quòd debeat publicè fuſtigari, & in fronte ſignari, vt homines ſciant illam fuiſſe. ut lœnam punitam. Sed ſi ex lœnocinio perpetrato illa mulier noluit ſolicitationibus lœnæ conſentire, non dicit iſta conſtitut. quòd debeat in aliquo puniri, & ſic non punitur affectus, non ſecuto effectu, de qno in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cleri. bene tamen puniretur arbitrariè propter uitium animi, vt in ſimili dicitur ſuprà
3 in conſtitutio. amatoria pocula. † Tertiò not. ex text. ibi,
reiterare. quòd delictum reiteratum grauius punitur, vt hic & in l. ſeruos. ff. de vi publi. per Salycet. in l. fina. ad l. faui. de plagia. & ſuprà in conſtitutio. magiſtros. ſub rubr. 35. ſed in conſtitut. ſuprà, amatoria pocula. punitur affectus, non ſecuto effectu, pœna publicationis omnium bonorum, & carceris per annum ſed ibi eſt diuerſum delictum ab illo.

SVMMARIVM.

1 *Mater filiam vendens ad fornicandum qua pœna feriatur.*
2 *Mater duobus concurrentibus filiam impunè poteſt proſtituere.*

MATRES QVAE. Illud, quod dictum fuit in conſtitutione regis Rogerii,
1 quæ incipit, matres. ſub rubrica quadrageſimaquarta, quòd † ſi mater vendit filiam ad fornicandnm, debeat puniri pœna truncationis naſi, non habet locum, ſi mater filiam ſuam, quam maritare non poteſt, cum voluntate ipſius ad peccandnm carnaliter dedit propter panpertatem pro ſuſtentatione vitæ, quia hoc iniuſtum, & ſeuerum eſſet, vt puniretur neceſſitate cogente.
2 hoc dicit. Et ſic tene menti, quòd † in matre remanet
proſtitutio filiæ impunè duobus concurrentibus, videlicet uoluntate filiæ, & matris inopia. Quam proſtitutionem mater facere non debuit, per text. in l. palam. §. lœnocinium. ff. de ritu nupt. Melius eſt enim omne malum pati, quam peccato conſentire. capitulo quod ait. decimatertia diſtinct. de quo per gloſſ. in capitulo non magno. ne eccle. vel mona. ſecn. nego. ſe immiſ. & in capitulo duo mala. decimatertia. diſtin. Et ideo Imperator ſacit pertranſire hoc lœnocinium commiſſum ob tantam neceſſitatis extremitatem, quia commiſſum eſt per matrem doloroſè media iminente, arg. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adul. & ſuprà in conſtitut. ſi maritus vxorem. ſuo rubri. 45. facit l. ſecunda. C. de patri qni fili. diſtrax. hic non ſunt gloſſ.

De venditione liberi hominis. Rubrica L.

DICTVM EST SVPRA in conſtit. matres virgines. de matre, quæ propter pecuniam tradidit filiam ſuam liberam virginem ad fornicandum. Erat uidendum, quando aliquis uendit ſcienter, & doloſè liberum hominem, an ſit immutatum pœnæ ſtatutæ à iure communi pro crimine plagii in l. fina. C. ad l. faui. de plagia. uel dictæ pœnæ ſit immutatum per iſtam conſtitutio. ideo ponitur hæc rubri. quæ ſolùm tractat de uno tantùm capite legis fauiæ de plagiarijs. com crimen plagij contineat alia capita, ut per Azo. in ſumma. C. ad l. faui. de plagia. & per Sali. in rub. cod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Vendens hominem liberum, quem credebat ſeruum, non punitur.*
Emptor rei prohibitæ alienari eam reſtituere tenetur.
2 *Maleficus dici poteſt, qui ſcienter hominem liberum vendit.*
3 *Venditor hominis liberi efficitur ſeruus parentum venditi.*
4 *Filius primogenitus antequam pater eſſet rex natus, an ſit dicendus regis primogenitus.*

QVI SCIENS. Hic ponitur alia pœna, quàm pœna iuris communis pro venditione liberi hominis doloſè. Et hoc intendit. Si quis hominem, quem ſcit eſſe liberum vendiderit: ſi poſſibile, eſt, debet eum redimere de bonis ſuis, & ipſe efficitur ſeruus regiæ curiæ, reliquis eius bonis publicatis. Si autem non ſit poſſibile redimere eum: venditor prædictus tradatur pro ſeruo parentibus illius, quem vendidit, & bona ſua publicentur regiæ curiæ: ſed ſi contingat quocunque modo, quòd ille liber homo venditus redeat, venditor ille traditus pro ſeruo parentibus, erit ſeruus regij fiſci vnà cum filijs natis poſt perpetratum deli-
1 ctum plagij. hoc dicit. † Not. primò ex text. ibi, ſciens, quòd ſi ignoranter, & ſic ſine dolo vendidit hominem liberum, quem credebat ex aliquibus præſumptionibus vel coniecturis, quòd erat ſuus ſeruus: tunc licèt ſit liber, non venit puniendus: vt in l. tertia, in principio, ff. ad l. fau. de plagi. & in l. plagij, in gloſſ. C. eodem titul. vbi dicit, quòd etiam ſi ignorauit ius, & ſic fuit in lata culpa: ut in l. latę. ff. de verborum ſignificatio. quòd excuſatur à pœna plagij: niſi erraſſet in iure naturali, ſecundùm Salycet. ibi poſt Iacob. Butri. Secundò not. ex text. ibi, ſi poſſibile eſt, redimatur, quòd emptor rei, cuius alienatio eſt prohibita à iure: tenetur rem ipſam reſtituere, reſtituto ſibi pretio: vt hic, & ſic iſta conditio, ſi poſſibile eſt, denotat factum, & non ius. Et ſufficit aliquid poſſe fieri in futurum, licet non ſit poſſibile præſentialiter, ſecundùm Bald. l. filius à patre. §. fina. ff. de libe. & poſthum. Ad hoc benè facit iſta conſtitutio. Redditur ergo pretium, vbi contractus reſcinditur. l. emptorem. §. ibidem. ff. de actio. emp. & in l. ſi fundus. ff. de reb. eor. de quo per Bald. in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſanct. eccle. & per gloſſ. in capitulo ad audientiam. de reb. eccl. non alien. per Lucam de Pen. in l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi. libro vndecimo, per gloſſ. in l. imperialem. in principio. de prohi. feudo. alien. per Federy. Baldum in l. ſi prædium. C. de præd. minn. & per conſequens tenetur emptor ad reſtitutionem liberi hominis empti: quia in correlatiuis prohibito vno prohibetur reliquũ, vt in l. prima, C. de cupreſ. libro vndecimo, & in l. nemo martyres. & ibi Bald. C. de ſacro ſanct. eccleſi. & in l. placet. eodem titulo. l. fina. C. de indic. uid. cum multis ſimi-
2 bus. † Tertiò not. ex tex. ibi, maleficus, quòd uendens ſcienter liberum hominem, dicitur maleficus, ideſt maleſaciēs: vt in l. iniuriarum. §. ſi quis. ff. de iniurijs. ſicut dicitur maleficium, quando datur aliquid noxium ad bibendum, uel comedendum, vt impediatur coitus inter coniuges, vt dicit Goſ. de Tra. in ſumma de frigi. & male. Quartò not. ex text. ibi, ſeruus fiat, quòd quis punitur in eo, in quo deliquit. & ſic ille, qui malè fecit, ſemper expectet idem ſibi fieri, not. in l. tertia, C. de epiſco. audi. ibi, homicida & parricida, quod fecit, ſemper expectet, quę text. ad hoc allegat Bald. in cap. primo, in princip. ſecunda col. de pa. tenen. vox Euangelica eſt, omnis qui de gladio ferit de gla-
3 dio peribit. † Quintò no. ex tex. ibi, parentibus, quòd parentibus filij venditi uenditor efficitur eorum ſeruus: & intellige parentibus, tam, de patre, quã de matre & auo, & proauo uſque ad tritauum, ut in l. iuriſconſultus. §. parentes. ff. de gradi. & l. quique. §. parentes. ff. de in ius uocan. Sextò not. ex text. ibi, filiis etiam, quòd non ſolum pro crimine læſæ maieſta. commiſſo per patrem filii puniuntur, ut in l. quiſquis. C. de leg. Iul. maieſt. ſed etiam pro crimine plagij, quando venditur liber homo doloſe, filij nati poſt delictum efficiuntur ſerui curiæ: ſecus de filiis antea natis, ad idem lex, ſecunda. C. de libe. & eorum libe. facit etiam id, quod dicitur in l. imperialis. §. his illud. C. de
4 nupt. † Vtrum ille, qui eſt natus, antequam pater eſſet rex, dicatur filius primogenitus regis, vel ille, qui eſt natus, poſtquam pater eſt rex dicatur primogenitus? De hoc ibi per Barto. & Bald. in l. ſenatoris filium. ff. de ſenato. per Lucam de Penna in l. ſenator. C. de digni. libro duodecimo, & per Alberi. de Roſ. in tracta. ſtatu. in prima parte quæſtione centeſimaoctuageſimaſexta, & per Iaco. de Ardizo in ſumma de ſucceſ. feud. §. maritus. in fin. hic non ſunt gloſſ.

De incendiarÿs. Rubrica. LI.

CORRVMPENTES lœnocinijs mẽtes virginum de caſtitate ad incontinentiam, & luxuriam, pœnis ſuperius ſtatutis ſunt puniendi, ſuprà proximè dictum eſt: & ſic de delictis reſpicientibus perſonam exiſtentem in ciuitate, vel oppido. Erat videndum de illis delinquentibus, qui domum, & ſic rem ſtabilem corrumpunt, & deſtruunt per incendium, qua pœna puniantur: ideo de iſtis incendiariis hic tractat. Et licet hic indiſtinctè dicatur, quòd incendiarius domus doloſè puniatur pœna capitis: tamen iſta pœna capitalis intelligitur ſecundum diſtinctionem iuris communis, nam text. in l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœnis. dicit, quòd incendiarii intra oppidum uiui concremantur, quod eſt ſummum, ſupplicium, vt dicit text. in dicta l. capitalium. in princip. & l. qui ædes. ff. de incen. rui. na. Qui verò caſam incenderit in uilla, leuius punitur. Item incendiarij puniuntur pœna legis Corneliæ de ſicariis, vt dicit text. in l. prima, in princip. ff. de ſica. & in l. data opera. C. qui accuſa. non poſ. cuius pœna eſt, aut in inſulam deportatio cum publicatione omnium bonorum, aut pœna capitalis, aut beſtijs ſubiici, vt in l. eiuſdem. §. penult. ff. ad leg. Corne. de ſicar. & in l. fina. §. qui data. ff. de incen. rui. nau. Si verò negligentia, & non dolo ſit ſactum incendium, tunc leuius punietur, vt dicit text. in dicta l. ædes. & debet haberi conſideratio, an incendium habuit effectum, vel non, vt dicit glo. in d. l. ædes.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarius domus quando ſit morte plectendus.*
2 *Pœna debet infligi ſecundum perſonæ qualitatem & delicti.*
3 *Incendiarii an teneantur ad emendam damni.*
4 *Domus vicina ſi deſtruatur, ne aliæ comburantur, an debeat per cõmune domino domus dirutæ ſatisfieri.*
5 *Incendium vix aut nunquam ſine culpa committitur.*
6 *Dolus poteſt probari ex qualitate facti.*

QVI DOLOSE. Iam ſuper incendiariis domorum de nocte proniſum fuerat ſuprà, in conſtitutione ſuper incendiarijs. in primo libro, ſub rubrica vigeſimaſexta, vt puniatur pœna mortis. Hic generaliter ſtatuit, vt incẽdiarij domorũ doloſe, ſicut alij incẽdiarij puniãt pęna mortis. hoc dicit.

Quod

1 Quod intellige, prout dicit † hic Andre. quòd tunc incen-
diarius domus punitur pœna mortis, quando illa domus
erat in ciuitate, ſecus ſi in villa, vt in dicto §. incendiarij.
Et ratio diuerſitatis eſt ſecundum hic, quia ſi domus com-
buritur in ciuitate, eſt maximum periculum, ne tota ci-
uitas concremetur, quod ſecus eſt, quando eſt in rure.
Item debet haberi conſideratio & diſtinctio ſecundum
eum, an ille, qui impoſuit ignem, ſit humilis, & vilis
perſona, vel nobilis, prout diſtinguitur in l. eiuſdem. §.
penulti. ff. ad l. cor. de ſica. & in dicta l. fina. ff. de incen. rui.
nau. & l. Pedius, eodem titu. Item debet diſtingui, an do-
mus combuſta ſit prætioſa, vel exigua, ſecundum Andre.
hic. Item debet diſtingui, an homo aliquis propter incen-
dium ſit mortuus, vel non. Item an ille, qui incendium
doloſè fecit, ſi ſolitus committere incendium, uel non.
2 † nam ſecundum qualitatem perſonæ & delicti fiet iſta
punitio. habet ergo iudex arbitrium condemnandi ad pœ-
nam deportationis cum publicatione bonorum, vel mor-
tis, vel incendii, conſideratis conſiderandis & qualitate
perſonarum attẽta, vt dicitur in dicta l. Pedius. & ſuprà in
conſtitutio. qualitas perſonæ ſub rubric. quadrageſima. in
iſto. tertio libro, & ſic ſecundum Andre. hic debet intelli-
gi iſta conſtitutio. quæ indiſtinctè loquitur. Cui adde Al-
ber. de Roſ. & Bald. in princip. & Salyce. in dicta l. data ope
ra, vbi ponunt diſtinctionem pulchrã in iſta materia, qua
pœna ueniat puniendus incendiarius, vt ibi per eos, & per
Hoſt. in ſum. de incendiariis. §. & qua pœna. Quid ſi ali-
quis mandauit, vel iuſsit fieri incendium in ciuitate, vel
in rure, uel facienti conſenſit, utrum teneatur eadem pœ-
na. ac ſi feciſſet? Dic quòd ſic, text. in capitulo ſi quis mem
3 brorum. & cap. peſsimam. decimaoctaua, quæſt. 8. † Et an
iſti incendiarii teneantur etiam ad emendam damni? Bal.
dicit, quod ſic, dicta l. data opera. & eſt text. in dicto capit.
ſi quis membrorum. & in l. ſi ſeruus ſeruum. §. item ſi arbu
ſtum meum. cum ſi. ff. ad l. aqui. etiam pro leuiſsima culpa
ut dicit Alber. de Roſ. in l. ſecunda. §. cognoſcit. ff. de off.
pręſ. vrb. & uidetur text in dicta l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi for
nicarius. Intellige hoc eſſe uerum, quòd pro leuiſsima cul
pa tenetur ad emendationem damni, quando culpa fuit
commiſſa in committendo, uel faciendo, ſecus ſi negli-
gendo, ut in l. ſi uſusfructus. §. de pręteritis. in fin. ff. de
uſufruct. & probatur in dicto. § ſi fornicarius. ubi fuit cul
pa in faciendo, ſcilicet, in eligendo familiam negligentem,
ideo tenetur de negligentia familiæ. & pro hoc l. ſed & ſi
quis. in fi. ff. de inſtit. hoc firmat Alexand. in l. domos hęre-
ditarias. ff. de leg primo, & in l. ſi quis ex argentariis. §. fina.
ff. de eodem. Barto in l. quod Nerua. ulti. colum. uerſi. quę-
ro, utrum leuiſsima culpa in aliquo caſu. ff depoſi. & Ale-
xand. in ſecundo uol. conſil. 216. incipien. uiſis, & oppor-
tunè ponderatis. uerſicu. nec ad hoc obſtat. & Bald. in l. pi-
gnus. 10. columna. C. de pignora actio. Ioan. de Imo. in ca.
1. de commo. & Pet. de Ancha. in conſil. 349. incipien. pro
deciſione quæſiti. de quo ſuprà &c. & uidetur gloſſ. in l. ſi
mora. ff. ſolu. matri. & uide ad hoc Ange. in tract. de male.
4 in uerſicu. incendiario. † Quid autem ſi propter ignem
impoſitum in una domo deſtruũtur domus uicinæ, ut eui
tetur maius damnum, an pretium ipſarum domorum ſit
ſoluendum per communem ciuitatis? Hoc tangit Io. And.
in addi. ad Spec. in titu. de iniuriis. in ſecunda colũ. et Spe.
eodem titu. §. 2. uerſic. ſed pone inimicus. ubi quęrit, an il-
le, qui impoſuit ignem, teneatur etiam ad emendam dam-
ni uicinorum. et dic ut ibi, et per Bald. in ſecundo uol. con
ſil. 157. incipien. punctus, ſuper quo conſilium. et Angel.
in conſil. 197. inci. in qu eſt. propoſita dubium facit. et tan
gitur in l. 2. ff. ad l. Rhodiam de iactu, ego dixi in l. 2. C. de
communi. uemi. conced. lib. 10. In gloſſ. 1. dic, ut dixi paulò
ante, quòd ex culpa leuiſsima in omittendo quis non tene
5 tur. † Et tene menti, quòd incendium non committitur
à caſu, ſed ſemper eſt cum culpa. l. ſi uendita. ff. de peri. et
commo. rei uen. Hoc eſt uerum quò ad illos, in quorum
domibus oritur ignis, ut in l. 3. §. 1. ff. de offi. pręfecti urb.
quoad vicinos eſt caſus fortituitus, & non tenentur, vt in
§. at is qui. iuſti. qui. mo. re contrah. obl. & l. cum duobus.
§. damna. ff. pro ſocio. & in l. rebus. in princi. ff. commo.
& l. contractus. in fi. ff. de regu. iur. l. prima. §. ſi eo tempore
ff. de adm. rerum ad ciuit pertin. Et pondera illum text.
qui dicit, dolo, & ſic oportet, quòd conſtet de dolo, quia
dolus regulariter non præſumitur, vt in l. quoties §. qui do
lo ff. de prob. probatur autem dolus ex indicijs & coniectu
ris, vt eſt text. in capitulo ſecundo, de renun. libro ſexto, &
gloſſ. ſecunda. in l. apud Celſum. ff. de excep. doli. Abb. Sic.
in capitulo ſi autem. de reſcr. Alexand. in l. dolum. C. de do
6 lo. † Ex qualitate enim facti probatur dolus, vt dicit gloſ.
in l. 1. §. fin. ff. de excep. doli. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ
in fraud. cred. cum ſi. item ex qualitate perſonæ probatur
dolus. l. prima. C. vbi pupillus educari debet. l. viduæ. C. de
nup. item ex qualitate temporis pręſumitur dolus. l. ſi quis
forte. ff. de pœnis. l. ſi mandauero. in fi. ff. mã. l. ſi hominem.
ff. man. & vide Alberi. de Roſ. in l. dolum. C. de dolo. vbi in
pluribus præſumitur dolus. & vide Bartol. l. propter vene-
ni. §. nec quis. ff. ad Sillen. vbi dicit, quod ille, qui ſcit fa-
ctum, & facit contra ius, præſumitur eſſe in dolo. cætera
vide in dicta l. dolum. & ibi Paul. de Caſt. vbi dicit, quòd
ille, qui ſcienter aſſerit mendacium, vel id, quod ignorat, di
citur eſſe in dolo.

Qui ramum de alto proijciens hominem occiderit. Rubrica LII.

SVPER proximè tractatum fuit de de-
lictis, quę dolo committuntur, erat vi-
dendum de delictis, quæ ſine dolo, ſed
cum culpa leui, vel incautè committun-
tur, quomodo iſta delicta puniãtur ideo
poſt dictum tractatum ponit hanc ru-
bricam. Et ſub iſta rubr. continentur duæ, conſti. vna inci-
pit, qui de alto. alia incipit. pœna præſenti.

SVMMARIVM.

1 *Putator arborum non debet deiicere ramum abſque clamore.*
2 *Delinquens culpa leui mitius punitur, quàm qui dolo.*
3 *Superior delinquentibus terribilis eſſe debet, et deuotis manſuetiſſimus.*
4 *Homicidium incautè & ſine dolo factum, punitur pœna carceris annalis.*
5 *Sacramento proiicientis ramum ab arbore & occidentis tranſeuntem ſtatur ad effectum abſolutionis obtinendæ à iudice.*
6 *Vulnerans alium culpa leui, vel leuiſſima tenetur vulnerato ad expenſas factas in alimentis & medicinis.*
7 *Vulneratus quando ex vulnere præſumatur mortuus.*
8 *Sententia peritorum in arte an poſſit tranſire in rem iudicatam.*

QVI DE ALTO. Hanc conſtitutio.
fecit rex Rogerius, & ipſam correxit Im-
perator Feder. in conſtitut. ſequen. ideo
ambas coniungimus. Rex Rogerius ſta-
tuit, quòd qui incautè cecidit ab alto,
& hominem occiderit, vel qui de alto
ramum arboris incautè proiecerit, & non clamauerit, vel
lapidem ab alto proiecerit incautè, & non clamauerit, pu-
niatur pœna capitali. hoc correxit Imperator Feder. in
ſequenti conſtitutio. quæ incipit, pœna. vt ſi in loco habi-

tabili hoc contingat, ille, qui ſic incautè hominem occiderit, puniatur pœna carceris per vnum annum, ſi autem hoc contingat in loco campeſtri, tunc ſtetur iuramento illius, qui incautè hominem occidit alteto de ſupradictis modis, quòd hominem tranſeuntem non vidit, & tunc feratur ſententia abſolutoria pro eo. ſatis enim ſuit viſum dicto imperatori crudele id, quod ſtatuit Rex Rogerius non faciendo differantiam inter homicidium factum doloſè, & homicidium factum incautè, & cum culpa, quia ſemper dolus præponderat culpæ, vt ff. ad l. aqui.l. item ſi obſtetrix. §. fin. vbi autem homo ſic incautè percuſſus non moriatur, ille, qui ſic incautè verſatus eſt, tenetur illi percuſſo reficere omnes expenſas factas in infirmitate, tam pro ſe, quàm pro medicis, & medicinis.

1 Hoc dicunt iſtæ duæ conſtitutiones. † No. 1. ex text. ibi, clamat. quòd putator arborum, quando vult proiicere ramum, quem incidit, in terram, debet clamare, vt homo ſubtus arborem recedat, aliàs ſi hoc non facit, præſumitur, quòd homicidium inde ſecutum ſit factum culpa, & in iſta acclamatione non eſt correcta conſtitutio regis Rogerii per conſtitutionem infrà, pœna. & pro hac acclamatione facit text. in l. ſi putator. ff. ad l. aqui. Not. 2. ex text. conſtitut. pœna præſenti ibi, mitigantes. quòd crudelitas prædeceſſoris regis mitiganda eſt per ſucceſsionem, vt hic. imò ipſe idem, qui ſtatuit aliquid crudele, debet ipſe idem

2 mitigare, vt in l. ipſius. C. fami. er. † Tertiò not. ex eadem litera, quòd mitius eſt agendum cum illis, qui deliquerunt per culpam leuem, quàm cum illis, qui deliquerunt per dolum, idem ſi per latam culpam, quæ dolo comparatur, vt in l. quod Nerua. per Bartol. ff. depoſi. Nam pro nullo delicto mundi commiſſo per leuem, vel leuiſsimam culpam oritur actio criminalis, ſecundum Cyn. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cleri. Sed glo. tenet contrarium in l. reſpiciendum. §. delinquunt ff de pœ. & dicit Bar. ibi, quòd Cyn. non dicit verum, per illum text. tamen mitius punitur, vt in dicto §. delinquunt. ſuper hoc vide ibi apoſtil. Alexand. Sic etiam dicimus, quòd mitius agendum eſt cum religioſis, quàm cum laicis, vt dicit text. in capitulo ſecundo, de dolo & contumacia. Sic etiam mitius agitur cum eo, qui ſe defendendo non ſeruauit moderamen, vt dicit Ioan. And. in c. ſignificauit. de homi. & Bal. in ca. 1. in princ. in 3. colum. de pace tenen. & Alexan. in 1. volu. in conſi 76. incipi. viſa inquiſitione. Iaſ. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. Franciſ. de Aret. in conſ. 80. circa ſi Ludo.

3 in ſingul. ſuis, in ver. defenſo.] Sic etiam ſuperior debet eſſe terribilis delinquentibus, & manſuetiſsimus deuotis circa fiſcalia, vt in authenti. de man. princ. §. talem. bene facit text. in capit. vos autem. 16. quæſtio. 1. ibi, Deus diligit mites in iudicio, qui docet manſuetis vias ſuas. manſuetudo mitigat inimicos. Eccleſia. 6. capitu. & dicit Pſalm. 24. Deus dirigit manſuetos in iudicio, & docebit mites vias ſuas. An ſit aliqua differentia inter mites, & manſuetos, vide in ſumm. Antoni. in quarta parte. titul. 7. capitu. 6. §. 2. Si enim iſte Imperator in veritate fuiſſet mitis, ad hoc eius ſemen hereditaſſe terram, quia dicit Propheta Pſal. 36. manſueti hæreditabunt terram. ſed quia non fuit mitis pauco tempore durauit eius ſemen ſuper terram. & in Eccle. 10. dicitur. ſedes ducum ſuperborum diſtruxit, & ſede-

4 re fecit mites pro eis. † Quartò no. ex tex. ibi, incautè, quòd homicidium commiſſum incautè, & ſic cum leui, vel leuiſsima culpa punitur pœna carceris per annum. Et ſic patet, quod iſto caſu carcer ad tempus datur ad pœnam per iſtam conſtitutionem. ſicut de iure cannonic. in c. quamuis. de pœnis. libro ſexto. ſed de iure ciuili, neque ad perpetuum carcerem poteſt pro aliquo delicto fieri condemnatio, dicit textus in l. mandatis principum. ff. de pœnis. niſi in ſeruo, vt dicit ibi gloſſ. & in iuribus allegatis per Albericum de Roſat. in l. prima. §. quod autem ff. de aleator. neque ad tempus, quia carcer non eſt ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, vt in l. aut damna. §. ſolent. ff. de pœn. & l. credibile. C. eodem titul. bene tamen per conſtitutio. iſtas datur carcer ad tempus pro pœna. idem per capitula regni vt patet in capitulo regis Caroli primi, quod incipit, placuit. char. tertia, & in capitulo, quod incipit, item prædi-

5 cti magiſtri maſſarii charta decimaoctaua. † Quintò not. ex text. ibi, ſacramento. quòd ad effectum abſolutionis obtinendæ à iudice ſtatur ſacramento proiicientis ramum in loco campeſtri, quod hominem tranſeuntem non vidit, licet ſit mortuus ex ramo proiecto. Hoc verum puto, niſi probaretur legitimè per teſtes, quòd vidit illum hominem tranſeuntem, & proiecit ſuper eum ramum inciſum, quia præſumptio, quæ oritur per iuramentum vigore huius conſtitutionis, tollitur per veram probationem, quia non eſt iſta præſumptio iuris, & de iure, ſed iuris tantum, vt notat gloſſa in rubrica. ff. de probatio. & ibi per Flo. & not. in capitu. is qui. de ſponſa. & in l. finali.

6 C. arbi. tute. † Sextò not. ex text. quòd vulnerans aliquem cum culpa leui, vel leuiſsima tenetur ſoluere expenſas vulnerato in alimentis, medicinis & medicis, & etiam operarum, ſecus ſi vulnus fuit caſualiter factus ſine culpa, tunc non tenetur ad expenſas, vt in l. ex hac lege. ff. ſi quod. pau. feci. dica. & in l. fin. ff. de his qui deie. vel effu. & tunc ſi moritur, non tenetur de occiſo, vt eſt text. in l. qui occidit, §. fin. ff. ad l. Aqui per quem text. aduocati cauti quãdo vulnus non eſt mortale, comparent pro vulnerante in iuditio, & proteſtantur, quòd vulnus non eſt mortale, & petunt, quòd medici iurati vadant ad videndum vulnus, quibus eſt ſtandum, vt in l. prima. ff. de ventr. inſpic. & C. de re milita. l. ſi ſemel. libro duodecimo, Alexandrinus in cap. & veterum. 9. diſtin. & Alexander in pluribus conſilijs, & in conſiliis domini Signoroli, & in authenti. de non alien. §. quod autem. ſi iudicis licentia ſit relatio per ipſos, alias ſecus, ut argumento, leg tertiæ, §. finali, ibi, iuſsione rectoris. C. fini. regund. & firmat Felynus in capitulo

7 propoſuiſti. in tertia columna, de probationibus. † Et ſi referunt, quod vulnus non eſt mortale: ſi poſtea moritur vulneratus, præſumitur mortuus ſua culpa, & pro hoc l. ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de ædili edict. & ff. de his quibus vt indignis, leg. tertia, & ff. ad Syllan. leg. neceſſarias, circa finem, & ſic non tenetur de occiſo, dicit gloſſ. hic. Niſi ſit mortuus intra triduum: vt quinquageſima diſtincti. ſi qua fœmina, & gloſſ. in leg. prima, C. de emenda. ſeruo. vel intra octos menſes: tunc præſumitur mortuus ex vulnere, per text. in capitulo præterea, de cleric. percuſſ. quæ iura ad hoc allegat Baldus in leg. final. vltima quæſtione, ff. ad leg. Corn. de ſica. Sed hoc procedit, niſi medici iurati dicerent, quòd vulnus non fuit mortale. Si autem vulnus eſt mortale: & ita dicunt medici. quocunque tempore moriatur, præſumitur mortuus ex vulnere: vt dicit hic gloſſ. dum allegat leg. ait lex. & leg. huic ſcripturæ. ff. ad legem Aquiliam. de hac materia, an & quando peritis in arte ſit ſtandum, vide Andre. & quæ ibi ſcripſi ſuprà in primo libro in conſtitu. terminum vitæ. In gloſſ. prima dic, vt dixi ſuprà proximè in ſexto notabi. & inquantum dixi ibi, quòd medici, et ſic periti in arte debent prius iurare. dic, quòd illa eſt communis ſententia, quam firmat Abba. ſicu. in capitulo propoſuiſti. de probation. et in capitulo fraternitatis. de frigidi. et malefic. et per Moderniores in capitulo iudicante. de reſcriptis. † An autem ſen-

8 tentia peritorum in arte tranſitum facere poſsit in rem iudicatam? Dicitur quòd non: vt per Antonium de Botrio in dicto capitulo propoſuiſti. in prima columna, et ibi dicit, quòd ſententia lata ſecundum conſilium ſapientis non tranſit in rem iudicatam, vide Alexand. in leg. ſi ab hoſtibus. §. ſi uir. ff. ſoluto matrimonio, uide dominum Philippum Decium in dicto capitulo propoſuiſti. in quinta, et ſexta columna. In gloſſ. final. colligit iſta gloſſ. ex iſta conſtitutione illud, quod dicit text. in leg. reſpiciendum. §. delinquunt. ff de pœnis, quòd homines delinquunt, aut doloſè, aut impetu cum culpa, aut caſualiter, quo caſu non puniuntur, vt ibi dicit glo.

De aleatoribus. Rubrica. LIII.

DIXERAT in præcedentibus, quòd
delinquentes debent legitima probatio-
ne conuinci, vt in conſtitut. pœnas. ſic
etiam eſt de iure communi, maximè in
criminalibus debent eſſe probationes lu
ce meridiana clariores, vt poſsit deue-
niri ad condemnationem, vt in l. fin. C. de prob. l. abſen-
tem. ff. de pœ. l. qui ſententiam. C. eodem titu. Verùm
quia interdum producuntur teſtes ad probatiunem fa-
ciendam, qui non ſunt integri teſtes, qoia ducunt vitam
ſuam contra honeſtatem & debitum rationis diſſoluè vi-
uentes, de continuo ludentes in ludis prohibitis, vel com-
modantes dados & aleas ad ludendum. vel in tabernis vi-
uentes ſicut in propriis laboribus, & propterea reddun-
tur infames, & ideo repelluntur à teſtimonio, & eis non
eſt danda fides, de quibus non erat dictum, ideo poſuit
hanc rubr. de aleatoribus, quibus, ſi producantur in teſtes,
non eſt danda fides. hac ſumpta occaſione ponam hic in
nigro 40. caſus, in quibus repulſantur perſonę teſtium ſuc
cinctè, & breuiſsimè.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis non eſt idoneus luſor continuus, habens dados & aleas in domo, & tabernarius.*
2 *Procurator & aduocatus non poteſt eſſe teſtis ſui clientuli.*
3 *Teſtis, qui depoſuit iuratus ſed non citatus eſt ſuſpectus.*
4 *Hæreticus, vel hæretici receptator, quia infames non poſſunt eſſe teſtes.*
5 *Teſtis pauper non habens in bonis valorem quinquaginta ducatorum repellitur.*
Pupillus non poteſt eſſe teſtis in iudicio.
6 *Socius pro ſocio non poteſt teſtificari.*
7 *Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.*
8 *Iudæus contra Chriſtianum teſtis eſſe nequit.*
9 *Meretrix non poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali.*
10 *Famulus mercenarius non poteſt eſſe teſtis pro domino.*
11 *Ludus aleæ continuus eſt prohibitus.*
12 *Ludus omnis fortunæ dicitur ludus aleæ.*
13 *Tabernam exercere ars vilis eſt.*
14 *Luſores publici taxillorum qua ſint pœna coercendi.*
15 *Luſores continui ſunt infames reputandi.*
16 *Milites equeſtres dignitatem quandam à rege habent.*
Nobilis diſſolutè viuens ſumpſius & famæ prodigus & ſui pudoris ignarus dicitur.
17 *Abdicare, priuationem dignitatis importat.*

MORES DISSOLVTAE. Ode-
runt peccare mali formidine pœnæ, vt
hic, & not. in l. prima, ff. de iuſtit. &
iu. Omnes, qui continuè ludunt, & de
ludo viuunt, quia nulli alii officio va-
cant, niſi in ludis, item omnes taberna-
rii, & omnes illi, qui in tabernis bibunt & comedunt
de continuo, ſicut in propriis domibus, item omnes il-
li, qui dados, & aleas tenent, & aliis commodant ad lu-
dendum, per iſtam conſtitutio. facti ſunt infames, ita
quòd non poſſunt facere teſtamentum, nec poſſunt eſſe te-
ſtes, nec ad aliquod officium publicum ſunt admittendi.
& iſta conſtitutio comprehendit etiam iudices, aduoca-
tos, & notarios publicos, & etiam milites equeſtres, nam
vltra quòd efficiuntur infames, & inhabiles ad teſtamen-
tum condendum, & ad teſtimonium ferendum, de-
bent perdere officium, & milites priuilegia militaria, hoc
dicit. Not. ergo ex iſta conſtitutio. tres repulſas contra per-
2 ſonas teſtium. † Prima, quòd teſtis eſt luſor de continuo
nulli alio officio vacet, niſi ludo, de quo viuit. Secunda,
quòd eſt tabernarius, vel eſt talis, qui de continuo bibit &
comedit in taberna, tanquam in propria manſione. Ter-
tia, quod habet dados, & aleas in domo, & illos commo-
dat ludentibus. Quartò repulſatur teſtis, eo quòd eſt
inimicus illius, contra quem deponit, ſi inimicitia eſt ca-
pitalis, vt dicit gloſſ. in authentic. de teſtibus, in fine. de
quo in Speculator de teſte. §. primo. verſiculo item quod
eſt inimicus. & Bal. in l. athleta. §. dat remiſsionem. ff. de ex
cuſat. tutor. Innocent. & Ioann. Andre. in capitulo, cum
oporteat. de accuſat. & in capitulo. per tuas. de ſimo. Ale-
xand. in ſecundo volum. conſilio 175. circa finem. Baldus
in authentic. ſi dicatur. C. de teſtibus. Quinto repulſatur
teſtis, eo quia eſt amicus magna amicitia coniunctus cum
producente, vt notat in l. tertia. ff. de teſtibus, Bald. in l.
eos. & in l. quoniam. C. de teſtibus, de quo per Andre. Bar
batiam in repetitione l. cum acutiſsimi. C. de fideicommiſ.
Sextò repulſatur teſtis, quia omnium conuerſatur cum ad-
uerſario l. ſecunda. C. de teſtibus. & dicta lege, eos. & l.
2 idonei. ff. de teſtibus. † Septimò repulſatur, quia eſt pro-
curator aduerſarii, de quo in l. deferre. §. idem decreue-
runt. ff. de iur. fiſci. vel aduocatus, vt not. in capitulo Ro-
mana. de teſtibus. libro ſexto. Octauò repulſatur, quòd
eſt proxeneta, cuius dictum non probat, niſi vtraque
parte volente, vt in dicto §. idem decreuerunt. per Bar-
tolum, & C. de teſtibus. l. omnibus. quarta quęſtione tertia
capitulo, ſi teſtes. & in Speculatore de teſte. §. primo, verſi-
culo primo, Nono repulſatur, quòd eſt ſolicitator cauſæ,
vt in capitulo Romana. de teſtibus. libro ſexto. & in capit.
cum à nobis. de teſtibus. deciſio Rotæ 154. Alexander in
primo volumi. conſilio ſeptuageſimooctauo, in tertia colū.
Decimò repulſatur, quia obtulit vltro ſe ad teſtimonium
proferendum, ſecundum Barto. in l. poſt legatum. ff. de his
qui. vt indi. & dicitur tunc animoſus teſtis. l. quę omnia. ff.
de procuratoribus. l. vxori. §. 1. ff. de falſ. Alexand. in tertio
volu. conſi. 36. 2. colum. de quo per Fel. in c. 2. de teſt. Vnde
cimò repulſatur, quia protulit teſtimonium non iuratus. l.
iuſiurandi. C. de teſtibus. c. quoties. de teſtib. Fallit in perſo
nis exiſtentibus in dignitate, vt in capi. cum olim. de priui-
leg. & ibi per dominum Anto. de Butr. in decima oppoſit.
de quo per Iaſonem in procem. ff. de veteris. Alexan. in pri
3 mo volum. conſilio 141. quinta colum. † Item ſi depoſuit
iuratus. & non citatus, eſt ſuſpectus, vt dicit gloſ. in dicta
l. poſt legatum. §. is verò. & Bald. in l. presbyteri. C. de epi-
ſcopis & cleric. Ioan. de Imo. in capitu. in nomine domini.
de teſti. Speculator in titul. de teſte. §. qualiter. verſiculo, iu-
dex quoque, deciſio Rotæ 315. fallit niſi ſit perſona ido-
nea, ſecundum Baldum in capitulo primo §. porrò. quę ſit
prima cauſa benefi. amit. tunc, quando iudex monet, vt di
cat veritatem, habet vim citationis. allegat Oldrad. in con-
ſiliis ſuis, de quo per Felin. in capitulo conſtitutus. octaua
colum. de reſcriptis. Duodecimò repulſatur, quia habet in
illa cauſa principaliter commodum vel incommodum, vt
in l. omnibus. C. de teſtibus. Docto. in capitu. perſonas. de
teſtibus Alexander in ſecundo volumine, conſilio 200.
idem ſi ei poteſt aſcribi laus, vel vituperium. Abbas Sic.
in capitulo cum à nobis. de teſtibus. & in cap. cum dilecti.
de electio. Decimutertiò repulſatur vaſallus pro domino
ſi eſt eius familiaris, & non quia vaſallus, de quo per An-
dream in capitulo primo. ſi de inueſtitur. inter domin. &
vaſall. lit ori. vide quæ dixi in deciſionibus meis, deciſio.
304. vbi poſui vndecim opiniones, & Fely. in capitulo ac-
cedens. ut lite non conteſtata. & in capitulo, in literis. de te
4 ſti. † Decimoquartò repulſatur, quià eſt hæreticus, uel
receptator hæretici, iſti ſunt infames, ut ſuprà in conſti-
tutio. paternorum. & in authenti. gazaros. C. de hæretic.
Docto. in capitulo primo, de teſtibus. Decimoquinto
quòd eſt filius, uel nepos hæretici, uel receptantis hæreti-
corum, ut in dicta conſtitutio. patarenorum. & ibi uide in
8. no. an accuſatus de crimine publico, pendente lite poſsit
repulſari pro teſte. Decimoſexto repulſatur teſtis, quia
præſumitur corruptus, quia depoſuit, poſtquam pars,

didicit teſtificata, vt in capitu. fraternitatis. de teſtibus. fal-
lit in mults caſibus, vt per doctores in capitu. fraternita-
tis & in clementina, teſtibus. de teſtib. & in capitu. qui ſe-
mel. C. de probatio. Decimoſeptimò repulſatur teſtis in
cauſa criminali, eo quia eſt affinis alteri parti, vel coniun-
ctus. tertia quæſtione 9. abſentem, Specu. in titu. de teſte. §.
primo. verſic. quid ſi teſtis, cum ſequenti. Barto. in l. aut af
finitate. ff. de procuratoribus, vide gloſſ. in ca. accedens. vt
lit. non con. & creditur ſibi dicenti, quòd eſt affinis vel con
iunctus. vt dicit do. Signorolus Homodei in conſilio 244.
incipien. quia per ipſum Lauren. in ſeptima colum. verſic.
item quòd non obſt. idem Ioan. Andr. in capit. cum cauſa
2. colum. de teſt. Innocen. in capito. inquiſitionis. de accu-
ſat. quia de ſe melius nouit veritatem. Decimooctauò re-
pulſatur. ſi dixit, quòd ipſe cupit, quòd talis litigās vincat,
vt in Spe. in titu. de teſte. §. iam de interrogatorijs. verſicu.
interrogationum autem. Alexan. in 2. volu. conſ. 200. Deci
5 mononò repulſatur teſtis † quia pauper, quia non habet in
bonis valorem quinquaginta ducatorum, vel quantum eſt
valor cauſæ. l. nonnulli. ff. de accu. Alex. in 3 volu. conſilio
15. Vigeſimò repulſatur, quia eſt periurus. Bal. in authen.
ſi dicatur. C. de teſti. l. Lucius. ff. de infami. c. teſtimonium.
de teſt. Alexan. in primo volu. conſi. 123. in princip. Vigeſi
moprimò repulſat teſtis, quia eſt falſarius, de quo p Bart.
in l. eos. ff. de falſ. & capitu. qualiter. in fi. de accuſ. Docto.
in cap. cum cauſam. & in cap. cum in tua. de teſt. Vigeſimo
ſecūdò repulſatur teſtis, quia eſt excommunicatus per ſen
tentiam. Inno. in cap. cum nobis. de elec. & in c. auditis. de
exce. & in c. romana. de teſt. lib. 6. Inno. in capit. auditis. de
proc. Vigeſimotertiò repulſatur, eo quia eſt pupillus ſecun
dum Barto. in l. qui teſtamento. §. neque. ff. de teſta. gloſſ. in
l. notum. §. inſtru. ff. de verb. ſign. Feli. plenè in cap. pueris,
quod eſt finale. de ſen. excom. Alexan. in 2. volu. conſ. 176.
& in 5. volu. conſi. 151. Vigeſimoquartò regulariter om-
nes infames infamia facti, vel iuris repulſant pro teſtibus
fallit in aliquibus caſibus, de quibus per Iaſonem in l. 1. in
4. char. C. de ſum. trinit. & ideo quilibet damnatus de pu-
blico iudicio, qui eſt infamis. l. 1. § publico. ff. de infam. &
ff. de pub. iudi. l. infamem, repulſatur, vt nō probet. & ideo
teſtis criminoſus repellitur, vt in l. tertia. §. lege Iulia. ff. de
teſt. Abba. in capitulo teſtimonium. de teſt. & ibi concor.
6 Vigeſimoquintò † repulſatur ſocius, qui non eſt idoneus
teſtis, & ideo poteſt repulſari, quia ſocius partis. l. quo-
niam. & l. omnibus. C. de teſti. per Bald. in l. prima. §. ſi ſer-
uum. ff. de quæſtio. l. ſi filium. C. de libe. cauſa, habetur in l.
qui accuſa. ff. de accuſat Doct. in capitu. perſonas. de teſti.
Alexan. de Imol. in primo volumi. conſilio 132. in fi. And.
in conſti. ſi damna clande. Sali. bene in l. fi. de accuſa. tenet
pro firma concluſione, quòd ſola depoſitio ſocii criminis
non facit indicium ad torturam, quia non eſt idoneus te-
ſtis. Item vnus de ſocietate non poteſt eſſe teſtis pro ſocio.
Alexand. in 4. volumi. conſi. 127. colum. Bald. in l. omni-
bus. C. de teſt. Alexan. in l. ſerui. §. 1. de lega. 1. Abb. & Fel.
in cap. inſuper. de teſti. Vigeſimoſextò repulſatur teſtis, eo
quia villicus, qui non poteſt eſſe teſtis contra baronem in
cauſa, quando eſt quæſtio de omnibus bonis, aut maiore
parte eorum, aut de vno caſtro, vt text. in conſtitut. proſe-
quentes. in ſecundo libro, ſub rub. trigeſimaprima, facit ad
hoc, quod dicit Lucas de Pen. in l. prima, poſt primam glo.
in fi. C. de reis poſtu. lib. decimo, quòd talis debet eſſe teſtis
qualis eſt ille, contra quem teſtificatur. ſecunda quęſtione
7 7. teſtes, in fi. † Vigeſimoſeptimò repulſatur mulier in te-
ſtamento. l. in teſtamento. §. mulier. ff. de teſt. ſecus in codi-
cillis & in teſtamento inter liberos, ſecūdum Ioā. de Imo.
in dicto §. mulier. Vigeſimooctauò repulſatur, ſi probetur
quòd fuit corruptus pretio. l. 3. § lege Iulia. ff. de teſtibus.
l. 1. in prin. ff de falſ. niſi deponat contra corrumpentem,
ſecundum Bal. in capitulo primo, ſi de inueſtitur. feud. in
ter domin. & vaſall. lis oria. Ludo. in ſingularibus ſuis. in
verſic. teſtis. Vigeſimononò repulſatur, quia cæcus in his,
quæ deponit de viſu, Bartol. in l. ad teſtium. ff. de teſtibus

Alexand. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtamen. Trigeſimò re-
pulſatur, quia eſt compater, ſi producitur pro eo, quem le
uauit ex ſacro fonte, ut per Bald. in l. parentes. 3. colum. C.
de teſtibus Alexand. in 3. volum. conſilio trigeſimoquarto
in tertia colum. & ibi etiam dicit, quòd pater adoptiuus re
pulſatur pro filio adoptiuo. vide tu Alexand. in quarto vo-
lumi. conſilio 125. Trigeſimoprimo repulſatur teſtis, quia
eſt vxor mariti litigantis, vel repulſatur teſtis, quia eſt ma-
ritus vxoris litigantis, de quo per Abbat. ſic. in capitulo ſi-
teris. de teſtibus. Bald. in dicta l. parentes. & in l. etiam. eo-
dem titul. Speculat. in titul. de teſte. § primo, verſicu. ſed
8 quid de vxore & viro. † Trigeſimoſecundò repulſatur te-
ſtis, quia Iudæus contra Chriſtianum eſſe non poteſt ido-
neus teſtis, vt not. in l. quoniam. C. de hæreti. fallit in quin
que caſibus notatis per Felinum in capitu. Iudæi. de teſtib.
& vide Paridem de Puteo in tract. de ſyndicat. in verſicu.
teſtis. vbi allegat Bartho. de Cap. & Docto. in capitu. cum
ſit. de Iudæis. Alexand. in primo volu. conſilio trigeſimo-
quinto, in fi. & in conſilio 70. in 5. colum. & in 2. volu. con
ſilio 178. in fi. in conſi. factū fuit iudicatum, quòd Iudęus
in cauſa ciuili non facit fidem contra Chriſtianum. Trige
ſimotertiò repulſantur teſtes de vniuerſitate in cauſa, quæ
tangit commodum, & incommodum vniuerſitatis, vt non
ſint teſtes omni exceptione maiores, ſecundùm Archidia.
duodecima quæſtione ſecunda, io ſum. Antonius de Bu-
trio in capitulo inſuper. de teſtibus. Trigeſimoquartò re-
pulſatur teſtis, quia remotus à dignitate propter turpitudi
nem ſuam, vt in Speculat. de teſte. §. primo, verſiculo item
excipitur, quòd eſt remotus. & bene probatur in iſta cōſti
tut. Trigeſimoquintò repulſantur teſtes, qui ſunt viles per
ſonæ, vt ſunt lęnones, & alii, de quibus in l. humilem. C. de
inceſt. nuptiis. Trigeſimoſextò repulſatur teſtis, quia ſpu-
rius. Alexander in quarto volumi. conſil. 49. niſi contra
ſibi ſimilem, ſecundum Bald. in capitulo primo. §. iniuria.
9 de pace iurament. firm. † Trigeſimoſeptimò repulſatur,
quia meretrix, quæ non eſt integra teſtis propter eius vili-
tatem in cauſa criminali, vt not. in l. tertia. §. lege Iulia. &
ibi Alexand ff. de teſtibus, & Innocent. in capitu. cum P. de
accuſa. Alexand. in primo volum. conſilio vndecimo. Tri-
geſimooctauo repulſatur, quia eſt cedens, qui deponit ad
vtilitatem ceſſionarii, qui repręſentat imaginem cedentis.
l. qui ſtipendia. C de proc. ita Salicet. in l. nullus. C. de te-
ſtibus. Antonius de Butrio in capit. inſuper. de teſtibus. &
per dominum Nellum de ſancto Geminiano in tracta. de
teſtibus. in fine tracta. Bartol. chart. 262. Trigeſimononò
repulſatur vxor fratris pro fratre, quia non eſt idonea te-
ſtis, vt dicit Alexander in primo uolumi. conſil. 18. in 3. co
lum. ſecunda. Quadrageſimò repulſatur in cauſa crimina
li frater pro fratre, vel contra fratrem. Alexand. in primo
uolumi. conſil. 70. in quarta columna, uide Felin. in capit.
illud. de præſumptio. Bald. in dicta l. parentes. C. de teſtib.
Quadrageſimoprimò repulſatur teſtis, quia habet conſi-
milem cauſam in iure, uel in facto, ut per Alexandrum in
ſecundo uolumine, conſilio quadrageſimoquinto. in pri-
10 ma columna. † Quadrageſimoſecundò repulſatur teſtis,
quòd eſt famulus ad mercedem, & nō poteſt eſſe teſtis prò
domino, donec ſtat ad eius ſeruitia. idem in colono. Ale-
xand. in quarto uolumi. conſilio ulti. col. an & quando in
factis domeſticis admittantur familiares pro teſtibus, ui-
de Bald. in l. etiam. C. de teſtibus. & in l. conſenſu. C. de re-
pu. per Ange. & in capitulo ueniens. Iu ſecundo, de teſti. &
Bald. in l. lex quæ tutores. ff. de admi. tuto. & Anto. de But.
in c. tertio loco. Io a. de prob. ſunt tamen alię repulſę con-
tra teſtes, quę non reſpiciunt eorum perſonas, ſed dicta. idē
me remitto ad Specu. in tit. de teſte. & ad ſummiſtas eo. tit.
ad tractatum do. Iaco. de Egidiol, qui ſtat in libro tracta-
tuum Bart. char. cēteſima quinquageſimaquarta. & ſupple
mentum quod fecit Bal. ad tractatum Bart. de teſtib. & Io.
11 de Ligna. in trac. de teſt. † Secūdò no. ex tex. ibi, in ludo ipſo
continuè. q ludus aleę continuus eſt prohibitus, ut hic, &
in l. j. ff. de aleato. & ibi gl. ergo ludus nō cōtinuus, ſed gra-

tia

tia recreationis interdum non eſt prohibitus, vt hic à con-
trario ſenſu, & in l. fina. ff. de aleato. & firmant ſcriben-
tes in capitu.inter delictos. de exceſſ. præla.ſed non ad ta-
bulas,& dados, quia eſt ludus fortunæ perſonis eccleſiaſti
cis interdictus, vt in authenti. interdicimus. C.de epiſ. &
cle. vbi glo. dicit, ſecus ad ſchaccos, quia eſt ludus ingenij.
Et tamen quicquid vltra vnum ſolidum vincitur in ludo,
debet reſtitui perdenti, vt dicit text. in authenti. alearum
vſus. C.de religio.vbi dicitur,quòd ludus fortunæ die,no-
ctuque producit multa mala,perditio enim proprij patri-
monij facit homines venire in deſperationem, prouocat
eos ad blaſphemiam Dei, & ſanctorũ,& ad periuria,pro-
pter quæ vocatur Deus ad iram contra nos, vt in authent.
cui relictum.C.de ind.vid.tollen. & ibi Bald. quia periura
re nomen Dei videtur quædam diuini nominis denegatio,
& poſt idolatriæ peccatum, eſt peccatum periurii, vt dicit
Archid.vigeſimaſecunda quæſtione quinta, capitulo, ille.
12 † Et eſt ſciendum, quòd omnis ludus fortunæ dicitur lu-
dus aleæ, vt dicit Azo in ſumma.C.de religioſ.& Odofr.in
l.prima.ff.de aleato. non tamen licet militibus, vel docto-
ribus ludere ad dados, & ludos fortunæ cum pecunia, &
cauſa auaritiæ per horas, niſi cauſa conuiuii, vt in l.fina.de
aleatori. vt dicit hic iſte text. quia dicitur quis agere tor-
pem vitam taliter ludendo, ſecundum Hoſt. in ſum.in tit.
de exceſſ.prælato. Et dicit Alberi. de Roſ. in l. prima.ff.de
alea. in §. item notandum, quòd aleatores ſunt exoſi legi-
bus.ff.de ędil.edi.l.ædiles.§.hæc autem.& l.ob quę vitia.&
l. ſciendum. & l. fina. Et ideo inſtrumenta & contractus
mutui facti in ludo non valent inter colludentes, ſecus ſi
tertius mutuaret, ſecundum Azo.in ſum.de religio.& pro
hoc gloſſ.in l. quod ſi minor. §. pe.ff.de min. & in l. ſi quis
cum ſciret.ff.pro empt. & ibi per Alber. de Roſ. & ff. qua-
rum rer. acti.non datur.l.ſecunda: & Abb.in capitulo.cle-
rici.de vit. & hone.cler. & vide Bald. in rubri.C. de cond.
ob tur.cauſ.Cętera de materia ludorum vide per Ange. de
Aretio in tra. de male. in ver. metitore de dadi falſi. & per
Maria.de Senis in dicto capitulo, inter dilectos.& per Pa-
ri. de Put.in tracta. de Ludo, qui eſt in fi. ſui tractatus de
13 ſyndicatu. † Tertiò not. ex text. ibi, tabernarios.quò d eſt
vilis ars exercere tabernam, & ideo ſunt infames, vt hic,
quapropter clerici prohibentur exercere tabernam, ut no.
in capitulo,cum oportet. & capitulo nulli.quadrageſima-
quarta diſtin. Nec in taberna licet comedere, niſi tempo-
re peregrinationis, vt in capitulo, clerici. ea.diſtin. Solent
enim ancillæ exercere tabernam, vt in l. tabernarius. ff.de
fundo inſtru & etiam maſculi, vt in l.ex plagis.§.taberna-
rius.ff.ad l.Aquil.quia tabernarii humiles perſonę ſunt,vt
dicit text.in l.humilem. C. de inceſtis nuptiis. & Roffred.
Beneuenta. in libello iuris canonici, in rubri. repelluntur
ab accuſa.aliqui propter turpem quęſtum.dicit, quòd ta-
bernarii & aleatores dicuntur viles perſonæ, & infames,
de quo in regula infamibus.lib.6. Quartò not.ex text. ibi,
lares proprios. contra iſtos iuuenes arteſanos, qui de con-
tinuo comedunt, & bibunt in tabernis, tanquam ſi eſſent
domus propriæ, vt ſi examinentur in cauſis ciuilibus, vel
criminalibus, eis nulla fides ſit adhibenda, & iſtud con-
tinuè articulant procuratores in cauſis contra tales perſo-
nas, nam etiam iureconſulti in teſtibus conſiderant mo-
res, an ſint honeſti, vel diſſoluti, vt in l.ſecunda.ff.de teſti.
prout conſiderat iſta conſtitut.ibi, mores diſſolutè viuen-
tium &c. non enim teſtimoniis, ſed teſtibus eſt creden-
dum, dicit text. in l.tertia.§. idem diuus.ff. de teſti.l. in ſe-
natuſculto. ff. ad turpil. & ſcias, quòd lar & domicilium
idem ſunt, dicit Alber. de Roſ. in l. tres. C. de offic. præt.
14 † Quintò not. ex text. ibi, inter infames haberi. quòd luſo
res publici taxillorum, aut tabernarum frequentatores vl-
tra pœnam contentam in conſtitut.hi qui.ſub rubri. quin
quageſimaprima, quæ eſt, quòd deputentur[a] ad opus pu-
blicum ad tempus, & ſic in galeam arbitrio magnæ curiæ
vi.efficiũtur infames,& ſic inhabiles ad teſtamenti factio-
nem,& ad teſtimonium ferendum, vt ſupra dictum eſt.&
quare hoc eſt,quòd iſti infames infamia facti repellũtur à
teſtimonio vt hic, & in cap. licet ex quadam. de teſti.cum
regulariter infamis infamia facti in actibus cõcernẽtibus
priuatam vtilitatem non eſt inhabilis,vt in regula infami-
bus.in 6.& in l.lex his qui.§. 1.ff.de teſta.dic, quòd ferre te
ſtimonium oſtendit dignitatem.vt in capitulo pręceptum
32.quęſtione quinta, ibi, generoſę dignitatis teſtimonium
glo.in capitulo teſtimonium.de teſtibus.& tenet Specu. in
ti.de teſte. ver. item excipitur. & ideo infamis infamia fa-
cti non poteſt eſſe teſtis,licet per iſtam conſtitutio.ſint in-
fames iſti luſores continui,& tabernarii, & infamia iuris,
13 vt dixi ſuprà in conſtitutio. cordi nobis. in 2. not. † Sextò
no.text.ibi,iudices,aduocatos,notarios &c.quòd caueant
officiales regii,& omnes iudices, & omnes aduocati & no
tarii publici, ne incidant in hanc infamiam, ideſt, quam
occurrunt ex continuis ludis fortunæ vel miſtis, uel co-
medere, et bibere in tabernis, niſi in itinere propter ne-
ceſsitatem, quia non conuenit eis iſtam ſordidam vitam
ducere, quia vltra infamiam incurrunt priuationem offi-
cii in perpetuum per iſtam conſtitutionem. Hodie Do-
ctores Neapolitani et officiales non indigent hac monitio-
ne, quia honeſtè viuunt, nec ludunt, nec comedunt in ta-
bernis. Et ex hoc infero, quòd licet notariatus non ſit di-
gnitas tamen perſonis infamibus non debet concedi offi-
cium notariatus,poſtquam propter infamiam perdunt il-
lud officium, vt hic, licet notarius ſit vile officium, vt in
l.vniuerſos.C.de decurionibus. libro decimo. fallit in no-
tario principis, vt dicit Bartolus in l. præclaram.C.de di-
gnitat. libro duodecimo, et in l. generali. C. de tabula-
riis.libro decimo. Lucas de Pen. in l.neque.vltima colum.
C. de dignit. reprehendit Bartol. qui dixit, quòd infamis
non poteſt eſſe tabellio Lucas dicit hoc eſſe falſum ſed opi
16 nio Bartoli eſt verior, maximè per iſtum textum. † Septi-
mò not. ex text. ibi, milites equeſtris dignitatis decus.
quòd milites equeſtres facti à rege dicuntur habere digni
tatem, & iſti ſunt illi, qui ſunt præpoſitio aliis militibus,
quia ſimplex militia non eſt dignitas,vt dicit gloſſ.in l. pri-
ma. C.de eque. dign. libro duodecimo, pro qua facit l.
fina.ibi, non militia, ſed dignitas.C.qui mili. non poſſ. &
Bartol. in l.ex eo. ff. de teſtamen. mili. & ſic etiam dixi ſu-
prà in præſenti tertio libro,ſub rubr.trigeſimaoctaua.con
ſtitutione pręſenti.in primo not.Octauò nota ex text.ibi,
prodigi.quòd nobilis qui viuit diſſolutè, dicitur ſui ipſius
& famæ prodigus,& ignarus ſui pudoris, & perdit ex hoc
ſuam nobilitatem, & poteſt repulſari vt teſtis inhabilis,
vt hic, honeſtas multum in teſtibus attenditur.ff. de ædil.
edi.l quæro.§.fina.de teſt. capitulo, in literis.& in authen.
de iniu.cau.& fide.§.ſi quis vult.monendi ſunt igitur ta-
les uiri,ut curam habeant de bono nomine,hoc enim ma-
gis permanet eis, quàm mille theſauri magni & pre-
tioſi. Bonæ uitæ numerus dierum, bonum autem no-
men permanet in æuo. hæc in Eccleſi. capitulo quadra-
geſimoprimo. ſic etiam iudex dicitur prodigus ſuæ fa-
mæ,qui iudicat ſecundum fauorem,& non ſecundum iu-
ſtitiam,ut in capitu.primo,de re iud.libro ſexto. Eſt enim
uitium in nobile multum deteſtabile, attento quòd nobili
bus de neceſsitate conuenit, ne à maiorum ſuorum probi
tate degenerent,ut dicit Boetius,& Nico.de Lira,quem ip
17 ſe refert Deuterono. primo capitulo. † Nonò not. ex tex.
ibi, abdicantes quòd iſtud uerbum importat ipſo iure pri
uationem dignitatis, probatur l. homo liber. ff. de ſtatu.
hom.& in l.abdicatio. C.de pat.poteſta.et in l. ſecunda. §.
cum placuiſſet. ff. de ori. iu. Et ſic non requiritur ſenten-
tia. melius eſt enim quòd nunquàm quis habeat dignita-
tem, quàm ſi illam ſemel habuit, et illa eſt per ſui cul-
pam priuatus,ut dicit Nicol. de Lira ſuper euangelio Mat
thæ. uigeſimoquinto capitulo. In gloſſ. unica uide gloſſ.
quæ colligit unum ex iſto text. uidelicet, not. contra illos
guloſos homines,qui expendunt ſua in ſuperfluis cibis, et
in potationibus et ebrietatibus, allegat ad hoc concordan-
tias, vide eas.

ANNOTATIO.

a Deputentur.] Nota, quòd damnatio ad remigãdum in regno ſucceſſit in locum antiquę pœnę damnationis in opus publicum. Hoc ante Afflict. hic dixit Imo. in l. ſecunda. ff. de publ. iudic. quem refert Cap. in deciſio. 253.

De blaſphemantibus Deum, & Virginem. Rubr. LIIII.

DICIT text. in authent. alearum vſus. C. de religioſis. quòd ludis alearum contingit ſæpe Deum blaſphemari, ideo textum, illa prohibet ludũ aleæ, ſicut prohibet com pœna conſtitut. præcedens, & dicto ſuprà proximè de iſtis ludis prohibitis, in quibus blaſphematur Deus, immediatè dicit, qualiter debeant puniri, Deum, vel glorioſam Virginem blaſphemantes, & ideo ponitur hæc rubr.

SVMMARIVM.

1 *Pœna infligitur alicui in membro, in quo, ſeu per quod delictum commiſſum eſt.*
2 *Blaſphemans nomen Dei an poſſit pœnam euadere per confeſſionem ſacramentalem.*
3 *Confitens blaſphemiam poſt torturam quando ſibi præiudicet.*
4 *Blaſphemus an ipſo iure ſit infamia effectus.*
5 *Blaſphemans calore iracundiæ, aut per ebrietatem, an debeat puniri linguæ inciſione.*
6 *Blaſphemans abſque blaſphemiæ intentione, non peccat mortaliter.*
7 *Amputatio linguæ an poſſit minorari blaſphemanti, vt non amputetur in totum.*
8 *Iudex ex poteſtate ſibi tradita generaliter poteſt pœnam alterare.*
9 *Blaſphemans vnum ſanctum tantùm non punitur linguæ abſciſſione.*
10 *Blaſphemi conſuetudinarii ſunt grauius puniendi.*
11 *Blaſphemans facto Deum, vel ſanctos, qualiter plecti debeat.*
12 *Vſus loquendi communis non excuſat à pœna blaſphemiæ. Blaſphemia eſt Deo attribuire, quod ei non conuenit.*
13 *Condemnatus pecuniariter pro vno delicto poteſt per alium iudicem pro eodem delicto corporaliter puniri.*

BLASPHEMANTIBVS. Quia debet puniri in membro, quo deliquit contra Deum, & ideo qui blaſphemat Deum, vel beatam Virginem glorioſam matrem Dei, & hominis, mutilatione linguæ debet puniri. hoc dicit. Not. primò dictum eſt in ſummario. Sic not. gloſſ. per il-
1 lum tex. in l. ſi fugitiui. C. de ſeru. fugit. †quòd in eo membro, quo deliquit ſeruus punitur, ſic etiam hoſpes punitur in eo, in quo deliquit, dicit text. in authen. omnes peregrini. C. commu. de ſucceſſ. & gloſſ. ibi allegat concordant. in authent. de non alien. §. ſi quis autem per donationem, & dicit Oldra. in vltimo ſuo conſilio, quod Iudæo, qui habuit rem carnaliter com Chriſtiana, fuerunt inciſa virilia pro pœna condigna, vt ipſe atteſtatur vidiſſe. Et quę fuit ratio, quòd iſta conſtitutio voluit corrigere iura commune, quod imponebat pœnam mortis naturalis pro peccato blaſphemiæ in Deum, vt in authent. vt non luxur. contra naturam. §. primo, & minorauit pœnam in amputatione linguæ, non video, quòd poſſit aſſignari alia ratio, niſi quòd fuit minorata iſta pœna propter multitudinem hominum blaſphemantium, multitudo enim delinquẽtium inducit iuſtam cauſam diſpenſandi, vt nota. in capitulo latores. de cleric. excommu. mini. & de iure canonico blaſphemanti Deum per epiſcopum imponitur alia pœna, vt patet in capitulo ſecundo, de maledic. item poteſt excommunicari, vt in capitulo ſi quis per capillum. vigeſimaſecunda quæſtione prima, & regulariter per totam Italiam eſt minorata pœna blaſphemanti Deum per ſtatuta. vt dicit Bald. in l. iuſiurandi. C. de re. credit. occurrunt mi-
2 hi dubitationes. † Et prima, ex quo per blaſphemiam offenditur Deus, qui prouocatur contra nos, vt dicit text. in authent. vt non luxur. contra natur. vtrum blaſphemanti Deum liceat euadere pęnam mutilationis linguæ, ſi faciat fidem iudici, quòd poſt blaſphemiam ipſe confeſſus eſt ſuum peccatum, & ſic pacem habuit cum Deo? Felyn. in capitulo, de his. ſecunda columna, verſiculo quinto fallit de accuſat. tangit hoc dubium, & Thomas de Ferra. de Brixia in ſuis cautelis, cautela vigeſimaquinta, & videntur tenere, quòd non propterea euitat pœnam mutilationis linguæ, niſi in caſu, quando fuiſſet ſtatutum in ciuitate, quòd remittatur pęna habenti pacem ab offenſo, tunc ſi blaſphemans habet pacem cum Deo per confeſſionem ſacerdotalem, & abſolutionem, & euitabit dictam pœnam, & vide Fely. in dicto capitulo, de his. vbi allegat ad hoc cõſilium Barto. & Petr. de Anchara. & Maria. ego dubito de iſta deciſione per id, quod dixit Bald. in l. accuſationem. C. qui accuſa. non poſſ. vbi prælatus non poteſt remittere iniuriam factam Deo. & ideo dicit, quòd non poteſt remittere maledictionem factã Deo, vt not. vigeſimatertia quæſtione octaua, vt pridem. ideo cogita ſuper hoc, & vide ad hoc Ioann. de Anan. in capitulo ſecundo, de maledi. in decimaquinta colum. Et an punitus mutilatione linguę poſſit puniri per epiſcopum pœna contenta in dicto capitulo ſecundo. de maled. vide Abb. Sico. & Ioan. de Ana. in capit. ſuper eo. de rapto. & in capit. quid ergo 21. quæſt. quinta. An autem contra blaſphemantes Deum, vel ſanctos poſſit inquiri ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis? Vide quę
3 dixi ſuper gloſſis in conſti. inconſutilem. in primo lib. †Secunda dubitatio eſt, inquiritur contra aliquem de percuſſione facta in alium cum armis, & quia erant indicia ſufficientia ad torturam contra eum, fuit tortus, & negauit, ſed confeſſus fuit abſque interrogatione, quòd blaſphemauit Deum, & ſanctos, & iſta confeſſio poſtea fuit in banca ratificata, & datus terminus ad ſe defendendum, vtrum poſſit condemnari ad mutilatione linguæ iuxta iſtam conſtitu. & nouellam pragmaticã Regis Ferdinandi de blaſphemia, ubi imponit pœnam mutilationis linguæ, ſi non apparet de aliqua defenſione? Reperio Abb. Sicu. in capitulo cum ſuper. in tertia columna. tangentem iſtud dubium, & ſic decidit, quòd licet confeſſio incidenter facta non ſufficiat ad imponendam pœnam ordinariam, vt per Bar. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſtod. reo. & not. in l. filium. C. de libe. cauſ. poteſt tamen iudex inchoare nouum proceſſum, & adducere illam confeſſionem ad probationem delicti, pro hoc, quod no. Innocen. in capitulo per inquiſitionem, de elect. & apertius Innoc. in capitu. qualiter & quando. ſo ij. propè fin. de accuſat. Cui addo eundem Abb. in capitu, cauſam quæ. de teſti. in 3. colum. dum allegat Compoſtel. & Ioan. And. in capitulo mandatum. de reſcrip. Et inquantum dixi, quòd confeſſio incidenter facta non ſufficit ad imponendam pœnam ordinariam. niſi incipiatur nouus proceſſus, dic quòd fallit niſi cõfeſſio facta in vno iudicio tangeret habilitatem, vel inhabilitatem perſonæ, tunc iſta confeſſio, quatenus inficit perſonam, ſequitur eam quocunque ſe vertit, ſicut infamia, & lepra leproſum, hoc voluit idem Abbas Sicu. in capitulo ſuper, de teſt. & in ca. teſtimonium 9. colum. eodem titu. ubi dicit, quòd confeſſio facta in uno iudicio ad effectũ, ut repellatur à teſtimonio, facit fidem in alio iudicio, quaſi ſigillet opinionẽ ipſius, ſe-

eius in alijs confeſſionibus, quæ ſi facta eſt in vno iudicio,
non nocet in alio iudicio cum alio, leg. penulti. ff. de inter-
roga. action. & in capitulo ſecundo, de ordine cognition.
4 † Tertia dubitatio eſt, vtrum ille, contra quem eſt proba-
tum, quòd blaſphemauit, efficiatur infamis ipſo iure? Hæc
quæſt. tangit hic Andr. & dicit ipſe, quòd prima facie vide
tur, quòd ſit infamis, nam in plus ſe habet blaſphemare
Deum, quàm periurare, ſed pro periurio quis efficitur in-
famis, vt in leg ſi quis maior. C. de tranſactio. ergo & pro
blaſphemia. In contrarium facit, quia iſta conſtitutio non
imponit pœnam infamiæ blaſphemanti, ſi enim hęc con-
ſtitutio voluiſſet, quòd eſſet infamis, dixiſſet. C. de cadu-
cis tollend. l. vni. §. penult. Nec obſtat, quòd periurus eſt
infamis, quia ex iſto delicto ad aliud nō infertur, maximè
quia periurus non eſt infamis, quando iurauit ſoli Deo
de pręſenti, vel præterito, vt dicit not. Abba. in capitulo te-
ſtimonium. in ſeptima colum. de teſti. ſecus ſi patri. vide
Abba. in capitulo, querelam. de iureiuran. glo. in l. Lucius.
ff. de infami. ſic iſte plaſphemans, qui non offendit niſi
Deum, non eſt infamis. & in hanc ſententiam inclinat An
dr. hic, ſed non per iſtam rationem, ſed per aliam, vt vide-
re poteris, bene tamen dicit hic Andr. quòd plaſphemans
Deum, ſi eſt condemnatus, efficitur infamis, ſecus ſi non
eſt condemnatus de crimine, ſed tantum crimen eſt pro
batum. Adde ad hoc, quòd procedit de iure ciuili, ſed
de iure cano. ſecus eſt, quia ſiue ſit condemnatus de crimi-
ne, ſiue non, dummodo conſtet de crimine, eſt infamis, vt
dicit gloſſ. in capitulo, ſuper eo, quod quæſiuiſti. de teſti. de
quo plenè per Abbas, in dicto capitulo teſtimonium.
5 † Quarta dubitatio eſt, quid ſi quis blaſphemauit Deum
calore iracundiæ, vel per ebrietatem, an debeat puniri
pœna incisionis linguæ per iſtam conſtitutio. dicit Ioann.
Andr. in dicto capitulo ſecundo, de maledi. quòd non de-
bet puniri pœna blaſphemiæ. allegat ita tenuiſſe Abb. anti-
quum in verſicu. præſumpſerit. Et ſic balſphemans poterit
facere defenſionem, quòd per iracundiam Deum blſphe-
mauit, vel quia erat ebrius, ſi hoc probet, euitabit pœnam
blaſphemiæ, ſecundùm Hoſt. in ſumma de maledicis. §. pri
mo, ſubdit tamen ipſe Hoſt. quòd ſi deteſtando, uel vitupe
rando blaſphemaſſet Deum, quamuis iratus, puniretur pę
na blaſphemiæ per capitulum, ſi quis per capillum. pręal-
legatum. poſtea refert Goffred. tenuiſſe contrarium. ulti-
mò dicit Hoſt. quòd eſt diſtinguendum inter iracundiam
& iracundiam, nam ſi tanta eſſet, quæ dementiam indu-
xiſſet, iſta excuſaret eum à pęna, aliàs non. nam rarò quis
venit ad blaſphemiam niſi per iracūdiam, ſecundum eum
ibi, Idem Abba. Sic. in dicto capitulo ſecundo, de male. di-
cens, quòd ſi ludēs perdidit, & ex ira blaſphemauit Deum
debet puniri. Item quia dabat operam rei illicitæ, hoc etiā
firmat beatus Thom. de Aquino ſecunda ſecundæ quæſt.
158. art. ſeptimo. dicens, quòd quando ex ira quis prorum
pit ad verba iniurioſa contra Deum, erit blaſphemia, & ſic
6 incidit in pœnam blaſphemiæ. † Quinta dubitatio eſt,
pone, prout de facto contigit, quidam ruſticus faciendo
rationem cùm ſuo creditore, dicebat creditor, quòd ruſti-
cus tenebatur ſibi præſtare viginti operas, ruſticus dice-
bat, quòd non tenebatur ad tantas operas, & ſic conten-
dentes dixit vltimò ruſticus iratus, & inconſideratè, quòd
Deus non poteſt hoc facere, quòd ipſe teneatur ad tantas
operas, fuit accuſatus de blaſphemia in magna curia vi. &
ita dicebant teſtes. fuit dubitatum, vtrum iſta ſit blaſphe-
mia. ego allegaui beatum Thom. in ſecunda ſecundæ, quæ-
ſtione decimatertia, vbi tenet, quòd peccata, quæ abſque
deliberatione committuntur, non ſunt mortalia, propter
quod primi motus non ſunt peccata mortalia. Et hoc
quando quis non aduertit hoc, quod dixit eſſe plaſphe-
miam, quod poteſt contingere, quando ſubito ex aliqua
paſſione in uerba imaginata prorumpit, quorum ſignifi-
cationem non conſiderat, & tunc eſt peccatum ueniale, &
non habent propriè rationem blaſphemiæ, & cum iſta
deciſione fuit uoto omnium iudicum, & aduocati fiſci li-
beratus dictus ruſticus. & vide Alexandr. in tertio volum.
conſilio decimoſeptimo. columna prima. Adde conſilium
Domini Barth. Socy. conſilio centeſimoſecundo. incipien-
te, in præſenti conſultatione. vbi hoc tenet, ſed non alle-
gat Sanctum Thomam, niſi aliud appareret de mente,
quòd voluit detrahere potentiæ Dei, vt ibi latius per eum.
7 † Sexta dubitatio eſt. Iſta conſtitutio, & etiam regia prag-
matica Regis Ferdinandi Primi dicit, quòd irremiſſibili-
ter amputetur blaſphemanti lingua, & confiſcentur bona
ſua omnia pro tertia parte, vtrum iſta amputatio linguæ
poſſit minorari, vt non amputetur in totum, ſed lingua
cum ferro perforetur, & per loca publica ciuitatis ducatur
per familiam? Videtur prima facie, quòd iudices non poſ-
ſunt pœnas à lege ſtatutas minuere, vbi in lege dictum eſt,
quòd ſub pœna indignationis legem obſeruent, quæ ver-
ba important, quod verbum ſonat, ſicut dicimus, volo
quòd exequutioni mandetur, quod verbum importat mi-
niſterium hominis exequtiuum, vt dicit Bartol. in l. talis
ſcriptura. in §. fin. ff. de legat. primo, iudex enim non debet
eſſe clementior lege, vt in authent. de iudici. §. oportet. In
contrarium facit, quòd iudex antequam proferat ſenten-
tiam poteſt in ſententia pœnas ſtatutas à lege cum cauſæ
cognitione minuere, vt not. in l. quid ergo. §. pœna gra-
uior. ff. de his qui not. infam. & in l. & ſi ſęuerior. C. eo-
dem titulo, & in l. aut facta. §. penult. ff. de pœnis. Nec ob-
8 ſtant in contrarium allegata, † quia ex generali poteſtate
tradita iudicibus, dummodo rationem non excedat, po-
teſt pœnam alterare, vt in l. hodie. ff. de pœnis. & illa ſuc-
cedit loco legalis pœnę. Et ego vidi ex cauſa, quòd non fuit
incisa lingua blaſphemanti Deum, ſed tantùm fuit lingua
perforata cum ferro abſque publicatione tertiæ partis, &
interdum vidi, quòd blaſphemans ex cauſa fuit admiſſus
ad compoſitionem. Nec obſtat illud verbum in pragmati-
ca, hanc legem noſtram obſeruent, quia intelligitur, niſi
aliud ex cauſa videbitur iudici. per dicta iura, hoc firmat
Ioan. Andrę in capitulo ſecundo, dicens, referendo Hoſt.
quòd ſi aliqua honorabilis perſona incidat in hoc deli-
ctum, poteſt haberi miſericordia, dando magnas eleemo-
ſynas. Septima dubitatio eſt, quid ſi non blaſphemauit
Deum, nec beatam Virginem, ſed blaſphemauit vnum ſan
ctum, an debeat incidi lingua? Reſpondeo, pragmatica
a Regis Ferdinandi Primi dicit in numero plurali [a], alios
9 quoſuis ſanctos in cathalogo ſanctorum ſcriptos. † & ſic
ſi vnum tantum ſanctum blaſphemaret, non haberet lo-
cum pœna dictæ pragmaticæ. pro hoc facit id, quod dicit
Bartol. in l. prima. ff. de optt. leg. vbi grauatus reſtituere in-
ter pauperes, non poteſt in vnum tantùm pauperem diſtri
buere. Item dicit Bal. in l. iubemus. §. ſin autem. C. ad Tre-
bellian. quòd ſi ſtatutum dicit, quòd ſi quis acceſſerit cum
hominibus armatis, puniatur tali pęna, ſi aliquis acceſſit
cum vno homine armato, non incurrit pęnam, quia non
eſt eadem ratio. ſed maior iniuria eſt, quæ à pluribus
committitur, quàm ab vno, ſicut maior offenſa eſt plu-
res ſanctos blaſphemare, quàm vnum tantùm ſanctum.
Item dicit Petrus de Ancharano in conſilio trigeſimopri-
mo, viſa quadam petitione. quòd ſtatutum requirēns in
actu conſenſum propinquorum, non verificatur in con-
ſenſu vnius tantùm propinqui. In contrarium tamen facit
id, quod dixit Ioan. Andrę. in dicto capitulo ſecundo, de
maledi. vbi dicit, quòd pęna, de qua in dicto capit. ſecun-
do. habet locum, ſi aliquem ſanctorum blaſphemauerit. &
pro hoc tex. in l. 2. §. ſed ſi vnus. ff. vi bonor. rapt. vbi uerba
prætoris punientis damnum datum hominibus coactis
uerificatur, etiam ſi unus tantùm homo coactus ſit. & ibi
dicit Bartol. quòd ſtatutum puniens producentem falſos
teſtes, habet locum in producente vnum falſum teſtem.
per text. ibi. & l. quod ait prætor. eodem titulo. & per alia
iura, ut ibi per eum. & Albe. de Roſa. ibi. & in ſecunda par
te ſtatutorum. quæſtio. 29. & Bald. in l. tertia. §. negocio. ff.
de negotiis geſtis, & Bald. in l. diuus. §. diuus. ff. de petitio.
hæred. & Ang. de maleſi. in uerſi. falſario. & ibi per Augu-

ſti. & per Felin. in capitulo, omnes leges prima diſtinctio. in decreto. Barto. in dicta l. item. §. ait prætor. ff. de iniur. & vide quæ dixi ſuprà in conſtitutio. ſalſitatem. & vnum bonum conſilium Fran. Cur. 68. io tertia colum. vbi plura ſimilia ad hoc allegat. Primam partem puto veriorem, quia eſt dare diuerſitatem rationis inter balſphemiam plurium ſanctorum, & vnius tantùm ſancti, & Maximè ſi probaretur, quòd ſemel tantùm vnum ſanctum blaſphemauit.

10 † nā cõſueti blaſphemare ſunt puniendi, ita loquit tex. in dicto capitulo ſecundo, de maledi. & pro hoc facit id, quod dicit Bald. in l. ſecunda C. de reb. cred. & in l. ſecunda. C. ad l. Iul. maieſt. & Alexand. in ſecundo volum. conſilio centeſimo ſeptuageſimoquarto incipiente, inſpecto diligenter. penultima colum. ibi dum allegat Hoſtien. in capitulo ſecundo, de maledi & Cyn. in dicta l. ſecunda. C. de reb. credi. & ſemper quando iura loquuntur de blaſphemia, loquuntur in plurali. vt patet Matthęi, decimoquinto capitulo ibi, ſalſa teſtimonia, blaſphemiæ, hęc ſunt, quę inquinant hominem. Iſai. 52. capitu. ibi, tota die blaſphematur. & Gregorius in dialogo quarto capitulo decimoſeptimo, narrat de puero quinquennij, qui conſueuerat Deum blaſphemare, quòd fuit percuſſus à Deo in ſinu patris & mortuus fuit. vnde pro vna vice tantùm blaſphemia punitur arbitrariè, & non pœna ſtatuta contra ſolitos blaſphemare, & tantò magis quando vnum ſanctum tantùm blaſphemaſſet, ſemper excipitur ab iſta concluſione, ſi ſemel tantùm blaſphemaſſet Deum, vel beatam Virginem, quia beata virgo dignior eſt omnibus ſanctis, vt dicit tex. in capitulo noua quædam. de pœni. & remiſ. de quo plenè per Ioan. de Ana. in dicto capitu. ſecundo, de maledi. Et quia text. in dicta regia pragmatica dicit, ſi quis auſus fuerit blaſphemare Deum, vel Sanctam Mariam virginem, aut ſanctos, quod verbum, auſus intelligitur, ideſt, ſemel, vt patet in capitu. ſtatutum. §. cum verò. de reſcrip. lib. 6. & in cle.

11 1. de foro compe. † Octaua dubitatio eſt, quę ſit pœna danda illi, qui facto blaſphemat Deum, vel virginem glorioſam, vel ſanctos, puta ſpuit in faciem figuræ Ieſu Chriſti, vel virginis, vel proijcit lapidem in illam figuram. bene examinat hoc Ioan. de Ana. in d. capit. 2. de maledi. & inter alia refert Angel. in l. ſi ex ſenatu. ff. de licar. dixiſſe, quòd vidit, quòd ille, qui percuſſit imaginem Dei, vel ſanctorum, vel ſcindentem imaginem Dei ligneam, quòd fuit ſibi amputata manus & vide Angel in diſputat. ſua, in refulgenti deliciarum palatio & vide ad hoc apoſtil. Alexand. ad Bartol. in l. item. §. ait prætor. ff. de iniur. & ibi vide Bartol. qui tenet, quòd quoad Deum nulla eſt differentia inter blaſphemiam & maledictum de Deo, vt ibi latius per eum. & Alexandr. ibi, & Beatum Thomam de

12 Aquino ſecunda ſecundæ quæſtio. decimatertia. † Nona dubitatio eſt, utrum ſi ex communi vſu loquēdi proferantur aliqua verba in deſpectum Dei, an iſte cõmunis vſus excuſet à pœna blaſphemiæ? Angel. in l. item. §. ſi quis pulſatus. ff. de iniur. dicit, quòd debet puniri. Idem dicunt Ioan. de Imo. in l. his verbis. §. illa inſtitutio. ff. de hære. inſtitu. & Alexan. in dicto. §. ſi quis pulſatus. & dicit Bartol. in dicta l. item. §. ait pretor. ff. de iniu. quòd omne malè dictum de Deo eſt blaſphemia. & ibi alle. euangelium. & ibi vide apoſtil. Alexand. blaſphemia enim eſt quoties aliquid Deo attribuitur, quod ei non conuenit, vt dicit Beatus Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 47. arg. 1. ſecundùm beatum Ambro. quem ipſe refert. & refert Barthol. Socin. in præallega. conſilio centeſimoſecundo. Decima & vlti. dubitatio eſt, punitus ex blaſphemia per iudicem eccleſiaſticum, an poſſit puniri pœna amputationis linguæ per iudicem ſecularem? Reſpondeo, text. in dicto capitulo ſecundo, de maledi. videtur dicere quod ſic, Abb. Sic. quęrit ibi, vtrum idem ſit in alijs delictis & remittit ſe ad Ioan. And. in nouel. in capit. fęlicis, de pœnis. lib. ſexto, & ad Bart. in l. 3. ff. vi bon. rapto. vide Ioan. de Ana. in capitu. fina. de col. detegen. Quibus addo Bald. in l. ſecunda. C. de ſportu. vbi

13 dicit per illum text. notabilem, † quòd condemnatus pecuniariter pro uno delicto, poteſt iterum puniri corporaliter pro eodemmet delicto per alium iudicem, & ſentit Bartol. in dicta l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de infam. Felyn. in capitulo, quod olim. de iudę. [b] In gloſſ. unica, dic, ut dixi ſuprà ante primam quęſtionem. & uide eam. Cætera de materia blaſphemiæ, dic ut per Beatum Thomam de Aquino, ſecunda ſecundæ, quæſtione decimatertia, & ſequenti.

ANNOTATIONES.

a Numero plurali.] De hac materia vide Afflic. in conſtitutio. inconſultem. colum. 13. nu. 49 & in conſtitut. multę leges. colum. 3. nu. 7. verſicu. 30 not. & Areti. in §. 1. columna 3. Inſtitut. de iure perſo. & in §. 2. colum. 1. Inſtitu. de obliga. quæ ex quaſi contract. & in tractatu maleſic. in verbo, falſario. & Annibalem Troſium Cauenſem in ſuis commentarijs ſuper pragma. regni, in pag. 60. & Pet. Girardum in ſingul. 83. & quæ addita ſunt ad eundem Afflic. ſuprà, in conſtit. qui falſitatem in princi.

b Deinde.] adde, quæ poſuimus poſt iſtum ſuprà in conſtit. maieſtati noſtræ. in 5. not. in verſic. ſed quid ſi iudex &c.

De periurijs. *Rubr. LV.*

PROXIME dictū eſt de blaſphemantibus Deum qualiter puniantur, erat uidendum, qualiter puniātur doloſi periurantes Deum, cum etiam periurium ſit grauiſſimum peccatum, ut dicit glo. in capitulo ſecundo, in uerſicu. deierauit. de re iudi. libro ſexto. In tantum quòd dixit Cardi. Florenti. in capitulo primo. §. fina. in decimatertia quęſtione, quòd periurium reſpectu perſonæ, quæ offenditur, ſcilicet ipſe Deus, eſt crimen maius adulterio, & homicidio, ut ibi latius per eum. Ideo poſt titulum de blaſphemia, ponit titulum, de periuriis, ideſt de pęna periurātis. Et ſcias, ꝙ illud, quod dicitur, ꝙ periurans ſolùm Deum habet ultorem, ut not. in l. ſecunda. C. de rebus credito. & in l. non erit. §. dato. ff. de iureiuran. intelligitur, niſi periurium ſi alteri nociuum, ut uoluit gloſ. ſexta, quæſtione prima, capitulo quicunque. Item intelligitur quantum ad pęnam ordinariam, quando non eſt alteri nociuum, ut non puniatur pęna ordinaria periurij, ſed bene punitur pęna extraordinaria, ut dicit gloſſ. in dicto capitulo, quicunq;. & Angel. in authent. ſcenicas non ſolùm &c. de hoc latè dixi in capitulo primo §. fina. de conſuetu. recti feud. & aliquid in capit. primo, in fi. principij, de contro. inueſti. & pro nunc uide Andr. hic, & in capit. primo. §. ſacramentum. de conſuet. recti feu. licet per capit. Regis Ladiſlai. ſi principalis periurat, in nihilo uult, quòd puniatur an hoc ſit iuſtum. dixi in dicto §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Periurium abſque dolo committi, ſeu incurri non poteſt.*
2 *Iudex ſecularis declarare poteſt, quem eſſe periurum, ſi de hoc ſibi conſtet.*
Periurium qualiter punitur.
3 *Periurium an ſit crimen publicum, criminale, vel priuatum.*
4 *Crimina non dicuntur publica ex genere pœnæ.*
5 *Procurator in cauſa interuenire poteſt, quando de crimine agitur non criminaliter.*
6 *Hæres an poſſit accuſari periurio defuncti.*
7 *Actiones pœnales ex priuatis criminibus non dantur ad vindictam criminaliter contra hæredes.*
8 *Iuramentum debitoris eſt perſonale & non tranſit ad hæredem.*
9 *Hæres creditoris an & quando poſſit debitorem defuncti de periurio accuſare.*
10 *Filius & hæres creditoris preambulo facto poteſt conuenire debitores inſtrumentarios.*
11 *Promittens ſoluere creditori ſub fide ad tactum palmarum, an ſi*

ſi non ſoluat, poſſit de periurio accuſari.

12 *Teſtis falſum deponens coram non iudice, an puniatur manus abſciſſione.*

13 *Iuramentum teſti delatum debet fieri ſuper euangeliis.*

14 *Teſtis extra iudicium deponens vnum, et in iudicio contrarium, an poſſit de falſo puniri.*

15 *Cauſa ſuper periurio eſt criminalis, nec poteſt pro procuratorem agitari.*

16 *Ceſſionarius ex cauſa oneroſa an poſſit agere via exequutiua vigore ritus.*

17 *Accuſans aliquem de periurio quid & qualiter probare debeat.*

18 *Debitor, qui non ſatisfecit in tempore, quid poſſit opponere ad pœnã euitandam.*

19 *Iuſſus iudicis excuſat à pęna.*

20 *Periurus in vna cauſa conuictus in qualibet alia à teſtimonio eſt repellendus.*

21 *Officialis regis an poſſit puniri ſubditum de periurio extra regnum commiſſo.*

22 *Teſtimonium falſum dicens coram iudice non ſubdito regis an poſſit puniri per iudicem regni.*

23 *Statutum quando liget ſubditum delinquentem extra territorium.*

24 *Cenſura legis non eſt in dubio interpretanda localis, aut ſpecialis.*

25 *Locus, vbi facta eſt falſitas, non eſt exprimendus, quia falſitas clandeſtinè fieri ſolet.*

26 *Subdito extra territorium delinquente, non debet baro ſui vaſalli beccarius eſſe.*

27 *Mutans nomen ſuum ad decipiendum tenetur pœna falſi.*

28 *Teſtis in vno falſum dicens, periurus in totum reputatur.*

EOS QVI SCIENTER. Qui conuictus eſt de periurio doloſè commiſſo in prẹiudicinm alterius ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, punitur pœna amputationis manus. hoc dicit. No. primò
1 ex text.ibi, ſcienter. † quòd ſine dolo non committitur periurium: vt hic, & in l.qui iuraſſe.in princip.ff. de iureiuran.voluit glo. in capit. breui. de iureiuran. Doctor. in capitu.primo, de delict.puęro. Et ſic ſine dolo non incidit quis in pœnam periurij. l. ſi quis maior. C. de tranſa. ſecundùm Bald.in l.obſeruare. §.proficiſci.ff.de officio proconſul. Alexand. in l.fin. ff.qui ſatiſd. cogan.& in primo volum. conſilio 92. Et propterea dicebat Paul. de Caſtro in dicta l.qui iuraſſe. quòd ſi ego accuſo te de periurio, niſi dicatur, quòd ſcienter, & doloſè periuraſti, non procedit accuſatio: quia dolus debet allegari, & tunc allegato dolo, eo ipſo quòd apparet periurarum, præſumitur eum dolo. Aduerte, quia Alexan.in dicta l.qui iuraſſ.non reputat verum hoc dictum Paul. de Caſtro. pro eo: quia ſi in accuſatione fit mentio de falſo, intelligitur eſſe deductum doloſè factum per id, quod dicit Cyn. & poſt eum Bald.in l.nec exemplum.C.de fal.& ego dico, quòd ipſe di
2 cit verum. † Et ex hac conſtitutione infero, quòd iudex ſecularis poteſt declarare, quem eſſe periurum, ex quo clarè ſibi conſtat de periurio: vt dicit Alexand.in l. fin.de cri. ſtel.ſecus vbi eſt dubium, capitulo quanto. de iureiurando capit. venerabilem. de elect. Secundò not. ex text. ibi, in iudicio, aut extra iudicium, quòd periurus in damnum alterius, ſiue in iudicio, vel extra punitur per iſtam conſtitutionem pœna truncationis manus, & iſta pœna non eſt de iure communi: ſed tantùm eſt per iſtam ſingularem, & localem conſtitutionem in regnis vtriuſque Siciliæ. Quærit hic Dominus Barth. de Cap.quid ſi deierans vnam tantùm manum habeat, an illa debeat incidi? Et dicit quòd ſic, argumen.l. ſi in emptione §.penultim. ff.de contrahen. emptio.vide quæ dixi ſuprà in primo libro in conſtitutio. ſi quis aliquem. in primo notab. Sed quid ſi nullam manum habeat periurus in damnum alterius, qualiter punietur? Dicit idem Doctor, quòd punietur arbitrio iudicis: vt in l.ſecunda, C. vt intra cert.temp. Subdens, quòd ſi duas manus habeat periurans, vt ſuprà, quæ manus amputabitur, & dicit, quòd debilior, per l. interpretatione.ff. de pœn.& idem dicit Bald. in l.ſecunda. Sed pro percuſſione cum armis amputabitur validior, per capitulo Regis Caroli Secundi, quod incipit, ſi quis cum ronca ferrea. Et
3 idem dicit And.in dicta conſtitu.ſi quis aliquem. † Secundò quæro, ex quo pro periurio ſciẽter commiſſio in damnum alterius per iſtam conſtitutio. eſt pœna inciſionis manus: vtrum dicatur in hoc regno hoc crimen publicum criminale, vel remaneat delictũ priuatum criminale? Andræ. de Iſer. hic tenet, quòd periurium eſt priuatum delictum & non publicum, vt in l. fi. ff. de crimi.ſtellio. Et ſic nullus poteſt accuſare de periurio, niſi ille, cuius intereſt, vt in dicta l.finali. & ff. de iureiurando. l. qui iuraſſe etiam quòd per iſtam conſtitutionem veniat imponenda pœna manus. Fallit, niſi crimen periurij ſit commiſſum coram iudice: vt in l.nullum. C.de teſtamen.ſecunda quęſtione prima, §.ſed quando. Et pro iſta concluſione allego Luc. de Pen.in gloſſ. ſua ſuper capitulo. regni quod incipit, cura nobis.char.31.vbi dicit, quòd licèt pro crimine priuato, vt in furto, quod eſt crimen priuatum, imponatur pœna mortis, quando excedit vnciam, vt in capitulo Regis Caroli Primi, quod incipit, ad hoc videtur noſtrorum. non tamen per hoc immutatur ipſius criminis natura, vt de priuato fiat publicum, nec menſura pœnę variat criminis qualitatem, licèt per noua iura in ipſo immutetur pœna, non per hoc natura mutata cenſenda eſt iuxta regulam quod non mutatur, ſtare non prohibetur l.præcipimus.C.de app.l. ſancimus. C. de teſtamen. Et pro iſta opin.allego vltra eum gloſſ. in verſiculo. ſupplicio. in l. cum ſeruus.ff. de condic. ob cauſam. vbi dicit, quòd pro furto imponitur pœna mortis, quod eſt crimen priuatum.& iſtam gloſſ.alleg.Bald. in capitulo primo, §.iniu-
4 ria.in verſicu.furtum. de pa. iuram.fir. † Item pro hoc facit: quia publica crimina non dicuntur ex genere pęnæ, quia quædam ex eis puniuntur capitaliter, & quædam nõ: vt in l.ſecunda. ff.de publi.iud. Et hoc etiam dixit Barto. in l. prima, ff. de publica. iud. Item quia natura rei & origo nõ mutatur ex cauſa ſuperuenienti: vt in l.aſſumptio. ff. ad munic.l. non putauit.§. ſi quis emancipatum. ff.de bonorum poſſeſ.contrabul. Et ſic remanet in regno crimen periurij priuatum, etiam quòd in eo veniat imponenda pęna truncationis manus. Sed iuxta hoc quæro, quid ſi clericus accuſat laicum in magna curia vica. de periurio citra pœnam ſanguinis & ſic patet, quòd non accuſat, vt amputetur manus vtrum accuſatus poſſit comparere per procuratorem, & vtrum iudex poterit ex officio condemnare ad pęnam manus per iſtam conſtitutio. ſi cõſtat de periurio in damnum clerici? Reſpondeo, quòd ex quo propter iſtam clauſulam, citra pęnam ſanguinis, accuſatio videtur facto, ut puniatur criminaliter pœna pecuniaria, in iſta cauſa poteſt interuenire procurator. Et pro hoc allego gloſſ. magiſtram in capitulo veniens de accu.quæ di
5 cit, † quòd cum agitur de crimine non criminaliter: tunc in ipſa cauſa poteſt interuenire procurator, allegat capitulo tuæ. de procur. & capitulo ſuper his. in fine de accuſat. Ad ſecundum dubium reſpondetur, quòd licèt clericus accuſans crimnoſum de crimine publico citra pęnam ſanguinis non ſit irregularis, ſi iudex criminoſum condemnet ad pęnam ſanguinis, per text. in capitulo ſecundo.de homici.libro ſexto, & not. in capitulo poſtulaſti.de de homi. & Archi. vegeſimaquarta quæſtione quinta, capitulo ſi vos.tamen hoc eſt, quia illud crimen fuit publicum, non priuatum, ſicut eſt periurium, de quo clericus accuſauit laicum citra pęnam ſanguinis, & ſic pecuniariter, & in iſto crimine iudex non poteſt procedere ex officio, niſi prout pars accuſat. Et idem dicerẽ in crimine ſimplicis furti ſine violentia, vel rapina, vel ſine ſacrilegio, in quo iudex nõ poteſt procedere ex officio, ut ſi clericus accuſat laicum de ſimplici furto citra pęnam ſanguinis iudex non poterit imponere pœnam ſanguinis niſi permiſſione

ſione regia in ſcriptis, vel viuæ vocis oracnlo, vel rex vellet
furem puniri pœna ſanguinis: tunc ille clericus non eſſet
6 irregularis. † Tertiò quæro, quid ſi debitoris hæres fuit ac-
cuſatus in magna curia vicariæ de periurio, vel citatur ſu-
per præſentatione inſtrumēti iuxta laudabilem ritum ma-
gnæ curiæ, & interrogatus ſuper tenore inſtrumenti dixit
ſe ſolniſſe, & nihil probauit. Et ſic apparet, ipſum eſſe per-
iurum, vt dicunt Docto. in capitulo ſuper his. de accuſa. &
Bartol. in l. ex iure. ff. de verborum obliga. & in l. ergo. ff. ex
quibus cauſ. maio. dicitur per ipſum hęredem debitoris,
quòd non poteſt accuſari de periurio: quia ipſe eſt hęres,
& non iurauit. In contrarium dicitur, quòd debitor iu-
rauit pro ſe, & hæredibus. Quæritur, quid iuris. Andre.
de Iſern. hic tangit iſtam quæſt. Et primò arguit, quòd hę-
res debitoris poſsit accuſari de periurio: quia ſi defunctus
iurauit, hæres eius habetur ac ſi ipſe iuraſſet: vt in authen.
de iureiuran. à morien. præſti. in princip. Et ſi non iuraſſet
etiam pro hęredibus, ſed ſolum iuraſſet defunctus, vide-
tur iuraſſe eius hæres, per l. ſi pactum. ff. de proba. cum ſi-
mil. Item omnis obligatio tranſit ad hęredem. l. veteris.
C. de contrahen. & commit. ſtip. Poſtea arguit in contra-
7 rium: & dicit, quòd veritas eſt, † quòd pœnales actiones ex
criminibus priuatis non dantur ad vindictam criminali-
ter contra hęredes. inſti. de perpe. & tempo. actio. §. ſed hę-
redes, & Barto. in l. prima, & ibi tex. ff. de priua. delic. Sed
etiam actiones, quæ dantur ad vindictam deſcendentes ex
publicis delictis non dantur contra hęredes, vt eſt gloſſ.
magiſtra in l. vnica. C. ne ex deli. deſun. & in l. fin. C. ſi reus
vel accuſ. mort. fuerit, niſi lite conteſt. cum defuncto. Cui
adde text. in l. ſi pœna. ff. de pœn. Bene tamen poterit con-
tra hęredem debitoris, qui periurauit, agere ciuiliter ad rē
petendam, vel ad pœnam pecuniariam: non autem vt pu-
niatur hęres debitoris ad pœnam manus propter periu-
rium defuncti, vel ob non obſeruationem inſtrumenti ce-
lebrati per defunctum per eius hęredem: vt firmat hic An-
dre. & bene, cui addo id, quod dixit Bartol in l. fina. ff. de
priuat. deli. vbi dicit, quòd ius accuſandi de priuato crimi-
ne non tranſit ad hęredem vt hęredem: quia non erat in
bonis defuncti: vt in l. iniuriarum. ff. de iniur. & vide ad
hoc gloſſ. fina. & ibi Abba. Sicu. in capitulo fin. de ſepult.
Bartol. in l. cum quis decedens. §. codicillis. circa fin. ff. de
lega. tertio, vbi dixit, quòd licèt hæres debeat ſeruare iura-
mentum pręſtitum per defunctum non intelligas, quòd
per iuramentum defuncti hęres ſit periurus. & pro hoc
bona gloſſ. & ibi Angel. in authen. ſcenicas non ſolum. vbi
ex periurio nunquam quis efficitur infamis, niſi quando
venit contra factum proprium iuratum per eum. Et ideo
dicebat Ioan. Andre. in nouel. & poſt eum Anto. de Butr.
8 † quòd iuramentum ex parte debitoris iurantis eſt perſo-
nale, & non ligat effectualiter perſonam hęredis, per l. &
hęredi. ff. de pact. & dicunt hoc tenere Barto. Brixien. in
quæſt. domini. 38. quæ incipit, Bononienſes iurauerunt pa
cem. & Federic. de Senis in conſilio 157. hoc voluerunt di-
cti magni Doctor. in capitu. veritatis. de iureiuran. Et ſic
patet, quòd obligatio per iuramentum quoad vinculum
periurii non tranſit ad hęredem, ſed quoad obligationem
vt hęres ſit obligatus ſeruare promiſſa per defunctum: ſi-
cut dicit Angel. in dicto authenti. de iureiuran. à morien.
pręſti. in princip. Et ideo hęres debitoris tenebitur pecu-
niariter creditori ſatisfacere, per totum titu. C. vt ab hęre-
dibus & contra hęred. per totum. non autem poterit de
periurio accuſari. Et reſpondet Andre. hic ad contrarium
de authent. de iureiurand. à mo. pręſti. quòd illud iuramē-
tum non eſt in damnum alicuius, ideo hęres ſtat iuramen
to defuncti, quia in re propria quilibet eſt moderator &
arbiter. Quartò quęro iuxta pręnarrata quid econtra, ſi hæ-
res creditoris accuſat de periurio ipſum debitorem, qui
9 iurauit creditori nunc defuncto, † an dictus hęres credi-
toris poſsit accuſare debitorem defuncti de periurio? In-
nocent. & Ioan. Andre. in nouel. in dicto capitulo verita-
tis. dicunt, & poſt eos Antonius de Butr. quod etſi ex par-
te iurantis perſonale ſi iuramentum: vt ſuprà, tamen ex
parte eius, cui iuratur, eſt reale: & ſic videtur, quòd hęres
creditoris poſsit agere de periurio contra debitorem, qui
iurauit. ſed in ueritate dicti Docto. nihil dicunt, quòd hę-
res creditoris poſsit debitorem accuſare de periurio. Sed
aduerte: quia Andre. de Iſern. hic videtur tenere, quòd ſi-
militer nec hęres creditoris accuſabit debitorem de periu-
rio, inquantum dicit, accuſationem competentem defun-
cto ad pœnam corporalem infligendam, hęres non habe-
tur in periurio. Item quia nec hęredi iuratum fuit: ſicut
de furto facto ſtitio hęres non accuſat criminaliter: ſed
ciuiliter agit ad duplum, quadruplum &c. Et ſic videtur
tenere Andre. quòd hęres creditoris non agit de periurio
contra debitorem peierantem: quia non fuit ſibi iuratum
ſicut non agit creditor de periurio contra hęredem debi-
toris: vt ſuprà concluſum eſt. Sed pro declaratione huius
quæſtionis quæro, vnde ſupra fuit illa practica, quòd
mortuo creditore eius hæres facit præambulum, quòd
eſt hæres talis defuncti, & poſtea ipſe taquam hæres facit
conuenire debitores, qui iurauerunt defuncto ſoluere, &
non ſoluerunt ſuper præſentatione inſtrumenti iurati, &
oportet propter criminalitatem periurij, quòd compareat
perſonaliter ad reſpondendum. Dic, quòd ideo permitti-
tur, quia ritus dicit, quòd poteſt agi vigore ritus ſuper pę
ſentatione inſtrumenti liquidi, ſiue ſit iuratum, ſiue inſtru
10 mentum liquidum ſit pœnale ſine iuramento. † Item quia
ritus permittit, quòd filius & hæres creditoris facto præ-
ambulo poſsit conuenire debitores inſtrumentarios vigo-
re inſtrumenti publici liquidi. Et ſi dictus ritus non eſſet,
non poſſet fieri dictum præambulum, loquatur ergo ritus
in ſuo caſu, & non debet extendi contra regulas iuris, vt
in l. quod contra. ff. de legi. & ff. de regulis iuris, Doctor. in
l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matrim. quia ſine partis citatio-
ne ſit declaratio, quòd eſt hæres, contra regulas iuris, ſed ſi
pars citaretur, non eſſet contra regulas iuris, vt dicunt ſcri
bentes in l. is poteſt. in penultim. colum. ff. de acqui. hære.
ſed eſſet contra regulas iuris alio reſpectu, quia iuramen-
tum non eſt pręſtitum de facie ad faciem, vt ſuprà dictum
eſt. Et in criminalibus hoc procedit, vt dicit Bart. in l. qui
bona. §. ſi alieno. circa fin. ff. de dam. infect. & dixi in deci.
meis. deciſ. 64. Et ſic patet, quòd ſicut in præcedenti caſu
non poteſt hæres debitoris accuſari per creditorem de per
iurio: ſic nec hæres creditoris accuſare debitorem de per-
iurio, & per conſequens, vt habeat locum accuſatio de per
iurio ad pœnam huius conſtitutio. debet eſſe præſtitum
iuramentum de facie ad faciem. Et ita vidi ſemper fuiſſe
practicatum, & pro hoc faciunt iura, quæ ſunt allegata in
pręc. quæſt. Bene tamen fateor, quòd de iure communi hę
res creditoris poſſet accuſare debitorem, quando ſibi eſſet
periuratum crimen ſtellionatus, ſi ſibi periuraſſet, vt vide
tur hic ſentire Andre. & in l. fina. ff. de crimi. ſtellio. & te-
net gloſſ. in dicta authentic. ſcenicas. in ver. placere Deo.
11 † Quintò quæro, quid ſi aliquis promiſit ſoluere credito-
ri tali tempore ſub fide ad tactus palmarum, & poſtea nō
ſoluit, an poſsit accuſare de periurio? Cyn. videtur dicere
quòd ſic, in l. fin. C. de fideiul. pro quo videtur gloſſ. in ca-
pitulo clericus. de iureiuran. & Specu. in titu. de arbi. §. ſe-
quitur. verſicu. ſed pone compromiſſum per fidem, & in
titu. de iureiu. §. primo, verſicul. & not. verſicu. in ſumma,
vbi dicit, quòd quoad Deum nulla eſt differentia inter iu-
ramentum & fidei pręſtationem, & propter hoc facit tex.
vigeſimaſecūda quęſtione quinta, ecce dico, &c. etſi Chri
ſtus. de iureiuran. quod intellige ſecundum Arch. in capi-
tulo iuramentum, vigeſimaſecunda quęſtione quinta. Tu
dic, quòd in contrarium eſt veritas, quia ad hoc, vt quis di
catur periurus in foro iudiciali, iuramentum debet proce-
dere ad ſancta Dei Euangelia, tactis ſcripturis, ita firmat
Cyn. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. &
Archid. in capitulo circa, de electio. libro ſexto, & Felyn.
Sandeus in capitulo querelam. de iureiuran. & ita etiam
ego firmaui in capitu. primo. §. ſacramenta. de pact. iu. fir.
per

per auth.Innocent.in dicto capitulo, & ſi Chriſtus.in ver-
bo, iuramentis. & idem firmauit Cardin. Floren.in clem.
prima. §. porrò.de hære. tamen puuietur arbitrariè per l.
de periurio.ff.de crimi. ſtellio.vide ad hoc Alexand.in lege
22 tertia,§.dato ſecunda columna,ff. de iureiurando. † Sextò
quæro,quid ſi aliquis deponit ſalſum teſtimouium coram
eo, qui non eſt iudex,an poſſit puniri pœna maius, ſi hoc
teſtimonium ſalſum eſt? Alberi. de Roſa.in ſecunda par-
te ſtatut.quæſtio.centeſima decimaquinta.dicit,quod talis
teſtis non punitur niſi extraordinariè: ſed Alberi. non vi-
dit iſtam conſtitut. quæ punit hac pœna periurantem ex-
tra iudicium. Septimò quæro, quid ſi teſtis extra iudi-
cium iurauit ſolum per figuras ſanctorum ibidem depi-
ctas, eas non tangendo, & poſtea in iudicio cum iuramen
to, tactis ſcripturis, dixit contrarium, cui dicto ſit ſtan-
dum, & an iſta dicatur periurus? Videtur, quod non ſit
ſtandum primo dicto: quia dictum teſtis extra iudicium
non tactis ſcripturis habetur, ac ſi per eum non eſſet iura-
tum, quo caſu ſtatur dicto teſtis cum iuramento in iudi-
cio, vt dicunt Alexandr.in quinto volumine,conſilio cen-
teſimoquiuquageſimoquarto.in tertia columna,incipien-
te viſo themate.& Falyn. in capitulo cum in tua. de teſtib.
& Dominus Thomas de Briſcia in cautela decimatertia.
licèt in contrarium voluerit Bartol.in l.eos. ff.de fal.tamen
eius dictum limitant dicti Doctores: vt ſuprà dixi. ſed in
contrarium facit id,quod dicit Innocen.in dicto capitu.&
23 ſi † Chriſtus, dicens, quòd iuramentum teſtis à iudice vel
à parte quod defertur ex neceſſitate, debet eſſe ſuper Euan
geliis, ergo vbi nulla neceſſitas vrget iurari, ſicut eſt extra
iudicium, ſufficit quomodocuuque iuretur, & dicetur iu
ratum. Solutio, non per hoc debilitatur dictum in iudi-
cio cum iuramento, tactis ſcripturis, per iuramentum
primum non tactis ſcripturis: quia ſicut ceſſat officium
minoris præſente maiore: vt in capitulo volentes.de offic.
delegat. vndecima quæſtione tertia, capitulo qui reſiſtit.
cum aliis allega.per Cardina.Floren. in capitulo primo,in
quinto nota.vt lite penden.Ita ceſſat dictum teſtis cum iu-
ramento non tactis ſcripturis extra iudicium,quod eſt mi
nus per iuramentū teſtis in indicio tactis ſcripturis, quod
eſt maius, quia maior pœna eſt in periurante in iudicio,
quam extra indicium, quaudo non eſt iuratum,tactis ſcri
pturis: tunc ſolùm arbitrariè punitur, vt ſuprà proximè
dixi,allegaudo Alber.in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt.
215. & pro hoc facit,quod dicit Bald. in l.ſi vt proponis.vl
ti.colum.C.de cond ob cauſam. vbi ſi cōcurrit contractus
nominatus cum innominato, præualet potentior, quia ex
duabus naturis potentior præualet. Et hęc tu adde ad Fely.
in capitulo primo,de maiorita. & obedient. vbi ponit præ-
rogatiuas maioritatis multùm copioſè præcæteris ſcriben
tibus. & pro iſta parte bene facit id, quod dixit Abb. Sicu.
in capitulo per tuas. de probation.& text. in capitulo pri-
24 mo,§.primo,quid ſit inueſtit. † Ad ſecundum quæſitum
vtrum iſte teſtis ſit periurus? Hoc dubium nou reperio in
ſpecie tactum, niſi à domino Tyndaro diſcipulo Domini
Bartoli in ſuo tracta. de teſti. varianti. in capitulo vndeci-
mo, vbi dixit, quòd hic teſtis debet puniri de falſo: nam ex
iſtis contrariis depoſitionibus conuincitur,quòd eſt falſa-
rius,licèt dictum ſuum cum iuramento in iudicio præſu-
matur verum, tamen ex quo primum dictum extra iudi-
cium eſt falſum, punietur de periurio. Qui autem ſunt ca
ſus,in quibus teſtis poteſt poni ad torturam,vide per Bar-
tol.in l.ex libero.ff.de quæſtio. & Gandinum ſuo tractatu
de malefi.char. 22.ſub rubrica,an teſtis poſſit torqueri. &
Bald in primo volumine, conſilio 100. & Alexand. in pri-
mo volumine, conſilio 63. Octauò quæro citatus eſt quis
de periurio non cōparet, condemnatur per contumaciam
ad tertiam partem, & bannitur, vtrum in fine. anni poſſit
procedi ad foriudicationem? Iſtam quæſtionem tetigi ſu-
prà in ſecundo libro in conſtitutio. quæ incipit, grandiſs.
ideo hic non repeto. Nonò quæro an procurator,cui facta
eſt promiſſio iurata procuratorio nomine, poſſit accuſare
debitorem de periurio tam ipſe, quàm principalis credi-
tor,qui fuit abſens tempore iuramenti ipſius debitoris? Vi
25 detur quòd non, † quia cauſa ſuper periurio eſt crimina-
lis, quæ non poteſt agitari per procuratorem. ff. de publi-
cis iudi.l. penultima.ff. de procu.l. ſeruum.§.publicè. capi-
tu.tuæ.de procu. Alexan.in l. ſi quis initium.§. ſi procura-
tor. in tertia columna. ff.quod quiſque iuris.nec dominus
agit ex contractu celebrato cum eius procuratore de periu
rio: quia ipſe non fuit præſens, quando fuit iuratum.Sed
in contrarium eſt veritas, quia ſi procurator agit de periu
rio ex contractu cum eo celebrato,non punitur pęna ſan-
guinis,ſi ſuccumbit, & ideo poteſt agere de periurio ex ſuo
contractu,vt dicit Ioan.And.in addit.Specu.in tit.de pro-
cur.§.primo,verſi.item quòd cauſa eſt criminalis.in addi.
quę incipit,per hoc videtur.& etiam dominus aget de per-
iurio ex contractu ſui procuratoris cui procuratori,& ſpe
cialiter domini nomine fuit iuratum, per l.oſſa. in fine.ff.
de relig & ſumpt. fune. vbi procurator perſonam domini
repræſentat: & ideo dicimus, quòd contractus celebra-
tus à procuratore in cauſam domini,videtur referri ad vti-
litatem domini, vt in l.ſi procurator. & ibi plenè per Ale-
xand.ff.ſi quis cau.Et tunc procurator cum ſpeciali man-
dato dicitur pica & organum domini, ut dicit Angel.in l.
non ſolùm.§.fina.in fine.de procu.& ſubdit Ang.in l.Pom
ponius eodem titu. quòd tunc procurator cum ſpeciali
mandato poteſt eſſe in hoc iudicio, quando ſubſiſtit impe
dimentum domini perſonaliter comparendi, aliàs ſecus.
16 † Decimò quæro,[a] an ceſſionarius ex cauſa onoroſa poſ-
a ſit agere via exequutiua vigore ritus loquentis de præſen-
tatione inſtrumenti.& ſic de periurio. Videtur quòd non:
quia prius debet conſtare de ceſſione, & quòd fuit facta ex
cauſa oneroſa, citato prius debitore: vt inquit Bal.in l. per
diuerſas.in decima quæſtio.C.manda. & firmat Alexand.
in ſecundo volumi. conſilio 95.incipien. viſis proceſſibus.
in tertia columna, verſiculo vnum eſt, quod licet. & pro
hoc ſolet allegari text.in l.ſi mulier.§. ex aſſe.ff.de iur. dot.
& Barto.in l.in prouinciali.ff.de oper.nou.nun. & in l. qui
quadringenta. ff. ad Trebel.& firmat Dominus Benedict.
de Batzis in tracta.guarentigiæ. & in nona char. Et puto,
quòd ex quo d. ceſſionarius eſt procurator in rem ſuam,
cui non fuit præſtitum iuramentum de facie ad faciem,
quòd non poſſit criminaliter agere de periurio contra de-
bitorem ceſſum,licèt ceſſionarius dicatur creditor: vt di-
cit Ioan.Andr.in addi.Spec.in titu. de ceſſio.actio. & ſcri-
bentes in l.prima,ff.ſi cert.petat.& in l.prima, in fine.C.de
actio.& obli & tanquam creditor poteſt capi facere ſuum
debitorem ceſſum in eo caſu, in quo poſſet creditor prin-
cipalis, vt dicit Ludoui.in dicta l.prima, in octauo no.an-
te gloſſ.per rationes Ioan.Andr.vbi ſuprà.Et pro hoc facit:
quia iuramentum eſt ſtricti iuris, & nou debet extendi,
vt dicit Abb.Sicu.in capitu. clericus.de iureiuran.vt etiam
non comprehendat id, quod ex lata verſi.ſigni. poſſet com
prehendere. & Archid.in capitu. ne quis 22. quæſtio. ſe-
17 cunda. † Vndecimò quæro,accuſans aliquem de periurio,
quid debet probare,& qualiter? Cy.in l. ſecunda, in quin-
ta quæſtione, C.de iure emphyt. diſtinguit, an tertius di-
cat, quòd tu es periurus: quia non ſoluiſti in termino,
prout iuraſti, & iſte debet probare, quòd non ſoluit, ita
dicit Innocen.in capit.ſuper his.de accuſ.an creditor con-
tra debitorem, & tunc debitor habet probare ſolutionem,
vt euiter periurium, prout dixi ſuprà eod. in tertia quæſt.
Item ſi probetur, quòd teſtis fuit præſens in actu,hoc ipſo
probatur, quòd fuit periurus, ſi teſtis dixit nihil ſcire. Ita
multum notanter dixit Angel.in authen. de teſti.in princi.
Sed de veritate huius dicti vide Bartol.in l.prima, §.tutor.
ff.de autho.tuto.& ibi Alexand.in apoſtil. & Iaſ in rub.C.
de in ius voc.& Bald.in l.prima,C.de bonorum poſſeſ. ſe-
cundùm tab.Item ſi probetur, quòd teſtis eſt illiteratus,&
ipſe deponit vidiſſe inſtrumētum, nam ex ſuo teſtimonio
redarguitur falſitas,& periurium,ita Ang.in authen. de ta
bel.in princip.in ſecunda colum.Et ſcias,quòd conuictus
de

de periurio in vna cauſa, in qualibet alia cauſa non admit-
titur amplius ad teſtimonium, ut firmat Abb. Sic. in capit.
ex parte. in ſecunda colum. verſicu. ibi not. ibi, cauſa alia.
18 de teſt. † Octauò quæro, quid poteſt opponere reus, vt eui-
tet pœnam: quia non ſatisfecit in tempore? Reſpondeo, p-
bare poteſt, quòd creditoris non intereſt, vt not. gloſſ. &
Bartol. in l. ſeruus. ff. de ſer. expor. Barto. in l. vbi pactum.
in fin. l. his verbis ſuis. C. de tranſa. vbi dicit, quòd quan-
do aduerſarius non patitur incommoda ex conuentione
de facto, pœna non committitur, vt in l. ea quidem. C. ſi
man. ita ſue. alie. & in l. continuus. §. cum quis. ff. de verb.
oblig. Item ſi probetur, quòd interuenit error, ſecundùm
Bald. in authen. & omnino. in fi. C. ne vxor pro mari. & in
auth. habita. C. ne filius pro pat. Inde dicit Ange. in auth.
de teſti. §. ſi verò ignoti. in ſecunda colum. quòd quando
ruſticus depoſuit falſum teſtimonium ex ſimplicitate per
errorem non poteſt puniri de falſo. Item pœna non infer-
tur pro facto non malo animo, ſecundùm Bald. in l. prima
in ſeptima columna, C. de his quę pœ. nomine, per l. ſi ſer-
uum. §. prætor. ff. de acquiren. hęred. Item quòd non com-
mittitur ex coniecturis, ſed ex liquidis probationibus. Bal.
in l. prima, in tertia columna, C. de his quę pœn. nomi.
Item ſi commiſſa eſt pœna pręter propoſitum ſecundùm
Ioan. Andre. in reg. quòd quis mandato. lib. ſexto Pau. de
19 Caſtr. in conſilio 190. † Item iuſſus iudicis excuſat à pœ-
na, vt in l. extat. ff. quod met. cau etiam quòd iudex non ſit
omnino competens, ſecundùm Guliel. de Cu. & Bald. ibi.
Item iuſta cauſa excuſat à pœna, & ab expenſis, & à mo-
ra, & intereſſe. l. qui ſolidum. §. primo, ff. de leg. ſecun-
do, & in authenti. de iudi. †. oportet. & nota. in capitu.
finem litibus. de do. & contu. & in l. properandum. . ſin-
autem. C. de iud. & in l. quod te. ff. ſi cert. pet. de quo per
Alex. in ſecundo volumine conſilio 119. incipien. titulus
quęſtionis in tertia columna, & in quinto volum. conſilio
79 in tertia columna, vbi dicit, quòd etiam iniuſta cauſa
excuſat à pœna. Nec dicitur periurus ille, qui ex iuſta cau-
ſa dederit iuramentum, ut in l. fin. in gloſſ. ff. qui ſatiſda.
cogan. l. ſi libertus iurauerit. ff. de ope. libe. bene facit text.
in capitulo beatus. 22. quęſtione ſecunda, vbi quando quis
ex cauſa non ſeruat, quod iurauit, non incidit in periuriũ
& Bald. in capitu. ex literis. de conſtitu. Alexan. in primo
volum. conſilio 124. & 125. ſecunda columna. Item diffi-
cultas & paupertas excuſat à periurio, vt dicit gloſſ. com-
muniter approbata in capitu. breui. de iureiurand. firmat
Alexan. in primo volu. conſilio 92. incipit, perſpectis his.
in ſexta columna. Item tunc obſtat reo periurium, quando
reſultat ex eodem contractu, quo agitur: ſecus ſi allegatur
periurium ex alia cauſa, ut dicit Alexan. in l. ſi quis maior.
C. de tranſact. & in conſilio 188. tertia columna, in ſecun-
20 do volum. † Bene fateor, quòd periurus conuictus de per-
iurio in vna cauſa in qualibet cauſa non admittitur am-
plius ad teſtimonium, ſecundùm Abb. Sicu. in capitulo ex
parte, ſecunda columna, de teſti & ibi per Felyn verſicu.
nota quintò. & dicam infrà in fin. huius conſtitu. Item ſi
probatur, quod fuit abſolutus à iuramento, vt habetur in
capitulo primo, de iureiu. Alexand. in quarto volum. con-
ſilio 49. octaua columna. Nonò quæro, nunquid iudæus
iurans in contractu facto cũ Chriſtiano per legem ſuam,
& non obſeruans iuramentum poſſit accuſari ad pœnam
periurij contetam in iſta conſtitut. Andrę. hic concludit,
quòd ſic, per l. iudęi. C. de iudæ. vbi ligantur legibus prin-
cipium ſecularium. vide ad hoc, quę dixi in conſtit. ſi quis
in poſterum. in decimoſexto nota. Item quia ad iudicem
laicum pertinet punire facinoroſos homines in corpore. l.
tertia, ff. de iuriſd. omnium iudicum, & ſic iudæos delin-
quentes in corpore, quia de anima eorum nihil ad nos, ca-
pitulo gaudemus, de diuor. Decimò quæro, quid ſi ſubdi-
tus regis fuit examinatus per iudicem non ſubditum regi
21 extra regnum, † & ille ibi fecit falſum teſtimonium, vtrum
officialis regis poſſit ipſum punire de illo ſacramento fal-
ſo extra regnum, niſi conſtet per ſuam confeſſionem, quã
fecit coram iudice regni, vel aliter? Docto. tangunt, ſcilicet
Bartol. & Bald. poſt antiquos in l. cunctos populos. C. de
ſumma trin. Abba. Sicul. in capitu. fin. de fo. compe. Felyn.
ibi dicit in ſeptima columna, verſi. tertia concluſio &c. &
in capitu. cum contingat. in princip. eodem titu. quod de-
lictum alibi commiſſum, & ibi nõ repertum, ſed iudex do-
micilij reperit, debet puniri, vbi repertum eſt delictum. &
refert Fran. de Are. ibi hoc tenentem. Cui adde, quòd idem
dicunt Cardinal. & Ioan. de Anan. in capitu. primo, in fin.
de crimi. fal. & pro concluſione firma tenendum eſt quòd
iudex domicilij poteſt punire ſubditum delinquentem ex
tra territorium, per l. primam. C. vbi de cri. agi. oportet &
de interd. & relega. l. relegatorum. §. ſed eos. & §. ſi quit. &
iſta eſt communis concluſio omnium doct. nemine diſcre
pante. ſed dubium ſtat in hoc, vtrum debeat punire ſecun
dùm legem municipalem, nam pro crimine falſi de iure cõ
muni eſt pœna deportationis, vt in l. prima, in fin. ff. de fal.
22 ſed in regno eſt pœna amputationis manus, † an debeat
iſte, qui dixit falſum teſtimonium extra regnum coram iu
dice non ſubdito regis, puniri pœna manus per iudicem
regni? Bartol. in dicta l. cunctos populos. videtur tenere,
quòd quando ſtatutum loquitur ſimpliciter, ſicut loqui-
tur iſta conſtitut. debet puniri per iudicem domicilij ſecũ-
dùm ius commune, per capitu. vt animarum. de conſtitut.
libro ſexto. & ſic tenet, quòd non poſſit puniri pœna ma-
nus, ſed ſi ſtatutum regni diceret, quòd ſi ſubditus etiam
committeret falſum extra regnum puniatur amputatione
manus, ſecundùm Bartolum, puniri poſſet pœna ſtatuti.
Item, quia lex regni poteſt grauare pœnam in eo, vt dicit
Abba. Sicu. in dicto capitu. fina Sed aduerte, ne erres, quia
inquantum Bartol. dixit, quòd ſtatutũ ſimpliciter loquens
& puniens delictum vltra ius commune non habet locum
in ſubdito delinquente extra territorium. Contrarium, &
verius firmauit Ange. in diſpu. ſua incipien. Bononienſis,
in prima quæſtio. dicens, quòd Bartol. tenet, quòd iudex
domicilij poteſt inquirere ſuper delicto commiſſo per ſub
ditum extra territorium ſecundùm formam ſtatuti domi-
cilij delinquentis extra territorium: quia tale ſtatutum re
ſpicit litis ordinationem, & punire ſecundùm formam
iuris communis, & hoc quando ſtatutum generaliter, &
23 ſimpliciter loquitur. † Et ſic Bartol. facit differentiam in
ter ſtatutum, quod expreſsè vult, quòd liget ſubditum de-
linquentem extra territorium, tunc ligat etiam quoad pu-
nitionem. Et ſtatutum ſimpliciter loquens, & tunc non
ligat ſubditum delinquentem extra territorium ad pœnã
ſtatuti, & opinionem Bartol. ſequutus fuit Petrus de An-
charano in repeti. capitu. poſtulaſti, in quinta oppoſitio-
ne. de foro competenti. & multi alij doctores, vt refert
Auguſtin. in addit. ad Angel. de maleſi. in verſicu. hæc eſt
quædam inquiſitio. colum. 31. Et ſubdit Ang. in loco pręal-
le. quòd illa differentia non eſt bona, quia ſecũdùm Bar.
non defuit ſtatuenti poteſtas puniendi maleficium extra
territorium, inquantum ſpecialiter de ipſo prouidet, cur
non intelligatur etiam prouidiſſe de maleficio extra terri-
torium commiſſo, cum verba ſtatuti ſint lata, & generalia
apta nata comprehendere maleficium in quocunque loco
committatur, non videt rationem diuerſitatis Ang. maxi-
24 mè, † quia nulla legis cenſura in dubio interpretanda ſit
localis aut ſpecialis reſpectu geſtorum, aut perſonarum:
imò ſemper intelligenda eſt vniuerſalis reſpectu omnium
locorum, in quibus ſtatuẽti eſt attributa poteſtas, & reſpe
ctu geſtorum, & perſonarum, de quibus & in quas ſtatuẽs
prouidere potuit, & ſui ſtatuti vigorem extendere. C. de le
gi. l. ſecunda, ff. de legi. l. iura. Niſi reſpondeas, quòd in du-
bio non videtur ſtatuiſſe de eo, quod extra territorium cõ-
mittitur, & perpetratur, ut in d. capitulo vt animarum. §.
ſtatuto. de conſt. lib. 6. Sed ſi ita reſpondetur, immediatè
hæc reſponſio contra Bar. retorquetur: nam eodem modo
ſtatutum permittens potentiam inquirendi, ex quo ille p-
miſſus contradicit iuri communi, reſtringitur ſimiliter ad
delicta extra territoriũ commiſſa, vnde de delictis extra nõ
inquire-

inquireret velnti non comprehenſis in verhis generalibus,
Et ideo concludit quoad quæſtionem propoſitam, qnòd
ſubditus delinquentis extra territorium poſſit puniri lege,
vel conſti.ſtatuentis ex quo ineſt poteſtas ſtatuendi.& tan
tum operatur prouiſio ſpecialis quoad ſpeciem, quantum
generalis quoad genns. Et fallit in caſu d.§.ſtatuto, quan-
do pœna trahit ſecum executionem ſine miniſterio homi-
nis: vt latius ibi per Ang. quem ſecutus fuit Abb.Sicu.in d.
capitu. fina. de fo.compe. colum. 57.verſicu. ex prędictis
videtur ſentire Ioan.de Ligna.&c.& ibidem Felin.in deci-
maquarta columna, verſicu. pęna autem ſtatuti domicilij.
Hanc concluſionem ſecutus fuit Ange. de malefi.& ibi vi-
de apoſt. Auguſt.in verſicu.exiſtens Florentię.& Felynum
vbi ſuprà,& idem Angel. in l.fina.ff.de iuriſ.omnium iudi
cum, licet aliud voluerit in diuerſo caſu Alexan. in primo
volum in conſilio 11 t. incipien. ponderatis verbis. dicens
quòd opin. Bart.contra Ang. eſt commnnis, ego vidi iudi-
catum ſecundùm opin. Ange. in caſu, de quo eſt formata
25 præſens quæſtio, ſcilicet in crimine falſi: † vbi locus, vbi
facta eſt falſitas, non eſt exprimendus: quia clandeſtinè cō
mittitur falſitas: vt dicit Bald.not.in capitulo primo, in fin.
qui. mo feud.amit.alle.not.inſt.de pub.iudi.in princ. Item
quia inſpicitur finis, ideſt, locus vbi falſum iurauit, ſecun-
dùm Bald.in l.nullum.C.de teſti.in verſicu.in contrarium
videtur &c.& Felyn. in dicto capitulo fina.in ſeptima co-
lumna. & Ioan.de Anan. in dicto capitulo primo, in fi. de
cri.fal.Et ideo in crimine iudex domicilij punit ſecundùm
conſtit.regni ſubditum de falſo teſtimonio detecto coram
eo, quod nou erat detectum coram iudice extra regnum.
In alijs autem delictis ſum cum communi opin. Barto. &
aliorum, & prout refert Alexan. in prælle. conſil.& Au-
guſt.in dicta addi.cætera vide per Fran. de Aret.poſt Ant.
de Butr.in capitu.licet.in ſecundo not. de fo.competen. &
pro iſta concluſione bene facit, quia iudex propter imma-
nitatem hnius criminis falſi teſtimonij detecti coram eo,
poteſt imponere ſæueriorem pęnam, quàm imponatur à
lege communi, ſecundùm Innocen. in capitulo primo, de
conſtitu. & Angel. in dicta l.nullum. C.de teſt. Vnum ta-
men dico, quòd ſi iſte caſus contingere alicui baroni ha-
benti merum & mixtum imperium, nō conſulerem, qnòd
ſic iudicaret: quia dicit Bald. in capitulo primo, §.ſi iudex
26 de pa. te. † quod ſi ſnbditus delinquat extra territorium
domini, non debet baro eſſe beccarius ſui vaſalli. an autem
teſtis pnnitus hic de falſo propter detectam falſitatem fa-
ctam Rom e, poſſit Romæ iterum puniri? Vide apoſt. Ale
xand.in l.ſepulchri.ff. de ſepul.viola. Vndecimò quæro, an
ex quo iſta conſti. nihil dicit, quæ manus debeat incidi ꝓ
periurio doloſè facto in damnum alterius, an dextera, vel
ſiniſtra, ſit in electione iudicis, an velit incidere dexteram
vel ſiniſtram? Vide quę dixi in conſtitut.ſi quis aliquem.in
primo libro Ang. in l.ab executione. in princi. dicit, quòd
condemnatus ad manus truncationem intelligitur de ſini-
ſtra, licet poſſit incidere dexteram, vide ad hoc Auguſt. in
apoſt.ad Angel. de malefi.in ver. membrum, vide quę dixi
in conſtitu.ſi quis aliquem.in ſecundo nota. Duodecimò
quæro, quid de pręſtante cōſilium,& auxilium,& perſua-
ſionem, vt alius ferat teſtimonium falſum, an puniatur ea
dem pœna, ſcilicet iuris communis, ſicut ferens falſum te
ſti.vel pęna conſtitu.præſentis? Dic, quòd iſta conſtit.non
habet locum in mandante, vel conſulente, vel perſuadente
quie couſtitu.iſte loquitur in perſonam, videlicet eos, qui
ſcienter, & tunc non imponitur eadem pœna, vt in l. aut
qui aliter. & ibi Barto.ff.quod vi aut clam.& in l.hęc ver-
ba.& ibi Barto.ff.de adult. & Barto.in l. is qni opem. ff. de
fur. Iſtud dubium tangit Salice.in l. prima, C. de rap. virgi.
alle.l.nihil.ff.de ſica.& l.vtrum.de parrici.& ad Sylla. l.pri-
ma, §. incidit. & tenet, quòd punitur pęna.l. coroeliæ de
fal.& ſic pęne deportationis, niſi in caſibus ibi per eum ex-
preſſis. & ita uidi iudicatum,& executum.& uide ad hoc,
quę dixi ſuprà in conſtitu.qui falſitatem altruxit teſtibus,
27 & in conſt. ſi quis aliquem. in primo not. circa fin. † Ter-
tiodecimò quęro, quid ſi aliquis cōſuluit alicui teſti, quòd
mutet ſibi nomen, quando deponit teſtimonium? Dic,
quòd ex quo mutatio falſi nominis fit ad decipiendum al-
terum fraudulenter, eſt pęna falſi, ut in l. falſi nominis. &
ibi glo.& Bartol. ff. de fal.uide gloſſ.in proœ. ſexti, in gloſſ.
in uer.Bonifacius.& Bald. in proœ. digeſtorum. Et ideo ſi
iſte ſic conſulit, eſt in eadem pęna falſitatis de iure com-
muni, per Docto.& Salyce.in dicta l.unica. C.de raptu uir
gi.uer.quæro ſecundò. nam perſuadens, & conſulens ea-
dem pęna puniuntur, ſecundùm Bald. in l.prima, ſecunda
columna, de ſer.fu. Barto.in l.non ſolùm.§. ſi mandato. ff.
de iniu. Angel.in conſilio 21. Cyn.in l.prima.C.de nili ag-
ger.non rump. Aretin.in uerſi. Andręam.circa fin.in §.ga-
zaros.de ſta.contra liber.eccleſ.edi. In gloſſ.unica, gloſſ.al-
legat leges Longobardas ad probandum, quòd periurus
ſcienter non poteſt eſſe teſtis, nec ualet eius teſtimonium.
& quòd efficitur infamis, de quo dixi ſuprà in conſti.præ-
ceden. in tertia dubita. Quibus addo, quòd conuictus de
periurio in una cauſa, non admittitur amplius ad teſtimo-
nium.& hoc per text.& ibi per Abba. Sicul.in capitulo ex
parte.de teſtibus,& ibi allegat conſilium Federyc.de Senis
ſuper hoc,& hoc caſu acta facta in unn iudicio faciunt fi-
dem inter alias perſonas. Item ſcias, quòd bonus eſt tex.in
capitulo paruuli.uigeſimaſecunda quæſtio.quinta, facit l.
ex ea. ff. de poſiu. no. in capitulo teſtimonium. de teſtib.
28 † Teſtis qui in uno dicit falſum, in totum eſt periurus, &
nihil probat, etiam id, quod dicit uerum, propter iuſiuran-
dum, quod eſt indiuiſibile, ſecundùm Bald.in l. fina.in 3.
oppo.C.de edi.diui.& Salycet.in l.ſi ex falſis. C.de tranſa-
ction.Innocen.& alij in capitu.fraternitatis.de hęred. An-
gel.in l. prima, §.ſi quis ſimpliciter.ff.de uerborum oblig.
& Alexan.in ſecundo uolum.conſiliò 63.in tertia colum-
na, & in quinto uolumine conſilio 93. in tertia columna,
etiam quòd fuiſſet abſolutus à periurio, non eſt idoneus
teſtis in aliqua cauſa, ut eſt gloſſ.in capitu.teſtimonium.de
teſti. & dixi ſuprà in octaua quęſtio. & firmat Federyc. de
Senis in conſilio 23. incipien. Titius electus in prælatum
&c. in tertia columoa, uide contra hoc multa, quæ alleg.
Andr.Barba. in tertio uolumine.conſilio 40. incip. A Ioue
principium. in 6.uolum.

ANNOTATIO.

a Decimò quæro.] Vide Marantam in repeti.l. ſi actor.num.22 .ff.de procurato.Rom.conſil.38.

De ſpoliantibus hominem obitum vel ocultum. Rubrica LVI.

HAEC EST VLTIMA rub. iſtiua lib.& poteſt ſic continuari, prout conti nuat gloſſ.in rubrica.C.de ſepul.uio. dictum eſt ſuprà proximè de iniuria facta uiuis propter periurium, dicitur de iniuria facta mortuis, qui ſpoliātur pannis. Vel ſic, dictum fuit in toto iſto libro de iniuria facta perſonis uiuētibus, ultimò dicit de iniuria facta mortuis. Vel ſic Imperator in toto iſto libro demonſtrauit ſe habere protectionem in ſubditos ſuos uiuos, hic oſtendit, quòd habet etiam protectionem & curam mortuorum, ne corporibus mortuis fiat iniuria eos ſpoliando, ideo ultimo loco de his dicit. Spoliare mortuos erat etiam prohibitum de iure digeſtorum, ut patet in l.ſecunda, §.aduerſus.ff. de ſepul.uio.& etiam iure C. vt in l.qui ſepulchra.C. eodem titulo vbi nota. quòd non eſt licitum ſpoliare defunctum, & Philoſophus tertius. Ethicorum dicit. ſpoliatores mortuorum latronibus æquiparantur. imò, ut dicebat Ioannes

nes Chryſoſtomus in epiſtola Pauli ad Titum t. capit. & immundum nolite tangere. Sequitur uigrum.

SVMMARIVM.

1 *Spolians mortuum qualiter punitur.*
2 *Forudicatum occiſum non licèt impunè ſpoliare.*
3 *Rex tam viuos quàm mortuos oppreſſos pro poſſe debet ſubuenire.*
4 *Accuſatio publica fieri poteſt de ſpoliatione mortuorum.*
5 *Rector eccleſiæ an poſſit licentiam dare transferendi corpus mortuum de vno loco in alium.*
6 *Attentatio ſpoliationis mortui punitur non ſecuta ſpoliatione.*
7 *Officialis non permittens corpora defunctorum ſepeliri debet officio priuari, & in exilium mitti.*
8 *Lex noua legem veterem expreſsè non tollens, tacitè illam tollere videtur.*
9 *Anteceſſores Mathei de Afflicto vnde originem traxerint.*
10 *Iuriſperitus, ſi expediat, opinionem ſuam mutare debet.*

SI QVIS aliquem. Qui ſpoliat homi
nem mortuum habentem aliquas veſtes
vltra pœnas impoſitas à iure communi,
debet ei manus amputari. hoc dixit. No-
1 ta primò ex text quòd ille, qui † abſtulit
veſtes ab aliquo homine occiſo, vel ali-
tar mortuu, ſi de hoc eſt conuictus, ei amputabitur per
iudicem manus, & ſuſtinebit etiam aliàs pœnas, de qui-
bus in allegata l. qui ſepulchra. Sed iuxta hoc quæro pri-
mò, vtrum liceat manigoldo, & familiæ regnis. poſtquam
aliquis eſt ſuſpenſus, vel condemnatus ad mortem, eum
ſpoliare pannis, & veſtibus, quas tenebat, quando du-
cebatur ad mortem? Tex. no. in l. diuus. ff. de bono. dam.
expreſsè prohibet dictis miniſtris & familiæ habere dictas
veſtes. poſſunt ergo condemnati ad mortem ſpoliari ve-
ſtibus, ſed illæ ſunt regentis, vt conuertat in neceſſarijs
ſui officij, ſecundùm Bartol. ibi, & hoc bene probat ille
2 textus. Secundò quæro, ecce quòd aliquis eſt † foriu-
dicatus, occiditur impunè, vtrum liceat occidenti ip-
ſum pannis ſpoliare? Dic quòd non, quia licentia occiden-
di eum non dicit, quòd poſſit eum ſpoliare: & ideo ra-
tione huius ſpolij poſſet ſibi manus amputari, & puniri
alijs pœnis, de quibus in dicta l. qui ſepulchra. Ter-
tiò quęro, quæ ſunt iſtæ pœnæ vltra amputationem ma-
nus? Dic, vt dicit Salycet. in dicta l. qui ſepulchra. Quar-
tò quæro, quæ fuit ratio, quòd imponitur tam grauis pę-
na ſpolianti defunctum ueſtibus, cum dicat Archidiaco-
no de conſecrat. diſtinctio. t. capitulo nemo. In primo
quòd in generali reſurrectione mortui reſuſcitabunt nu-
di, & non veſtiti. Reſpondetur, quòd licet nudi homi-
nes reſuſcitabunt, tamen dicit ibi Archidiacon. quod om-
nes ſepeliri debent aliqua veſte ad oſtendendum, quòd in-
dumento virtutum & bonorum operum ſunt veſtiti, &
ſunt repręſentādi domino, & mortui nullum habent pro-
tectorem niſi Regem regnantem. vnde iniuria, quæ fit
eis in auferendo veſtes mortuis, videtur eſſe facta Regi,
ſub cuius protectione eſt illud cadauer veſtitum quod nō
habet, nec velle, nec nolle, vt in l. prima. C. de ſacroſanc. ec-
3 cle. & eſt deſtitutum omni auxilio. & Rex † debet omni-
bus oppreſſis ſubuenire, ut in l. prima. C. quandu Impera-
tor &c. ſicut epiſcopus debet ſubuenire omnibus oppreſ-
ſis. capitu. ſuper quibuſquam de verbor. ſignifica. 87. diſtin-
ctio. per totum. Quinto quæro, quid ſi mortuus laicus
reperitur veſtitus alia veſte quàm veſte laicali. pura, reper-
tus eſt veſtitus veſtibus clericorum vel religioſorum. vel
reperta eſt mulier mortua veſte virili, vel corpus maſcu-
lum veſte muliebri? Dic, quod ſi viuens non poteſt vti il-
la veſte, nec etiam mortuus illa vti debet, argumen. 24. q.
2. capitulo ſanè. & capitulo nemo per ignorantiam. de cō-
ſecratio. diſtinct. prima. quòd verum intellige, niſi bona
fide, & palàm fieret hæc mutatio veſtium, vt ſolens face-
re fratres, qui dant mortuis eorum habitum: ſecus ſi mu-
tatio veſtium fieret fraudulenter. quia quicquid agunt ho-
mines, intentio iudicat omnes, vt in capit. intelligentia.
de uerbor. ſignificatio. & de conſecratio. diſtinctio. quarta,
cap. ſolet. hęc quidem intentio per coniecturas apparere
poteſt, vt not. in l. talis ſcriptura. ff. de legat. primo. Sextò
4 quæro, vtrum † de ſpoliatione veſtium mortuorum ſit pu-
blica accuſatio? Dic quòd ſic, vt firmat Salycet. in dicta l.
qui ſepulchra. C. de ſepulch. viola. Septimo quæro, an li-
ceat clericis, quando portant corpus mortuum ueſtitum
ad ſepeliendum, eum ſpoliare veſtibus, & nudum ſepelire?
Dic quòd non, vt in clemen. ſuper cathedram. de ſepult.
Nam hæc facientes puniuntur, quia perdunt quartam, ſi
eis debetur, ergo non licet eis cadauera ſpoliare. Octauò
quæro, quid ſi cadauer non ſpoliatur veſtibus, ſed transfer
tur de uno loco ad alium cum veſtibus, an habeat locum
pœna huius conſtitutionis? Reſpondetur, quòd non, quia
iſta conſtitutio nihil dicit de prohibitione tranſlationis
corporis mortui. Item ſi iſta translatio fiat, ut perpetuò
duret, non aliter, poterit fieri, niſi authoritate præſidis, vel
præcedente cauſa, ſed ſi deſideratur fieri translatio in per-
petuum ſine iuſta cauſa, tunc nō ſufficit aſſenſus pręſidis,
ſed requiritur aſſenſus principis, vt dicit gloſ. in l. ſi quis
enim. & in l. præcedenti. ff. de relig. & ſumpt. ſun. & in l. ſ.
C. eod. titu. An autem rector vnius eccleſiæ poſſit dare li-
5 centiam † cum cauſa, ut corpus mortuum transferatur in
alium locum, uel in alia parrochia? Videtur, quòd ſic, &
illud, quod dicitur de licentia præſidis, uel principis, intel-
ligitur ſecundùm illa tempora: hodie autem translatio cor
porum defunctorum pertinet ad epiſcopum. l. nulli. C. de
epiſcop. & cleric. & C de relig. & ſumpt. fune. l. milites,
uel ad parrocchianum, qui habet curam animarum, dum
modo fiat cum iſta cauſa, & ratio eſt in promptu, quia ſi
plus, debet habère curam corporum mortuorum, quod eſt
plus, debet habere curam corporum mortuorū, quod eſt
minus, quia iſte caſus non uidetur reſeruatus de iure epiſ-
copo, ut patet in Specul. in titu. de leg. diſpen. §. nunc de
epiſcoporum. in uer. 163. Sed aduerte, ne erres, quia cor-
pora Sanctorùm non poſſunt transferri de loco ad locum
ſine licentia ſummi Pontificis, ſecundùm Hoſtien. in ſum.
de reliqu. & uenerat. Sanctor. in princip. Et ſic die 16. Ia-
nuarij 1496. ordinatione Papæ Alexandri Sexti, ad ſuppli-
cationem Reuerendiſſimi domini Oliuerij Caraphæ Car-
dinalis Neapol. fuit translatum corpus glorioſi martyris
& pontificis ſancti Ianuarij à Cœnobio montis uirginis in
maiori eccleſia Neapol. cui nouum officium dedicaui, ap-
probatum in curia Romana, ut teſtantur literæ præfati do-
mini Cardinalis. Secundò no. ex tex. ibi, tentauerit. quòd
6 in hoc crimine † ſpoliationis hominis mortui ſufficit atten-
tare hoc crimen, licet non compleuerit. & pro hoc l. Im-
perator Seuerus. ibi, tentauit. ff. de iure fiſ. alias concord. &
fallentias poſuit Felyn. in cap. primo. de præſumptio. & in
tractatu ſuo, quem poſuit in fine ſuæ lecturæ de appellati.
quibus addo Salycet. in l. is qui cum telo. C. ad legem Cor-
ne. de ſicar. vbi dixit, quòd Baldus dicebat in voce, quòd
ſi delictum eſt tentatum fieri, & non eſt perfectum, & con
ſtitutio punit attentatum ſicut perfectum, ut hic, iudex, ſi
uult, poteſt mitigare iſtam pęnam, ſed non tenetur, per tex
tus ſingul. in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. quod eſt
cordi tenendum, ſecundùm Salycet. ibi. & ſuper hoc uide
longam diſtinctionem Hoſtienſ. in ſum. in titu. de pœn. §.
quibus. & Luc. de Pen. in l. tertia. C. de cur. publ. lib. duo-
decimo. & Bald. in l ſi fugitiui. C. de ſeru. fugit. & in l. da-
ta opera. in 16. colum. C. qui accuſ. non poſſ. in l. qui aute
operas. C. de infam. & Archidiacon. 17. quæſtione prima.
§. primo. & Aret. in tract. malefic. in uerſicu. Sempronium
mandatorem. & quæ dixi in cap. primo. an ille, qui inter-
fec. fratrem domini ſui. & Andr. in cap. primo. §. ſi uolue-
rint. de cap. qui curi. uendi. Paul. de Caſt. in l. prima, in fin.
& ibi

7 & ibi Lud. Roma. ff quod quiſque iur. † quid ſi officialis
non permiſit, quod corpora deſunctorum tradantur ſepul
tur. & Dic, quod debet officio priuari, & mitti in exilium,
& reficere tenetur poſtis iniuriam omnem leſionem, vt in
authent. vt nulli iudi. §. ex hoc peruenit. Tertiò nota ex
textu ibi, ſuo robore remanente, quòd pœnæ, quæ impo-
nuntur ſpolianti hominem mortuum de iure digeſtorum
& C. habent locum etiam in hoc regno; quia vltra eas eſt
pœna inciſionis manus per iſtam conſtitu. quæ expreſsè
hoc dicit. An autem ſi alia pęna pro delicto imponatur de
iu. communi ab illa, quæ imponitur per ſtatutum, vel con
ſti. regni, & non dicitur, quòd omnibus pęnis puniatur de
linquens, per pęnam impoſitam per ſtatutum vel per con-
ſti. regni videantur ſublatæ pęnæ iuris communis. Spec. in
titu. de accu. §. primo, in prin videtur dicere, quòd ſi noua
conſtitu imponit nouam pœnam, non per hoc antiquę pę
nę ſunt ſublatæ, niſi expreſsè dicatur in noua lege, alle. di-
ctâ l. qui ſepulchra. & l. quoties. ff. de action. & obliga. ſed
Ioan, Andrę. in addi. Specul. in titu. de pœna teme. litig. in
fin. dicit, quòd per conſilium peritorum diuerſarum ciui-
8 tatum fuit Ianuæ obtentum, † quoòd ſi lex noua expreſsè
tollat legem communem veterem, tamen tacitè videtur il-
lam tollere. poſtea refert Guidu. de Suza. in dicta l. qui ſe-
pulchra, dixiſſe, quòd ambabus pœnis puniri non debet,
per l. ſenatus in fin. ff. de accu. ſed quantum plus eſt in vna
quàm reliqua, conſulit tamen maiorem pœnam impo-
nendam, quę includit minorem, vide ad hoc Angel. de Pe-
ru. in authen. de ſanctiſ. epiſco. in §. fin. & bene per Alber.
de Roſa. in l. ſecunda. de lib. homi. exhib. & dominum Phi-
lippum Decium bene commendandum de donis ſcientiæ
in capitulo de cauſis. in octaua colum. de offic. deleg. vbi
alleg. etiam Alber. de Roſ. in primo libr. ſtatu. quæſt. octa-
ua, & Pau. de Caſtro in l. prima, §. dixerat. ff. de publica. &
conſilia Cumani, & Petri Philip. Cor. ſæpius habuimus
in opere verbum de iſto dubio, & remiſi me ad ſcripta per
Salycet. poſt alios Docto. in dicta l. qui ſepulchra. de quo
etiam per Petr. de Ancha. in capitu. fœlicis. in 15. not. de
pœn. libro ſexto, de quo etiam per Bartol. & Alexand. in
dicta l. ſenatus. & in l. ſi gemina. arb. fur. cæſa. Alexand. in l.
qui rem. ff. de vi bono. rapto. Barto. in l. ſanctio. ff. de pęn.
& ibi Alexand. Bald. in leg. in eum. C. de fur. & per Andræ.
ſuprà, in conſtitu. intentionis Et quoniam Ioan. fecit ſi. in
ſecunda parte Specul. ſuper iſta quæſtione, ſic etiam ego
Matthæus de Afflic. vtriuſque iuris Doctor patribus Nea-
9 politanis. † nam primò mei anteceſſores fuerunt Romani,
ſecundò habitauerunt in ciuitate Scalarum, tertiò ab anti
quiſſimis temporibus in nobiliſſimam ciuitatem Neapo.
tranſlati fuerunt, & recepti vt nobiles in ſedili nidi, vt pu-
blica documēta teſtantur. Sic etiam ſuam originem refert
Fely. in capitulo Rodolphus. verſi. quiuta concluſio. de re-
ſcrip. & Paulus Apoſtolus dicit ſuam originem fuiſſe de
tribu Beniamin, & Cy. de piſtorio in fin. ſuæ lecturæ re-
fert ſuam originem, ſub verſi. fortè. Finem facio huic ope-
ri in ætate mea 66. ann. quod opus in ann. quatuor fuit in
cęptum, & perfectum. In quibus quidem quattuor annis
plus ſolito vigilans, licèt implicitus multis negotijs, & liti-
bus occaſionem dedi ſapientibus, vt ſapientiores fiant.
Prouer. nono capitu. vigeſimaquarta quæſtione ſexta, vi-
des. in fin. in die ſanctorū Ioan. & Pauli matry. quos Deus
verè fecit eſſe germanos in anno domini. M D X I I I. ſe-
cundæ indictionis regnante rege noſtro catholico Ferdi-
nando de Aragonia vtriuſque Siciliæ citra & vltra farum,
& multorum aliorum regnorum ſub præſidatu Reueren-
diſſimi domini Vincentij Caraphæ Archiepiſcopi Neapo.
edita fuere per præſatum auctorem huius operis ad publi-
cam vtilitatem, proteſtor tamen in hoc fine, quòd non ob
ſtent mihi propria ſcripta, dum vita mihi comes erit, ſi a-
lijs rationibus videatur mihi aliud dicendum, quia intel-
lectus peregrinus hominis propter varias rerum figuras
non ſemper eſt vniformis, ut dicit Ariſtot. in tertio, de ani
10 ma. † Et iureſperitus debet mutare opin. ſuam, ſi expedit,
vt patet. vigeſimatertia quæſtione ſexta, capitulo vides. Et
propterea rationibus iuſtis me ſubmitto, ſi dictæ rationes
ad ſecus in futurum me mouerint. Facit ad hoc id, quòd
dixit Angel. in l. Labeo. ff. de ſer. ruſti. prædio. quòd muta-
tur conſilium ex varietate temporis. dicebat Bald. in l. pri-
ma, C. de his qui ante aper. tabu. quod Cyn interdum mu-
tabat ſuam opinio. in deterius. Nec eſt nouum, quia quoti-
die in intellectu generantur nouæ opiniones ex nouis mo-
tiuis. ff. de arbi. l. ſicuti.

SVMMARIVM.

1 *Reges & principes ſeu prælati nomina ſua legibus & conſtitutioni-
bus inſerere poſſunt.*
2 *Nomen compoſitoris in multis caſibus poni poteſt in operibus.*
3 *Nomen ſuum operi ſuo per vanam gloriam apponens an pecca-
re dicatur.*
4 *Intentio ſcribentium & aliorum qualis eſſe debeat.*
5 *Deus in omnibus, & per omnia benedicendus eſt, collaudandus
& magnificandus ab omni creatura.*
*Coniuge bona, Deo largiente, potiuit ſuit Matthæus de Af-
flictis.*

AD LAVDEM & Gloriam. Mo-
do Imperator in hoc fine per me-
dium quondam Excellentiſſimi vi-
ri, Domi. Pet. de Vinca compoſitoris
iſtarum conſtitut. reddit gratiarum
actiones ſummo Deo omnipoten-
ti, & glorioſæ Virgini Mariæ matri
Dei de iſto opere incœpto, & perfe-
cto, non ad famam, & gloriam, ſed ad vtilitatem popu-
1 lorum abſque detractione vetuſtatis. † Super hoc caderet
examinanda illa antiqua quæſtio, an liceat regibus, prin-
cipibus, & prælatis in legibus, & conſtitutionibus inſere-
re nomen eorum, quam multum egregiè determinauit Io.
Andrę in nouel. in data. ſexti libri decretalium. conclu-
dendo ſine dubio quòd ſic. ſed dubium ſtat in hoc, quid in
aliis viris literatis, & doctoribus ſcribentibus, an liceat in
eorum ſcriptis apponere eorum nomen & cognomen, vbi
multum copioſè arguit pro & contra, & finaliter conclu-
dit in primis ponendo multos caſus, propter quos non eſt
nomen compoſitionis inferendum in operibus, & ſcriptis
2 ſuis. † Secundò ponit multos alios caſus, propter quos in
operibus ponere nomen compoſitoris non eſt peccatum.
Et inter alios caſus eſt, vt non relinquat lectorem incer-
tum. Item vt alliciat alios ad ſimiles labores. Item vt eui-
tet, ne id opus alteri attribuatur. Item vt augeatur, vel mi-
nuatur fides auctorum. ſæpe enim auctoritas compoſito-
ris auget fidem operi, vt patet Exod. trigeſimoſecundo. ex
nomine te noui. Item quando non ex ambitione, ſed cha-
ritate id agit, licèt in conſequentiam ex charitate laudem,
& gloriam conſequatur, quia, vt dicit Ioann. Chriſoſt. ſu-
per Matthęum, ſexto capitulo, inanis gloria occulta in-
greditur & huic delectationi difficile eſt reſiſti. & Sene. di-
cit nulla eſt tam excelſa virtus, quæ dulcedine gloriæ non
tangatur. & Grego. in moralibus vlti. ca. dicit. inuenio me
aliter agere, quod ſcio me aliter inchoaſſe. Sic enim ſæpe
intētionem noſtram, dum ante Dei oculos rectè incipitur
occultè ſubiectam, & eam velut in itinere comprehen-
dens intentio humanæ laudis aſſequitur, ſicut pro neceſſi-
tate cibus ſumitur, ſed in ipſo caſu, dum furtim gula ſur-
3 repit, edendi delectatio permiſcetur. † & ſic infertur,
quòd peccat, qui ponit in opere ſuo propter famam, &
gloriam mundanam nomen ſuum. Idem firmat hic An-
drę. dum allegat Beatum Auguſtinum, in libro de Ciuita.
Dei. & Ioan. Andr. vbi ſuprà. Tandem dicit Io. Andr. vbi
ſuprà, quòd ſolutionem huius dubij nunquam audiuit.
Dominicus de Sancto Gem. in proœ. decreti determinat,
non eſſe reprehenſibile ſcribere nomen ſuum in opere per
eum

eum compoſito: ſicut fecerunt multi famoſi maiores. & tanto magis quando opus deputatur magno regi, de oeceſſitate opus faciens habet inſerere eius nomen: vt non reddat regem in obſcuro, & in anxietate ad inueſtigandum compoſitorem ipſius operis. Nunc autem reliquum eſt mihi reddere gratias ore & corde ſummæ Trinitati, ſ. Deo Patri, Deo Filio, & Deo Spirituiſancto: quia, vt teſtatur

4 Gregorius Papa, † hæc debet eſſe recta intentio ſcribentium, & omnium aliorum qualitercunque operantiũ magnificare Deum, & nomen ſanctum eius, omni propria vtilitate, delectatione, & fama poſtpoſita. Et ideo in primis nunc, & ſemper, & omni tempore reddo gratiarum actiones Deo omnipotenti in Trinitate, & vnitate de incarnatione Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Filij Dei omnipotentis, in vterum glorioſiſſimæ Virginis Mariæ eius matris, & humanitatis aſſumptæ ex ſua infinita miſericordia, & inenarrabili potẽtia diuinitatis, quam habuit ad genus humanum collapſum, & ad eius miraculoſiſſimam natiuitatem, ac ad omnia eius ineffabilia dicta, & facta & ad eius maximas paſſiones, dolores, & plagas, quas ſuſtinuit pro peccatis humanæ generationis pro qua voluit in ligno crucis mortem ſubire, & mortem noſtram reſurgendo reparare, & ad eius aſcenſionem in cœlum, & ad miſſionẽ Spirituſſancti in Apoſtolis Sanctis, & gentibus. Et ad omnia conſecutiua ex gratia Spirituſſancti omni tempore vſque in præſentiarum, & in futurum: dicendo ſemper ſine ceſſatione: benedictus Deus, qui fecit omnia, & ipſe tranſmiſit & fecit lucem de tenebris, qui deducit ad portas inferi, & reducit, qui caſtigat, & mortificat. Et hoc dicere continuè proteſtor, & non deſinere in omni hora, & momen-

5 to. † Et rurſus, benedictus Deus, & miſericors, qui dedit nobis ſanitatem mentis & corporis, & abſtulit à me multa impedimenta pro ſalutæ animæ meæ, & tribuit mihi gratiam, quam non licet mihi reuelare, & dedit mihi bonam coniugem, & ſobolem optatam. Benedictus ſemper Deus meus, & dominus, qui per ſuam clementiam dedit mẽſam de fructibus rerum patrimonialium. Et benedictus Deus omnipotens, qui fecit hoc opus incipere, & perficere ad eius honorificentiam, & inuidorum, & detractorum confuſionem, non propter me, ſed ad aliorum vtilitatem ex nimia charitate, poſtergata omni vana gloria mundana maiores gratias agimus diuinæ Trinitati, & diuæ glorioſiſſimæ Mariæ matri Dei pluſquam ſunt ſtellæ in cœlo, & arenę in omnibus maritimis totius orbis, guttę aquarum in mari, & in terra, piſces in mari, fluminibus, & ſtagnis: montes, colles, flumina, & curſus aquarum, herbę omnes, arbores, rami, frondes, & ariſtę: fructus omnes, ſemina, & eorum grana, aues pennatę, & earum pennę, animalia magna, parua, & puſilla: homines in vniuerſo mundo, ac ſpecies omnes diuerſę rerum. Et pluſquam ſunt omnibus libris huius ſeculi: ſit etiam eius nomen perpetuum per cunctas creaturas benedictum, & exaltatum in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

Opulentiſſima ac penè aurea Commentaria Excellentiſſ. vtriuſque iuris Monarchæ, acutiſſimiq; interpretis Domini Matthæi de Afflicto Patricij Neapolitani ſuper Secundo & Tertio libro ſacrarum Conſtitutionum Regnorum vtriuſque Siciliæ explicunt.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Omnes ſunt Quaterniones præter Z, qui eſt Quinternio.



VENETIIS, Apud Ioannem Variſcum,
& Socios. M D LXXXVIII.